1123.

B. 5

L. 3

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
15 F
3/7

16.5.24

16 17
B B

Digitized

16
&
23

16.5.24.

Digitized by Google

Digitized by Google

D. PETRI VENERABILIS,

Integerrimę & vere Chriſtianæ doctrinę viri, Cluniacenſis quondã Abbatis: opera haud vulgaria, D. Petri de mõte martyꝝ theologicę profeſſionis viri doctiſſimi, cura & labore nunc primum in lucem edita.

EPISTOLARVM libri. VI. Vbi multa cũ philoſophico, tum theologico more, diſerte, clare & ſubtiliter cõtra hęreticos diſputãtur, Multa de virtutibus egregie diſſeruntur: & tãdem omnium conditioni & ſtatui congruentia explicantur documenta, Pluribus ad eam rem ſacrarum ſcripturarum locis inſigniter expoſitis.

ITEM RITHMI & verſus non contemnendi.

MIRACVLORVM præterea libri duo. Ex quibus, quid in omni vita ſequendum, fugiendũq; ſit, veraciter & ꝑfecte qſq; ediſcere poſſit.

Cũ pri-



uilegio

Coll: Rom. Soc. Jesu
B. I.

VÆNEVNT in vico Iacobęo a DAMIANO HICHMAN Bibliopola, ad ſignum quatuor Elementorum, ſub gratia & priuilegio a tergo huius explicandis. PARISIIS .1522.

Ex Legato Illustriss: Coccini.

Reuerendo in Chriſto Patri ac Domino/Priori maiori Cluniacē.
necnon & de charitate ſupra ligerim,humil is ſuus Religioſus/
ac Theologus indignus,Frater Petrus de Montmartre.

DIuinæ benignitati gratias non immerito agendas putauerim⁹
Reuerēde Pater:quã ſub omnium oculis iam per multa anno-
rum ſpatia latitantem Petrum noſtrum Cluniaceñ. reuelaſſe cõ
ſpicimus.Quis enim non gaudeat,quis non exultet, quis non
gratias agat:de tam precioſi Theſauri, tanq; incomparabilis
margaritę inuentione?Ceſſet iam quærela illa, deſinat oppro-
briũ illud:quo a nonnullis inſultantibus culpabamur, aut ve-
luti cum iuuidia tabeſcente iter habentes, aut quaſi degeneri
inertia, marcidula ſegnitie,ignauo ve torpore cum ſeruo illo inutili langueſcẽtes:
theſaurum abſcondere in terra.Et ſi quis forte cũ Euangelico illo Nathanaele mi-
rabundus interroget,a Nazareth(hoc eſt Cluniaca valle)poteſt aliquid boni eſſe:
quid niſi diuinum ſupererit reſponſum, vt veniat & videat?Videbit certe & leta-
bitur,mirabitur & dilatabitur cor ſuum:cum apparuerit Petrus ille noſter in deco
re ſuo & in diademate quo coronauit eum Cluniacus mater ſua. Sic enim mirabi-
lis facta eſt ſcientia eius:ſic cõfortata eſt ipſius heroica virtus: quas ex operũ eiuſ-
dem lectione facile deprræhendas:vt cum te ad illa attingere non poſſe cognoue-
ris:quid reliquum erit,niſi vt obſtupeſcas:in vocemq; laudis erumpas?Verum,qa
libet diutius in Petri noſtri commendatione immorari: vt congruus ordo cõfuſio-
nem eliminet:enitendum eſt. Itaq; dicamus,me plurima, vt mitterem manum ad
fortia:inlucemq; prodire curarem memorati Petri noſtri opera:cõmouiſſe,& quaſi
adiectis lateri ſtimulis impuliſſe.Primum quidem diuina illa traxit ſententia,qua
conſtat,non ſolere nec debere abſcõdi lucernam ſub modio,ſed ſuper candelabrũ
conſtitui:vt qui ingrediuntur lumen videant.Quid enim non Petrum noſtrum lu-
cernam dixerim?Plane lucerna erat ardens & lucens,ita vt merito poſſis & debe-
as exultare in lumine eius.Lucerna quidem in interiori homine ardẽs charitate:
exterius quoq; lucens conuerſatione cœleſti ac ſingularis prærogatiua doctrinę.
Quis autem(vt de poſteriori primum loquamus)ſingularem eius,immo & ſacram
eruditionem negauerit:quam pene cuncti ſuarum operum apices,etiam nobis ta-
centibus,clamant?Videbis plane(ſi legere non piget)ac intelliges:Petrũ noſtrum
quaſi ſpoliatis egyptijs argentea ſplendentis eloquij, aureaq; ſententiarum vaſa:
ab ethnicis,prudẽtioribus quidem ſeculi huius filijs:abſtuliſſe. Conſpicies itidem,
iuxta diuinum mandatum ancillam egyptiam abraſis primum pilis ſuperfluis ido
latriam/venerem/cetera ve id genus viciorum portenta præferentibus:in Iſraeli-
tice domine,quam Theologiam dicimus,miniſterium aſſumi.Sed nec minus repe
ries,ſacris fidelium doctorum ſententijs,catholiciſq; eruditionibus exuberantem
doctrinam,Quid enim prætendunt laborioſe ille contra tres chriſtiane ſalutis ini-
micos Petrobruſianos dico hereticos,Iudęos ac Saracenos diſputationes: quarũ
tamen vltime,quia necdum perfecta/completa ve exẽpla,& epiſtolas aſſequi po-
tuimus:minime in lucem emiſim⁹:niſi ſacram ac prorſus Theologam eruditionẽ?
Quid ille(vt de plurimis alijs taceam)quibus diſſedentes inter ſeſe religioſos/
hortabatur ſeruare vnitatem in vinculo pacis?Cęterum q̄ ardẽs eſſet charitate Pe
trus noſter,ex nuper memoratis diſputationibus atq; epiſtolis facile cõijcere licet.
illis itidẽ,quibus non laicos ſolum,nec inferioris tantũ ordinis clericos,ſed & ipſa
ſumma eccleſię faſtigia,Epiſcopos inquã & Archiepiſcopos, ad humilem religio-
nis ſtatum,quem videlicet eorũdem ſaluti congruẽtiorem, ac ſecuriorem fore exi-
ſtimaret,euocabat,inuitabat.Quę charitas:cũ ſit mater pulchre dilectionis,timo-
ris,agnitionis,ſanctę ſpei,cęterarũq; virtutum,ex qua etiã prodire ſoleant fructus

honoris & honeſtatis:fruſtra conarer,in vanum fatigarer poſt ſyncerę eiꝰ charita=
tis oſtenſa tam manifeſta indicia:perſuadere quærens ſanctam illius extitiſſe con
uerſationem.Proinde pergamus ad reliqua , & quid nos ſecũdo mouerit ad Petri
noſtri editionem procurandam explicemus.Secunda nimirum cauſa fuit,dñicum
illud mandatum,quo parentes venerari iubemur.Si enim eos a quibꝰ corpoream
ſuſcepimus originem honorare diuina nobis præcipit auctoritas: quantum vene=
rationis cultum illis debemus,qui nos genuerunt in Chriſto Ieſu, ac ſpirituali ali=
monia fouerunt? Abbas quidem noſter& pater ſpirituumPetrus.Quid igitur mirũ
ſi quantulocũq; labore noſtro efficere curauimus: vt dei & venerationis eiꝰ intuitu,
lucerent coram hominibus opera ſua bona, & glorificaretur pater qui in celis eſt?
Tertia iſuper ratio ex nominũ ſimilitudine oriebatur.Decebat nẽpe vt Petrus Pe=
trum,Petrus Cluniacẽ.Petrum Cluniacẽ.licet ſubditus ſuperiorem:pro viribus il=
luſtrare contenderet.Sed quid de cognomine quod eſt de Monte Martyrum,nun=
quid ab illo abhorrebat: qui mõs erat per virtutum ac ſcientię eminentiã:cui tota
vita Martyrium erat, qui iugiter crucis mortificationem in ſuo corpore portabat?
Quid vero vlterius operam inſinuo? Non poterat ciuitas abſcondi ſupra montem
poſita.Ciuitas inquã munitiſſima Petrꝰ noſter Cluniacẽ.Munita certe fundamẽto
humilitatis,muro continentię ac caſtitatis,valloq; patientię,quod primos ſuſtine=
ret inimici impetus,armis præterea ſpiritualibus reliquis virtutibus inſtructa,atq;
verbi dei alimentis copioſiſſime referta.Quæ omnia aſpirãte altiſſimo,cum vitam
eiuſdem deſcribere datum fuerit:latiſſime explicabimus.Quomodo ergo latuiſſet
ciuitas iſta Petrus iſte noſter,ſupra montem martyrum per obedientiam poſita/a
te pater reuerende quem impoſuit dominus ſuper capita noſtra , cuius editionem
ſuper nigrum ceruicis noſtræ depoſuiſti/nobiſq; iniunxiſti? Itaq; cuinam iuſtius q̄
tibi hũc noſtrũ quãtulũcũq; laborem deuouere/dedicareq; potero? En quod a te
accepi tibi reſtituo.quod dediſti reddo,ſed ampliori venuſtate decoratum,maio=
riq; inſignitum ornamẽto.Pręterea cuius eſſe pręcij poſſunt illi tantilli ſudores no
ſtri ad præcipua tua beneficia : quibus me ab ipſis fere religionis primordijs ſub
tuo auſpicio militantem,hactenus fouiſti,prouexiſti,vſq; adeo vt non ſpũalibꝰ mõ
ſed & temporalibus,etiã in beneficij collatione dotares,ditareſq; muneribus? De
niq; & hoc ipſum ſingularis tuę ſcientię prærogatiua/ſublimiſq; profunditas pro=
meretur.Scientibus namq; ac eruditis viris iuſtiſſime literaria offerũtur monumẽ=
ta,quemadmodum incongruum eſt ea indoctis quibuſq; præſentari , ne ſeminare
videamur margaritas ante porcos.Interim valeat reuerenda paternitas tua / vi=
uatq; felix in ęuum.

¶Epiſtola Petri Pictauienſis ad dominum Petrum Abbatem Cluñ.

DOmino venerabili & patri dulciſſimo Petro ſanctæ Cluñ. Eccleſiæ Abbati Petrus Pictauienſis peccator & infirmus monachus filialis in Chriſto dilectionis affectum. Sicut pręcipere dignatꝰ eſtis pater amantiſſime: verſiculos illos quos olim inuenis/ eo tẽpore quo me de luto fecis, & de lacu miſerię eduxiſtis: in omnipotẽtis creatoris a quo omne bonum habetis, & veſtra laude cõpoſui: nunc tandem emendatos edidi, & in capite epiſtolarũ veſtrarum ordinate deſcripſi. Illos autem veſtros, quibus æmulorũ noſtrorum brutam Barbariem potentiſſime confutaſtis: ibidem appoſui. Qui licet aureo ſuo fulgore argenti noſtri pauperculum candorem reuerberent: multũ tamen animo meo placent: quia contra hoſtes noſtros quaſi euaginatũ gladium tenent. Si quis autem aduerſum me indignatur: quod nomine meo aliquid intitulare, & libris veſtris apponere auſus fuerim: ſciat hoc nõ mea præſumptione, ſed veſtra (cui nephas duco contradicere) iuſſione factum eſſe. Ego vero cum in omnibꝰ, tum etiam in hoc vobis obtemperare non dubito: non arrogantię ſtudio (quã ſemper a me longe faciat dominus) ſed obedientię deuotione. præſertim cum ſciam multos probatę religionis & humilitatis viros: hoc idẽ de quibuſlibet ſcriptis ſuis olim ſtudioſe feciſſe. Quos certe magis in hoc quantulocunq; opuſculo noſtro imitari affecto, q̃ quoſdam noſtri temporis ſcriptores: qui neſcio qua vel cautela/ vel imperitia vbiq; noia ſua ſupprimũt, incurrẽtes apocriphorũ ſcriptorꝫ vecordiã: qui ſiue de falſitate, ſiue de hęreſi: quibus (vt fertur) ſua omnia fermẽtabant, redargui fugientes: nuſq̃ propria vocabula prætulerunt. Non ergo me hinc aliquis ante tẽpus iudicare feſtinet, ſed deo & conſcientiæ meæ ne dimittat, & ipſe ſi voluerit: Ouidium ſine titulo ſcribat. Vos autem pater chariſſime, filioli veſtri (quem Chriſto domino in ſecundo baptiſmatę genuiſtis) indeſinenter memorem Deus omnipotens hic & inęternum cuſtodiat. Valete ſemper in domino.

Explicit Epiſtola.

Digitized by Google

¶ Incipit Panigericum Petri Pictauiẽſis dictum viro clariſſimo domino noſtro Petro Abbati Cluniaceñ.
In primo aduentu eius ad Aquitaniã ſecundam, quę modo Pictauia vocaꝛ.

PLaudite felices hilareſcite Cluniacenſes:
Redditus eſt vobis moribus alter Hugo
Nobilis ille fuit, magniſq; parẽtibꝰ ortꝰ:
Hunc quoq; ꝓclarũ reddit origo patrum
Ille ſup cunctos quos excolit ac veneraꝛ
Gallia Lugduni, nobilitate nitet.
Hunc latie gentes regũ de ſtirpe potẽtes
Aruerni populi progenuere duces.
Vatibus antiquis equaꝛ acumine mẽtis:
Par illi noſtro tempore nullus erit.
In ꝓſa Cicero nouus eſt: in carmie Maro
Sicut Ariſtoteles diſputat aut Socrates
Equiparat primos: ſupat cũ laude ſcđos:
Qui nos eloquijs edocuere ſacris,
Vix Auguſtinus ſubtilius abdita cernit:
Vix hũc Hieronymus vlla docere põt
Nil huic Gregoriꝰ clare blãdeq; loq̃ndo:
Nil huic Ambroſius rhetoricãdo tulit
De tanto ſenſu breuiter qđ ſentio dicam
Ne tibi ſim lector ruſticus aut nimius
Muſicꝰ, aſtrilogꝰ, arimeticꝰ, & geometra
Grammaticus, rhetor & dialecticus ẽ.
Sed iam pertimeo ſuccumbere materiei
Mores egregios dum recitare volo.
Obſecro qđ pmũ referã: ſuccurrite muſę
Dicite de tanto carmina digna viro.
Ingenio facili grauitas accedere morum
Raro ſolet, nec ſũt hęc duo ſępe ſimul.
Inde magis ſtupeo, qđ & i iuuenilibꝰ ãnis
Splẽdida lux iuuenũ Petrꝰ vtrũq; tenet
Cui merito laudẽ recitat ſtudioſa iuuẽtꝰ
Laus etem̃ proprie nr̃a fit eius honor:
A patre ppetuo datꝰ ẽ lux vnica mundo
Qua duce terrigene celica regna petãt
Simplicitas i eo ſil' & prudẽtia regnant:
Iugis ſobrietas atq; pudicitia
Maxia virtutũ comes illi ſemp adheret:
Intus & exterius ſemper eam retinet.
Lingua referre nequit, q̃ ſit diſcretꝰ vbiq;
Q̃ q; ſit ad cuncta congruus officia:
Nõ opꝰ ẽ multis iplere volumina verbis:
Qui breuis & bonꝰ ẽ, ille poeta placet
Cũ bñ petre tuos aliquis laudauerit actꝰ
Alter Virgilius, alter Homerus erit.
Mitis, pacifice, clemens, affabilis, apte:
Q̃ bonus exiſtas dicere nemo valet.
Prebeat ergo locũ nobis annoſa ſenectꝰ
Nec regimẽ ſacrum ſola tenere velit.
Robuſti iuuenes animi virtute venite:
Vos populi ſancti publica cura decet.
Hic eſt ad ſũmos qui vos inuitat honores
Quos ſibi primeuo ſobria vita dedit.
Hũc Cluniace tibi tellus aruernica miſit
Qua nihil vberiꝰ Gallia noſtra tenet.
Felix quę tãtum meruit ꝓducere fructũ:
Pluribus Eccleſijs edidit ipſa patres.
Semp clarorum genitrix ſolet eſſe viroꝝ
Inde tibi datus eſt, odilo magnificus.
Prodiit hinc etiam Iuliani dulcis alũnꝰ:
Qui bene turonicę præfuit Eccleſiæ.
Aura tuis ſcriptis vernãt aruerna ſydoni
Et veteris linguę tu reparator eras.

¶ Quando iterum pro reformãda monaſteriorum pace aduenit.

DIc mihi muſa/quid eſt, ꝙ ſic Aquitania plaudit
Nec ſua gaudia iam diſſimulare poteſt?
Cur etiam tu quæ nup mœrere ſolebas:
Nũc hilari facie, carmina lęta canis?
Tp̃e tranſacto ſolummodo flere iuuabat
Et lachrymis lachrymas addere continuas.
Has etenim ſolas nobis pius ille reliquit:
Qui ſub patre deo ſpes mea tota fuit.
Hũc fortaſſe tibi venturũ fama ſuſurrat?
Felix lętitiæ cauſa ſit iſta tuę:
Aſt ego fallaci non poſſũ credere mõſtro
Quod vix aut nunq̃ dicere vera ſolet.
Quod tamẽ audiui? iã ferꝛ ꝓximus eſſe:
Portat eum pietas, ponite vincla rei.
Pictauis exulta, qa iã tua mœnia lucẽnt
Tuq; ſuburbani nobilis aula loci.
Q̃uis ſchiſmaticos habeas & ſeditioſos:
Si pacem quęris, pax tua Petrus adeſt
Augeriacenſes fruſtra producitis enſes:
Omnis conatus veſter/inanis erit.
Neſcitis miſeri cui bellica tela paratis?
Hic ẽ quem bello vincere nemo poteſt.
Vultis ſcire qbꝰ dux noſter vicit armis?
Reddite vos illi: mox ſuperatus erit.
Credite quæſo mihi, mihi credite quęſo ſodales:
Veſtraq; dura pio ſubdite colla patri:
Pacificus venit: nolite repellere pacem:

Vult iterum veſtros conciliare reos.
Sic memores eſtis dulcedinis ac pietatis
Quam ꝓfugis etiā fratrib⁹ exhibuit?
Sic memores eſtis doctrinæ ſpiritualis:
Quā vobis toties ligua diſerta dedit?
Tūc gemiata ſacri fulgebāt gaudia feſti
Cum tātus nobis angelus hoſpes erat.
Non fuit inter nos ſub eodē tp̄e quiſquā:
In quo non eius gratia larga foret.
Certabat pietas feruēs in pectore ſancto
Aut bona dādo bonis, aut miſerēda reis
Quas tibi ſūme de⁹ laudes, q̄ vota repēdā
Triſtitiam placuit, cui releuare meā?
Iā fugiāt lachrymę: ſuſpiria lōga q̄eſcāt.
Petr⁹ adeſt, redijt maxima noſtra ſal⁹
Mittis eum pp̄lis iterū bone rex Aq̄tanis
Dum cupis eccleſiam pacificare tuam
Auxiliare tuo rex inuictiſſime ſeruo:
Vt duplicata tibi lucra reportet ouis.
Hic tibi de multis placuit, q̄ ſignifer eēt:
Militibuſq̄ tuis ciuica iura daret.
Qui nos īſtrueret, q̄ nos ī agone doceret
Artibus Ethiopes vincere poſſe ſacris
Hunc igitur nobis lōgęuo tempore ſerua
Qui multos pp̄los ad tua regna trahat
Lucifer in terris cœleſti luce choruſcans
Porrige q̄ſo pias ad mea verba manus
Suſcipe dicta tui ſolita pietate poetę:
Et minimi Petri carmina parua lege.
Ille tu⁹ mim⁹ ego ſū/Petre maxīe Petr⁹
Qui ꝓ laude tibi paruula ſcripta dedi.
Tp̄s erat primū cū gens Aq̄tana triūphū
Fecit in aduentu dux generoſe tuo.
Vix mihi not⁹ eras, niſi quātū ꝑtib⁹ iſtis:
Fama tui radios luminis intulerat.
Nec poterat certe tā clara lucerna latere
Fixit in excelſo quam deus ipſe loco.
Totus vbiq̄ tuo fulgebat lumine mūd⁹:
Et toto celebris ibat in orbe ſonus.
De ꝓbitate tua, iā mēs tibi nr̄a vacabat:
Teq̄ videre mihi maximus ardor erat
Cū ſubito letus circūſonat vndiq̄ rumor
Iamq̄ pius pręſens fertur adeſſe pater.
Currimus extēplo, lęti ꝓcedimus omnes
Plaudit in occurſum ſexus vterq̄ tuū.
Laudib⁹ ergo nouis ſacra ꝑtin⁹ aula re-
Nec laic⁹ q̄ſq̄ tūc ſine voce fuit. (ſultat
Certatim ruimus ſacratos cernere vult⁹:
Teq̄ prior noſtrū quiſq̄ videre cupit.
O facies hilaris, nec honore ſeuerior vllo
Q̄ pia, pulchra, nitens, imperialis eras.

Clamabant oculi germē regale venuſti:
Quiq̄ verecundus pinxerat ora rubor
Veſtis & iceſſus humili de pectore teſtes
Dicebant mundum te reputare nihil.
Quid moror? igrederis nou⁹ itra mœnia
Ingrediēs offers oſcl'a ſctā gregi (paſtor
Longa mihi fuit illa dies, audire volēti:
Eſſet in eloquio gratia quanta pio.
Nā laudata nimis fuerat facūdia nobis:
Sed quis eam digna laude referre p̄ōt?
Audiui fateor, ſed inenarrabile quiddā:
Audiui linguam principis egregiam.
Sermo potēs/de te n̄ audeo ſcribere q̄c̄q̄
Ne tenuē calamū tā graue frāgat opus.
Te coram linguę Cicero rex iſle latinæ:
Si quid forte velit dicere mutus erit.
Tu Socratē vicis: reddis ſine voce Plato
Rhetoricos oēs tu trepidare facis. (nē
Obſtupui fateor, tanta dulcedine verbi:
Incipiens mecum taliter ipſe loqui.
Fama nihil dignum tāto paſtore ferebas
Plus aliquid video vox tua q̄ cecinit.
O miranda nimis virtus & gratia regis:
Qui tanto ſeruas ditat honore ſuos.
Quicq̄d enī ſctūn, vl' q̄cq̄d habet honeſtū
Et quęcunq̄ boni principis eſſe decet.
Nobilitas, virtus, ſapiētia, ſermo diſert⁹:
Hic ſūt, huic homini gratia nulla deeſt
Tūc magis atq̄ mag⁹ tua me dilectio tra
Et tot⁹ rapior mox ī amore tuo. (xit:
Seſſio, vox, vultus, inceſſus & actio tota:
In te lux hominū, plena decoris erant.
Si reſidere tibi clauſtrali more placeret:
Terrebat ſpecies relligioſa leues.
Si iocūdari priuata locutio vellet:
Sermo repellebat triſtia cuncta tuus.
Si iocunda forent ſemoto verba rigore:
Semper erant ſancto ſeria mixta ioco.
Nec dīcedo pr̄ is mōachi ḡuitate carebat
Nec mōachi grauitas abſq̄ decore fuit
Quanta ſit in culpis diſcretio ꝑcutiēdis:
Quis bn̄, quis digne cōmemorare p̄ōt?
Cum tu diſcernis, pietas ſic temperat irā
A te puniri querat, vt ipſe reus.
Soli plectuntur virga grauiore rebelles:
Audeat eſſe tuo ſi quis ī imperio.
Verū quid facio? ſi linguis mille ſonarē:
Non poſſet calamus cūcta referre me⁹
Qui neq̄ tunc potuit, licet hoc tentauerit
Pręſētās magno munera p̄ua viro (ip̄o
Tantus nāq̄ pij fuit in me feruor amoris

Vt mihi ſæpe loquens, talia verba darem.
Quid facis infelix, & cur tua muſa quieſcit:
Teq; pio dubitas inſinuare patri?
Crede mihi pius eſt, non dedignabiť vllum:
Qui ſe ſponte ſuo vouerit obſequio.
Nunquid amor tãtus ꝓpria mercede carebit:
Aut labor ille tuus nunquid inanis erit?
Sic ego commonitus præſumpſi de pietate:
Et plusꝙ merui, de pietate tuli.
Suſcepit paruum pietas ampliſſima carmen:
Suſcepit ſerui pauula vota ſui.
Quid tibi lux orbis pro tanto munere reddã:
Quod fuit in manibus pagina noſtra tuis?
Legerunt oculi paupercula dicta beati:
O ꝙ leta dies extitit illa mihi.
Illa dies totis a me celebrabitur annis:
Qua pater & dominus factus es ipſe meus.
Sed cito proh dolor hęc habuerũt gaudia finẽ:
Tempora lętitiæ parua fuere meæ.
Diſceſſit ſine me, ſine quo mihi viuere mors ẽ
Diſceſſit paſtor me remanente pius.
O mea magna ſalus: cur me ſic deſeruiſti:
Et cur tam ſubito perdere te merui?
Cur non illud iter. ſaltem gradiendo peregi:
Cur non vel famulus ſiue pedeſter eram?
Quęlibet & noſtro penderet ſarcina collo:
Vt poſſem ſeruus ſeruulus eſſe tuus.
Certe nulla meum tardaſſent aſpera curſum:
Viciſſet miſeros hęc via longa pedes.
At nimis infelix, nec tanto dignus honore:
Factus ſum vacuus ſpe fugiente mea.
Attamen abſcedens hęc vltima verba dediſti
Quæ quaſi patris adhuc pignora certa gero:
Petre recepturus te deſero, deſine flere:
Tranſacto modico tempore noſter eris.
En ego iam multos tranſegi flebilis annos:
Et promiſſa patris dulcia non video.
Hactenus in lachrymis ex illo tempore vixi:
Nec mea mens ex tunc abſq; dolore fuit.
Quis extiterint releuantes pectora quidam:
Te memorem noſtri qui retulere mihi.
Sis memor ergo mei p̃cor o dulciſſime rerum:
Reſpiciat lachrymas cura paterna meas.
Euigilet pietas qua ſemper totus abundas:
Et cuius ſentit naufragus omnis opem.
Quid ſic ardentem cupiam, ſi forte requiras:
Nil aliud prorſus ꝙ tuus eſſe volo.
Me tibi perpetuum deuoui tradere ſeruum:
Te volo poſt Chriſtũ ſemper habere patrẽ.
Redde petrũ petro. minimũ petre maxie ſũmo:
Sic tibi ſit Petrus clauiger ille pius.
Sic in te magni ſapientia creſcat odonis:
Ordinis ipſe viam ſic reparare queas.
Lucida maioli ſic in te vita reſurgat:
Plurima ſic domino de grege lucra feras.
In te ſic odilo, magnuſq; refloreat Hugo:
Spiritus amborum ſit tibi petre duplex.

¶ In laude triumphi eius Romæ habiti contra Põtium & Pontianos, qui memoratum Petrũ ab Abbatiali dignitate extrudere moliebantur.

TAm tibi Petre noui, celebrantur vbiq; triumphi.
Iã tibi ſub pedib⁹ gẽs ĩimica iacet
Iã pr̃ egregie, qa victor ab vrbe rediſti:
Pontionitarũ pñ da lingua ſilet.
Ora ꝓterua canum rabidos poſuere latratus:
Senſibus amiſſis corda maligna ſtupent.
Non ita ſacrilegi contingere poſſe putabant:
Cum vomerẽt rigidas ore tumente minas.
Cũ ſibi plaudentes ſimilẽ reuocaſſe magiſtrũ:
Criminibus varijs libera frena darent.
Vere nulla poteſt hominum verſutia ſummi:
Iudicis æternum vertere conſilium.
Salue magnorum fortiſſime victor agonum:
Salue cui Chriſtus enſis & haſta fuit.
Viciſti dilecte deo, fruſtraq; prophanus.
Exeruit vires in tua damna furor.
Ecce velit nolit gens impia: turba rebellis:
Cluniacus totus ad tua iuſſa tremit.
Ecce velit nolit regalia ſceptra tenebis:
Atq; triumphator imperioſus eris.
Quid facis impietas? qđ bruto pectore verſas?
Quid loqueris? certe nil prohibere potes.
Certe Petrus adeſt, Petrus Abbas Cluniacẽſis
Petrus mors vicijs, exitiumq; tuis.
Cuius dura ſatis tua ſentiet arma libido:
Cuius non fugies plebs ſcelerata manus.
Quo regnante nihil poterat regnare ſuꝑbum:
Quo duce criminibus iam via nulla patet.
Iſte licet doleas, licet hoc nullatenus optes:
Victor magnificus iam ſua iura tenet:
Gens inimica deo voluiſti nec potuiſti:
Sed Deus vt voluit mox etiam potuit.
Tu reprobare ꝓbum, reprobata mẽte volebas
Noluit hoc Chriſtus, & vbi poſſe tulit.
Cui merito ſoli grates & munera laudis.
Soluimus ob noſtri mira trophea ducis.
Qui de tam validis ereptum cladibus illum:
Alta ſuper populos ſceptra tenere facit.
Plaudimus ergo tuis paſtor venerãdę triũphis
Reddimus & ſummo debita vota deo.
Sic ꝓbat ipſe ſuos p multa pericula ſeruos:
Sic inimicus eo precipitante ruit.
Sic dedit eſſe malis bon⁹ auctor in ordine rerũ
Vt pereat reprobus ꝑficiat vnde pius.

Viuit enim iuſto/vir iniquus,iuſtus iniquo:
  Vt veterum patrum pagina ſacra docet.
Lęſa quidem modicum reſpublica nr̄a videt:
  Multa ſed hęc nobis lęſio lucra refert:
Miro nanq; modo res contigit. vnde nocere
  Se putat impietas:hinc bona multa facit.
Nulla tibi deerat iuuenis perfectio ſancte:
  Iam poteras patres equiparare tuos.
Solum reſtabat,ne lux ſub nube lateret:
  Sed toto radios ſpargeret orbe ſuos.
Hactenus oceanus te nouerat,atq; tuarum:
  Conſcia virtutum Gallia ſola fuit.
Dumq; ſibi ſoli tantum genuiſſe patronum:
  Plauderet egregio germine facta potens.
Eſt noua cauſa noui diuinitus orta triumphi:
  Quo tibi Romanum iam fauet imperium.
Ipſaq; ſacra tuas admirans curia vires:
  Totius ad mundi frena regenda vocat.
Quid latias vrbes:quid rheni littora: quid ve
  Pannonicam gētem ꝓxima regna loquar?
Iam tua Barbaricos penetrauit gloria fines:
  Laudat & indomitus bella peracta gethes.
Quē ꝗ prius modico certaminis igne ꝓbatū.
  Pars ſibi terrarum fecerat vna ducem.
Nunc ope cœleſti diuinitus hoſte fugato:
  Tota triumphantem terra videre cupit.
Grāde lucrū facimꝰ:qa cauſa ſchiſmatis huiꝰ.
  Corruit ex toto perfidus ille draco.
Cumq; caput lubricum ſuſtollere nitit anguis:
  Rumpitur,& moriens atra venena vomit.
Interiere nigri præſtigia ſeua colubri:
  Nec patitur monſtrum viuere Roma diu.
Sed mox ancipiti gladio fera colla trucidans:
  Defendit Petrum,Petrus ab hoſte ſuum.
Non poterunt vltra ſub ouini velleris vmbra:
  Horrida magnanimi membra latere lupi.
Omnia quæ fuerant habitu pietatis aperta:
  Sacrilege mentis impia furta patent.
Tutius herydani coluiſſet fertile littus:
  Et nocet Italicum deſeruiſſe ſolum.
Hic illum ſacri ſententia prima ſenatus:
  Heu male vicino truſerat exilio
Tentauit proprias æremita relinquere ſyluas:
  Et ſemel abiecto rurſus honore frui.
O quantos populos rabies vaſtaſſet iniqua:
  Ni celerem nobis Roma tuliſſet opem.
Quanta diabolico cecidiſſent agmina telo:
  Plebis & indocte quanta ruina foret.
Vnum de magnis ſubito aduenisse ꝓphetis:
  Rumor in occiduis partibus ortus erat.
Iamq; nouam ſectam vulgaris fecerat error:
  Dum putat hunc aliquem ruſtica turba deū
Iſte nouum Moyſen,hic Daniel,ille Ioannē:
  Alter Helyſęum vel Salomona vocat.
Alter eum tenui circundare brachia ferro:
  Martyriq; nouum fert tolerare genus.
Alter ab humanis epulis omnino ſequeſtrem:
  Non niſi celeſtem ſumere poſſe cibum.
Quilibet altari nudis aſſiſtere plantis:
  Laudat & innumeras continuare preces.
At qui maiori fuerat phantaſmate luſus:
  Clamitat in medio talia verba foro.
Currite languētes,hominēq; requirite ſanctū
  Currite,Martinus ecce ſecundus adeſt.
Cui placuit ſpretis Cluniēſibus,vt per arenas:
  Trans mare tyrrhenum quereret ipſe deū.
Nunc igit rediens,vt priſtina iura repoſcat.
  Angelico monitu plurima ſigna facit:
Forſitan ille prior Martinus in orbe reuixit:
  Qui ſolo nutu diſſipat omne malum.
Sed quis tot vana furioſi ſomnia vulgi:
  Vel ridere ſatis,vel memorare poteſt?
O quoties electe deo trepidauimus omnes:
  Vt pote quos verus ſolicitabat amor.
Ne leuibus nugis grauitas Romana faueret:
  Verteret & lubricus ſobria corda magus.
Neu doctos etiam brutos/rigidoſq; catones:
  Tentaret varijs illaqueare dolis.
Triſte quidē dictu.ſed maximus ille Girardꝰ:
  Proh dolor.hac potuit calliditate capi
Quæ foret vlterius ſpes:ſi ſacer ipſe ſenatus:
  Vrbſq; quirinalis tota faueret ei?
Sed ꝓcul egregia Deus hoc auertat ab vrbe
  Quæ ſub ſe populos totius orbis habet.
Nil ibi ſacra fides damnoſum pertulit vnq̄:
  Quo fidei magnus ſceptriger ille ſedet.
Cuius purpureo fundati ſanguine muri:
  Nec ſeuas hyemes,nec fera bella timent.
Non impar Paulus eadē quoq; mœnia ſeruat
  Et ſimul ambo tenent imperiale decus.
Tātis principibus commiſſam celitus vrbem:
  Nullius erroris ſerta nocere poteſt.
Vobis ergo patres,ſummiq; tonantis amici:
  Carminis ac laudis vota referre libet.
Vos etenim ſpectat,ſpecialiter ille triumphꝰ:
  Quorum pro veſtro milite pugna fuit.
Hic eſt ille bonus miles quem vos voluiſtis:
  Primum Caſtrenſis ordinis eſſe ducem.
Sub veſtris Aquilis iuueniles egerat annos:
  Et virtute ſuos vicerat ipſe dies.
Sæpe ferum ſacris hoſtem contriuerat armis:
  Sępe graues fuerant ipſius enſe gothi.
Sepius Ethiopes gelida ſub nocte vagantes:
  Sæpe Moabitas depopulatus erat.
Multotiens etiam de regibus Aſſyriorum:
  Retulerat forti clara trophea manu.

Deniq; nullus eum bellorum frangere terror
Nulla ſibi poterat flectere barbaries.
Senſerat hoc certe veſtra experientia patres
Nil vos in rerum conditione latet.
Certe vos aliquid iuueni vidiſtis ineſſe:
Vnde ſuis poſſet patribus eſſe pater.
Neſcio quid vobis ætate reluxit in illa:
Cui merito ſummus conueniebat honor.
Nec fruſtra rapitur de tot legionibus vnus:
Qui cum cæſaribus publica iura regat.
Archiſenatores, quibus orbis conditor ipſe.
Romani imperij frœna regenda dedit.
Non ſine conſilio cœleſti credo fuiſſe:
Quod prope ciuili iam titubante ſtatu.
Dñi veneranda cohors de principe cõſtituẽdo:
Archanum veſtri conſulit arbitrij.
Sit quaſi præcipue regali dignus honore:
Solus de multis milibus iſte placet.
O quibus ęthereas aperire & claudere portas:
Et ſecreta dei cernere cuncta licet.
Vobis noſſe datum eſt, quęquã fuit illa ſuarum
Virtus, quæ menti grata tanta ſui.
Vnde oculis vr̃is, quos nulla abſcõdita fallſit:
Sic placuit Petrus, duxq; paterq; pius.
Nam vere felix, omniq; colendus honore:
Iudicio veſtro qui bonus eſſe poteſt.
Felix a vobis qui fortior eſſe putatur
Omnibus: & ſummo dignior imperio.
Inde procul dubio mihi pridem claruit: aſtum
Nulla virtutis dote carere virum.
Nec veluti quoſdam crebro affectare videm⁹
Sanguinis exigui, quod ſibi vena negat.
Sic habet iſte aliquid: perpes cui iure paterno
Religionis ineſt: ac probitatis amor.
Has habuiſſe ſui veteres/ atauiq; probantur:
Has habuit, coluit ſemper vterq; parens.
Nonne Aruernorũ clariſſima gloria quondã
Extitit: & patrię lumen/ honorq; ſuę
Diuus Mauriti⁹ (quẽ noſtra Aquitania raptũ
Deflet adhuc: cum quo dec⁹ atq; potẽtia gẽtis
Tota ſepulta foret: niſi q̄ generoſa remanſit
Progenies: in qua veluti tranſfuſa relucet
Nullo diſſimilis, patrię virtutis imago.
Terge igĩ lachrymas Aquitania: quicqd ĩ illo
Mortali pro lege viro/ perijſſe dolebas
Sacra tibi ſoboles/ multo cum fœnore reddit.
Nec facile aduertas pulchra de cõiuge natos
Tam ſunt ęgregij, morum ne an diuitiarum
Fecerit hęredes ſenior Mauritius, at qui
Viuere totus adhuc in fratribus orto videtur
Cumq; eadem pietas, virtuſq; ſimillima patri
In ſeptem reliquis miro ſplendore niteſcat.
Tu tñ inter eos dux noſter & inclyte paſtor
Splendidus rutilans, vt cætera lucifer aſtra
Clara tui generis radiando ſidera vincis.
Felix mater aue, cui tales edere partus
Virgo Maria dedit: tu noſtri temporis ęuo
Profers occiduis ingentia lumina terris.
Cumq; alias ſuperes felici germine matres
Tu quoq; in ęgregio meruiſti vincere Petro
Quem pius ille parens/ hoĩm/ rectorq; ſeren⁹
Propterea ad ſũmos ↄſcẽdere iuſſit honores
Vt bene pro patrijs pugnando legib⁹: omnes
Antiochi vires bellorum turbine frangat
Et renouet noſtro Machabęi tempora ſeclo
Vos autem ſummi qui regna tenetis olympi
Vos inquã patres, ad quos mea muſa recurrit
Carmine finito qđ veſtra in laude peregi
Auxiliatores votorum poſco meorum.
¶ Nunc igitur primum te cœli ianitor alme
Qui tu⁹ vt miles cluniacenſia ſceptra gubernes
Pręcipitas reprobum ſacra de ſede tyrannum
Per tua in ęquoreis veſtigia fluctibus olim
Per fidei titulos, & per tibi tradita iura
Per latium/ Romamq; tuã, claueſq; per illas
Quę poſſũt reſerare polos, & claudere cu vis
Perq; ſacrum quo ſic a te eſt dilectus amorem
Vt ſolus populis ex omnibus ipſe placeret
Qui dux caſtrorum fieret/ principeſq; tuorum
Obſecro, ſupplico, poſtulo, flagito, dep̄cor, oro:
Fac meminiſſe ſui Petrũ Petre maxime Petri
Te quoq; Paule ſacer, cuius doctrina ſalubris
Eccleſiam Chriſti toto fundauit in orbe
Te vas electum, tuba cœlica, maxime preco
Poſcimus, exaudi noſtri ſuſpiria voti
Ambo ſimul dñi & patres ſuccurrite quęſo
Vt pius/ egregius/ mitiſſim⁹/ atq; benignus
Cum peragrando ſui longe/ lateq; profuſi
Imperij terras, vrbes, caſtra, oppida, villas:
Nobilium procerum ſeſe comitante ſenatu
Dignatus fuerit noſtras inuiſere partes:
Totaq; quam gemino terrarum limite gentẽ
Vltimus oceanus/ ligerinaq; littora claudũt
Ingentes dederit pro tanto principe plauſus
Ac populorum concurrentibus vndiq; turbis
Quiſq; videre prior vultus properauerit illos
Qui deſperatas faciunt hilareſcere mentes:
Qui triſtes hoĩm poſſunt diſſoluere curas.
Tunc mihi magnorũ longe poſt terga virorũ
Ignoti vulgi numeroſa in plebe latenti
More ſuo ſacram dignatus tendere dextram
Serue meus dicat: accede, & alacrior eſto.
Non vltra factis promiſſa implere morabor.

¶ Quando ad Aiam Inſulam
tranſfretauit.

Petri pictauienſis ad calumniatorem carminum ſuorum.

Dum placet Aienſes pie paſtor viſere fratres
  Obſequium prȩſtant ipſa elementa tibi.
Totus opertus erat pluuijs auſtralibus æther
  Vt tua vela videt territus imber abit
Ne tumidȩ fierent ſȩuis aquilonibus vndȩ
Mox vt eas intras ventus & aura fugit.
Multa polum nubes caligine texerat atra
  Te aſcendente ratē cuncta ſerena patent.
O ſacer & felix, cui tam gratanter obȩdit
  Summa dei virtus quicquid in orbe creat.
Iam memor eſſe tui dignare vir inclyte ſerui
  Obſecro ad effectum iam mea vota trahe.
Fac me poſſe tuos Cluníenſes cernere tecum:
  Sic honor & virtus, vitaq; longa tibi.

¶ Incipit cuius ſupra ad calumniatorem.

SCio inuidiam quādiu hoc ſeculum ſteterit nunq̄ penitus morituram. Quis ergo vnde mihi inuideatur ego non habeam. Quis enim pauperi inuidet? prouidenda tamen reſponſio eſt his qui ſanctiſſimos ſe arbitrātes: nos quaſi de vanitate forſitan & adulatione notabunt. Quibus nos apertiſſime reſpondemus: hanc noſtram paginulam non adulationi ſed communi vtilitati ſeruire. Audiat igitur noſter iſte ſanctiſſimus: quȩ ſit huius rei vtilitas. Naturale quodammodo & proprium eſt nobilium & ingenuorum animorum, quanto maioribus laudibus attolluntur: tanto amplius ad probitatem eniti. Et quidem mihi, quod viro reuerentiſſimo cuius laudes parūper attentare præſumpſi, nulla deſit perfectio: luce clarius conſtat. Sed quia omne datum optimū & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum: quotiens in aliquo dei gratiam prædicamus: ad ipſum ſine dubio largitorem tota laus ipſa refertur. Scriptum eſt. Laudate dominum in ſanctis eis. Q; ſi opponatur, ſanctos poſt hanc ſolūmodo vitam debere laudari: nos econtra referimus ipſum dominum Chriſtum Ioannem Baptiſtam adhuc in carne viuentem laude præcipua commendaſſe: Nathanael quoq; ad ſe venientem verum ſine dolo Iſraelitam vocaſſe. Item legim⁹ Paulum Apoſtolum diſcipulos vel coapoſtolos ſuos multotiēs ſummis laudibus extuliſſe. Ipſe etiam dixit. Honore inuicem præuenientes & cui honorem, honorem. Sulpitius Seuerus beatiſſimo adhuc viuente Martino: multa de virtutibus eius ſcripſit. Celeberrimi patres Eccleſiæ Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, Paulinus: multis ſeſe alterutrum laudibus honorant. Ex quibus etiam beatus Paulinus iam apud Nolam Campaniȩ relicta ſeculi dignitate preſbyter & monachus: in laude magni imperatoris Theodoſij librum elegantiſſimum legitur conſcripſiſſe. Sidonius vir eruditiſſimus & ardentiſſimi ingenij ex prȩfecto & conſule antiquus Aruernorum Epiſcopus: quantis prȩconijs omnes pene ſui temporis illuſtres viros efferat: Epiſtolȩ ipſius tam in metro q̄ in proſa elegantiſſime inteligentib⁹ teſtes exiſtunt. Sed & inclytus martyr Cyprianus quibus laudibus vel papam Cornelium, vel Celorinum lectorem, alioſq; ſanctos adhuc cum diabolo & mundo pugnantes in ſuis Epiſtolis proſequatur: clarum eſt. Fortunatus etiam noſter Pictauienſis ſiue preſbyter ſiue epiſcop⁹, qui ſatis in poetica claruit: Gregorium Turonicum, plurimoſq; alios Epiſcoporum ſui temporis, regem quoq; Sigiberti, q̄ plauſibili panigerico extulerit: nō ignoram⁹. Tēpus mihi priuſq̄ ſermo deficiet: ſi ſingillatim dicere cœpero: quot vel quanti patres noſtri & viri religioſiſſimi mutuis ſeſe laudibus honorare, commendare, exhortari, non adulationis cauſa vt quidam noſtroꝝ temporum imperitiſſimi & antiquitatis omnino neſcij ſomniant, ſed quadam humanitatis ac pietatis honeſtiſſima cōſuetudine ſtuduerunt. Iam vero ſi ad gentiles philoſophos veniamus: quis eo tempore vel hiſtoriam vel aliquid ad liberalium artium diſciplinam pertinens: niſi in laudibus regum aut imperatorum ſcribebat? De quorum numeroſa multitudine illud mihi occurrit: quod vir grauiſſimus Tullius in libris de republica ſcripſit: ſcilicet principem ciuitatis gloria eſſe alendum: & tādiu ſtare rempublicam quādiu ab omnibus honor principi exhiberetur. Sufficiant iſta inuidiȩ: iamq; noſter iſte ſanctiſſimus erubeſcens: dominos & patres noſtros debitis laudum prȩconijs reuerenter a nobis excoli atq; honorari permittat. Nam qui bene laudabilis eſt: nunq̄ de virorum laudabilium laudibus iraſcetur.

¶ Explicit ad calumniatorem.
¶ Incipit aduerſus barbarum.

BArbare crudelis:homo be-
ſtia:liuida peſtis
Carpere q laudes Petri Ve-
nerabilis audes.
Non habeo mirum,te nobis
frendere dirum.
Nã quod ſic ſeuis ꝓpriũ ſolet eſſe ſueuis
More tuę gẽtis de noſtro carmine ſentis
Quid laus:quid carmen:quid vitę dul-
ce leuamen:
Quid pax:quid pietas:quid virtus:quid
ſit honeſtas
Barbare tu neſcis:ideo liuore tumeſcis.
Ergo tace cymber:ne te meꝰ obruat iber
Si non deſiſtis:non ſolum verſibus iſtis:
Sed multis libris indicã pręlia cymbris:
Et genꝰ oẽ tuũ luet impia crimina tecũ.

Finit Panygericon.P. Pictauienſis.

Verſus eiuſdẽ i epytaphio Gelaſij pa-
pæ ſecundi.

VIr grauis & ſapiẽs actu/verboq;
Ioannes
Cum prius ex monacho ꝓ mul-
ta ſtrennuitate
Archileuita foret & cancellarius vrbis
Pręſule paſchali meritis ad ſidera rapto
Pręmeruit tandẽ ſacrã cõſcẽdere ſedem
Dignꝰ poſt primũ Gelaſius eſſe ſecũdus
Sed quia rege fuit nõ precipiẽte leuatꝰ
Horrẽdũ fremuit princeps,& filia dulcis
More ſuo ꝓfugũ ſuſcepit Gallia patrem
Si licuiſſet ei(pro certo crede)ſub ipſo
Virtꝰ & pietas & honeſtas creſceret ois
Et pax eccleſię toto floreret in orbe
Nã rapuit mors atra virũ,cũ pontificatꝰ
Vix ageret primũ paſtor venerabil' ãnũ
Bina dies iã reſtabat,cum Cluniacenſi
Dormijt in proprio Romani iuris aſylo
Hic igitur poſitꝰ dilectos inter alumnos
Cũ pribꝰ ſctis requieſcit & optat vt orbis
Conditor & iudex veniat qñq; potenter
Et cineres lapſos i pſtina mẽbra ĩformet
Felix inde nimis ſp Cluniace manebis
Q; pr̃ orbis ap̃licus/ſummuſq; ſacerdos
Eccleſię matriſq; tuę ſpecialis : apud te
Trãſijt ad ſupos:i te requieſcit humatꝰ
Nec minꝰ hic etiam felicẽ credimꝰ illum
Cui dedit ipſe piꝰ magno ꝓ mũere chriſtꝰ
Vt monachi monachum, patrem quoq;
pignora chara
Iugit aſpicerẽt,lachriſq; rigãdo ſepſcrũ
Sacris in ꝑcibus ſpecialẽ ſemp habertẽ.

Explicit.

Itẽ eiuſdẽ in epytaphio adefonſi ep̃i.

Vrbs eſt hiſpanę regiõis,quã Salamãcã
Indigenę dicũt,hanc ordine pontificali
Rexit adefonſus,tumulo ꝑſente ſepultꝰ.
Qui de cõcilio Remenſi dum remearet
Hic finẽ fecit pariter vitęq; vięq;.

P.Venera.aduerſꝰ calũniatores carmi
nũ ſui.P.Pictauiẽ.defẽſio;cuiꝰ argm̃ ẽ.
Egregiꝰ pro vate ſuo dux ipſe perorans
His iaculis rabidam cõfodit inuidiã.

AVdio liuor edax,te ſacrum rode-
re carmen
Verbaq; diuio carpe ſcripta ſtilo
Sed ſcelerata licet tibi ſit/nequãq; volũ
Cõmoda cũctoꝝ q̃ tua dãna putas(tas
Vix tñ id de te qſq mihi credere ſuadet
Nec queq̃ tãtũ credo putare nephas.
Vt vitreũ riuũ puro de fonte manãtem
Tẽtaris ceno turbificare tuo.
Sed qd erit?cogor veraci credere famę
Certis indicijs quę ſua dicta probat.
Ha ſcelꝰ & ſtigio mẽs ſubmergẽda ꝓfũdo
Quę vomit ex antro dira venena ſuo.
Manes tartarei talẽ compeſcite linguã
Quę demẽs potuit verba nefãda loq.
Oris de baratro tractã per fruſtra ſecate
De qua mox faciat flãma vorax cinerẽ
Infandæ vocis fauces arctatæ meatus
Et tumeat guttur,ne ſonet illicita
Audiri timeas/o vox indigna ſonare
Conſulo deficias,teq; ſilendo premas.
Humanas ſtrepitꝰ ne talis polluat aures
Cõmunes vſus ſpiritus ipſe nega
Sed nũquid fieri tanti queo criminis vltor
Cũ mage diſtricto iudice res egeat.
Aut fragili calamo crimẽ tentabo piare
Vngula qđ ferri radere vix poterit?
Nec mihi cõmunis nocet hæc iiuria tãtũ
Sed magis egregios reſpicit illa viros
Vos o præcipui cultores philoſophiæ.
Quos eadẽ proprijs educat in laribus
Eius vos inquã paſti/potiq; papilla
Quos ꝓprio ſtudijs imbuit ore ſacris
Naſo,flacce,maro,ſtati,lucane,boeti
Et quicũq; tuũ carmine comis opus.
Huiꝰ liuoris vos tangere mucro minatur
Hic & de veſtro cogitat exitio.
Vos etenĩ lædit,q lædere non timet illũ
Quem vobis ſocium calliopea dedit,

Hunc inter reliquos ęquali ſorte locauit
Impatiens vt ſit cuilibet inferior
Huic facet ille chorus cōceſſit ſponte ca-
thedram.
Sublimem,medio dans reſidere loco.
Nec me mireris primis ęquare ſequētes
Nil tempus meritis demere iure pōt.
Nec ſenibus iuuenes ſibi diſplicet equi-
parari
Gloria nāq; patris filius eſt ſapiens.
Hūc igit̄ iuuenē ſeniorib⁹ equiparam⁹:
Hunc quē muſa facit patrib⁹ eſſe parē.
Nā nil ſplēdoris,nil pōderis,aut ratiōis
Pręfert plus iſto lingua vetuſta patrū.
Lux micat in verbis,grauis eſt ſnīa reb⁹
Nec ſe diſſociāt,aut decor aut grauitas
Laudib⁹ extollit tollēda,p̄mitq; p̄mēda:
Nec reticēda loq̄ns nec recitāda tacēs
Flet cū flere decet,gaudet cū ꝓſpa poſ-
Reddēs officio cōgrua quęq; ſuo. (cūt
Scribere ſic didicit, vt pigere cūcta pu-
Nō ars vlla ſibi,nō color vll⁹ abeſt. (teſt
Verba quidem reſonant, ſed res magis
eſſe videntur.
Pulchra velut viuū fingit imago virū.
Aurib⁹ hęc oclī rapiūt,audita videntur:
Nec niſi mirari quiſq; legendo poteſt.
Penula miticolor varios micādo colores
Equor adumbratū mox rutilare facit.
Omnia conueniunt aſſumptæ materiei
Nec quiſq̄ melius dicta loqui potuit.
Felix materies tanto ſublimis honore
Quā dignata fuit muſa ſuperna loqui
Vilis eras,tenuis,lāguēs & tota iacebas
Sed qđ laudis habes aurea lingua dedit
Nec tibi cuiuſq̄ lira ſe præponere tentet
Nam nunq̄ cecinit dulcius vlla melos
Et quia nil meli⁹ in carmine cernit̄ vllo
Hoc qui non recipit:cūcta ſimul pimit
Qđ vobis tutū remanebit in orbe poetę
Si tñ munito pellitur ille loco?
Nec volo blādiri,par eſt fortuna duorū
Siue ꝓbādo bonū,vl' reprobādo malū
Si bene dixiſtis:pariter dixiſtis vterq;.
Si male:culpa ſimul ſtringit vtrūq; reū
An ſentire licet tantos erraſſe poetas
Quos mundi venerans multus amor
ſequitur?
Sed non ſunt iſti,nō ſunt erraſſe putandi
Qđ quicunq; putat:deſipit ille nimis.
At ſi phas non eſt tales erraſſe putare

His errare parem dicere quis poterit?
Sed video virus quod adhuc ſub pecto-
re ſeruas.
Qđ tibi iādudū liuide corda premit.
Vnde caue dirū tacit⁹ tolerare grauamē
Ne tua rumpatur peſte tumente cutis
Dic rogo,dic & q̄ p̄meris celer euome pe
Sic ſecreta tui pectoris alleuiās. (ſtē
Dic,dic,qđ retices:an forte pudore tene
Et metuis ruſ⁹ verba nephāda loq (ris
Iuſte ſi metuis,fauet iſti quiſq; timori
Sit ne tñ verum, quęrit ab ore tuo.
Mira refers,iuuenis cōpegit carmina tñ
Plauſibus immenſis digna ſui merito
Emula nulli⁹ quæ poſſent eſſe nitoris
Turpis adulādi ni nota fuſcet ea.
Sed nihil in rerum rōne placet vitioſum
Hinc vitioſa mihi carmia nulla placēt
Ha reuoca ſordes,q̄s ſordid⁹ euomuiſti:

Obō q̄ carmina redolebāt adulationē.

Ne ve fluant forti guttura claude ſera
Si ſec⁹,aut nimio cūctos fœtore fugabis
Aut coges nares claudere quēq; ſuas.
Sed ne te verbis vrgeri forte queraris
Accipe quod cupio dicere pace tua.
Quid vitiū dicas mihi clari⁹ exp̄me q̄ſo
Quo vitioſa tibi muſa placere nequit.
Si quia laudauit o quot tenet iſte reat⁹
Quot/quātoſq; viros iſta cathena ligat
Cum quib⁹ hac merear felici ſorte ligari
Qua mihi nulla dies gratior eſſe pōt.
Si memorē mundi ſapiētes/ſiue poetas:
Qui plenos laudum cōpoſuere libros.

Rñſio: ſatiſfaciendo p exempla. Prio gētiliū poetarum.

Oppones forſan reprobā mihi relligio-
Qua ſola docti deſipuere viri. (nem:
Aſt ego pfidiā reprobo qua diſplicuere:
Nec minus idcirco qđ ſapuere probo.
Nāq; perita man⁹ ſic vuā carpere nouit
Vt pariter ſpinam caute cauere ſciat.
Nunc tñ his tacitis: taceant vt murmu-
ra cuncta.
Chriſticolas tñ dinumerare placet.
Quos magnos meritū,quos claros fama
per orbem
Fecit:& ad cœlos vita beata tulit.
Hic nihil inuenies furor īpie,qđ rephēdas
Nil qđ mordaci rodere dente queas.
Horum te virt⁹,aut gratis cedere cogit
Aut ſi nolueris:tunc mage victus eris
Nunc igitur geminę veniant in fronte
columnæ
Fulta quib⁹,caſum nō timet aula dei.

Scđo doctorum Chriſtianorum.

Hi ſunt Hieronymus, Auguſtinuſq; beati
Quos ꝓ lege ſequi lex iubet eccleſię.
Hieronymus. Ille ſuã Paulã quantis ad ſidera tollat
Laudibus: egregio claret in eloquio.
Cuius virtutes ſic effert lingua diſerta
Vt nil de meritis verba perire ſinant.
Hic nõ poſt dirũ laudes cãtare ſepulcrũ
Sat fuit, & lęto ſoluere vota pio.
Incolumẽ miſſis recreauit ſępe libellis
Non dubitãs ipſam ꝑdere laude ſibi.
In ſanctis ſtudijs eſt matrẽ nata ſequuta
Cõſimiles animos a genitrice trahẽs.
Hãc quoq; nõ tetra paſſ⁹ ſub nube latere
Curauit ſcriptis clarificare ſuis.
Euſtochium dico, quę corpis inuiolati
Chriſto virgineum prębuit hoſpitiũ.
Iã iuuat eccleſiã Paulã recitare freqnter
Nec min⁹ Euſtochiũ lectio ſępe ſonat
Harũ ſe laudes iurat non poſſe tacere
Nec timet inde cani diſplicuiſſe meo,
Quę quia viuẽti præconia ſcripſit vtriq;
Liuor eum mecum iudicat eſſe reum.
Sed certe talis laus ẽ mihi magna/ reat⁹
Hoc quia cũ ſocio cenſeor eſſe reus
Iã ſi laudatos placeat memorare viritim
Nõ duo, ſed populus cõfluet inumer⁹.
Quos qui noſſe cupit non ad mea carmina currat
Sed de fõte ſacro larga fluẽta bibat.
Hęc ſtudioſ⁹ amãs, armaria cõſulat illa
Quę grauidũ libris cõſtat hr̃e ſinum.
Hieronymoq; dehic p mr̃ta voluia lecto
Oĩs lecta mihi pagina teſtis erit.
Auguſtinus. Poſt hũc indomit⁹ accedat belligerator
Cui⁹ ſola terit milia multa manus.
Qui vinci nũq̃, qui ſemp vincere ſuetus
Tela repugnãtes abdere cogit humo.
Auguſtin⁹ hic ẽ quẽ nobis aphrica miſit
Tertia pars orbis, re mior: hinc potior
Partib⁹ iſta minor ſpatijs ẽ terra duab⁹
Aſt Auguſtino vincit vtrãq; ſuo
Quo nihil vberi⁹ libycis increuit ariſtis
Qua valeas animę fruge fugare famẽ
Clarior ide pol⁹ gemio nos ſole ſerenat
Sed nouus antiquo clarius iſte micat.
Sic etei tetras de mẽtib⁹ effugat vmbras
Hic mõ corporeas irradiat tenebras.
Ambroſio laudes dũ viueret iſte dicauit
Quas ſtuduit poplis edere voce, ſtylo
Hieronymo mr̃tis blãdiẽ epiſtola verbis
Ipſius, vtq; patri ſcribit vterq; ſibi.
Nil laudũ titulis detraxit, nilq; reliquit
Qđ foret egregio gloria/ lauſq; viro
Qđ mõ ſi pariles notet ei⁹ pẽna iugales
Paulinum ſanctũ, theraſiamq; ſuam?
Nonne tuum feriet ſaxoſa turbine murũ
Emule, quo tua mox męnia cũcta ruẽt
De quib⁹ vt tut⁹, ꝓſpectas emin⁹ hoſtem
Et rides hilaris q̃s iacit ille minas?
Hos natale ſolum pro Chriſto deſeruiſſe
Hos cœlum terræ præpoſuiſſe probat
Laudat eos & opes & faſtum nobilitatis
Vinclaq; coniugij poſtpoſuiſſe deo.
Narrat ab occiduo veniẽtes cardie ſolis
Hactenus ignotas arripuiſſe vias
Et ſedes meruiſſe pias oriente ꝓpinquo
Proximus vt fieret trãſitus ad requiẽ
Auribus ipſoꝝ laudes commiſit eorum
Nõ ſibi nõ ipſis hinc aliquid metuens
Iã mea ſi reliquos conetur pẽna notare
Quos nimiũ ꝓprijs extulit ille libris.
Deficiet cum mente dies, cũ tpe verba
Mole graui preſſum cõcidet ingeniũ.
Iã nobis veniat cũ primis annumerãd⁹ Ambroſius.
Alpibus Ambroſius celſior italicis.
Nõ magis heridan⁹ terras vicin⁹ iundat
Qñ tumens pluuijs vnda ſupba furit
Q̃ pr̃is Ambroſij cœleſtib⁹ ibrib⁹ auctũ
Eloquij flumen arida corda rigat.
De quo cõdignã ſi q̃s vult ſcribere laudẽ
Sumat opus multi iure laboris egens
At mihi ſufficiet, laudandi faſce relicta
Totius mecum laudis habere virum.
Quẽ patet auguſtis laudes miſiſſe duob⁹
Regales animos alliciendo deo.
Vt rigidas mẽtes meli⁹ mulcẽdo doceret
Dura leui Chriſti ſubdere colla iugo.
Mentib⁹ ingenuis fertur natura dediſſe
Vt cupide laudũ, quas meruere ſemel
Addere laudatis ſemp laudãda labores
Quo ſibi perpetuus cõcilietur honos.
Nouerat hæc Cicero, nobis quoq; ſcripta reliquit.
Cui multã debet lingua latina fidem
Cuius pauperiem ſic ditat diuite lingua
Vt iã ſit nullũ ditius eloquium.
Publica res)iqt) ꝓprio ſtat pricipe ſtãte
Cuius & in caſu labitur ipſa ſimul
Cõuenit idcirco cauſas remouere ruinæ
Et ſtanti vires addere continuas.
Vt ſtomacho mẽtis impẽſa laude refecto
Principis eſuriem gloria ſubmoueat.

Sicq; fit vt nullũ timeat reſpublica caſũ
Dum ſemp vires principis ipſa nouat.
Laudib⁹ ergo pijs reges vir ſanct⁹ alebat
Poſſet vt ipſorꝫ pellere laude famem.
Quo ſaturi paſtu, mẽtiſq; vigore reſũpto
Ius regerent magni fortius imperij.
Cyprianus martyr. Nũc cypriane ſeq ꝓprias dignare ſeq̃ces
Tẽpore ſeu meritis es quib⁹ anterior
Horum celeſtes illuſtrant lilia campos
Sed tua purpureis ſunt ſociata roſis
Iũgeris his verbo: ꝑcellis ſanguine ſacro
Quo melius ſolito punica terra rubet
Quã tua multorꝫ rubricauit lĩgua cruore
Quos monuit vitam ꝑdere morte pia
Te duce bellatrix rurſũ carthago ſuphit
Rurſus & in latium cõcutit arma ſolũ
Nec velut Hãnibalis formidat tpe vinci
Sed ſecura manet principe fiſa ſuo
Cũ quo romuleas ſternẽs ſine cede caterCeſa triũphauit, romaq; ſuccubuit (uas
Que mľto meli⁹ moriẽdo ſubiugat hoſtes
Dũ viuit moriens, & morit perimens
Hunc tua corneli preconia papa beate
Non piguit ſcriptis nobilitare ſuis
Hic ſtuduit mľtos ſcribẽdo reddere cla=
Quós fecit celebres glia martyrij. (ros
Sidoni⁹ aruern⁹. Iã dec⁹ aruernũ quã tot virtutib⁹ ornas
Nobis ſidoni ſancte vocate veni
Et referẽs laudes quas ſãctis exhibuiſti
More tibi ſolito pfida corda feri
Quę nobis laudes audẽt grunnire negã
Qñ virtutis exigit has meritũ. (das
Ergo viẽnẽſẽ iã nũc modulare mamertũ
Quo ve docẽte pi⁹ ſeruet ouile lupus
Pręſul lugdunũ patiẽs q rexit aquoſam
Quanti ſit meriti te referente patet
Sed neq; fauſt⁹ abeſt abbas, ęremita, ſacerdos.
Quẽ tua nequaquã lingua latere ſinit
Nec te ꝑtereã primis equande poetis
Fortunatus. Fortunate: tuum quod ꝓbat ingeniũ.
Gallorꝫ populis te tellus italia miſit
Vt veterũ caneres geſta poeta nouus
Poſt veteres ẽt libuit cãtare modernos
Quorum de meritis tu tibi teſtis eras
Gregorius Turoneñ. Gregoriũ laudas aruerno germine clarꝫ
Cui dat martini celſa cathedra locum
Nec nõ pãthonici mores & tẽpla leontis
Quę duo cõſtruxit cõpta decore pari.
Nec numeerare vacat tot quot tua pagina pręfert

Nã tempus ꝓhibet, materieſq; premit
Hoc tibi noſſe ſat ẽ, q carmẽ legeris iſtđ
Q; laudare bonos optime cuiq; licet.
Nã ſi ſũt digni, nec viui laude carebunt
Ne dicam laudes nil niſi mortis op⁹,
Vnde nihil trepi des vitã laudare bonorꝫ
Qui bon⁹ eſt: fiet laude tua melior.
Hui⁹ te culpę merces / nõ pœna ſequetur
Ornabitq; tuũ digna corona caput.
Nunc qui ſtelligero nutu dñaris olympo
Et mundi moles quem venerãdo colit
O tu poſt Chriſtũ maiorꝫ maxime Petre Petrus Apľus.
Te ſi dignaris nunc mea muſa vocat.
Te Pauli laudes viuentis non tacuiſſe
Innumeri teſtes: & tua ſcripta probãt.
Vltimus aduenıat, ſed forti⁹ oibus hoſtẽ
Paulus apoſtolico conterat imperio. Paulus Apľus.
Null⁹ eo melior, nec maxim⁹ ille Ioãnes
Quẽ gaudet meritis Petr⁹ habere patẽ
Hic toti ſolus indicit prẹlia mundo
Et cõtra populos dimicat vnus homo
Nõ met⁹ hoſtilis, nõ vis nõ vulnera mille
Nec cruor effuſus hũc ſuperare queũt
Sed victor, ꝓprio vincẽs cũ pricipe mũdũ
Inuicti regis ſe docet eſſe ducem.
Hac virtute meos hoſtes ꝑturbat, & ipſos
Eius iacta manu ſpicula confodiunt.
Nã quotiẽs laudes ipſius epiſtola mittit
Ipſorꝫ totiens pectora dura ferit.
Romani, galathę, ſił epheſ⁹ atq; corith⁹
Laudis aplicę promeruere decus
Sed reliquos ꝑpľos quos laudib⁹ extulit
Cõmẽore: nimis carmia lõga vetãt (ille
Quę loquor itẽta me⁹ audiat ęmul⁹ aure
Nec me tot fruſtra fũdere verba putet
Si quia laudauit re⁹ eſt meus iſte poeta
Oẽm qui laudat par quoq; culpa ligat
Qđ qa nemo poteſt vlla ratione negare
Premiſſos ſanctos hinc patet eẽ reos.
Qđ ſi tot ſanctos innoluerit iſte reatus
Nullũ credo latet quãta vorago patet
Nã ſi quis iuſtos turbę miſcere reorum
Tentarit: fiet maximus ipſe reus.
Hoc vitare chaos ſi noſter vis reꝑhẽſor Diceret.
Quę prohibere ſoles illa licere dabis. nõ vitu=
Nec iã cenſebis a laudib⁹ eſſe ſilendum peraſ qa
Cum videas tantos non ſiluiſſe viros. laudauit
Sed forſã dices, voluit laudãdo placere ſed quia
Hinc ſaltẽ reus eſt: hinc reprobãd⁹ erit vult pla=
O ſcelus, & vere nimiũ dãnabile crimen cere.
Cui precor vt libeat iũgere me ſceleri Rũſio.

Tali ſi tenear iuſto ſub iudice culpa
Premia nō penas cognita cauſa dabit
Nā quis me dānet maioꝝ ſcita ſequentē
Que ſi nō ſequerer: carcere dign⁹ erā?
Paulus ſe dicit cunctis ꝑ cuncta placere
Vtq; placere q̄at quēq; ſtudere monet
At nūc aduerſo cōtēdere tramite cogor
Et reprobor: ſi nō deuia queq; ſequor
Sed mihi fas nō eſt antiquo calle relicto
Errorum ſectas, & noua queq; ſequi
Sunt igit̄ veteris pauli mādata ſequēda
Cūq; nouis pariter ſūt reprobāda noua
Iſtis conceſſis que non ſunt iure negāda
Claruit eſſe bonum velle placere bonis
Reſtat adhuc aliqd qđ poſſis dicē cōtra
Liuida ſegnities? exprime ſi q̄d habes
Duo adhuc obi. Nil habeo fateor, poſtq̄ duo ſolueris illa
Que certant animū ſolicitādo meum
Primo ꝙ falſa ſint carmina Falſa tuū carmē multi ceciniſſe querunt
Dū nimiū laudes vult celebrare tuas
Vt nō ſeruatis modulis fit muſica diſcors
Dū ſtudet excelſa tangere vere polos
Scđo ꝙ ſint inutilia. Hinc precor oſtēdi mihi carmis vtilitatē
Qua ſine nullius carmina ſunt precij
Nā q̄d pulchra valet folijs & florib⁹ arbor
Ni mihi fecundo ſtipite poma ferat
Audiui fortē moueant q̄ flamina turrim
Et quantum robur concutiant video
O o quā firmis heret radicibus ilex
Et q̄ ſtructa manet firmiter illa dom⁹
Quā nō euellit boreas: nō deſtruit eurus
Hanc tn̄ vna volās vertere muſca pōt
Vt dicis dubitas mea carmia vera fuiſſe
Accipe, nec poſt hec vlterius dubites

Multa tn̄ noſtrā verſat dubitatio mentē
Quo tibi nūc pacto qđ petis inſinuem
Nā tātis tenebris: tāta es caligine ꝑ̄ſſus
Vt lateant aciem ſydera clara tuam
Hec vt nube queas oino videre remota
Tolli velamen quod tegit illa ſine
Mos mundan⁹ habet cūctis vt litib⁹ ille
Sit finis: quē fors iudicij dederit
Hinc ſit ad iuſtū ꝓperem⁹ vtq; tribunal
Nam nullus iuri ſubdere colla pudor
Tūc ibi nō poterit cuiuſquā cauſa perire
Sed ſua cuiq; dabit iudicialis apex
Q; ſi iudicio compellar dicta probare
Teſtib⁹ indubijs, aſſolet vt fieri
Mox me millenos videas ꝓducere teſtes
Hec qui certatim vera fuiſſe probent
Q; ſi nos acri meli⁹ certare duello
Iudicibus libeat, ratio ſat reſonat.
Mox per plana ferum cernes ferueſcere martem
Ipſo ſub pedibus iam trepidante ſolo
Hic aut terribiles ſurgēt ad bella q̄rites
Aut duros campus ꝓferet hic pugiles
Vtraq; mox acies miſcebit bellica tela
Vnius vt iaculis hauriat vna necem
Vt noſter ſociā miles demittat auerno
Aut cedat pugilis reddita claua tui
Vltim⁹ iſte ſolet cauſarum terminus eſſe
Et tua ſic finem iurgia percipiant
Eſto ꝙ quedam fuerint in carmine falſa
Nō tn̄ hec ſcribēs carmina: falſus erit
Nā potuit falli q̄ ſcripſit vera putādo
Fallitur vt veri neſcia mens hominū
Deo gratias

PRIVILEGIVM.

CAutum eſt auctoritate pricipali, nequis preter Damianum Hichman, hoc opus Epiſtolarū Petri venerabilis multo labore & grandi ære ab ipſo redemptum: ac in lucē editum, rurſum Triennio proximo Imprimere audeat, aut alibi Impreſſum venū dare, ſub pœna cōfiſcationis & arbitraria. Cui⁹ rei teſtimoniū fidele habet inſtrumentum, ſed gallice pro veteri more ſcriptum: eiuſq; videndi poteſtatē omnibus rite exacturis eſt facturus. Signatum autem ſic eſt. L. Ruze.

Digitized by Google

¶ Epiſtola Petri Pictauienſis ad dñm Petrum Abbatem Cluniaceñ.

REuerentiſſimo dño ac dulciſſimo patri ſuo Petro ſanctę Cluñ. Eccleſiæ
abbati/Petrus Pictauiẽſis peccator & infirmus monachus: quicquid opti
mo patri deuotiſſimus filius. Vidi pater chariſſime inſpexiq; libellum
ſtudioſius. qui vix aliquo tẽporis interuallo de manu mea recedẽs: quã
to frequẽtius legitur: tãto amplius legẽtis animũ trahit. quãto ſubtilius
diſcutitur: tanto dulcius ſapit. Et o ſcriptura omnipharia laude digniſſi
ma. quę vt Flaccus ille ait/iudicis argutũ nuſq̃ formidat acumen. Fons Horatius
ſapientię, fons eloquentię, fons eruditionis/omnes ingeniorum noſtro
rum lucernulas ſubito coruſcantis eloquij fulgore reuerberaſti. Ego certe me hacten⁹ aliquid
ſcire putabam: iam vero vir diſertiſſime/non ſolum mei ſimiles, verũetiã omnes noſtri tem
poris: qui vel valent: vel ſe aliquid valere putant in literis, in veſtri cõparatione quid ſumus?
Vere ego cũ veſtra luci diſſima/ſapiẽtiſſima/& argutiſſima dicta reſpicio: ac deinde ad mea
inepta/puerilia/& inſulſa recurro: valde q me aliquid vnq̃ ſcire putauerim/erubeſco. Et quidẽ
noueram iam diu eſt: vniuerſis Gallię noſtrę Philoſophis. his maxime temporibus quib⁹ ad
occaſum cuncta ruunt, ſed & ipſa ſtudia/veſtri acumen ingenij præminere. Verũ ex quo præ
fatũ codicem vidi, non modo iſtis/quia parum eſt/veſtram excellentiam pręfero: ſed & qui
buſq; anteriorum temporum perfectiſſimis eam comparare nõ dubito. Ita quippe omnium
liberalium diſciplinarum ſcientiam vos aſſequutum videmus: vt niſi ab illo per quem dona
ſcientię vnicuiq; diſtribuuntur cor veſtrum occulta inſpiratione iugiter illuſtrari ſciremus: ho
minem pene adhuc primęuum. & (quod mirabilius eſt) noſtri ſeculi ętate, quo funditus inter
miſſa & emortua cernimus ſtudia literarum, tanta comprehendere potuiſſe: vltra q̃ credi va
leat/miraremur. Nam (vt de diuinis literis taceam/quas vtrũq; teſtamẽtum memoriter reti
nendo, in promptu ſemper habetis: quis vnq̃ Plato ſubtilius: quis Ariſtoteles argumẽtoſius:
quis Cicero pulchrius aut copioſius aliqñ quicq̃ diſſeruit? Quis grãmaticus inſtructior: quis
rhetoricus ornatior: quis dialecticus fortior: quis arithmeticus memoroſior: quis geometri
cus regularior: quis muſicus cantilenoſior: quis aſtronomicus perſpicacior extitit? Sed & ſi de
ſanctis patribus aliquid dicere audeamus: vos ab vnoquoq; quatuor fluminum paradiſi/(quę
poſt ſanctos Euangeliſtas totum orbem irrigant) aliquid ſimile reportaſtis. quia cum Hiero
nymo velox, cum Auguſtino profuſus, cum Ambroſio profundus. cum Gregorio clarus ince
ditis. Expergiſcimini ergo vir eloquentiſſime & fidelibus cõſeruis doctrinę cibaria, quib⁹ cer
te cunctis deceſſoribus veſtris plenius abundatis: nõ ſolum loquẽdo, ſed etiam ſcribẽdo/ero
gare ſtudete. Ita quippe non nobis ſolũmodo: verum quibuſq; remotiſſimis. nec præſentibus
tñ: ſed & futuri temporis chriſtianis multum prodeſſe valebitis. ſi more patrum veſtrorum
(prout vobis ſpiritus diuinus ſuggeſſerit) in ſermonibus: in epiſtolis: diuerſiſq; tractatib⁹, tam
pręclari monumẽta ingenij poſterorum memorię relinquatis. Ad hoc enĩ in ſublimi eccleſię
ſuę ſpecula ſanctitatem veſtram prouidentia ſuperna conſtituit: quatinus per viam Sion ad
æternę Hieruſalem gaudia feſtinantes: ab infeſtantiũ Babyloniorũ incurſionibus defenda
tis, omneſq; viatores erraticos ad vię regię ſemitam tota die & nocte non tacendo/reducere
valeatis. Date igitur operam o magnum noſtri ſeculi decus, o clarum ſidus mundo diuinitus
ortum: ne creditus vobis theſaurus/inutiliter lateat, ſed magis magiſq; nũmularijs erogatus:
perq; veſtram induſtriam centuplicatus: nobis & vobis ſublimem imortalitatis gradũ acqui
rat. Scio me valde temerarium eſſe: quia taliter exhortari vos audeo, ſed ignoſcat mihi ſere
niſſima pietas: de qua multum pręſumo. Nam quia pater amantiſſime iactantiam omni ſtu
dio declinatis, non mediocriter timeo: ne forte quaſi ſub hac intẽtione nimium latere velitis.
Prouidendum eſt vir diſcretiſſime, ne dum laudari ab hominibus nimiũ fugitis, ea quibus a
bono patrefamilias fidelis ille ſeruus euangelicus plurimũ laudari merebitur, omittatis. Cõ Mat.xxv
ſiderate obſecro, quia ſi ſancti patres noſtri hmõi occaſiones inueniendo nihil olim ſcripſiſ
ſent, ſed quamlibet bonam vitam inerti ſilentio tranſegiſſent: procuidubio nec tantos deo
populos acquiſiſſent, nec apud nos modo tam celebrem/dulcemq; memoriam habuiſſent.
Scribendo autem & deo placere meruerunt per duplicem fructum ſanctę prędicationis. & cũ
ctis poſt ſe venientibus exemplum prębuerunt pię imitationis. Inde eſt q tantũ ſui amorẽ
fidelium cordibus impreſſerunt, dum in eis deus loquens attenditur: & doctrina ſancti ſpiri

tus honoratur. Fit autem diuina gratia mirabiliter operante: vt dum charitatem dei legentiũ
vel audientium mentibus accendunt: ipſi etiam apud fideles dei cauſa amoris eius amabi-
les & deſiderãtiſſimi exiſtant. quodq; pia iocunditate admirari poſſumus: iampridẽ mortui
in ſuis ſermonibus viuant. & cum corporaliter non videantur: ſpiritualiter quotidie præſen-
tiam ſuam nobis exhibeant. Verũ quid facio ego: maieſtati veſtræ talia perſuadendo. & qua-
ſi rem difficilem vel alienam a perſonę veſtrę officio: verborum ſuperfluitatibus extollendo.
cum ſcribendi ſtudium ſpeciali prerogatiua Cluniacenſes abbates a temporibus antiquis ob
tineant? Nec certe ſola auctoritate cõpelluntur vt ſcribant. ſed & ſi non fecerint: ſicut degene-
res/multumq; patrię formę diſſimiles neceſſe eſt erubeſcant De quorum patribus glorioſiſſi-
mis, ſolus ille pro exemplo nobis ſufficiat: qui & prima ciuitatis noſtræ fundamenta locauit:
primuſq; tantę reipublicæ princeps: primus tanti cœnobij pater: primus tantorum in Chriſto
Beatus filiorum genitor & nutritor eſſe promeruit. Odonem dico beatiſſimum: vitæ ſanctitate præ-
Odo cluñ. cipuum: doctrina & miraculis glorioſum. Qui quoniã non ſolum apud nos: ſed & per omnes
pene latinitatis eccleſias: maxime ob iſtiuſmodi ſtudia celeberrimus eſſe digno ſcitur: cunctis
ſucceſſoribus ſuis huius officij gratiam iure hereditario tranſmiſiſſe: ſuoq; principio quaſi de-
dicaſſe videtur. Quod ſi quoſdam eorum nihil penitus ſcripſiſſe obijcitis: excuſatur Heimard9
cum vtroq; Hugone: quib9 videlicet illa eruditionis perfectio defuit. excuſatur Maiolus: quia
fortaſſis ad hoc vacuum tempus non habuit. Vos autem quam excuſationem affertis: qui ſi
iſtis comparemini, ſolus inter eos linguam habetis? Orantem pro me beatitudinem veſtram
deus miſericors & omnipotens hic & inęternum cuſtodiat: domine ſancte/meritoq; venera-
bilis & dilectiſſime pater.

¶ Finit Epiſtola ad domnum Abbatem.

¶ Ad lectorem Frater Petrus de Mõtmartre Cluñ. monachus theologorum minimus.

NOn miraberis lector optime, quiſquis forte hãc noſtram editionem cum archetypis
cõtuleris, ſi antiqui exemplaris ordinem inuerſum/immutatũq; conſpicias. Siqui-
dem hoc ipſum non ab re tentauimus. Imprimis ne nos quippiam a Theologi offi-
cio alienũ in lucem emittendum ſuſcepiſſe culparemur: ea in fronte voluminis col-
locauimus: per quę Petrus noſter Cluñ. inter theologos non infimus appareret. Nunc quippe
in foribus libri huius videre eſt: quẽadmodum velut Scriba doctus proferat de theſauris ſuis
noua & vetera. q̃ potens ſit exhortari in doctrina ſana & contradicentes arguere. Quę videli
cet omnia theologorum eſſe quis neſciat? Alia nimirũ ſuffragabatur/ſuppetebatq; ratio. Mul
ta eñ librorum copia tantam ſcientię nauſeam hiſce noſtris temporibus peperit: vt niſi ad pri
mum oculi cõiectum in noua quauis editione/excellẽs quippiam lector reppererit: ſtatim vo
Ioan. ij. lumen abijciat/abijciendũq; ꝓclamet. Illi9 magis Architriclini q̃ dñi ſentẽtiã probãs, qui bo-
num vinum primo ponendum eſſe aſſeuerabat. Eapropter nos tempori conformãtes: ea in
limine poſuimus, quę ad ſui lectionem merito accẽderẽt/inflammarẽt: vt in eiſdem ſicut in
craſſitudine delectaretur anima tua, & oblectareris ſicut in omnibus diuitijs, ampliuſq; ad ſe
quentia perlegenda promouereris. Vale.

DOMNI PETRI CLVNIACENSIS ABBATIS (CVI vulgo Petri Venerabilis nomen inditum eſt) viri vtriq; cum in humanis, tum in diuinis literis eruditiſſimi: inſuper & diſertiſſimi, Epiſtolarum Liber Primus felix ſortitur exordium.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola prima ad quoſdam prouinciales Epiſcopos contra Petrobruſianos ſeu Heinricianos nouarum impietatum Magiſtros: quinq; pcipuos eorũdẽ errores breuiſſime pſtringens: quos ſequens Epiſtola (cuius hæc iure præfatio dici poteſt) latiſſime impugnat expugnatq; validiſſime.

DOMINIS ET patribus Magiſtris Eccleſię dei Arelatẽſi, Ebredunenſi Archiepiſcopis. Dienſi, Vuapicenſi, Epiſcopis: Frater Petrus humilis Cluniacenſiũ Abbas, Salutẽ & obſequium.

Scripſi nuper Epiſtolam reuerentiæ veſtræ, contra hæreſes Petri de Bruis diſputantem. ſed innumeris & magnis negotiis a dictando animum, a ſcribendo ſtylum retardantibus, hucvſq; mittere diſtuli. Mitto nunc tandem eam prudentiæ veſtræ, vt per vos hæreticis (contra quos ſcripta eſt) & etiam catholicis, quibus forſitan prodeſſe poterit, innoteſcat. Vobis eam mitto, quoniam in partibus veſtris, aut circa eaſdem, ſtulta illa & impia hæreſis more peſtis validæ multos interfecit: plures infecit. ſed gratia dei concitante & adiuuante ſtudia veſtra, a veſtris regionibus ſeſe paululum remouit. Migrauit tamen (ſicut audiui) ad loca ſatis vobis contigua, & a Septimania veſtra (vobis perſequentibus) expulſa, in prouincia Nouempopulana (quæ vulgo Gaſconia vocatur) & in partibus ei adiacentibus, ſibi foueas præparauit. In quibus nunc ſe timore occultans, nunc de ipſis audacia aſſumpta prodiens, quos poteſt decipit, quos poteſt corrumpit. & nunc iſtis, nunc illis, lætalia venena propinat. Veſtrum eſt igitur (ad quos præcipue tam ex officio q̃ ex ſingulari ſcientia in partibus illis cura Eccleſiæ dei ſpectat: & quibus ipſa velut fortibus columnis maxime innititur) veſtrum eſt (inquam) & a locis illis in quibus ſe latibula inueniſſe gaudet, & prædicatione, & etiam ſi neceſſe fuerit, vi armata per laicos exturbare. Sed quia maiorem operam eos conuertendi q̃ exterminandi, adhibere chriſtianam charitatem decet: proferatur eis auctoritas, adhibeatur & ratio: vt ſi chriſtiani permanere volunt, auctoritati. ſi homines, rationi cedere compellantur. Proderit eis fortaſſis ad iſta, ſi attendere voluerint, ea quam vobis cõtra ipſorum errores ſcripſi, Epiſtola. & ſi contentioſi & pertinaces eſſe nolunt, fortaſſis ea ſtudioſe perlecta (licet valde deſipuerint) a tanti erroris ſtultitia reſipiſcere poterunt. Quod ſi in reprobum ſenſum dati fuerint, & magis deſipere q̃ ſapere, perire q̃ ſaluari, mori q̃ viuere elegerint: ſatiſfaciet forſitan lecta epiſtola occultis aliquorum catholicorũ cogitatibus: & mentes eorum aut ab ignoto hominibus fidei languore ſanare. aut contra eos, quorum lingua a Propheta gladius acutus dicitur, præmunire poterit. Hoc enim quod in vltimo poſui, maior mihi fuit cauſa ſcribendi: vt & ſi hæreticis ſcriptura illa prodeſſe non poſſet, Eccleſiæ tamen dei aliquibus vtilitatibus inſeruiret. Psal.lvi. Nam iſtud: ſicut ſapientiæ veſtræ notum eſt, per retroacta ſecula ſemper facere conſueuit: vt de tot tantiſq; hæreſum varietatibꝰ, q̃ eiꝰ ſynceritatẽ frequẽter fermentare conatæ ſunt, nullã vnq̃ ſilentio præteriret: ſed ad cautelam ſui, & ad perpetuam omnium inſtructionem auctoritatibus ſacris & etiam rationibus, omnium hæreticorum blaſphemias expurgaret. Quod ego, licet de minimis corporis Chriſti. hoc eſt eius Eccleſiæ membris, iſta ſcribendo facere niſus ſum: vt quod ſcripſi, hæreticis: ſi fieri poſſet, prodeſſet: catholicos in quorum manus incideret, contra nephandum dogma vel ſimilia, cautiores redderet. Et quia prima erronei dogmatis ſemina a Petro de Bruis per viginti fere annos ſata & aucta, quinq; præcipua & venenata virgulta produxerunt, contra illa maxime, vt potui, egi: vt circa ea ſe animus & verba intentius occuparent: in quibus maior fidei læſio, maius monſtrabant eſſe periculum. Vnde quoniam opus ipſum diffuſius eſt, nec vobis circa plurima Eccleſiæ negotia occupatis, longum forte legendi

ſpatium datur. Breuiter capitula illa replico:
& contra quos errores longa illa illius Epi-
Primus error. ſtolæ ſeries agat, oſtendo. ¶ Primum hære-
ticorum capitulum, negat paruulos infra itel-
ligibilem ætatem conſtitutos, Chriſti baptiſ-
mate poſſe ſaluari: nec alienam fidem poſ-
ſe illis prodeſſe, qui ſua vti non poſſunt. quo-
niam iuxta eos, non aliena fides, ſed propria
cum baptiſmate ſaluat domino dicente, Qui
Mat. vlt. crediderit & baptizat⁹ fuerit ſaluus erit. Qui
Secund⁹ error. vero non crediderit condemnabitur. ¶ Secū-
dum capitulum dicit, templorum vel Eccleſia-
rum fabricam fieri non debere: factas inſu-
per ſubrui oportere: nec eſſe neceſſaria chri-
ſtianis ſacra loca ad orandum: quoniā æque
in taberna & in Eccleſia: in foro & in tem-
plo: ante altare vel ante ſtabulum inuocatus
deus audit: & eos qui merentur exaudit.
Tertius error. ¶ Tertium capitulum, cruces ſacras confrin-
gi pcipit, & ſuccendi: quia ſpecies illa vel in-
ſtrumentum (quo Chriſtus tam dire tortus,
tam crudeliter occiſus eſt) non adoratione,
non veneratione, vel aliqua ſupplicatione di-
gna eſt: ſed ad vltionem tormentorum & mor-
tis eius omni dedecore dehoneſtanda, gla-
dijs concidenda, ignibus ſuccendenda eſt.
Quartus error. ¶ Quartum capitulum non ſolum veritatem
corporis & ſanguinis domini quotidie & con-
tinue per ſacramentum in Eccleſia oblatum
negat: ſed omnino illud nihil eſſe, neq; deo
Quintus error. offerri debere decernit. ¶ Quintum capitulū
ſacrificia, orationes, eleemoſynas, & reliqua
bona pro defunctis fidelibus a viuis fidelibus
facta deridet. nec ea aliquem mortuorum vel
in modico poſſe iuuare affirmat. His quinq;
capitulis (prout deus dedit) in illa ſanctitati ve-
ſtræ a me miſſa Epiſtola reſpondi & qualiter
perfidorum impietas, aut conuerteretur, aut
confunderetur, & etiam piorum credulitas fir-
maretur vtcūq; ſategi. ¶ Sed poſt rogum Pe-
tri de Bruis (quo apud ſanctum Egidium ze-
lus fidelium flammas dominicæ crucis ab eo
ſuccenſas eum concremando vltus eſt) poſtq̄
plane impius ille de igne ad ignem, de tranſ-
eunte ad æternum tranſitum fecit, hæres ne-
quitiæ eius Heinricus cum neſcio quibus alijs
doctrinam diabolicam non quidem emen-
dauit, ſed immutauit: & ſicut nuper in To-
mo (qui ab ore eius exceptus dicebatur) ſcri-
ptum vidi: non quinq; tm̄, ſed plura capitu-
la edidit. Contra quæ animus accenditur rur-
ſus agere, & verbis dæmonicis diuinis ſermo-
nibus obuiare. Sed quia eum ita ſentire vel
prędicare nondum mihi plene fides facta eſt,
differo reſponſionem, quouſq; & horum quæ
dicuntur indubiam habeam certitudinem.
Quod ſi forte inde per cautæ inquiſitionis
veſtræ ſapientiam certificari mererer, darem
quam poſſem operam: vt mortis calix (quem
miſerrimi hominum conſimilibus miſeris
propinant) qui iam ex aliqua parte exhau-
ſtus eſt: per innouatas reſponſiones omnino
reſiduis fæcibus exhauriretur. Interim, ſi pla-
cet, Epiſtolam ad vtilitatem legentium ędi-
tam, & per vos his quibus neceſſe fuerit tra-
dendam: ſicut tempus & locus ſe obtulerit,
notam facere: vt ſicut dixi, aut aliquos hære-
ticorum contra quos ſcripta eſt corrigere: aut
catholicos pro quibus ſcripta eſt, in his & ſi-
milibus cautiores reddere valeat. Si cui ve-
ro eam tranſcribere placuerit, hanc etiam mi-
norem Epiſtolam loco præfationis ante po-
nere nō omittat: qa in hac toti⁹ illi⁹ magni ope-
ris & cauſa & materia breuiter indicantur.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola ſecūda ad dictos prouinciales Epi-
ſcopos contra memoratos Petrobruſianos hę-
reticos, imprimis ſacrę fidei cōmendatoria,
deinde cauſarū ſcribendi explicatiua. poſtmo-
dū vero qm̄ neglectis doctorib⁹ ſanctis & ſcri-
pturis: ſoli Euangelio credere præfati hęretı-
ci fama conſtanti vulgabātur clare oſtenſiua,
ſuſcepto eodem euangelio ſuſcipi quoq; debe-
re ſaltem reliquos diuinę ſcripturę libros. deni-
q; autem ex vtriuſq; teſtamēti paginis aucto-
ritatibus aſſumptis ſimul cum rationibus va-
lidiſſimis: iā dictoꝝ quinq; peſtiferoꝝ dogma-
tū, necnō & illius quo dicūt deo nō eſſe cantā-
dum, ſigillatim expugnatiua & eneruatiua

PRAECLARIS & in Chriſti cor-
pore plurimum honorandis dei
Sacerdotibus, Guillelmo Ebre-
dunenſi, Vldrico Dienſi, Guil-
lelmo Vuapincē-
ſi: Frater Petr⁹
humilis Cluniacenſium Abbas
Salutem. Quoniam inter om-
nes totius pro-
uinciæ Septi-
maniæ, ſeu alpium maritimarum Epiſco-

pos,religione,ſcientia,eruditione,ac paſtora-
li ſollicitudine/ diuina diſpoſitio ſpecialiter
per vos pontificale cacumen exornat, inſe-
dit animo reuerentiam veſtram & ſingula-
ri præ cæteris ſemper affectu excolere, &
motus animi mei vobis familiarius aperire.
Moueri me nullo temporalium rerum com-
modo, nullo ad præſens incommodo ſuſpi-
cemini,ſed illam motus huius totam cauſam
eſſe ſciatis, quæ & vos ſæpenumero mouit:
& propter quam veſtra paſtoralis ſollicitudo
non parum hactenus laborauit. Vnde gratias
deo,qui laborem veſtrum non omnino irri-
tum fecit:ſed ſicut ipſa rerum experientia do
cet, inimicos fidei chriſtianæ, & idcirco ho-
ſtes ſalutis humanæ, veſtris ſudoribus pene
deleuit. Pene (inquam) deleuit,quoniam nu-
per per diœceſes veſtras iter faciens,ſicut ex
plurima parte erroneum dogma cum ſuis au
ctoribus a prouincijs illis expulſum repperi,
ita nonnullas eius reliquias,in multis ſed oc-
cultis non tam defenſoribus q̃ ſuſurratoribus
inueni. Inueni contritum colubri caput, victri
ci rurſum calcaneo inſidiari, & nephandum
guttur in necem hominum reparata vene-
na frequentibus ſibilis præſagari. Quod in
talibus exercitatis animis veſtris non eſt ali-
quatenus contemnendum:quia multo citius
Nota. rebus peſſimis q̃ optimis incrementa ſucce-
dũt:lõge facili⁹ & feraci⁹ zizania diaboli q̃ tri-
ticum dei in eius agro ſeſe dilatat. Nec quia
ſemel deuictus creditur,velut nil vltra auſu-
rus hoſtis pertinax contemnatur:quoniam ſe-
cũdũ Poetam, Victorem a victo ſuperari ſę-
pe videmus.& febrem diuturno medicorum
labore ab ipſis medullis excluſam, acrius ir-
repſiſſe,& plærumq; animam extorſiſſe/par-
ua languentis ſeu medẽtis incuria,ſæpius ex
perti ſumus. Oportet quidem (qđ non docẽs
ſed conſulens dico) aduerſus multiformes lu
porum inſidias paſtoralem oculum vigilare.
& ne in aliquo grex dominicus ledatur, irre-
quieto ſtudio ſatagere. Sed longe ſtudioſius
morſus ille ab ouili Chriſti eſt repellendus:
multo vehementius dens ille belluinus pa-
ſtorali baculo conterendus,qui oues eius non
quærit laniare ſed iugulare:non crus frange
re ſed ſtrangulare. Hæc eſt illa non qualiſcũ-
q; læſura,ſed ipſius totius ſalutis iactura:quã
illi præ alijs incurrunt, qui ab itinere rectæ
fidei aberrantes,per deuia errorum in bara-
thrum profundæ perditionis ruũt. Si res agi-
tur de adulterio,ſi de furto, ſi de periurio,
ſi de fraude,ſi de homicidio, ſi certe de
quolibet alio crimine lis exorta fuerit/ fide
integra permanẽte,ad vitam aditus per eam
patebit. Nam ſi ſcđm ſcripturam iuſtus ex Abac.ij.&
fide viuit,peccator ad vitam per fidem red- Roma.j.
ibit. Nec obeſſe illi poterunt quãtalibet ſuſ-
cepta vulnera,cui vita fidei:quæ per dilectio
nem operatur,fuerit reſeruata. Inde vulnera- Luce.x.
tus a latronibus curari potuit:quia non ex to
to mortuus,ſed poſt vulnera peccatorum,fi-
dei vita viuus remãſit. Qui ſi & fidẽ cũ ope-
ribus perdidiſſet,curationis ſpes vlterius nul
la fuiſſet. Noui equidem ꝙ & infidelis etiã
poſt apoſtaſiam ſæpe fidem reſumit,ſed dũ
infidelis permanet, quo poſt pericula recur-
rat non habet. Hinc filij Edom Hieruſalem
perſequentes, dicunt. Exinanite, exinanite: Pſalmo
vſq; ad fundamentum in ea. Exinanitur enĩ cxxxvi.
vas quodlibet liquore ſuo , ſed non vſq; ad
fundamentum:quando peccator quilibet,&
ſi malis ſuperuenientibus,bonis prioribus di
minuitur,vſq; ad fundamentum tamen fi-
dei non vacuatur. Q; ſi & illud exhauritur
votis iam hoſtilibus adimpletis/immundis
ſpiritibus, deo prorſus Hieruſalem vacuata
repletur. Liberet in laude fidei diutius im-
morari,vt & maxima eius vtilitas, & peſſi-
ma ei detrahentium impietas clarius eluce-
ret:vt quanto ea laudabilior,tanto ei contra
dicẽs hæreticus damnabilior appareret. Sed
quia ſcripturarum campi eius vbiq; floribus
reſperſi ſunt,reprimendus eſt ſtylus: ne ſi in
ſuperfluis moratus fuerit, ad neceſſaria tar-
dius veniat. Superfluam vero idcirco dixi de
laude fidei diſputationem, quia quod omni-
bus pene fidelibus notum eſt, velut de re igno
ta diutius tractare ſuperfluum eſt. Quis enim
tam ſurdus vt non audierit? quis tam lethargi
cus vt non meminerit, Chriſtum in Euange-
lio frequentibus fidem laudibus extollen-
tem,& pene aſſidue, infirmis peccatoribus,
ac ſingulis dicentem. Fides tua te ſaluum fe- Luc. viij.
cit.& diſcipulis. Si habueritis fidem, dicetis Mat.xvij
monti tranſi & tranſiet.& iterum,habete fi- Marci. xj
dem. dicitur & Petro. Modicæ fidei quare du Mat.xiiij
bitaſti? & qui non credit iam iudicatus eſt. Ioan.iij.
& qui credit in me, opera quæ ego facio & Ioã.xiiij.
ipſe faciet , & maiora horum ipſe faciet.
Quis literatus non a puero audiuit Apoſto-
lum clamantem. Sine fide impoſſibile eſt pla- Heb.xj.
cere deo? Et Pſalmiſtam. Omnia opera eius in pſal.xxxij
fide? Et Eſaiam. Si non credideritis, non per- Eſa.vij.
manebitis? Quis tonitrua Apoſtoli ad He-

bræos / obturata aure tranſire potuit / quibus
Heb.xj. fide teſtimonium conſequutos fuiſſe [illegible] tenes.
fide aptata eſſe ſecula verbo dei. fide plu-
rimam hoſtiam Abel q̃ Chayn obtuliſſe. fi-
de Enoch tranſlatum ne videret mortem.
fide Noe reſponſo accepto de his quæ ad-
huc non videbantur, aptaſſe arcam in ſa-
lutem domus ſuæ. fide Abraham obediſſe &
Yſaac obtuliſſe cum tentaretur, & vniuerſos
quicunq; fuerunt ab initio ſeculi vſq; ad tem-
pus gratię ſanctos per fidem deuiciſſe regna,
operatos iuſtitiam, adeptos repromiſſiones /
copioſiſſime narrat. Quoſdam vero ex ipſis
fide obturaſſe ora leonum, extinxiſſe impe-
tum ignis, effugaſſe aciem gladij, conualuiſſe
de infirmitate, fortes factos in bello, alios lu-
dibria & verbera, vincula & carceres expertos /
lapidatos / ſectos / tentatos / in occaſione gladij
mortuos, alios circuiſſe in melotis, in pellibus
caprinis / egentes / anguſtiatos / afflictos: & reli-
qua. Poſt quæ omnia ita laudem fidei conclu-
dit. Et hi (ait) omnes teſtimonio fidei probati
non acceperunt repromiſſiones / deo pro no-
bis aliquid meli⁹ prouidente ne ſine nobis cō-
ſummarentur. Et poſt quędam. Curramus in-
quit propoſitū iter aſpicientes in auctorem fi-
dei & conſummatorem Ieſum. Hæc breuiter
venerandi patres & ſacerdotes domini, de ſa-
cræ fidei laude atq; profectu, non tam expli-
caui q̃ commemoraui, vt ex paucis iſtis pluri-
ma doctis mentibus veſtris occurrant: & quā-
tum malum tāto bono neglecto ſequatur, ad-
uertāt. Q đ vos iam plus nimio expertos eſſe,
nullum fere occidui orbis angulum latet: quā-
do ad iniuriam diuinitatis & contemptum ſa-
crę legis, nouo & apud chriſticolas inaudito
ſcelere, in partibus veſtris populi rebaptizati,
eccleſiæ prophanatæ, altaria ſuffoſſa, cruces
ſuccenſę, die ipſo paſſionis dñicæ publice car-
nes comeſtę, ſacerdotes flagellati, monachi in-
carcerati, & ad ducendas vxores terroribus
ſunt ac tormētis compulſi. Et harum quidem
peſtium capita, tam diuino auxilio q̃ catholi-
corum principum adiutorio a veſtris regioni-
bus exturbaſtis: ſed ſuperſunt (vt iam dixi) mē-
bra, letifero adhuc (ſicut ipſe nuper ſenſi) vene-
no infecta: ad quæ curanda dei eſt miſericor-
dia inuocanda: & veſtra medicinalis diligen-
tia adhibenda. Quod fortaſſis fieri poterit, ſi
poſt alia ſapientiæ veſtræ concilia, in quan-
tum licuerit / auctoritas religioſis, ratio curio-
ſis non defuerit. His enim duobus omnis
tam diuinarum q̃ humanarum rerum quę-

ſtio ſoluitur, vt iam non homo ſed beſtia di-
ci poſſit, quiſquis auctoritati vel rationi non
cedit. Eapropter quoniam veritatis diſcipu-
lis apoſtolica voce præcipitur, vt parati ſint j.Petri.iij
reddere rationem omni poſcenti de ea quæ
in nobis eſt / ſpe & fide, viſum eſt mihi ratio-
ne, & maxime auctoritate (cui præcipue fi-
des innititur) hæreticis calumnijs reſponde-
re. ne ſi nemo reſponderit, iactent vel æſti-
ment erronei homines, non conſilio ſed re-
ſpondendi inopia catholicos ſiluiſſe. Et qui-
dem doctis iam & eruditis in fide chriſtia-
na noſtris temporibus, magis contemptu ha-
benda q̃ reſponſione digna, hæreſis nephan-
da videretur, niſi & publica pericula & anima-
rum damna, & pertinax erroris ipſius iam
per viginti annos perſeuerantia, non diſſimu-
landam ſed increpandam, conuincendā ac
deteſtandam admonerent. Incitat magis ad
hæc, & velut adiectis dorſo ſtimulis acrius
inſtigat fama nuper relata, quod ſcilicet an-
guis lubricus de regionibus veſtris elapſus:
immo vobis perſequētibus expulſus, ad Nar-
bonenſem prouinciam ſeſe cōtulerit: & quod
apud vos in deſertis & villulis cum timore ſi-
bilabat, nunc in magnis conuentibus & po-
puloſis vrbibus audacter prędicat. Putabam
alpes gelidas, & perpetuis niuibus opertos ſco-
pulos incolis veſtris barbariem inuexiſſe, &
diſſimilem terris omnibus terram diſſimilē
cęteris omnibus populum creauiſſe, itaq; agre-
ſtibus & indoctis hominum moribus, peregri-
num dogma facilius irrepſiſſe. Sed hanc opi-
nionem meam vltima rapidi Rhodani litto-
ra, & circūiacens Toloſæ planities, ipſaq; vrbs
vicinis populoſior expurgat. quæ aduerſus fal-
ſum dogma tanto cautior eſſe debuit, quanto
aſſiduitatē frequentātiū pp̄ſonę & experientia
multiplicium doctrinarū doctior eē potuit. Suſce-
pit eñ (q̃d nō improperās ſed condolens: nō
bonis detrahens, ſed malos a malis ſuis extra-
here cupiens dico) ſuſcepit inquā nobilis ex ſe,
ignobilis ex errore ciuitas, contra Chriſtum
Antichriſti præambulos. & oblita diuini la-
ctis, quo imbuta, quo enutrita, quo in robur
virile prouecta eſt / aquas furtiuas dulciores
& panem abſconditum ſuauiorem iudica-
uit. Non eſt recordata iuxta Prophetam / die-
rum adoleſcentiæ ſuæ: nec tantorum teſti-
um Chriſti in ſe fuſis cruoribus fidei Chri-
ſtianæ teſtificantibus acquieuit: ſed facta eſt
quaſi mulier faſtidio augens precium, quę ſu-
per virū ſuum inducit alienos. Ero oues Chri-

ſti,hęccine de vobis meruit paſtor veſter,q̃ po-
ſuit aiam ſuã ,p vob;? Hęccine de vob; meruit,
q relictis nonaginta nouẽ ouibus in deſerto,
venit quęrere & ſaluum facere quod perierat?
Iſta de vobis ſanguine ſuo lucratus eſt,vt di-
miſſo bono paſtore/lupis rapaciter vos diſſi-
pantibus adhæreatis?Sed quid ego vos oues
nomino,niſi forte vt illos de quibus dicitur:ſi
Pſalmo. cut oues in inferno poſiti ſunt,mors depaſcet
xlviii. eos?Nam ſi vere ſimplicitas & obediẽtia oui-
um Chriſti in vobis perſeueraſſet,a lupis refu
geretis,ad paſtorem confugeretis,impleretur
Ioan.x. in vobis vox ipſius paſtoris dicẽtis.Oues meę
vocem meam audient.& ego dominus agno
ſco eas,& ſequuntur me,& ego vitam ęternã
do eis,& non peribunt in ęternum,& non ra-
piet eas quiſq̃ de manu mea.Qui & de lupis
vel mercennarijs ait.Alienum autem non ſe
quuntur,ſed fugiunt ab eo:neq; audiunt vo-
cem alienorum.Et o miſeri quicunq; eſtis ho-
mines qui omni veritate & grauitate vacua-
ti,vanitate & leuitate omnem paleam & ſti-
pulam ſupergreſſi,circunferimini omni ven-
to doctrinę,& ad ſingula nouarum ſpiramen
ta aurarum,nil ſolidum vel ſtabile habentes,
vt ſidera(ſcd̃m Iudam apoſtolum)errantia,
per errorum paſſim inania raptamini.Si mor
tis periculum & vltima neceſſitas vos vrgeret,
ſi cruentus perſecutor ignibus/gladijs/& tor-
De Anti- mentis/vt olim/excogitatis inſtaret:ſi ipſe cu
christo. ius eſt aduentus,in omni virtute/ſignis & pro
digijs mendacibus,qui aureis aggeribus ſan-
ctorum paupertatem,qui ſeculi luxibus fruga
litatem,qui tormentis conſtantiam,qui mira
culis fidem/longe alijs ferocius perſecuturus
eſt.vrgeret:quid vos?Quid vos inquam,quid
vos tunc ad illa?qui ad leuis auręſpiritũ arun
dinea fragilitate mouemini,qñ tãtos turbi-
nes/annoſas etiam querc⁹ & elatas in cœlum
abietes auellentes/immoti pateremini?Quan
do vos pro Chriſto veſtro ſapientibus Gręcis,
potentibus Romanis,crudelibus Perſis,pro-
digioſis Antichriſti temporibus reſiſteretis,
qui non multis gentibus,ſed duobus tm̃ ho-
muntionibus/Petro de Bruis & Heinrico eius
pſeudo apoſtolo tam facile ceſſiſtis?Quorum
nulla vos ſapientia conuicit,nulla potentia
ſubegit,nulla tormenta terruerunt,nulla vel
magica tormenta deceperunt. Sed facti eſtis
Oſee.vij. velut columba ſeducta non habens cor,& ve-
Prou.vii. lut bos ductus ad victimam:qui iam iãq; im-
molãdus bruto pectore ad mortem velut ad
paſcua pinguia currit.Verum quia zelus do-
mus dei,& tam leuiter deſertus a chriſtianis
Chriſtus/me paululum digredi,& aliquãtum
extra metas currum agere coegit:ad propoſi-
tũ ſtylus recurrat:& quod diu parturiuit,nunc
tandem pariat.Vos igitur vos(quos ſupra no-
minaui,magiſtri errorum & cæci duces cæco-
rum,fęces hęreſum,reliquię ſchiſmaticorum,
vos ego inquã ſeductorum ſeductores conue
nio,& vt de latibulis veſtris ad publicũ noſtrũ
prodeatis inuito. Nõ habet(vt vulgo dicitur)
veritas angulos,nec lumen ſub modio vult la
tere:nec ea quæ catholica dicitur,amat fieri
ſingularis.quia quę per totum mũdum Chri-
ſti præcepto diffuſa eſt,mundi partibus con-
tenta non eſt.Venite a maritimis ſeptimanię
ad vocem vos vocantis Eccleſię,& ſi quid(vt
ipſi dicitis)pro ea.vel(vt nos credimus)contra
eam aſſertis,edicite.Agam & ego ecõtra,nõ
vt alijs ſapientior,ſed forte vt effrenatior/pa-
ratus pro modulo meo veritati quę innotue-
rit cedere,falſitati obuiare.

¶ Prima propoſitio nouorum hæreticorum.

Mittens/inquiunt/Chriſtus diſcipulos ſu
os ad prædicandum,ait in Euange-
lio.Ite in orbem vniuerſum:prædica- Mar.vlt.
te euangeliũ omni creaturæ.Qui crediderit
& baptizatus fuerit,ſaluus erit.Qui vero non
crediderit/cõdemnabitur.Ex his domini ver
bis aperte monſtratur nullum niſi crediderit,
& baptizatus fuerit.hoc eſt:niſi chriſtianam fi
dem habuerit,& baptiſmum perceperit,poſſe
ſaluari.Nam non alterum horum,ſed vtrũq;
pariter ſaluat.Vnde infantes licet a vobis ba-
ptizẽtur,quia tm̃ credere obſtãte ętate nõ pñt,
nequaq̃ ſaluãtur.Ocioſũ igr̃ & vanũ eſt,qñ eo
tempore homines aqua perfunditis,quo car-
nem quidem eoꝝ a ſordibus humano pro mo
re abluere:ſed animã a peccatis minime mun
dare poteſtis.Nos vero tempus congruũ fidei
expectamus,& hominẽ poſtq̃ deũ ſuum agno
ſcere,& in eũ credere paratus eſt:non,vt nobis
imponitis,rebaptizam⁹:ſed baptizam⁹:quia
nunq̃ baptizatus dicendus eſt,qui baptiſmo,
quo peccata lauantur/lotus non eſt.

¶ Reſponſio contra id,quod dicunt hæretici
paruulos non poſſe baptizari.

Et o docti homines,inſipientibus & in-
doctis nunc tandẽ quod intelligere ha-
ctenus nõ potuerãt exponentes,itane
deſipuere pręterita ſecula,vt tot millibus par-
uulorũ per mille & eo amplius annos illuſoriũ
baptiſma tribuerent:& a Chriſti temporibus
vſq; ad vos,non veros ei chriſtianos,ſed phã- Ratio du
taſticos crearent?Sicine cęcatus eſt orbis ter- cẽs ad in-
rarũ,tantaq; hucuſq; caligine inuolutus,vt ad cõueniẽ-

aperiendos oculos ſuos, & ad tam diuturnam
noctem illuſtrandam, poſt tot patres, marty-
res, pontifices, & vniuerſarum eccleſiarū prin-
cipes, vos tandiu expectarit, & ad corrigendū
lōgum errorem ſuū Petrū de Bruis & Heinri-
cum eius aſſeclā, velut Apoſtolos nouiſſimos
elegerit? Itane vſq; ad nouos ſeculi reparato-
res mundus perijt, & apud filios lucis & veri-
tatis omnia in tenebris & falſitate geſta ſunt,
vt cum pene omnes noſtrę ætatis vel memo-
rię in infantia baptizati ſint, & chriſtianū no-
men aſſumpſerint, ac congruo tēpore in diuer
ſis gradibus eccleſię prælati ſint, nullus Epi-
ſcopoꝝ Epiſcopus, nullus presbyter, null⁹ dia-
conus, nullus clericus, nullus monachus, nul-
lus vt ſic loquar ex tam innumerabili nume-
ro ſaltem chriſtianus fuerit? Nam qui Chriſti
baptiſmate baptizatus non fuit, chriſtian⁹ nō
fuit. Si chriſtianus non fuit: nec de clero, nec de
populo, nec de eccleſia eſſe potuit. quod ſi ita
eſt, quanta abſurditas ſequatur manifeſtū eſt.
Cum enim tota Gallia, Hiſpania, Germania
Italia, ac vniuerſa Europa, a trecētis vel quin-
gentis fere annis nullum niſi in infantia bap-
ptizatum habuerit: nullum chriſtianum ha-
buit. Si nullum chriſtianum habuit, nec eccle-
ſiam habuit. Si eccleſiam nō habuit, nec Chri-
ſtum habuit. Si Chriſtum non habuit, certum
eſt quia perijt. Periere igitur patres noſtri, quia
in infantia non potuerunt Chriſti baptiſmate
baptizari. Peribim⁹ & nos qui viuimus, qui re-
ſidui ſumus, niſi poſt Chriſti etiam Heinrici
baptiſmate baptizemur. Detrahentur de ſu-
pernis cœlorum vſq; ad ima infernorum in-
numerabiles ſancti, quos in infantia baptiza-
tos, & vita ſanctitate, & mūdus teſtimonio, &
diuinitas miraculis cōmēdarat. Efficiētur col
legę dæmonum, qui erant ſocij angelorum. &
qui iam pro pijs laboribus æternam percepe-
rāt vitam, in mortem ſubito ruent perpetuā.
Dies feſti noſtri conuertentur in luctum, ſab-
bata in obprobrium, honores in nihilū. Quis
iſta ferat? quis audiat? quis non aut aures obtu-
ret, aut in nouos hęreſiarchas cum toto quem
damnare laborant mundo inſurgat? Sed ve-
nite venite inquam ad me vos, cum quib⁹ mi
hi ſermo ē: venite & reſipiſcite a tāto prodigio,
magiſq; eligite ab eccleſia dei diſcere vera, q̄
per erroris ſpiritum docere falſa. Diſcite par-
uulis noſtris nullatenus fidem qua ſaluentur
deeſſe: quia non poſſunt dici filij infideles, pro
quibus interuenit matris Eccleſiæ fides. Sed
ſcio quia hoc deridetis, & aliena fide alium
poſſe ſaluari, cum multa inter ruſticos & im-

Declaratur quō p uuli baptizantur & fide eccleſiæ ſaluātur i ſię.

peritorum greges ſubſannatione negatis. Ad
quam veſtram brutam & impiam hæreſim
refellendam, innumera mihi doctorum eccle
ſiaſticorum teſtimonia ſuffragantur: ſed ve-
ſtra auctoritas & ſapientia tāta eſt, vt eos co-
ram producere non præſumam: maxime cū
didicerim, Hilarium, Ambroſium, Auguſti-
num, Hieronymum, Leonem, Gregorium,
& cæteros, iudicio maieſtatis veſtræ eſſe dam
natos. Cūq; Latinos omnes, & a cathedra do-
ctorum, & a regno cœlorum excluſeritis: ne-
ſcio ſi Græcis vel alterius linguæ hominibus
peperceritis. Q̄ ſi forte vel illi ſobrietate ve-
ſtri examinis peremptoriam ſententiam e-
uadere potuerunt, mihi quid? Quantum ad
præſens negocium ſpectat, aut parum aut ni-
hil prodeſt, cum homo tm̄ latinus peregrinæ
linguæ quam ignoro teſtimonijs, quibus vos
aut conuertere poſſim aut conuincere vti non
valeam. Viderint catholici huiꝰ opis lectores:
quid ꝓ ſolo iſto qđ nūc cōmemoraui capitulo
mereami, q eccleſiā dei armis ſuis ſpoliare, &
iter hoſtes inermē cōſtituere decreuiſtis: imo
quantum ad vos iam telis & gladijs hoſtilib⁹
expoſuiſtis. Sed qm̄ nō inuehendi, ſed diſpu-
tandi ad preſens cōtra veſtros errores officiū
ſuſcepi, reprimēdus eſt ſermo: & vobiſcum au-
ctoritate pariter & ratione agēdum. Vnde qa
ſanctis Eccleſię doctoribus fidem prębere de-
dignamini: ad puriſſimum riuulorum omniū
fontem mihi eſt reuertendum: & de Euange
licis Apoſtolicis ſeu ꝓpheticis dictis teſtimo-
nia ſi tamen vel illa ſuſcipitis ſunt proferen-
da. Videndum eſt vtrum hi qui tantis orbis
terrarum Magiſtris non cedunt: ſaltem Chri-
ſto Prophetis vel Apoſtolis adquieſcāt. Hoc
ideo dico: quoniam nec ipſi Chriſto, vel Pro-
phetis aut Apoſtol', vos ex toto credere fama
vulgauit. ipſiq; maieſtati veteris ac noui teſta
menti: quę iam ab antiquo totū orbē ſibi ſub-
didit vos detrahere: ſi tamen verū eſt indica-
uit. Sed quia fallaci rumorum monſtro nō fa-
cile aſſenſum prębere debeo. maxime cum q-
dam vos totum diuinum canonem abieciſſe
affirment. alij quædam ex ipſo vos ſuſcepiſſe
contendant, culpare vos de incertis nolo: ſed
neceſſario totum canonem qui ab eccleſia ſuſ
cipitur: vos ſuſcipere debere certis auctoritati-
bus probo.

¶ Probatio totius noui teſtamenti ex Euan-
gelio.

SI enim quod omnes affirmant: Euange-
lium etiam tm̄ ſuſcipitis, neceſſario vt
dictū eſt, & reliqua omnia ſuſcipietis. Nec

enim poteſtis Euãgelio credere:& de his quę
ídem Euangeliũ ſuſcipit/dubitare. Et quoniã
totus textus cœleſtis oraculi:quo deus aut per
ſe,aut per alios hominibus locutus eſt,in vete
ri & nouo teſtamento conſiſtit:veniat prío ad
medium nouum teſtamentũ.non quia prius
eſt:ſed quia dign⁹ eſt.Quod idcirco teſtamẽ-
tum dicitur.quia ſicut vet⁹ vituli morte & ſan
guine dedicatum eſt,ita nouum morte & aſp-
ſione ſanguinis Ieſu Chriſti conſecratum eſt.
Eius principium ſanctum eſt Euãgelium: cui
ſicut catholici ſic & vos,vt fama conſonãs ꝓ-
bat,integram fidem/& debitam reuerẽtiã ex-
hibetis. Ea propter eo tam apud vos/q̃ apud
nos in ſua diuina & ſtabili dignitate manen-
te,ad Euãgelicos & Apoſtolicos libros ſermo
tranſeat:eoſq; ex ipſo Euangelio , Euangeli-
cos vt dixi.& auctenticos comprobet. ❡ Ho-
rum primus liber Actuum Apoſtolorum eſt,
quẽ vere totum Euangelicum ,& poſt Euãge-
lium præcipuę auctoritatis eſſe: cum multa
vndiq; conſonont,hinc in primis & maxime
oſtẽditur,ꝙ non alium quemlibet: ſed ipſum
Euangeliſtam ſcriptorem habuiſſe probatur.

Liber Actuum Apſorũ.

Nam ille cęteris ſtudioſior humanitatis Chri
ſti relator Lucas eũ cõſcripſit. Fatetur hoc ipſe
in ipſius libri exordio,cum ſcribens Theophi-
lo ad quem & Euãgelium ante ſcripſerat: ait.
Primum quidem ſermonem feci de omnib⁹
o Theophile: quæ.c.i.f.&.d.v.i.d.q.p.a.p.ſ.ſ.
q.e.aſſumptus eſt.cui⁹ primi ſermonis:hoc eſt
Euãgelij exordium/tale eſt. Quoniamquidẽ
multi conati ſunt ordinare narrationem rerũ
quę in nobis completę ſunt:ſicut tradiderunt
nobis/q ab initio ipſi viderunt,& miniſtri fue
runt ſermõis,viſum ẽ & mihi aſſecuto a prin
cipio omnia diligenter ex ordine tibi ſcribe-
re optime Theophile,vt cognoſcas eorũ ver-
borum de quibus eruditus es/veritatem. Hoc
vt dixi,primi ſermonis eius exordium eſt. Fi-
nis vero talis,qualem eũ in ſecundo ſermone
ſe dixit feciſſe. Vſq; in diem inquit:qua pręci-
piẽs Apoſtolis per ſpiritum ſanctum quos ele-
git/aſſumptus eſt. Eduxit inquit eos foras in
Bethaniam:& eleuatis manibus ſuis benedi-
xit eis. Et factum eſt dum benediceret illis:re
ceſſit ab eis,& ferebatur in cœlum.& ipſi ado
rãtes reuerſi ſunt in Hieruſalem cum gaudio
magno:& erant ſemper in templo laudantes
& benedicentes deum. Ecce & ſtylus idẽ vtri-
uſq; libri quo ſcribit:& pſona eadẽ cui vtrũq; li
brũ ſcribit:& eadẽ materia de qua vtrũq; ſcribit
luce clarius demonſtrant,qualiter eadem ſit
perſona quæ vtrũq; conſcribit. Eãdem vero
dixi materiam: quoniam ſicut Chriſtum in
cœlum aſſumptum in fine Euangelij ſui nar-
rat:ſic de eadem Aſſumptione quæ omiſerat
in Euangelio,in hoc ſuo ſecundo & vltimo ſer
mone perfectiſſime ſupplet. Nam paululum
retro rediens,& a Chriſti reſurrectione incipi-
ens: & quæ dixerat/iterat : & quæ non dixe-
rat/addit.Sed mirari non ſufficio,vnde dubie
tas hęc quibuſlibet Chriſtianis animis/& ſaltẽ
mediocriter doctis innaſci potuit:cũ liber iſte
ſicut omnibus eum legentibus patet:licet non
nominetur Euangelium ,eius tamen omnia
Euangelica ſint. Nam poſt expoſitos in Euã
gelio actus,& verba Ieſu Chriſti,& eius multa
in Euangelio promiſſa hic completa eſſe oſtẽ-
dit:& inde ad narrandos actus & ſermones
Apoſtolicos tranſit. Qꝫ ſi aliquis tam ſtultus
aut infidelis/vel pertinax eſt:vt verbis eius nõ
dico qualemcunq;,ſed integram & robuſtam
fidem adhibere detrectet,oſtendat vt primo
de prima ipſius libri ſerie loquar,vbi vel quã-
do aduentus ſpiritus ſancti ſup Apoſtolos ꝓ-
miſſus a Chriſto impletus ſit:vbi eum in igne
deſcendiſſe, vbi vniuerſarum linguarum eis
gratiam contuliſſe,vbi tam ſolennẽ nõ ſolum
a tota toti⁹ mũdi Eccleſia,ſed & ab ipſis Apo
ſtolis celebratam diem Pentecoſten celebrari
debere legerit:cũ niſi libro huic auctoritas tri-
buatur:nõ dico iudaica veteris legis,ſed Chri
ſtiana nouæ legis/Pentecoſtes perierit. Et vbi
erunt verba veritatis tam frequenter prędicẽ
tis diſcipulis & promittentis. Cum venerit pa Ioan. xv.
raclitus quem ego mittam vobis a patre ſpiri-
tum veritatis qui a patre procedit:ille teſtimo
nium perhibebit de me. Vbi eſt quod in eo-
dem Euangelio de eodem ſpiritu dicit. para-
clitus aũt ſpũs ſanct⁹.q.m.p.i.n.m.i.v.d. oia?
Vbi eſt quod eos conſolans ait. Si non abiero Ioã. xiiii.
paraclitus non veniet ad vos:ſi autem abiero Ioan. xvi
mittam eum ad vos? Vbi eſt quod item ait.
Ego rogabo patrem & aliũ paraclitũ dabit vo Ioã. xiiii.
bis,vt maneat vobiſcum in ęternũ/ſpiritũ veri
tatis? Vbi quod p alium Euangeliſtã eoſdem
diſcipulos admonet. Vos aũt ſedete in ciuita Luce vlt.
te quoadvſq; induamini virtute ex alto. Si in-
quã ſicut dixi liber iſte abijcitur,& hæc vniuer
ſa promiſſa Chriſti irrita videbuntur:oportes
bit ergo aut veritatẽ fallacem fateri:quod vel
cogitare/nedum dicere nephas eſt:aut vbi vel
quando,tanta,tam ſolennis,tanq; frequẽter
repetita ꝓmiſſio impleta ſit demõſtrare. Ne-
ceſſe erit & illud ꝓbare,qualiter Apoſtoli & cę
teri diſcipuli Chriſti pręceptum eius illud vlti-
mum,& generale implere valuerunt: quo eis

iuſſum eſt. Ite in orbem vniuerſum. p.e.o.c.
Neceſſe erit inquã probare, qualiter ſimplices
idiotę abſq; literis & vnius tm̃, hoc eſt hebrai-
cæ linguæ homines, & in ipſa pene elingues,
tam multis, tam diuerſis, tam Barbaris vni-
uerſi orbis linguis iniunctum a Chriſto regni
æterni Euangeliũ prædicare potuerint. Qui-
bus ſignis ſenſa ſua alienis ſenſibus commu-
nicare valuerint. ſi linguarum gratia eis a ſpũ
ſancto collata negatur. ſi nobile illud noui te-
ſtamenti miraculum contemnitur. ſi libro vbi
hęc ſcripta leguntur, non credit? Negatur pla-
ne hæc collata Apoſtolis gratia, quando ſcri-
pturæ quæ ſola illud continet renũciatur. Nã
qui libro illi abſq; exceptione ſe nõ credere di-
cit, & cunctis quæ liber cõtinet cõtradicit. Qđ
cum ita ſit, dicant negatores ſcripturarũ: vtrũ
ſilentio mundus ad fidem cõuerſus ſit. Nam
quibus gentium linguas auferunt: eis vtiq; ne
gentibus prædicent, ſilentium imponũt. Fru-
ſtra igitur Chriſtus ad p̃dicandum Euãgeliũ
diuerſis linguis & populis diſcipulos miſit: ſi
eos (vt p̃dictum eſt) elingues trãſmiſit. Et qđ
Pſalmo xviij. eſt quod ait Pſalm̃. In omnem terram exiuit
ſonus eorum: & in. f. o. t. v. e? Quid ẽ quod ipſe
Mat. x. Chriſt⁹ ait. Quod dico vobis in tenebris dici-
te in lumine? Quid eſt quod alibi idem ait. O-
Matthęi xxiiij. portet Euangelium prædicari in toto mũdo:
& ſic veniet cõſũmatio? Aut igitur negate Pẽ-
tecoſten Chriſtianorum. negate ſpiritum ſan-
ctũ ea die Apoſtolis infuſum. negate linguarũ
gratiam ab eodem ſpiritu eadem die ipſis col
latam. aut ſi hoc refugitis, ſcripturam iſta refe
rentẽ ſuſcipite. & Eccleſię dei a qua hactenus
deſciuiſtis, a modo concordate. Et licet hæc
quæ dicta ſunt ad vos conuertendos, aut con-
temnendos ſufficiant: redeat tamen parũ ſty
lus retrorſum. & de eodem libro Matthiã locũ
p̃ditoris Apoſtolica electione cõpleſſe: & duo-
denarium numerum a Chriſto inſtitutũ im-
pleſſe demonſtret. Qđ vbi alibi factum cẽle-
gatur, vbi duodecim⁹ iſte Apoſtolus forte di-
uina vndecim Apoſtolis annumeratus, p̃ter
hũc librum inueniatur. ſi poteſtis dicite. ſi nõ
poteſtis, quod credimus credite. Nullatenus
eñ auctoritas vel ratio patitur: vt Apoſtolicus
a Chriſto electus (vt dixi) numerus mutilatus
vel imminutus permanſerit. maxime cũ ipſe
Mat. xix. Apoſtolis dixerit. Sedebitis ſuper ſedes. xij.
Qui cum ſuper duodecimã ſedem ſacrilegũ
Iudam ſeſſurum nõ eſſe præuideret, vtiq; nõ
ei ſucceſſurum niſi Matthiã prædicebat: eiq;
Apoſtolicum ſoliũ pręparabat. Qđ ſi forte op
poſitus thronũ illum duodecimũ ad quẽ ele-
ctus p̃ditor Iudas fuerat Paulo Apoſtolo col-
latũ, ne tãtus Apoſtol⁹ Apoſtolico throno ca-
rere videatur reſpõdete: Paulo in duodecima
ſede collocato. cũ non niſi duodecim ſedes a
Chriſto p̃miſſę videantur, quis Barnabę, Ti-
motheo, Silæ, multiſq; aliis prioris Eccleſiæ
Apoſtolis ſedes fabricare poterit? Non eſt in
tantũ artificij ſui omnipotens artifex oblitus:
vt preter illas duodecim ſedes mille etiã (ſi ne
ceſſe fuerit) nõ valeat p̃parare. Nã neq; ſoli illi
qui dicunt Apoſtoli cum Chriſto mundum iu Quicũq;
dicaturi ſunt. dum quicunq; mũdum vere cõ mũdum
temp ſerit, ad mundum quem contempſit cũ vere con-
Chriſto & Apoſtolis iudicandum veniat. Vñ tẽpſerit,
colligitur, & indubia ratione p̃batur, Matthia cum Chri
(de quo agitur) Apoſtolo p̃miſſæ duodecimæ ſto iudica
ſedi impoſito non inferiorem maximo Apo bit.
ſtolorum Paulo præparatam, ſup quã in Chri
ſti iudicio ſedeat: & nullo inferior mũdũ cum
Chriſto iudicet. Neceſſe enim vt ſi pluſq̃ duo-
decim iudices ad iudicandum venturi ſunt:
etiam pluſq̃ duodecim ſedes multiplicatis iu-
dicibus præparandę ſint. Oportebit ergo vos
aut Matthiam Apoſtolũ negare, aut librũ in
quo ſolo Apoſtolatũ meruiſſe legitur ſuſcipe-
re. Veniat & primus noui teſtamenti martyr
Stephanus, quẽ in ſumma poſt Apoſtolos au-
ctoritatis arce, vt p̃cipuum teſtem Chriſti ab
ipſo tempore Chriſti eius Eccleſia cõſtituit: cu
ius vitam, doctrinam, exempla, miracula, paſ
ſionem cum nulla p̃ter hanc ſcripturam hiſto
ria referat, aut negate illum ſaltem fuiſſe, aut
ſcripturam hãc vt diuinam ſuſcipite. Sed quo
auſu negabitis, cum videatis nomen, famãq;
martyris terra, mariq; diffuſam. nullũq; in to
to orbe angulum, nec inter ipſos infideles re-
manſiſſe, vbi non nomen protomartyris Ste-
phani reſonet, aut cũ veneratione apud Chri-
ſticolas, aut cũ admiratione apud Ethnicos?
Hoc Grecus, hoc Latinus, hoc Barbarus, hoc
Oriens, hoc Occidens confitetur. occidens di-
co: cuius ex maxima parte principales Eccle-
ſię hui⁹ martyris nomine & moderno, & ab
ipſo pene Apoſtolorũ tempore: immo (vt fer-
tur) ab ipſis Apoſtolis conſecratæ, ſatis ſupraq;
ſatis indicant, non contemnendam, non fal-
ſam, non apocrifam eſſe illam ſcripturam: cu
ius relatione ſola tantam dignitatis eminen-
tiam apud vniuerſos, martyr ipſe obtinuit.
Quę ſi negatur, honor, fama, ſimulq; nomẽ
tanti tanq; famoſi martyris annullat. Neceſ
ſe eſt igitur vt præfatus ſum aut toti mundo
martyrẽ ſuſcipienti contradicere, aut ſcriptu-
ram: per quam ſolam nomẽ meritumq; mar-

tyris eidē mundo innotuit ſuſcipere. Poſt hos
ad roborandam magis magiſq; libri Euange
lici dignitatem, veniat Apoſtolorum nouiſſi-
mus, ſed omnium poſt Petrum Apoſtolorum
maximus Paulus, & magis oſtētui habendos
q̄ ſaltē audiendos, tam diuinæ hiſtoriæ con-
tradictores oſtendat. Cuius nomē famaq; cū
coelum pariter ac terram impleuerit. cum eius
maxime laboribus & doctrina, magnū illud
ac toti orbi dominans Romanum imperium
Chriſto ſubiectū ſit. cū vniuerſū mūdū eius ex
cellentior/clarior/ac ſublimior prędicatiōis tu-
ba: ad ipſum a quo auerſus fuerat/mundi do-
minū conuerterit. cum eius nomen non ma-
gis apud homines famoſum, q̄ apud dæmo-
nes formidoloſum ſit. teſte illo qui exorciſtis
Act.xix. dicebat. Ieſum noui, & Paulum ſcio: vos autē
qui eſtis? dicite vos dicite inquam huius (quod
ſępe nominaui) voluminis negatores. vn̄ hūc
tantū tāq; ſublimē Apoſtolum habetis, qui li-
brum a quo pene ſolo eius notitiam mundus
habet negatis? Vbi enim vel in quo alio libro
textum eius conuerſionis, perſecutionis, præ-
dicatiōis legiſtis, vel legere poteſtis: vbi eum
cæcatum, illuminatum, baptizatum, totius
mundi Apoſtolum conſtitutum, regibus/re-
gionibus/Iudæis legatum directum. dicen-
Actu.ix. te domino ad Ananiam. Vas electionis mihi
eſt iſte, vt portet nomen meum coram regi-
bus & gentibus, & filijs Iſrael? vbi plane iſta
omnia præter hūc librum/legiſtis, audiſtis, in
ueniſtis? Vbi eius vincula, flagella, naufragia,
diſcurſus, diſcrimina, pericula, fructus maxi-
mos periculorum, gentes innumeras ad Chri
ſtum per ipſum cōuerſas: niſi aut in hoc libro
repperiſtis, aut de ip̄o ab alijs audiſtis? Sed q̄d
domum ſuam. Quid vos ad iſta? Ecce hoc nõ de Auguſtino, ſed de Euangelio ꝓtuli. Cui cũ maxime vos credere dicatis: aut aliorum fide alios tandẽ poſſe ſaluari cõcedite: aut de Euãgelio eſſe quę poſui, ſi poteſtis, negate. Ecce reguli fides non ꝓ ſe ſed ꝓ filio rogans auditur. centurionis fides non ꝓ ſe ſed ꝑ puero humiliter interueniens, non tm̃ audit: ſed & ſingulari laude effert. archiſynagogi filia, non ſua, ſed patris fide reſurgit. dæmoniacus non ſua ſed patris fide curat. Martha quia credit, dei gloriam reſurgente Lazaro videt. Chananæa non ꝓ ſe ſed ꝓ filia male a dæmonio vexata orãs audit. Fiat tibi ſicut vis. fide illorum qui attulerant, Chriſtus paraliticum non tm̃ curat ſed etiam peccata ei remittit: plenaq; miſericordia Saluator non dimidium, ſed totum hominem ſaluat. vnius inquam fidelis fide, tanta aliis Chriſtus impẽdit. & totius Eccleſiæ fides baptizatis paruulis nihil valebit? Et quid eſt quod ſupraſcripſi, dixiſſe dominum omnia poſſibilia credenti? Quid eſt & illud quod alibi ait. Si quis non hæſitauerit in corde ſuo, quia quodcunq; dixerit fiat, fiet ei? Quid & illud. Amen dico vobis. quia quicquid orantes petitis credite, quia accipietis. & fiet vobis? Quid & illud notiſſimũ. Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti tranſi in mare, & tranſibit? Si omnia certe vni credenti poſſibilia ſunt: vniuerſo orbi ꝓ paruulis baptizatis credenti & oranti, impoſſibilia eſſe nõ poſſunt. Credit regulus & ſaluat filius eius. credit Martha & ſuſcitatur Lazarus. credit mundus, & ſaluatur paruulus. Credit pater, & ſurgit filia. credit Chananæa, & a dæmonio purgatur filia. credit Eccleſia, & a peccatis mundat anima. Credit Cẽturio, & nõ ſolum puer eius curat: ſed & fides eius Iſraeli ꝑponit. Credunt Paralitici delatores, poſſe a Chriſto eius curari corpus: & curat eius & anĩa & corpus. Credunt quotidie puulorum delatores ꝓ eis. & dũ ꝑfundit viſibili baptiſmate corpus: mundant a pctis aniæ inuiſibili virtute ſpũs. Et qs poteſt vniuerſa his ſiſia de Euãgelio colligere? Orat aſtãtiũ fides ꝓ febricitãte ſocru Petri, dñm. q ſtans ſup illã impat febri & dimittit eã. Et qd ſequit? Cũ Sol autẽ occidiſſet: oẽs q habebãt iſfirmos variis lãguoribus, ducebãt illos ad eũ: & curabant. Neq; hic in tãta infirmorum multitudine, aliquorum ꝓpria fides manifeſte mõſtratur. ſed eos ad ſalutis largitorem adducẽtium credulitas aperte commendat. Videtis igitur non tm̃ paucos quos ſupra memoraui, diuerſo tempore infirmos: ſed etiam multos momẽto tẽporis aliena fide a Chriſto ✠ ſanatos. Iam ſi poſt Euangelia ad Apoſtolorum actus ſermonem conuertam: occurrit primus Apoſtolorum Petrus. qui rogatu diſcipulorũ, fide ac ꝓcibus viduarum, Tabitam mortuam ſuſcitauit. & ipſe poſt modum de Herodis cuſtodia & catenis: Eccleſiæ fide & oratione exuit. Quantum plane fides aliena aliis ꝓdeſſe valeat: Hieruſalem plateæ indicant. in quas vt ſcriptura illa ait, multitudo credentium virorum ac mulierum eiiciebant infirmos, & ponebãt in lectulis & grabbatis: vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quemq̃ illorũ: & liberarent ab infirmitatibus ſuis. Et ſubdit. Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Hieruſalem afferentes ęgros & vexatos a ſpiritibus immundis: qui curabantur omnes. non vtiq; tantũ ꝓpria, quantum afferentium fide populorum. Saluatur ait Apoſtolus, vir infidelis ꝑ mulierem fidelem: & ſaluatur mulier ĩfidelis per virum fidelem. Qꝫ ſi viri fide infidelis mulier, & mulieris fide infidelis vir ſaluatur: cur viri pariter & mulieris fide, vtriuſq; filius nõ ſaluabit? Si illi gemina cõſtricti catena, mutua fide ſoluunt: cur originali ſolum nexu compeditus, quantum ad ſe innocens paruulus: vtriuſq; parentis & totius vt dixi Eccleſiæ fide non ſoluit? Alioquin ſecundum hũc etiam intellectum, filii eorum immundi eſſent. Nũc autem ſancti ſunt. Immũdi enim eſſent, ſi nullum parentem vel ꝓ parente haberent: quo mediatore ſacramentis fidei imbui, & ab immũditia peccatorum expurgari valerent. Si vero ad vetus teſtamentum accedam: oſtendam vnius Abrahæ fide gentem maximam a deo electam, aſſumptam, ſaluatam. vnius Moyſi fide & precibus, eandem ſæpe a morte ereptam. vnius Dauid fide & deuotione, tribum & genus ipſius aliis tribubus & toti genti prælatam. Samuelem, Eſaiam, Hieremiam, Danielem, & cæteros fide & conuerſatione ſua, infidelis populi incredulitatem & prauitatem ſupportãtes. Iob ſanctum pro filiis fide & quotidianis hoſtiis deo ſupplicantem. Macabæos ꝓ populo dei fideliter præliantes. & omnes omnino vtriuſq; teſtamenti patres hoc ſtuduiſſe. vt ꝑfectione fidei & charitatis ſuæ, imperfectiones imperfectorum perficerent: & quod aliis deerat, ipſi ſupplerent. Iam igitur ipſam veſtram propoſitionem ratio perſcrutet. Dixiſtis. Nec baptiſmus ſine ꝓpria fide: nec ꝓpria fides ſine baptiſmo aliqd potuit. Neutrũ eñ ſine altero ſaluat. Ad qd ego. Qꝫ baptiſmus aliqñ ſine ꝓpria fi

Argumentum a minori ad maius.

Mar.xj. & Mat. xxj.

Mat.xvij.

Non ꝑ fidẽ Eccl'iæ ſed ꝑ gratiã mũdatur anĩa. Marci.j.

Als ✠ ſaluatos.

Actu.xi.

Actu.xij.

Actu.v.

j.Cor.vij.

j.Cor.vij.

de ſaluare poſſit: ſapientibus arbitror perſua-
Fides ſi- ſum. Q; vero propria fides aliquãdo ſine bap
nebaptiſ- tiſmate ſaluet: auctoritate vel ratione exiſti-
mo aquæ mo perſuadendum. Legimus martyres pluri-
quãdoq; mos paſſionis interuentu præoccupatos, ad
ſaluat. baptiſmum peruenire non potuiſſe. & ante laua
crum ſalutare, feruenti fide morti pro Chriſto
animas exponentes, de vita exceſſiſſe. Quid
ergo vos doctores egregij: quid Euangelicorũ
verborum veneratores ad iſta dicetis? Nun-
quid cum omni temeritate veſtra, etiam mar
tyres ſanctos condemnare audebitis? Nun-
quid præclaros cœli incolas de ſupnis deſcen-
dere, & apud inferos exulare cogetis? Parcite
inquam parcite ſaltem iſtis. nec Chriſtum Be
lial: nec lucem tenebris: nec ſanctos impijs cõ
miſcere velitis. Hoc ſi non placet: audite Chri-
Mar. viij. ſtum dicentem. Quicunq; cõfeſſus fuerit me
& Lu. xij. coram hominibus: confitebor & ego eum co-
ram patre meo. Et qui odit animam ſuam in
Ioan. xij. hoc mundo: in vitam æternam cuſtodit eam.
Et beati eritis cum vos oderint homines, &
Matth. v. perſecuti vos fuerint. Et gaudete in illa die &
Lucæ. vj. exultate. ecce enim merces veſtra multa eſt in
cœlo. Et vnum de ſenioribus, in Apocalypſi
Ioannis Apoſtoli, loquentem. Hi ſunt qui ve-
Apoc. vij. nerunt de tribulatione magna: & lauerunt ſto
las ſuas, & dealbauerũt eas in ſanguine agni.
ideo ſunt ante thronum dei, & ſeruiunt ei die
ac nocte in templo eius. & reliqua. Cum enim
in omnibus ſententijs iſtis nihil Chriſtus de
baptiſmate loquatur: neceſſe eſt, vt ſola fideli
paſſione: qui baptizari non quidem contem-
pſerunt, ſed non occurrerunt: ſaluentur. Nam
nec illos quos ſe hic confitentes coram patre
ſuo Chriſtus confitetur. aut qui odientes ani-
mam ſuam, id eſt contemnentes mortalem
vitam, in vitam æternam eam cuſtodiũt. hoc
eſt æternaliter viuunt. vel beatos illos quos o-
diunt homines & pſequũtur. ſiue quorum in
cœlo multa merces eẽ dicitur. vel qui ſunt an-
te thronum dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in
templo eius: qualibet audacia a regno cœlo-
rum (vt credo) excludere preſumetis. Q; ſi for
te ad iſtud (quoniam cuncta de vobis blaſphe
ma ſuſpicari cogimur) temeritate ſolita proru-
peritis: vt Chriſti & Euangelij eius negatores,
non iam nobis ſicut Heretici: ſed vt ſupra di-
ctum ẽ, ſicut Ethnici & Publicani eritis. Si ve-
ro iſtud vitatis: neceſſe eſt vos Chriſto & eius
Euangelio credere. & ſine corporali baptiſma
te: ſola fide ac martyrio martyres, eo quo dixi
modo, ſaluari valere. Neq; enim ſtolas im-
mundas habere potuerunt: qui eas in ſan-
guine agni, & ab immunditia lauerunt: &
a peccatorum nigredine dealbauerunt. Iam
ſi hoc conceditis: propria fide abſq; baptiſma-
te aliquos poſſe ſaluari dicetis. Q; ſi propria Nota ra-
fide abſq; baptiſmate aliquos poſſe ſaluari di- tionem.
xeritis: cur non baptiſmate abſq; propria fide
aliquos poſſe ſaluari credetis? Si martyres fide
ꝓpria abſq; baptiſmo ſaluanẽ: cur paruuli bap
tiſmo abſq; propria (vt dixi) fide non ſaluabun
tur? Aut enim ſcdm nouam hæreſim veſtrã,
ſine ꝓpria fide & baptiſmate nullus ſaluabi-
tur. aut ſi ꝓpria fide abſq; baptiſmate aliquis
ſaluatur: conſequenter baptiſmate abſq; pro-
pria fide aliquis ſaluabitur. Paria quippe ſunt,
nec præponderare ſibi inuicem poſſunt. quo-
niam & coniuncta eadem operantur: & diſiũ-
cta non diſſimiliter prædicantur. Si ergo ſecũ-
dum ea quæ propoſita ſunt, alterum ſine alte
ro ſaluat: quaſſatur veſtra propoſitio, qua dixi
xiſtis. neutrum enim ſine altero ſaluat. Q; ſi
Iudaico more omnino literæ adhærere decre
uiſtis. Quæ (niſi caute accipiatur) etiam in E-
uangelio occidit. exponite huius ſaltem capi-
tuli quod ꝓpoſuiſtis præcedentia. Sic enim ſe
habet litera. Ite in orbem vniuerſum: prędica Mar. vlti.
te Euangelium omni creaturæ. Eia. Prædicã-
dum eſt igitur omni creaturæ iuxta ſonum li-
teræ tam rationali q̃ irrationali. tam ſenſibili
q̃ inſenſibili. Prædicandum eſt cœlo & terræ, Nõ eſt oi-
Soli & Lunæ, mari & aeri, auibus & pecori- no ſequẽ-
bus, hærbis & arboribus, lignis & lapidibus. dus i ſcri-
Prędicandum eſt abſq; vlla diſcretione omni pturis lite
omnino mundanæ creaturæ. ne Chriſto non rę ſonus.
obediatur: qui præcepit prædicari Euangeliũ
omni creaturæ. Quid hoc inſanius? Neq; eñ
(vt æſtimo) ita ſenſũ perdidiſtis: vt alijs q̃ ho-
minibus Chriſtum Euangelium prædicaſſe
vel prædicari voluiſſe credatis. Q; ſi ita eſt, iã
ſon⁹ literæ ſequẽdus nõ ẽ: ſed ſane atq; catho
lice ſuſcipiẽdus & exponẽd⁹ eſt. Aut eñ ſcdm
Doctores Eccleſiæ. quos (vt dixi) nephãdo au- Nota.
ſu abiecitis. quia omnis creaturæ aliquid ha-
bet homo, omnis creaturæ nomine ſignatur
homo. aut eo locutionis notiſſimo & vſitato
modo, quo totum ꝑ parte accipitur. & quo pe-
ne aſſidue ipſum vulgus vtitur. tota maſſa
totius creaturæ, ſolus qui Euangelio ſaluãdus
erat, declaratus eſt homo. Nam quis in loquẽ
do hunc modum non quotidie frequẽtat. im-
mo continuat. totum perdidiſti: totum confu
diſti: totum reparaſti: totum ſaluaſti. omne bo
num facis: omne bonum feciſti: omnes te re-
quirunt: omnes te amant. cum ille qui hoc di
cit, & ille cui dicitur, ſimul intelligãt, hoc non

vniuerſaliter ſed particulariter dici? Scit pla-
ne & loquens & audiens: nec totum quicquid
eſt, ab vno homine perditum: nec totum con-
fuſum: nec totum reparatum: nec totum ſal-
uatum: nec omne bonum ab illo vno factum:
nec ab omnibus illum vnum requiri: nec
ab omnibus amari. ſed nomine vniuerſitatis
quandam intelligit excellentiam partis. Hinc
& ſimiles locutionum modos ab humana cō-
ſuetudine tractos, & ſeculi ſapientes Poetæ &
Philoſophi, & diuini ſcriptores, Prophetæ, &
Apoſtoli, cōſeruauerunt. Iſto Chriſtus vſus eſt.
quando dixit. Prędicate Euāgeliū omni crea
turæ. Iam ſi iſtud conceditis (qđ non concede
re niſi negato Euangelio non poteſtis) ſoli ho
mini p̄dicandum eſſe Euāgelium neceſſario
concedetis. Hoc conceſſo: a litera occidēte ad
ſpiritum viuificantem tranſibitis. & non ſem
per ſonum literę: ſed magis quandoq; ſenſum
literę ſequendum eſſe aduertetis. Ad qđ iſta,
quoniam ſi iſtud attendere: ſi ſenſum veſtrū
ſcripturis, non ſenſui veſtro ſcripturas inclina-
re: ſi cum timore non cum tumore, ad eas in-
telligēdas accedere maluiſſetis (ne p enim par
uum quid vł commune negocium eſt eas in-
telligere. cum reſurgēs Chriſtus a mortuis, nō
Lucæ.vi. quibuſlibet, ſed Apoſtolis aperuerit ſenſum
vt intelligerent ſcripturas) ſi iſtud inquam aſp
nati non fuiſſetis: nec nouam hæreſim conde
re: nec voſipſos famoſos hæreſiarchas conſti-
tuere, vobis aliquatenus libuiſſet. Sed nec illā,
quam ſæpe iteraui, Euangelij ſentētiam. de
qua hæc veſtra hæreſis orta eſt: errori veſtro
ancillari, & humanæ perditioni ſeruire coge-
Nota. retis. Sicut enim corpus domini indigne ſu-
mentibus: ſic verbum domini praue intelligē
tibus mortem operatur æternam. Quam &
vos ſeductores, & a vobis ſeducti niſi reſipiſ-
catis, pariter incurriſtis: quando contra vni-
cum Eccleſiæ baptiſma, homuntiones miſer
rimos rebaptizaſtis. Ad tam immane quippe
ſcelus, quid vos aliud q̄ peruerſe accepta Euā-
gelica ſententia impulit. Qui non crediderit,
condemnabitur? Putaſtis enim teneri paruu-
los iſto vinculo. vt quia credere non valebant:
nec eis aliquid baptizari valeret. Sed non ita
eſt. Oſtendunt hoc ipſa ſacra verba. oſtēdunt
Qui cre- non cęcis ſed videntibus. oſtendunt humili-
diderit. bus non ſuperbis. Ite (ait Dominus) in or-
&c. de ad bem vniuerſum. prædicate Euangelium om
ultis in- ni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fue-
telligitur rit, ſaluus erit. Qui vero non crediderit, con-
ſcdm au- demnabitur. Terrent verba iſta contumaces:
ctorem. non condemnant innocentes. Feriūt iniqui-

tatem: brutam nō accuſant ætatem. Perimūt
contemptores gratiæ: non condemnant ſim-
plicitatem naturę. Hoc indicat verbum quod
dicitur. prædicate. Quomodo enim paruulis
prædicandum eſt Euangelium, quod non in-
telligunt: nuntiandum quod non percipiunt:
intimandum quod non aduertunt? Quomo-
do vt ait Apoſtolus de maioris ætatis homi- Rom.x.
nibus, inuocabunt in quem non crediderunt?
Aut quomodo credent ei, quem non audie-
runt? Si vtiq; credere non poſſunt qui non ha-
bent prædicatorem. nec credere poſſunt qui
non habent credendi ætatem. Q; ſi illi a cul-
pa perfidiæ excuſantur propter prædicatoris
abſentiam: excuſāntur & iſti. propter minus
accommodam prædicatiōi infantiam. Nam
ſi fides ex auditu, auditus autem per verbum
Dei: non potuit eſſe fides, vbi non fuit audi-
tus. nec auditus eſſe potuit, vbi nō ſonuit ver
bum Chriſti. Impedit quidem a ſalute nō bap
tizatos paruulos, peccatum originale: propel-
lit multo magis ab ea, ſuperadditum actuale.
ſed ſpretæ fidei reatus. quam quia non audie-
runt, neq; ſpernere potuerunt: neutros præua-
let condemnare. Iuſtus eſt enim dominus & Pſal.x.
iuſtitias dilexit. qui nūq̄ ab aliquo exigit quod
non commiſit. nec compellit aliquem indebi-
ta ſoluere: qui ſæpe ſolet maxima etiam debi-
ta indulgere. Temperate igitur nimiā quā aſ-
ſumpſiſtis ſeueritatem. neq; iuſtiores illo vide
ri velitis: cuius omnes viæ, miſericordia & ve- Pſalm.
ritas. neq; paruulos excludatis a regno cœlo- xxiiij.
rum. de quibus ipſe dicit. Talium eſt enim re- Matthæi
gnum cœlorum. Valde enim indecens & im- xix.
pium eſt. vt hoc negemus paruulis Chriſtiano Argumē-
rum: quod concedimus paruulis Iudæorum. tū a mino
Sceleſtum plane eſt, non tribuere hoc tempo- ri ad ma-
ri gratiæ: quod datum ē adhuc filijs iræ. puer- ius. de p-
ſum eſt ea priuilegia dare populo ſeruitutis: uulis Iu-
quæ negantur filijs libertatis. Neq; enim lex dęoꝝ ad
Euangelio, vel Moyſes Chriſto præpondera- paruulos
re potuit. cum ille vt fidelis ſeruus: hic iuxta Chriſtia-
Apoſtolum, vt vnicus fuerit filius in domo. norum.
Circuncidebātur præcepto diuino octaua die Heb.iij.
Hebræorum paruuli: & purgabantur peccato
originali. Quæ ibi fides puerorum? Quis er- Leuit.xij.
ga ſuſcepta ſacramenta intellectus eorum?
Quæ diuina cognitio? Quæ oris p̄feſſio? Vbi
eſtis, qui paruulos Chriſtianos dānatis? Saluāł
paruuli Iudęoꝝ ſacramēto circūciſionis: & nō
ſaluabunł p̄uuli Chriſtianoꝝ ſacramēto baptiſ
matis? Credit Iudęus: & a peccato mundatur
filius eius. credit Chriſtianus: & a ſimili reatu
nō ſoluel filius eius? Nulla ē fides in paruulis

Chriſtianorum:ſed nec eſt aliqua fides in par-
uulis Iudæorum. Saluantur tamē aliena fide
cum ſuſcepta circuncisione. ſaluanť & iſti alie
na fide cū ſuſcepto baptiſmate. Quę ergo vo-
bis vltra vox eē poterit? Nunquid tantę aucto
ritatis mole oppſſa, vnq̄ deiceps muſitare au-
debit? Si homines eſtis, rationi cedite. Si Chri-
ſtiani, auctoritati adquieſcite. Si videntes, lu-
mē agnoſcite. Si cęci, etiam in tenebris palpa-
te. Tam euidens ſane ē veritas vos cōuincēs:
vt nō tm̄ pbari: ſed ſi velitis, etiam poſſit pal-
pari. Vicem baptiſmi circuncisionem tenuiſ-
ſe: omnibus notum eſt. Qđ enim baptiſmus
in Euangelio: hoc in veteri teſtamēto circun-
ciſio conferebat. niſi q̄ regnum cœlorum nō
ſtatim circunciſis aperiebat. Seruabať hoc illi
Apoc. iij. qui educit vinctum de domo carceris. qui ape
rit & nemo claudit. claudit & nemo apit. q ſo-
Gen̄. xlix lus erat expectatio gentium. & qui rex erat re-
gni cœlorum. Mutatum eſt Chriſto aduenien-
te, ſacramentum ſacramento: & ab auctore
gratiæ/iugum legis leuatum. vt ſicut carnis
pœna carnis culpam expiabat: ſic abſq; carnis
vulnere/leuis aquę aſperſio peccata purgaret.
Adauctum eſt ſupna largitate collatum bene-
ficium. vt ſicut circuncisione totus populus Iu
dęorum: ita Chriſti baptiſmate totus ſaluetur
orbis terrarꝫ. Vnde quia nō potuit vmbra cor
pore, figura veritate/aliquo pacto excellentior
apparere: neceſſario vos oportet cōfiteri, Chri
ſtianorū paruulos ſaluari baptiſmate: cum fa-
teamini Iudæorum paruulos ſaluari circunci-
Heb. xj. ſione. Et quia ſcđm Apoſtolum: ſine fide, vel
in circūciſione, vel in baptiſmate/impoſſibile
eſt placere deo. qm̄ iuxta Pſalmum triceſimū
primum. omnia opa eius in fide. qa paruulus
Iudęorum non potuit ſaluari fide ppria: ſalua
tus ē aliena. & quia paruulus Chriſtianorū nō
potuit ſaluari fide ppria: ſaluať quotidie alie-
na. Sacramēto igiť circūciſionis & aliena fide
ſaluabatur Iudæus. ſacramento baptiſmi, &
aliena fide ſaluatur per Chriſti gratiam Chri-
ſtianus. Falſū eſt ergo qđ propoſuiſtis. nec bap
tiſmus ſine ppria fide, nec propria fides ſine
baptiſmate ſaluat. Et vt multo aggere ſenten-
tiarum nephanda ſententia obruatur: audite
adhuc Apoſtolicam tubam, tanto ſonitu in-
clamantem: vt cum in omnem terram ſonus
eius exierit, valde ſit mirum ſi aures veſtras p̄
terire potuit. Diſputans enim de reatu primi
Adę mundum condemnāte. & de iuſtitia ſe-
cundi Adę mundum ſaluante. ait inter cæte-
Rom. v. ra in Epiſtola ad Rom̄. Si enim vnius delicto
mors regnauit p vnum: multo magis abundā

tiam gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipien-
tes in vita regnabunt p vnum Ieſum Chriſtū.
Igiť ſicut per vnius delictum in omnes homi
nes in condēnationē: ſic & p vni⁹ iuſtitiam in
omnes homines in iuſtificationem vitę. Et in
Epiſtola ad Corint. prima. Per hominē mors, j. Cor. xv.
& p hominem reſurrectio mortuorū. Et ſicut
in Adam omnes moriūť: ita & in Chriſto oēs
viuificabunť. Quid nūc? nōne iam obſtructū
eſt os loquentium iniqua? An hoc vno & ſolo
Apoſtolico telo caninū guttur cōfoſſum, vnq̄
deiceps latrare audebit? Mortem dicit regnaſ
ſe p vnum. accipientes vero abūdantiā gratię
in vita regnare p vnum Ieſum Chriſtum. Per
vnius hominis delictum/omnes homines cō
dēnatos: p vni⁹ iuſtitiam/oēs homines iuſtifi
catos. In Adam oēs mortuos: in Chriſto om̄es
viuificatos. Attēdite, & pdentem vos ptinaci-
am deponite. Omnes dicit: nullū excipit. Vni-
uerſaliter loquiť: non particulariter. Non ē hic
figura de qua ſupius egi, qua totum p pte acci
pitur. Quam vt hinc excluderet, ſimilitudinē
dedit. Sicut ait, in omnes homines in cōdem-
nationē: ſic in oēs hoies in iuſtificationē vitæ.
Et ſicut oēs moriunť: ita oēs viuificabunť. Vn̄
iuxta verbū & intellectū Apoſtoli. ſicut oēs cō
dēnari, ſic oēs iuſtificari. & ſicut oēs mori: ita
oēs neceſſe eſt viuificari. Cogit em̄ ſilitudo. vt
qđ de dānatis accipiť: hoc de iuſtificatis acci-
piať. Et qđ de mortuis creditur: hoc nihilo mi
nus de viuificatis credať. Sed nec vos p̄ceden
tem particulam negatis. oēs ſcilicet hoies abſ-
q; vlla exceptione in Adam mori: oēs condē-
nari. Qꝫ ſi & ſcđm vos/& ſcđm Apoſtolū oēs
in Adam condēnantur, omnes moriūť: ſcđm
eundem Apoſtolum oēs in Chriſto iuſtificāť,
omnes viuificāť. Nam verum eſt qđ dixit, ſi-
cut p vnius delictum in oēs hoies in condēna
tionē: ſic & p vnius iuſtitiā in oēs homines i iu
ſtificationem vitæ. & verꝫ eſt qđ dixit. ſicut in
Adā oēs moriunť: ita & in Chriſto oēs viuifi-
cabunť. Qđ ſi ita eſt: ſicut p vnius delictū oēs
hoies cōdēnati: ita & paruuli hoies condēnati.
Et ſicut p vnius iuſtitiā oēs hoies iuſtificati: ita
& paruuli hoies iuſtificati. Et ſicut in Adā oēs
moriunť: ita paruuli oēs moriuntur. & ſicut in
Chriſto omnes viuificanť: ita & paruuli om̄es
viuificantur. Hæreticum eſt ergo & impiū: ex
cludere baptizatos paruulos a numero ſaluan
dorum. Hęreticum: quia cōtra rectā fidē. im-
piū: qa cōtra pietatem. Et ne vel puus inſidijs
veſtris angulus relinquatur, dictū eſt. omnes
quidem paruulos in Adā mori: ſed nullos niſi
in Chriſto viuificari. Neq; em̄ paruuli Iudęo-

rũ,Ethnicoꝝ,vel eorũ qui chriſtianę diſpenſa
tionis fidē vel ſacramēta cõtemnũt,ſaluātur:
quia in dãnatiõe ſua remanent,nõ ſubueniē
te Chriſti iuſtitia.& in morte, nõ eos reſuſcitā
te Chriſti vita.Quod aperte mõſtrat qñ dicit,
per vnius iuſtitiā omnes iuſtificari.& apertius
qñ dicit in Chriſto omnes viuificari.Cum eñ
oēs paruuli in Adam condemnentur:niſi in
Chriſto iuſtificētur,pereunt.Et cũ in Adā mo
riātur:niſi in Chriſto viuificētur,nullo modo
a morte reſurgunt.Non habēt ergo iuſtitiam
paruuli,niſi in Chriſto iuſtificentur:neq; vitā,
niſi in Chriſto viuificētur.Sed ſi ſacramētis a
Chriſto inſtitutis,eis ſubuentũ fuerit: iniuſti
nõ remanent:quia ſcdm pręmiſſas auctorita
tes/per vnũ Chriſtum oēs homines iuſtifican
tur.neq; mortui perſeuerant:quia in Chriſto
omnes viuificātur.Aut ergo negate hanc con
demnationē & iuſtificationē:mortem & reſur
rectionem omniũ hominũ eſſe:& excludetis
paruulos.aut ſi omniũ eſſe cõceditis:inter oēs
neceſſario admittetis & paruulos.Admittetis
inquā paruulos:quos vt ipſe beatus Apoſtol⁹
inter ſaluādos admitteret,inter damnandos
primo cõſtituit.Sic eñ docebat:vt propheticũ
Apoſtolũ,etiā poſt tāta tempora naſcitura hę
reſis nõ lateret,eāq; nõ tm̃ cõmunibus iacu
lis:ſed & ſingulari ſpiculo terebraret.Nam ſic
Roma.v. ait.Regnauit mors ab Adā vſq; ad Moyſen:
etiam in eos qui nõ peccauerũt in ſimilitudi
nem pręuaricationis Adę.Qui ſunt qui non
peccauerũt? Nõne de ipſis paruulis ait ſermo
diuinus.Non eſt ſuper terrā ſine peccato,nec
infans vnius diei? Nõne & ab ore magni illi⁹
hominis in ora omniũ chriſtianoꝝ deriuatũ
Pſalm.l. eſt.Ecce eñ in iniquitatibus cõceptus ſum,&
in peccatis cõcepit me mater mea? Et quid ne
ceſſe eſt rem patentē multis teſtimonijs cinge
re? Vtiq; nullus abſq; pctõ,ſi nec infans vnius
diei abſq; peccato:nec in ipſo matris vtero cõ
ceptus infans abſq; peccato.Nam cũ dicit:in
iniquitatibus conceptus ſum,non ſolũ iniqui
tatem parentũ cõcipientiũ notat:ſed & conce
pti peccatũ a parentibus tractum poenitendo
cõmemorat.Nec eñ inde ſibi miſereri deũ
rogaret:vbi peccati miſeriā nõ recognoſceret.
Ergo cũ nullus abſq; peccato eſſe poſſit:actua
le aũt peccatũ in paruulis inueniri non poſſit.
qm̃ omnis quicũq; peccat,aut originaliter aut
actualiter peccat.Paruuli qui actualiter pecca
re non potuerunt:vtiq; originaliter peccaue
runt.De illis ergo dictum eſt.Regnauit mors
ab Adam vſq; ad Moyſen,etiā in eos qui nõ
peccauerũt.hoc eſt.qui nõ peccauerũt peccato
actuali,ſed peccauerũt peccato originali.Hāc
originē a primo homine tractam,& in oēs
homines trāſfuſam docet:cũ ſubdit.In ſimili
tudinē pręuaricationis Adam.Nõ eñ ꝓpria
pręuaricatio paruulos reos facit,ſicut ipſum
pręuaricatorē Adā:ſed ſimilitudo ꝑuaricatio
nis Adę.Quia igitur regnat mors etiā in par
uulos qui nõ peccauerũt,dic ſancte Apoſtole,
vtrũ hi paruuli in regno mortis ſint ꝑpetuo ꝑ
māſuri:an inde aliquo alicui⁹ ſuffragio euēdi?
Nā cum loquereris de dãnatione omniũ ho
minum:nõ ſine cauſa addidiſti etiā dãnatio
nem paruuloꝝ hominũ.Ego/inquit Apſ̃us,
idcirco tam magnos q̃ paruos homines oſten
do in Adam impios:vt in Chriſto oſtendam
iuſtificatos.Oſtendo in Adam damnatos:vt
in Chriſto oſtendā ſaluatos.Oſtēdo in Adam
mortuos:vt in Chriſto oſtendam viuificatos.
Oſtendo damna priſtina per Chriſtum nõ ſo
lum reparata:ſed & ſuperabundante gratia,
etiā beneficia adaucta.Non eñ ſicut delictũ:
ita & donũ.Si eñ vnius delicto multi mortui
ſunt:multo magis gratia & donum dei in gra
tia vnius hominis Ieſu Chriſti,in plures abun
dauit.Et nõ ſicut per vnũ peccatum:ita & do
num.Nā iudiciũ ex vno in condēnationem:
gratia autē ex multis delictis in iuſtificationē.
Et ne ſigillatim haec apoſtolica verba diſcu
tiens,legētibus plus iuſto prolixi⁹ eſſe videar:
breuiter dico hanc ſummā apoſtolicorum eſſe
verboꝝ,magis ſcilicet abundaſſe Chriſti gra
tiam ad ſaluādum,q̃ peccatum Adę abunda
uerit ad damnādũ.Illius eñ culpa totā ſtirpis
ſuę ꝓpaginem in ipſa radice corrupit:& vniuer
ſam ſimul humani generis maſſam originali
tm̃modo vulnere ſtrauit.Chriſti autē iuſtitia
donum & gratia,nõ ſolum ab illa originali,q̃
ſic vocatur peſte qua ille mundũ infecerat,ſed
& ab omnibus peccatis actualibus quę mun
dus addiderat/ſaluauit.Ea de cauſa Apoſto
lus paruuloꝝ qui nõ peccauerũt mentionē fa
cit,& eos maſſę peccatrici admiſcet:vt qui in
ter damnatos per Adā numerātur,inter ſal
uatos quoq; per Chriſtum pariter reputētur.
Et cum ſuperabundās ſaluatrix gratia nõ ſo
lum originalia mũdi mala remiſerit,ſed etiā
actualia indulſerit:quiſquis Apoſtolum legit/
intelligat paruulos ſimplici vinculo aſtrictos,
inſolubiles nõ manere:cum duplicis culpę ca
tena cęteros non potuerit retinere.Hoc mun
dus diſcat,hoc hęreticus ſapiat,hoc catholic⁹
recognoſcat:a Saluatoris populo qui ſaluat po Matth.j.
pulum ſuũ a peccatis eoꝝ,ipſa ratione cogen
te,paruulos peccatores nõ poſſe excludi.cum

infra ampliſſimũ eius miſericordię ſinũ, me-
ruerint etiam magni peccatores admitti. Et o
quãta diuerſitas inter benignitatem & mali-
tiam: inter pietatẽ & impietatem: inter Chri-
ſtum benigne paruulos ſuſcipientẽ: & hæreti-
cos impie paruulos repellentes. Fecerunt olim
nõ quidẽ tale quid ſed ſimile quid: paruulos a
Chriſto repellendo. Chriſti diſcipuli. ſed ne fa-
Matthei. cerent: ſunt a magiſtro correpti. Offerebãt ait
xix. & Euangeliũ, quidã illi. hoc eſt Chriſto, paruu-
Marci. x. los, vt tangeret illos. Diſcipuli autẽ cõminabã
tur offerẽtibus. Nũc iam dñe Ieſu, nunc iã bo-
ne magiſter, doce verbo imo vt plus audeã,
oſtende exemplo, vtrũ paruuli nõ ꝓpria fide
ad te venientes, ſed aliena tibi oblati: a te ſint
ſuſcipiendi: vt Eccleſia tua docet. an repellen-
di: vt nouorũ hominum temeritas iubet. Diſci
puli certe tui vt Euãgelium tuũ loquiẽ, cõmi-
minabanẽ offerentibus: ſed tu comminantes
quõ accepiſti? Quod cũ videret inquit Ieſus
indigne tulit. Quia ergo diſcipuli tui cõmina
banẽ paruulos offerẽtibus, indigne tuliſti: ſed
quid cõminatoribus illis dixiſti? Sinite paruu-
los venire ad me, & ne ꝓhibueritis eos. Taliũ
eſt enĩ regnum cœlorũ. hoc quidem dixiſti: ſed
quid feciſti? Complexans inquit Euãgelium
eos. i. paruulos, & imponens manus ſuꝑ illos
benedicebat eos. Quid vos ad iſta crudeles
paruulorũ expulſores dicetis? Ecce quia a ſe re
pellebanẽ paruuli, indigne tulit Ieſus: vt ſine-
rẽtur paruuli venire ad ſe & non ꝓhiberentur,
pręcepit Ieſus: taliũ eſſe regnũ cœlorũ dixit Ie-
ſus. Cõplexabat eos Ieſus, imponebat manꝰ
ſuas ſuꝑ eos Ieſus, benedicebat eos Ieſus. Nũ-
quid vltra innocẽtiam puerilẽ, nõ virili cõſtã-
tia, ſed ꝑtinaci malitia a Chriſto repellere au-
debitis? Nũquid ab ãplexãte puulos Chriſto:
ab imponente ſuꝑ paruulos manus Chriſto:
a bñdicente paruulis Chriſto: inuito ipſo Chri
ſto paruulos auelletis? Videat eccleſia, iudicet
orbis terrarũ, quibus magis obſerandum ſit re
gnum cœlorũ. vobis qui cõtradicitis verbis re-
gis cœlorũ: an paruulis de quibus ipſe rex ait.
Talium eſt enĩ regnum cœlorum.

¶ Contra reliqua capitula Petrobruſianorũ.

SI de his ſatis eſt: ad ſequẽtia nephãdi euã-
gelij ſcđm vos iam veniatur: & qualiter
optimi chriſtiani, Chriſti ſui eccleſiã ędifi-
care ſtudeant videatur. Vos enĩ non tm̃ fidẽ
eccleſię illeſam eſſe non ſinitis: ſed ipſa quoq;
ædificia ſuffodere laboratis. Et cum Chriſtus
Mat. xvj. dicat. Suꝑ petram ædificabo eccleſiam meã.
j. Petri. ij. & Petrus. & vos tanq̃ lapides viui ſupędifica-
j. Cori. iij. mini. & Paulus. ſicut ſapiens architectus fun-
damẽtum poſui. & Dauid. fundamẽta eius in Pſalmo
montibus ſanctis. & mille talia, vos & tantorũ lxxxvi.
opificũ ſpiritualia opa: & ipſorũ latomorũ ſu-
dore elaboratos parietes, pari ruina, vnoq; vir
tutis veſtrę impulſu, ſimul ſubruere conami-
ni. Nam nec fidẽ eccleſię vt dixi illeſam: nec
muros integros diu tolerare poteſtis. ¶ Prędi Primꝰ er
catis enĩ templa ſuꝑfluo fabricari, cum eccle- ror impu
ſia dei nõ conſtet multitudine ſibi cohęrentiũ gnãdus.
lapidum: ſed vnitate congregatorũ fidelium.
¶ Dicitis crucẽ dñi honorandam vel adoran Secũdus
dam non eſſe: qm̃ ſpecies, quę dñicorũ crucia- error.
tuum & mortis inſtrumẽtum fuit: abijcienda
nõ veneranda: ignibus cõcremanda, nõ ſtulu-
tis ſupplicationibus res inſenſibilis inuocãda
eſt. ¶ Aſſentis corpus dñi in ſacramento alta- Tertiꝰ er
ris eccleſiã non habere: & quicquid in eo a ſa- ror.
cerdotibus fit: inane prorſus & abſq; aliquo ve
ritatis effectu: qm̃ Chriſtus nõ futuris chriſtia-
nis ſemꝑ, ſed pręſentibus tm̃ diſcipulis illud
ſemel dederit. ¶ Affirmatis vanũ eſſe orare Quartus
vel quicq̃ boni facere pro defunctis: quia eos error.
viuorũ bona iuuare non poſſunt: qui totũ me-
ritum ſuũ: cui nil addi poſſit, ſecum qñ hunc
tranſiere tulerũt. ¶ Additis irrideri deum cã Quintus
tibus eccleſiaſticis: qm̃ qui ſolis ſanctis affecti error.
bus delectaẽ, nec altis vocibus aduocari: nec
muſicis modulis poteſt mulceri. Currat ergo
iuuante deo ſtylus per ſingula: & eo quo ꝓpo-
ſita ſunt ordine ſigillatim cuncta diſcutiat.
Agnoſcetis vos oſtenſis auctoritatibus, ſi qui-
dem reſipiſcere potueritis) aut nimium cęcos
qui tantam lucem videre, aut nimiũ ſtultos
qui tam apta intelligere, aut nimium pertina
ces fuiſſe, q tãtis teſtibus credere nõ potuiſtis.

¶ Contra id quod dicunt, baſilicas vel altaria
fieri non debere.

ECcleſiam dei vnitate fideliũ congrega-
torũ conſtare, & vos (vt audio) dicitis: &
omnibus clarum eſt. Locorũ autẽ ſacro-
rum ædificia fieri non debere, & facta ſubrui
oportere, vos quidem affirmatis: ſed nos to-
to mundo nobis adiuncto, contradicimus. Et
ne putetis terrore magni nominis veritati, ſi
qua apud vos eſt, me vim inferre conari: audi
te cui maxime chriſtiana ſubdi colla oportet
auctoritatem. Vt igitur ea qua ſacra ſcriptura
edita eſt ſerie, teſtimonia ꝓferãtur: Noe poſt Geñ. viij.
diluuiũ ædificaſſe altare dño, ac ſuꝑ illud ob-
tuliſſe ſacrificium: deniq; odoratũ odorẽ ſua-
uitatis. Abraham qñ pręcipiente deo Yſaac Geñ. xxij
filium ſuum imolare voluit, altare prius con-
ſtruxiſſe. ac deſuꝑ ligna cõpoſuiſſe. Iacob ere- Geneſis
xiſſe lapidem in titulum, & fudiſſe oleum de- xxviij.

ſuper,ac dixiſſe.vere dñs eſt in loco iſto.& non
eſt hic aliud niſi dom⁹ dei & porta cœli,Gene
Exo.xl. ſis in diuinarũ literarꝫ primordio narrat. Exo
dus quoq; ne exercitui dei ſacer locus ad oran
dũ vel ſacrificandum deeſſet,qđ ſolum in pro
cinctu cõſtitutis cõgruere poterat,tabernacu-
lum portatile ex multis ſpeciebus diuino pce-
pto a Moyſe cõpoſitũ,& a deo etiã viſibiliter
cõſecratum memorat. Poſtq̃ vero terra Cha-
naan & aliarꝫ gentium hoſtibus extinctis,ab
Hebręis poſſeſſa eſt,cũ innumeris abundarẽt
ciuitatibus & caſtellis.non niſi primũ in Silo,
ad vltimũ in Hieruſalẽ,ad orandũ vel ſacrifi
candũ dei pręcepto cõuenire poterant. In qui
bus tñ locis(teſtante ſcriptura)tabernaculum
pellium & cortinarũ manſit,quouſq; tẽplum
lapideum ei ſucceſſit. Quod cũ ędificare Da-
uid rex cogitaſſet,cõtra hunc veſtrum noſtris
diebus exortum errorẽ ante tot ſecula diſpu-
tans deus:quia hoc(inquit)cogitaſti,bene feci
ſti,hoc ipſum mẽte pertractans.Sed nõ tu ędi
iij.re.viij. ficabis mihi domũ,quia vir ſanguinũ es:ſed
filius qui egredietur de vtero tuo,ille ędifica-
bit mihi domum.Bene(ait)feciſti,hoc ipſum
mẽte pertractãs.Quid ipſum?deo ſcilicet ędi-
ficare templũ. Q̃ꝫ ſi bene fecit Dauid etiam
tñ cogitando ędificare templũ deo:male feci
ſtis vos etiam tñ cogitando deſtruere tẽplum
dei. Si(inquã)bene fecit ille,optando templi
dei conſtructionem:male facitis vos in corde
verſando ſacrorꝫ templorꝫ euerſionem. Q̃ꝫ
ſi malum eſt,ſaltem hoc cogitare:quãto ma-
gis prędicare?Si malũ eſt cogitare:quãto ma-
gis cogitata implere?Si malũ eſt mente de rui
na eccleſiarũ tractare,quãto magis diruere?Si
mala eſt deſtructionis cogitatio,quanto peior
ipſa deſtructio?Quod Chriſto Iudęi pro crimi
ne obiecerunt,hoc chriſtiani Iudęis peiores,
nouo ſacrilegio cõmiſerunt. Accuſabãt illi fal-
Mat.xiiij ſo dixiſſe dñm, Ego deſtruã tẽplum hoc ma-
nufactum,accuſamus nos veraciter vos non
ſolum dixiſſe,ſed & ſceleſtis manibus templa
dñi deſtruxiſſe. Nõ fuit leue,etiam apud ini-
quos,quẽlibet templo dei ruinam minari,quã
noſtri temporis & nominis homines eccleſijs
eius nõ timuerunt inferre. Videte,videte tẽ-
pli dñi deſtructores:quid deſtruẽdo cõmiſiſtis
cum ab ei⁹ cõſtructione inhibitum magnum
regem & prophetam Dauid videatis?Ille,ille
certe inhibit⁹ eſt,de quo diuina voce dictum
eſt. Inueni Dauid virũ ſcđm cor meũ.& qui di
Pſalmo cere potuit. Ab omni via mala phibui pedes
cxviij. meos.& omnẽ viam iniquã odio habui,& di-
lexi mandata tua ſup aurum & topazion. Q̃ꝫ
ſi tanti viri manus ad conſtruẽdum templum
dei admitti nõ meruerũt,nunquid veſtrę ma
nus ad deſtruẽdum impune parare ſe potuẽ-
rũt?Subleuare voluit inclinatã arcã dei Oza, ij.Reg.vj.
& perijt:& vos toto conatu Eccleſiã dei Iſrael
ſubuertere quęritis,& ſalui eritis?Si occiſus eſt
qui ſuſtentabat,nunquid viuet qui pręcipitat?
Aduertite ſtudioſi templorꝫ ſubuerſores,q̃ cõ
trarius vos deo ſpiritus agat,qui opus ei⁹ euer
tere,qui fabricã iuſſu eius erectam conamini
deſtruere. Iuſſu autẽ eius erectam prioris tem
pli fabricã,& ſupra audiſtis,& adhuc recolite.
Nõ tu(ait deus ad Dauid)ędificabis mihi do
mum,ſed filius tuus quem dabo p te ſup ſo-
lium tuũ,ipſe ędificabit domũ nomini meo.
Et ne putetis ſolius cõſtructionis deum fuiſſe
auctorem,videte ſanctificatorẽ. Perfecto eñ
tẽplo cum multiformi ornatu a Salomone,
& inducta arca dei a ſacerdotibus in locũ ſuũ:
ait eadẽ verax ſcriptura. Factũ eſt cũ exiſſent iij.re.viij.
ſacerdotes de ſanctuario,nebula impleuit do
mum dñi. Et nõ poterant ſacerdotes ſtare &
miniſtrare ppter nebulam. Impleuerat enim
gloria dñi domũ dñi. Tunc ait Salomon. Dñs
dixit vt habitaret in nebula. Et vt ſanctificati
a deo templi ipſo teſte vtamini:audite eũ ap-
parentẽ Salomoni & dicẽtem. Exaudiui ora-
tionem & deprecationem tuam:qua depre-
catus es coram me. Sanctificaui domũ hanc
quã ędificaſti:vt ponerem nomen meum ibi
in ſempiternum.& erũt oculi mei & cor meũ
ibi cunctis dieb⁹. Iudicate ergo cui magis cre-
dendum ſit,deo templi ſui conſtructionẽ pę
cipiẽti.an vobis deſtructionẽ ſuadẽtibus.deo
conſecranti,an vobis pphanantibus.deo con
gruum locum ad preces & ſacrificia deſignan
ti,an vobis abſq; templis & ſacrificijs chriſtia
nos eſſe iubẽtibus. Vere antiqui erroris noui
reparatores:qui deum nõ in templo ſuo,ſed
Baal in omni colle excelſo,& ſub omni ligno
frondoſo coli pręcipitis,cum agros & nemora
ſanctificatis ab eo locis pręponitis. Qui quãtũ
hoc ei cõtrarium eſſet oſtendẽs:nõ niſi in lo-
co quẽ ſe ad hoc elegiſſe dixit,ſacrificia offer-
ri voluit. In quo ter in anno totius gẽtis conuẽ
tus fieri mandauit,vbi & deum adorarent &
vota ſoluerẽt:& quę de lege dicẽda erant audi
rẽt. Et q̃uis ſcđm Salomonis orationem deus
domo nõ egeat:quẽ cœlum & cœli cœlorꝫ ca-
pere nõ poſſunt.& iuxta pſalmum Dauid di
cẽtis. In omni loco dominationis eius bñdic Pſal. cij.
anima mea dño,vbiq; adorandus ſit:intñ tñ
ſingulare voluit habere priuilegium domum
ſibi ſingulariter dedicatam,vt ibi pcantibus

populis gratiam maiorem infunderet: & pre-
ces efficacius exaudiret. Vnde ad cōmēdan-
dam gratiam & dignitatē noui chriſtianorum ſa-
crificij, qd dum animales & ſupbi fueritis nō
capietis: nō niſi in loco illo ad hoc vt dixi ele-
cto ſacrificia fieri pmiſit: intantū, vt p magno
delicto imputet ſcriptura etiā bonis & lauda-
tis regibus Iudę, q cum idola & eorum cultum
omnino in regno pprio annullaſſent: in excel
ſis tñ, in alijs ſcilicet locis q̄ tēplo, ſubiectū po-
pulum, nō quidē idolis, ſed deo ipſi ſacrifica-
re permiſiſſent. Inde culpans vnumquēq; eo
rum ſcriptura dicit. Verūtñ excelſa non abſtu
lit. Adhuc populus ſacrificabat, & adolebat in
cenſum in excelſis. Sic nō cultum, ſed locū cul
turę culpādo oſtēdit ſcriptura, noluiſſe deum
paſſim vbiq; ſacra illius tēporis celebrari, qui-
bus & certos miniſtros deputare: & certum lo-
cum voluit dedicare. Ad hunc Iudęi omnes
multiq; Gentiliū: ad hūc magni reges & Pro-
phetę vel iuſſas hoſtias, vel vota deo ppria
iiij. Reg. oblaturi veniebant. Ad quē vtrum rex Eze-
xx. & chias poſt ęgritudinem eſſet aſcenſurus, inui-
Eſaiæ ſam ſeculis omnib' Solis retroceſſionē, a deo
xxxviij. per prophetam Eſaiam in ſignum accepit.
j. Eſdrę. Hunc a rege Chaldeorum deſtructum principes
Zorobabel & Salathiel: ſacerdotes Eſdras &
Ieſus: prophetę Aggeus & Zacharias repara-
ij. Mac. x. runt: rurſumq; ab Antiocho prophanatū, Ma
Lucę. ij. chabęi ſanctificarūt. In hoc finis legis & initiū
euāgelij Chriſt' puer adhuc a parētib' oblat',
ritum omnem impleuit. & quid reuerētię ſa-
cris locis debeatur: prius tacens exemplo q̄ do
cens verbo clamauit. Et ne in aliam partem
pertinacia qua cœpiſtis etiā iſtud interpreta-
ri velitis: legite Euāgelium, & videte quotiens
in Paſcha, in Scœnophegia, in Enceniorū ſo-
lennitate, Hieroſolymā veniens in templum
aſcenderit: qualiter ibi verbum vitę quod ipſe
Mat. xij. erat, populis palam prędicauerit, ſedens iuxta
& Lu. xxj gazophilatium offerētes deo munera, & ma-
Mat. viij. xime viduam laudauerit, offerri mun' quod
pręceperat Moyſes curato a ſe leproſo pręcepe
rit, accedentes ad ſe in templo cæcos & clau-
dos: locum diuinis miraculis honorādo, cura-
uerit. Recolite & illud, quo ſolo velut ariete to-
ta inſani dogmatis veſtri machina ſubuerti-
tur. Illud inquā recolite, quid iam proximus
paſſioni fecerit, qñ facto flagello de funiculis,
Mat. xxj. vendētes & emētes de tēplo eiecit: cathedras
Marci. xj vendētium columbas euertit. & Deuterono-
& Lu. xix mij aſſumpto teſtimonio increpās dixit. Scri
ptum eſt. Domus mea, domus orationis eſt.
Vos autē feciſtis illam ſpeluncam latronum.

Ad quid tot iſta? vt tandem pudeat vos ſtul-
tiſſimi erroris, quē nec Iudęus, nec Paganus,
nec Chriſtianus alter pręter vos inuenire po-
tuit. Vult eñ omnis religio locū: vbi ſacra ſua
venerari, & vbi familiarius inſtitutis ſuis va-
leat ✠ deſeruire. Hinc Iudęi in tēplo dei: hinc Aſs ✠ in-
Pagani in phanis licet prophanis, tñ hoſtias ſeruire.
immolabant. Hinc chriſtiani vſq; ad veſtra
tēpora: a deo inſtitutas quas ſubuertere quęri-
tis ecclesias habebāt. Quocirca dum in his p-
manſeritis: merito extra numerum omnium
hominū eritis: qui in his, legibus omnium re
pugnatis: & expulſi a fidelibus, nec apud infi-
deles latibulum inuenietis. Redite ergo præ Eſa. xlvj.
uaricatores ad cor: & qui diu deſipuiſtis, iam
tādem ſapere incipite. Videte deum templi
ſui fabricam erigentem: erectam ſanctifican
tem: prophetas diruta reſtaurantes: reſtaura-
ta cōſecrantes: Chriſtum ipſum templi dñm,
templum cœleſti verbo & ſublimibus miracu
lis honorātem: negociatores de illo verbis &
verberibus eliminantē: domum dei, domum
patris ſui, domum orationis eſſe dicentem.
Nolite vltra deſtruere: quod deum ędificare
cernitis. nolite pphanare: quod eum dedicare
videtis nolite contemnere: quod cū honora-
re conſpicitis. Intelligite deū Chriſtianorum deū
fuiſſe Iudęorum. qui ſicut tūc ſine templo eſſe
noluit: ita nūc ſine eccleſijs eſſe nō vult. Qḋ ſi Cur vnū
quęritis, quare tunc nō niſi vnum a Iudæis, ſolū erat
nunc vero multa ſibi a Chriſtianis fieri tem- tēplū Iu-
pla velit: patet ratio: quia vni & circūpoſitę gē- dęorum:
ti templum vnū de pximo ſufficiebat: & ne nunc ve-
dæmonum ſacrificijs, quę vbiq; fiebant, pau- ro multa
latim illectus iūgeretur: prono ad idolatriam chriſtia-
populo pſpiciebat. Eſt & illud ſublimius (ſi ta norum.
men iudaizando figuras non abijcitis) q
illo vno tēplo vna eccleſia: illi' vnius tēpli ſa-
crificijs vnicum eccleſię ſacrificium deſigna-
batur. Qḋ cū ſit, remota veteri multiplicitate
vnum: nō niſi in vna Chriſti eccleſia fieri po-
teſt: qm̄ locus veri ſacrificij extra catholicam
eccleſiā non eſt: quia vnus dñs: vna fides: vnū
baptiſma: vna eccleſia: vna hoſtia. Hę ſunt Ephe. iiij
cauſę quę ad pręſens occurrere potuerunt: cur
vno tñ templo a Iudęis colebatur, quia chri-
ſtianis nunc innumeris (quantum ad ædifi-
cia pertinet) eccleſijs honoratur. Quę ſi ſuffi-
ciunt, bene. Si non, apiat vobis ſenſum intel-
ligēdi ſcripturas, vt agnoſcatis ſcdm Apoſto-
lū, omnia illis in figura cōtigiſſe, & ſcripta eē j. Cori. x.
ad correctionē noſtrā. quę ſicut multos a ſuis
erroribus correxerunt: vtinam & vos a veſtris
corrigere poſſint. Cur vero poſt illam iudaici

templi vnitatē,hæc chriſtianarum eccleſiarū
multiplicitas orta ſit:ex ſupradictis lucide de
monſtratur. Vnum enī tēplum quod vni po
pulo ſufficiebat:vniuerſo iam mundo ſuffice
re non poteſt. Impletum nāq; eſt.quod Eccle
Eſa.liiij. ſię per Eſaiā dictum eſt. Ne parcas: lōgos fac
funiculos tuos,& clauos tuos cōſolida. Dilata
locum tentorij tui. Dilataberis ad orientem &
occidētē:ad aquilonē & ad auſtrū. Inde & Ma
Malach.j lachias. Non eſt mihi(ait dn̄s)voluntas in vo
bis:neq; accipiam ſacrificium de manib⁹ ve
ſtris. Ab ortu enim Solis vſq; ad occaſum:ma
gnū eſt nomen meū in gētibus,& in omni lo
co offertur nomini meo oblatio munda. Quā
Prophetę ſententiam ad vnguē exequēs dn̄s:
Ioan. iiij. ait Samaritanę in Euāgelio. Mulier venit ho
ra qn̄ neq; in mōte hoc,neq; in Hieroſolymis
adorabitis patrē. Et poſt quędam. Venit hora
qn̄ veri adoratores adorabunt patrē in ſpiri
tu & veritate. Quid clarius:quid manifeſtius:
quid aperti⁹ requiritis? Ecce in Iudęorū repro
batione & Gētium electione:ſacrorū(de qui
bus agitur)locorū quęſtio ſoluitur:& qd vni ſa
crificiorū templo multa oblationum loca ſuc
cedere debeant.euidēter mōſtratur. Et o in di
uerſis tēporibus mirabiliter cōſonans Prophe
tę Chriſtiq; pręſagiū. Qd enī ille ait. Nō acci
piam ſacrificium de manibus veſtris.hoc iſte.
venit hora qn̄ neq; in mōte hoc neq; in Hie
roſolymis adorabitis patrē. Et qd ille.in omni
loco offertur nomini meo oblatio mūda.hoc
iſte.veri adoratores adorabunt patrē in ſpiri
tu & veritate. Ecce hora de qua dn̄s dixerat
venit hora,qn̄(ſicut oculis cernimus)neq; Iu
dęi Hieroſolymis,neq; Samaritę i mōte ſuo:
quę tn̄ loca ſacra putabant:ritu antiquo ado
rant:quia nō accipitur a deo ſacrificiū vmbra
tile,ſuccedēte veritate.nec neceſſari⁹ eſt agn⁹,
aries,aut vitulus:cum pro omnibus vnus ſuffi
ciat imolatus Chriſtus. Hoc certe eſt tempus
qn̄ veri adoratores adorant patrē in ſpiritu &
veritate,qn̄ non in vno tn̄,ſed in omni loco
offerī nomini eius oblatio munda. Quę quia
munda eſt,oportet & loca in quibus offertur)
mundari. Qd tunc fit,cum ſpiritu ſanctifica
tionis per humanū miniſteriū ſanctificantur
loca,ac de cōmunibus fiunt diuina:& inuoca
to nomine dn̄i,eius ſolum ibi habitatio præ
paratur:cuius ſingularis eſſentia cōſortem ha
bere nō patitur. Mūdantur ergo prius loca:&
ſic in mundatis locis offertur nomini ei⁹ obla
tio munda. Sic in hoc tēpore chriſtianæ gra
tię:ſcdm hanc ppheticam vocem:& in omni
loco offertur nomini eius oblatio mūda:& nō

niſi in certis ſanctificatiſq; locis offertur illa
oblatio. Cum enī de vtriuſq; teſtamēti ſacrifi
cio agēs Apoſtolus dicat.neceſſe eſt,exempla Heb.ix.
ria quidē verorū his mundari,ipſa vero cœle
ſtia melioribus hoſtijs q̄ iſtis.quis ſani capitis
vel ſuſpicari poſſit,inferiores hoſtias,quibus
exēplaria verorū mundātur,non niſi in ſacris
locis:meliores vero hoſtias quibus ipſa cœle
ſtia mūdantur,paſſim in nō ſacris licere offer
ri? Ibi bos nō niſi in ſacro tēplo mactaī.& hic
agnus dei,in nemore vel agro:domo vel fo
ro:ſtabulo vel taberna)immolabitur? Ibi ad
pecudum cruorem effundēdum tanta cura ta
bernaculum vel tēplum iuſſu dei cōſtruitur,
ornatur,cōſecratur:& ſanguis Ieſu Chriſti qui
(vt ait Ioannes Apoſtolus)dilexit nos,& lauit Apoc.j.
nos a peccatis noſtris in ſanguie ſuo:nec apd̄
redemptos locum merebitur? Pręparat ingen
ti cura ſeruilibus ſacrificijs templū Iudęus:&
nō parabit liberatrici hoſtię eccleſiā Chriſtia
nus? Damnatur ibi qui extra deſignatum lo
cum vel deo obtulerit ſacrificium:& impuni
tus eſſe poterit qui in loco alieno,finem om
nium ſacrificiorū imolauerit Chriſtum? Sed
ſcio(vt ſupra dixi)quia & hoc noſtrum ſacrifi
cium contemnitis:& prius nūc in eccleſia eſſe
negatis. Contra quam hæreſim me ſuperius
agere pmiſi:& ſuo loco,deo adiuuāte,pmiſſa
exequar. Interim & ſi nō ad ſacrificandum:
adorandum tn̄ templa vel eccleſias fieri de
bere,negare nō poteſtis cum & in Pentatheu
co & in Euangelio.hoc eſt,in veteri teſtamen Eſa.lvj.
to & nouo)audiatis dn̄m dicentē. Dom⁹ mea Mat.xxj.
domus orationis eſt. In qua domo cōſtitutus & Lu.xix
matri ſe quęrenti & conquerēti reſpōdit. Ne Lucę.ij.
ſciebatis,quia in his quę patris mei ſunt,opor
tet me eſſe? Qui & duos homines aſcendiſſe Luc.xviij
in templum vt orarent,& vnum exauditum,
alterum reprobatum narrat. Et Lucas Euan Lucę.ij.
geliſta Annam vſq; ad annos octoginta qua
tuor viduam,in templo ieiunijs & orationib⁹
nocte ac die ſeruiſſe cōmemorat. Agnoſcite
ergo ſaltem domum orationum:vt poſtea co
gnoſcatis & ſacrificiorū. Qꝫ ſi de his etiā apo
ſtolicum teſtimoniū quęritis:audite Ioānem
ſcribētem ſeptem eccleſijs quę ſunt in Aſia.
& Lucam in actib⁹ Apoſtolorū:ſicut incremē
ta eccleſię ſic & nomen eccleſię celebrantem.
Qui etiam in Euangelio teſtatur Apoſtolos Luc.vlti.
poſt aſcenſionem dn̄i in templo ſemp fuiſ
ſe,laudantes & benedicētes deum. Petrū quo
q; & Ioannē in actibus Apłorū ad horam ora Actuū.iij
tionis nonam,nō forum petentes,ſed in tem
plum aſcendentes. Recolite etiam epiſtolas

Apoſtoloꝝ,& ipſius Pauli, diuerſis eccleſiis
miſſas. Si vero appellatione eccleſiaꝝ ſpũalē
magis fidelium congregationē q̄ corpalē ſtru-
cturam ſignificari dixeritis: videte quid Pau-
j.Cor.xj. lus Corinthios corripiēs dicat Conuenientibus
(inquit) vobis in eccleſia, audio ſciſſuras eē,&
ex pte credo. Et poſt pauca. Nunquid domos
nō habetis ad manducandum & bibēdū, aut
eccleſiam dei contemnitis? Quidā eñ Corin-
thioꝝ eſcas ſuas, quib⁹ domi veſci potuiſſent,
ad eccleſiam deferebāt. & vbi dñicam tm̃ coe-
nā comedere deberēt: domeſticos cibos ede-
bant. & ditiores qui ſibi parare poterant: pau
peribus qui nō poterant pudorē inferebant.
Et rurſum Apoſtolus. Cōuenientibus (inquit)
vobis in vnū, iam nō eſt dñicā coenam man-
ducare. Vnuſquiſq; eñ ſuā coenā p̄ſumit ad
mãducandū. Et alius quidem eſurit: alius au-
tem ebrius eſt. Ecce non tm̃ cōuentus eccleſię
ſed & ſtructura eccleſię his verbis aperte mon
ſtratur. Locus plane ad cōueniendū certus &
ſacratus mōſtratur: in quo dñicam ſolū modo
coenam licere mãducare Apoſtolus dicit. & a
quo Corinthioꝝ coenas ſiue cōuiuia duris in-
crepationib⁹ repellit. Inde illos de ſchiſmate
arguit: inde eccleſię dei cōtemptores: inde prę
ſumptores vocat. Vnde & epulones illos ad
domos pprias remittit, cū dicit. Nūquid do-
mos nō habetis ad mãducãdū & bibēdū? vt ſci
licet i ſuis domib⁹ illis cibis vtãtur: quib⁹ abſq;
reatu in domo dei vti nō poterãt. Docet ſum
mus poſt Chriſtū eccleſię magiſter, domoꝝ &
domoꝝ diſtantiã. & quid domui diuinę, quid
humanę conueniat: more ſuo lucide manife-
ſtat. Nō patitur crimina carnis in domo ſpiri-
tus celebrari: ſed vult chriſtianos in domibus
ſuis cōmunes cibos edere: in domo autem dñi
dñicam tm̃ coenã manducare. Inſtruit eos, vt
ſicut in illis victū corpis: ſic in iſta victum ani-
mę quęrere diſcãt. & ſicut in illis vitam mor-
talem: ſic in iſta vitam ſibi puideant ſempi-
ternã. Imitatus eſt magiſtrum diſcipul⁹ Chri-
ſtum, in quo loquebatur Chriſtus. & ſicut ille
tēplum dei noluit eſſe domum negociatiōis:
ſic iſte eccleſiam dei nō eſt paſſus fieri domū
comeſtionis. Sic ille negociatores, hic repellēs
comeſtores: docent & ſacra fuiſſe loca illa, in
quibus nec vitę humanæ neceſſaria exercere
licebat: & ſemp chriſtianis talia puidenda: in
quibus ſolum orationis negotium fiat: & in
quibus dñicam tm̃ coenam mãducare liceat.
Iam ſi cū chriſtianis mihi ſermo eſt, Chriſto
& eius Apoſtolo vos credere oportebit: & ſa-
croꝝ ędificioꝝ non iam ruinam, ſed ędifica-
tionem: nō detrimēta ſed incremēta quęrere-
re, auctoritas inuicta compellet. Inſulſa ſane
& bo[illegible]alis hæreſis vnde exoriri potuerit: non
ſatis mirari ſufficio. Ita eñ omni auctoritate
vel ratione deſtituitur: vt niſi ſimplicium ani
marum periculum cogeret, contra tam viles
nenias vel os aperire anim⁹ nauſearet. Quid
eñ? Nunquid per viginti quinq; annos, quib⁹
Romę Petrus Apoſtolus ſedit: abſq; tēplo vel
eccleſia. i. orationis domo vel paruo ſaltem
oratorio fuit? Nonne vt geſtoꝝ veracium ſe-
ries narrat (ſi tñ præter diuinū Canonem ge-
ſtis aliquibus aſſenſum datis) prim⁹ ipſe prin-
ceps Apoſtoloꝝ Petrus in vrbe orbis capite tē
plum Chriſto inter innumera gētilium tēpla
cōſtruxit: & iuxta qđ beatus & magnus papa
Leo nobili ſermone pnuntiat: trophęum cru
cis Chriſti Romanis arcibus inuexit? Nōne &
nos ipſi Romæ poſiti frequenter vidimus in
criptis antiquiſſimis oratoria & altaria, qua-
lia eo tpe fieri poterant: quę ab eodem Apo-
ſtolo conſtructa & ſanctificata, ſicut per ſucceſ-
ſionem fama conſentiens, ac celeberrima p-
teſtatur, in monumētum tantę ſanctitatis fi-
delibus oſtēduntur: & ab eiſdem fidelibus dul
ciſſime ac deuotiſſime deoſculãtur? Nunquid
apud Arelatē, quã necdū per dei gratiam ve-
ſter ſordidus error infecit, Pauli Apoſtoli diſci
pulus Trophimus, de cui⁹ fonte (vt papa Zo
ſimus ſcribit) omnes Gallię fidei riuulos acce
perunt: ſemp in campo aut in foro prædica-
uit, baptizauit, orauit: & nunq̄ domū oratio-
nis vel ipſe habuit: vel alios habere inſtituit?
Et vnde tot ſancti ſucceſſores eius hoc præſu
mere auſi ſunt: quod ille non docuit, a quo fi-
dei riuulos acceperunt? Sed vt de primis Gal-
lię noſtrę Apoſtolis: quos veſtra impia fatui-
tas & fatua impietas hactenus ſcire nō me-
ruit, aliquid plenius dicam: ſicut ipſa teſtatur
antiquitas: & a ſanctis viris nobis relictę tra-
dunt hiſtorię: nō ſolum nos, verũetiam omēs
chriſtiani populi: puſilli cum maioribus: ſenes
cum iunioribus: veſtrã inſaniã irridētes certiſ-
ſime tenēt: quod Hireneus Lugduni, Creſcēs
Viennę, Vrſinus Biturigis, Paulus Narbonę, Catalo-
Saturninus Toloſę. Auſtremonius. Aruernis, gus ſan-
Martialis Lemouicis Burdegalę & Pictauis, ctoꝝ qui
Fronto Petragoris, Eutropi⁹ Xanctonis, Ga- cōſtruxe-
tianus Turonis, Iulianus Cenomãnis, Pariſij rūt tēpla
Dionyſius, Senonis Potentianus & Sauinia- apd Gal-
nus, Beluaci Lucianus, Aedue Andochius, lias.
Lingonis Benignus: & quis omnes glorioſiſſi
mos fidei noſtrę patres & Apoſtolos enume-
rare ſufficiat? Iſti certe iſti vbicunq; nomē dñi

annunciauerūt:ſtatim idoloꝝ delubra(prout phas fuit)euertētes:aut nouas eccleſias fundauerunt:aut ipſa templa in eccleſias cōuerterūt:adeo vt hodieq; i plerisq; locis,ſicut ipſi noſtris oculis inſpeximus,Eccleſię vł Baſilicę ab eis conſtructę,altaria manibus eoꝝ fundata & cōſecrata.in memoriā antiquitatis & ſanctitatis eoꝝ a fidelibus populis reſeruata monſtrentur. q̄q; ridendi & deteſtandi ſitis omnibus hominibus,quadā viua voce loquātur. Et vt ad oriētē & cęteras mūdi partes trāſitū faciam,quis Illyricum/Gręciam Schytiā,niſi Paulus & Andreas?quis Aſiæ maximas partes niſi Ioannes & Philippus?quis Perſica regna cū ꝓximis gētibus,niſi Simon & Iudas? quis Indicas partes & Solis ortui contiguas terras.niſi Thomas & Bartholomę⁹?quis totam Aethiopiā,niſi Matthę⁹ primi & nouiſſimi Apoſtoli Chriſti,vetuſtę ſuperſtitionis tēpla deſtruētes:nouę gratię eccleſijs impleuerunt? Ita vniuerſi veterꝭ & nouę legis auctores vnanimi ſtudio vobis aduerſantur.vt neceſſe vobis ſit:aut tantis teſtibus adquieſcere:aut ſine Chriſto/Prophetis & Apoſtolis,chriſtianos fallaciter permanere.

Paulus & alij Apłi cōſtruxerūt tēpla in oriēte.

¶Contra id quod dicunt crucem domini nec adorandam nec venerandam,ſed magis cōfringendam & conculcandam eſſe.

Hinc ad defendēdam crucē dn̄i contra ſecures veſtras & gladios/ſermo feſtinet,licet iam nō niſi tardus accedere poſſit.Preueniſtis ſceleſtis opibus celeritatem verboꝝ,& ꝓfundis in religionē odijs/qđ vel cogitare ſcelus fuerat inſigne noſtrę fidei tollere attentaſtis.Quod tunc factum eſt,qñ ad inauditam diuinitatis contumeliam,magno de crucibus aggere inſtructo,ignem imiſiſtis: pyram feciſtis:carnes coxiſtis:& ipſo paſſiōis dominicę die Paſchalē dn̄icam præcedēte,inuitatis publice ad talem eſum populis/cōediſtis.Sic ſacris lignis ſacrilegos ignes alentes: credo iuxta Prophetam Eſaiam cum idololatris dixiſtis.Vah calefactus ſum:vidi focum. Ita ignibus calefacti,carnibus impinguati, medullatum vos ipos ſacrificium nō deo,ſed diabolo obtuliſtis.& ſicut de ꝑuaricatore populo Moyſes dicit. Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit:incraſſatus,impinguatus,dilatatus,dereliquit deū factorem ſuum,& receſſit a deo ſalutari ſuo. Receſſiſtis plane & vos,ſi adquieſcere nō vultꝭ,crucē negādo a deo ſalutari veſtro:a quo nullo pacto ſalutem cōſequi poterit:quiſquis crucē,in qua maxime ſalus eſt cōſtituta/cōtempſerit.Credo aſtu hęretico

Eſa.xliiij

Deutero. xxxij.

hoc vos cōſilium inueniſſe:imo nequitię principem per ꝓprios vernulas fallacię ſuę optime ꝓuidiſſe:vt hoc vno iaculo,ſi vulnus incautis infligere poſſet,leui negotio nō tm̄ ſoſpitatē: ſed & vitam auferre valeret. Nam ſublato de medio crucis nomine:vbi crucifixi mētio relata,crucis manebit? Subtracto crucifixi vocabulo:vbi fixi mortis vel paſſionis recordatio permanebit? Ablata mortis vel paſſionis memoria:quę redemptis ſpes ſalutis/euacuato redemptionis precio/ſupererit?Sed noui dolere vos vices ſociorum,& homines hęreticos/dæmonum iniurias velle vlciſci.Fugantur apoſtatę ſpirit⁹ apparēte crucis ſigno.& ſuperbi angeli qui cōtra ipſam inuictam maieſtatem caput erigere niſi ſunt:iſto(qđ ſic cōtemnitis)abiectionis indicio,vt nebula matutini Solis radijs diſcuſſa/vaneſcunt.Hac vos permoti iniuria,iurata cōtra crucē dn̄i bella ſuſcepiſtis,& homines nequiores dæmonibus/eoꝝ pati dedecora non poteſtis.Non poteſtis certe quod odiunt diligere:quibus & in hac vita mores:& in futura, ignes,nihil aduerſum,nihil diuerſum eſſe deſignant. Moribus ergo modernis & ignibus eternis cōcors parilitas.nil nos mirari faciūt, ſi & quod volunt vultis:& quod nolunt reſpuitis.Sed quos minamur ignes forſitan vos nō terrent:qm̄ iuxta Eſaiam,pepigiſtis fœdus cū morte,& cū inferno feciſtis pactum.At ſcdm eundem,fœdus veſtrum cum morte diſſipabitur,& pactum veſtrum cum inferno nō ſtabit.Nam vt Poeta ille ait,Nulla fides regni ſocijs.& vt Chriſtus in Euāgelio.Omne regnum in ſeipſum diuiſum/deſolabitur.Vnde qm̄ cōmune cum dæmonibus regnū delegiſtis,ſoluetur cito male parta cōcordia:& impioꝝ pax diuturna eſſe nō poterit:quia nō eſt pax dicit deus meus impijs.Fiet igitur lignum vitę vobis lignum mortis:vt quos ſemel de eiuſdem ſacri ligni fruſtis ſuccendiſtis focos,vobis perpetui perſeuerēt.& ſicut ipſis vos immortales: ſic illi vobis inextinguibiles permaneb̄ūt.Sed ne moram faciam,ſpiret iam ſerpens ſibila ſua:et quibus diu tumet/venena profundat. Stultum eſt inquit & ꝓphanum adorare vel venerari crucem:quia lignum qđ Chriſti mēbra torſit,magis eſt conterēdum vel cōburendum,q̄ venerandum vel adorādum.O pręclara ſapientia:o ratio de intimis eruta philoſophię.Nō digno ſupplicio cruciatus dn̄icos vindicatꝭ:nec tātū ſcel⁹ cōgrua vltione dānatis. Mors dn̄i non eſt horario expianda tormento:iniuria conditoris,nō niſi pœna ꝑpetua eſt punienda.Nō eſt neceſſe repetitis ictibus re

Cruce ſublata,crucifixi mēoria perit.

Eſa. xxviij.

Mat.xij. & Lu.xj.

Eſa. xlviij.

Refellit ratio dicētiū nō eē adorādā crucē,ſed cōterēdā.

tundi, ſecures veſtras:nec feriendo membra
laſſare. Extinguite ignes ſuccenſos:cōgeſtum
aggerem crucis diſſipate:eſt qui vlciſcatur in-
iurias ſuas. Creator ipſe qui paſſus eſt, impiam
crucē ſe torquētem torquebit:& cum Herode
ac Pilato, Iuda vel Capha, eam in gehenna
retrudet. Erit eis cōmune ſuppliciū, quib⁹ fuit
par reatus. & quia deo ſimul tormēta intule-
runt:pariter in inferno ardebūt. Sic plane ſic
iuſtum eſt:vt qui de morte dei cœli arguitur:
nō minore q̄ inferni ſupplicio puniatur. Hac
iuſtitia quicquid cōtumeliæ vel indignitatis
deo homini materia fuit, cōdemnandum eſt.
Inde loca ipſa paſſionis execrāda:ciuitas euer
tenda:ſepulcrū eruēdū in quo licet quieuerit:
deo tñ ſepeliri iniuria extitit. mors ei⁹ inſup de
teſtanda:paſſio cōculcāda:& vt breuiter mul-
ta dicam, tota ſaluatricis humilitatis diſpen-
ſatio cōtemnenda. Vt quid ſic loquor? vt tan-
ta vobis abſurditate obiecta, erubeſcatis:& nul
la pœna, vel cōtumelia dignā eſſe rem, in qua
culpa nō poteſt cadere, cognoſcatis. Ineſſe em̄
culpa nō poteſt:vbi ratio nō eſt. Ratio vero nō
niſi in animali eſt. Sed crux animal non eſt,
vnde in ea ratio nō eſt. Et quia in ea ratio nō
eſt:neq; culpa (vt dixi) eſt. Q̄ ſi culpa nulla in
ea eſt:nec reatus mortis Chriſti ei imputādus
eſt. Hoc ſi verum eſt, nō erat ei velut p̄ pœna
culpæ inferenda cōtumelia:nō erat cædenda
ſecuribus:nō ignibus cōcremanda. In crucia-
tibus em̄ vel morte Saluatoris, praua tm̄ volū
tas prauorū hominum cōdemnatur:quia ſo-
lus creaturæ rationalis affectus, creatoris gra-
tia adiutus vel deſertus, ſemp aut remuneratur
aut cōdēnatur. Excuſatur ergo hac gemina ra-
tione crux a reatu cruciatuum, quia vbi ſenſus
non fuit:nec aſſenſus criminis eſſe potuit. &
quia reliqua paſſiōis loca ob ſalutarium pœnarū
quā ꝯtrahere nō potuerūt, culpā, nec vos ipſi vt
æſtimo, nec quilibet iudicat execranda. Male
igitur factum eſt, q̄ñ innoxium lignum quaſi
nephandi ſceleris obnoxium:præſumptuoſis
manibus veſtris cōfractum eſt:male q̄ñ iniu-
ſtis ignibus cōbuſtum eſt. Sed vos adhuc. Si
quis, o viri laqueum quo patris guttur fregiſ-
ſet:gladium quo amicū vel fratrem necaſſet
vobis afferens, honorare vel adorare vos illa
moneret:nōne in monitorem (ſi facultas da-
retur) toto motu animi inſurgeretis? nōne ob
lata aut flāmis abſumeretis, aut quo fieri poſ-
ſet modo, peſſundaretis? Iſta cum in Capito-
lio Senatorū, quales vos aggregare ſoletis, de
cōſulari vel regio tribunali, declamatorio ore
geſtuq; terribili vobis p̄ferre moris ſit:addu-

Si crux mereſ pœnā:nō niſi infernalem.

Si crux execrāda erit & que uis loca paſſiōis.

Crux nō eſt capax culpæ: & ideo nec pœnā meretur.

Secūda ratio ſeu pſuaſio hæreticorū.

cto ſtatim in ſententiā veſtram eruditiſſimo
rum illorū cōuentu:inuictæ orationi ſubito ac
clamatur:altis oēs vocibus cognitæ tandem p̄
vos veritati adgaudēt:cōflātur immēſa in cru
cem odia, ad vindicāda crucifixi tormēta:cō-
tra crucē gladijs, & ignibus vniuerſi armātur.
Et quis vnq̄ præter vos, o aſinina ſtoliditas,
paternā necem vel fraternū ſanguinem a la-
queis vel gladijs, & nō magis a ſuſpenſorib⁹
vel ✠ necatorib⁹ exegit? Quis vnq̄ p̄ter vos,
in vindictam ſanguinis laqueos cōbuſſit:gla-
dios cōfregit? Quis vnq̄ præter vos, perēpto-
rijs inſtrumētis, & nō potius perimentib⁹ im-
pijs iratus eſt? Quis vnq̄ præter vos, aduerſus
arma & nō magis aduerſus armatos armat⁹
eſt? O tēpora, o mores, qui talia vel audire po-
teſtis. Indignabor proſtrato exercitu contra te-
la inimicorū:& perempto patre, aduerſus gla-
dios bella ſuſcipiam. Iraſcar occiſo fratre, telo
perimēti:& ſuſpēſo amico, in laqueum ſtoma
chum cōmouebo. Luēt facta inimicorū res in
nocuæ: & p̄ ſceleribus impiorū innocens crea-
tura dānabitur. Inferetur pœna nō ſentienti:
& brutæ rei cōtumelia irrogabiſ. ✠ Deſſecabi-
tur illa gladijs, nec dolebit:cōburetur ignibus,
nec curabit:deformabitur ludibrijs, nec eru-
beſcet. Paſcetur his tormētis inimic⁹ animus:
& egregia vindicta ſatiatus, a furore cōcepto
paulatim detumeſcet. Exardeſcet odium no
ſtrum contra gladios hoſtiū:& adepta victo-
ria, ſicut hoſtes perimi:ſic iſtos neceſſe erit cō-
fringi. Nō ſic (vt aliquid auctoritatis addam)
nō ſic famoſus ille pugnator Dauid fecit. Nō
(inquā) execrat⁹ eſt vel confregit Goliæ gētilis
gladiū, quem aduerſum ſe ille p̄duxerat:quo
elatus, agminibus Iſrael exprobrauerat:acies
dei viuētis blaphemauerat:ſed eo armat⁹ &
tunc caput inimicū abſtulit:& poſt, eūdem de
ſanctuario a ſacerdote accepit. Qui nec inter
ſacra reponeretur:nec a Propheta in vſum bel
landi acciperetur:ſi iuxta veſtram ſapiētiam,
execrādus vel confringēdus iudicaretur:nec
diceret de illo:da mihi illum:non em̄ eſt hic
ali⁹ ſimilis illi. Sed & de Iuda Maccabæo opti-
mo Hebræorū duce, verax ſcriptura cōmemo
rat:ꝙ deleto Pagano exercitu, gladiū Appol-
lonij ducis a ſe interfecti abſtulit:& erat pu-
gnans in eo oībus diebus. Sic certe Chriſtus o
hæretici, ſic plane Chriſtus, cruce ſua contra
mundi principem vſus eſt. Produxit ille p̄ce-
dens ad ſingulare certamen contra Chriſtū
crucem Chriſti qua eum occideret:ſed diaboli
co aſtu diuina ſapiētia p̄mutato:cruce qua eū
appetijt, eadem excruciatus eſt:& morte qua

Confutatio p̄dictæ ſuaſiōis.

Al's ✠ interfectoribus.

Al's ✠ diſſecabiſ.

j. Re. xvij.

j. Re. xxi.

j. Machab. iij.

eum extinxit, eadem ipſe occiſus eſt. Tūc impletū eſt qđ in pſalmo quōdā preſbyteri ſæpe
Pſal.vij cantaſtis. Cōuertetur dolor eius in caput eius: & in verticē ipſius iniquitas eius deſcendet. Sed liceat & mihi in cōuentum veſtrum illū intrare: & plebeculę a vobis deceptę, iuxta deceptorū idioma locutionis veſtrę pauca ꝓponere.
Perſuaſio optima cōtra ria ſuaſioni hęreticorum. Si quis o viri laqueū vel gladiū prę manibus habens vobis diceret. Ecce laqueꝰ quo ſuſpenſor patris veſtri ſuſpenſus eſt. ecce gladius quo necator fratris veſtri vł amici chariſſimi necatꝰ eſt. cōfringite, cōburite, diſſipate. quid vos? Nūquid iſta ſuadēti crederetis? nōne hmōi hominem aut inſanire: aut inimico animo agi iudicaretis, qui vos & inſenſibilia torquere: & in res violatę pietatis vindices exardeſcere admoneret? Sic iſti nō veritatis ſed erroris, non ſalutis ſed ꝑditionis veſtrę magiſtri faciūt: qui crucē dñi per quā ille, qui ſcđm
Ioan.viij. Euāgeliū cui ſe credere dicūt, homicida erat ab initio peremptus eſt: vos cōfringere: cōburere: & ꝑdere ꝑſuadent. Sic vere iſti faciūt, qui patrū veſtroꝝ: qui veſtri: qui ipſiꝰ Chriſti quātū ad corpꝰ, interfectorē diabolū vlciſci cupiūt vt ipſi fatētur, dū crucē per quā maxime ille perijt, tantopere perire cōcupiſcunt: cū inſtrumentū, quo ad ſalutem veſtram Saluator vſus eſt: ipſa cogente ratione magis ſuſcipiendum q̄ cōfringēdum, venerādum q̄ cōburendū: exterminare cōtendūt. Et o iuſtitia, rem (vt dixi) abſq; reatu damnare: o vltio, rem inſenſibilem tormentis ſubijcere: effundere furorē in truncū aridū: & in lignū nił ſentiens nephan-
Iterū impugnat error rōne ducēte ad inconueniens. da odia exhaurire. Iſta ratione rurſū Chriſto fideles chriſtiani cōtra cruces Petri & Andreę zeli gladio accingētur. craticula Laurentij licet ferrea, ſuis ignibꝰ comburetur. lapides Stephani in calcē cōuertētur. eculei, laminę, vngulę, flagella, catenę, vincula, carceres, compedes martyrum: ne quod fecerūt ab iſtis patiantur: fuga celeri euaneſcēt. Hac lege quęcunq; moleſta ſunt humano corpori, humanis odijs digna erunt, infeſtas inimicoꝝ manus vbi occurrerint non euadent. Tali modo aduerſus ignem vrentē, aerē corrumpentē, aquā ſuffocantē, terrā collidentē, noſtra indignatio ſuccendetur, ſolē ęſtate feruentē, gelu hyeme torquens abominabitur. Et quia nihil corporeū eſt qđ non miſero homini reatu ſuo quolibet modo vertatur in pœnā, totus homo contra totum mundū omni anniſu cōſurget, & totis viribus vbi facultas data fuerit, habitaculum ſuum ipſe habitator deſtruet. Sed forte vos animoſam Cyri regis arrogantiam ęmulati, imitari propoſuiſtis, qui abſorptum maximo flumine qui Ganges dicitur, dilectum equitem vlciſci cupiens: exarſit in flumen, & peruium ſe pedibus facturum comminās: impleuit promiſſa. In trecentos enim & eo amplius alueos tumētes vndarum moles diſpartiens: ſuperbiam fluminis ſuperbꝰ imminuit, & per plures tramites vnius magnitudinem deriuans: naualem vix pompam dignātem, ſiccis (vt dixerat) pedibus fluuium meabilem fecit. Sed ille licet inſano zelo mortem militis ſui vindicare voluerit: tamē ne & alij ſimili caſu affecti morerentur, prouidit. At vos econtra. Qui cum certum teneatis in morte Chriſti, quę per crucem acta eſt, vitam vniuerſorum conſiſtere, dum crucem de medio auferre vultis: vitæ omnium inuidetis. Cernitis adhuc ſolenne & pecoribus ipſis tam notum inconueniens? Videtis non mereri pœnam res ſine culpa, tormenta inſenſibilibus non inferenda? Videtis quia & iniuſte pœna innocenti, & ſtulte tormenta irrogantur non ſentienti? Quæ cum ita ſint: ſi libet vobis tantopere redemptoris vindicare tormenta, quęrite reum qui mereri, & ſenſibilem qui poſſit illatam pœnam ſentire. Cumq; in tota viſibili creatura ſolus ſimul & reus & ſentiens apparuerit homo: agnoſcetis tandem vos beſtialiter deſipuiſſe: & apri vel vrſi more, elapſo venatore in venabulū inaniter morſibus & vnguibus deſęuiſſe. Agnoſcetis certe innocuas creaturas iniuſte & ridicule belluino dente veſtro vexatas, cum nec pœnam ſentire potuerit niſi ſenſibilis: nec damnari debuerit niſi culpabilis. Apparebit vobis (vt dixi) ſolus reatui & ideo iure tormentis ſubditus homo: quem ſolum & iuſte pro commiſſis arguere: & a quo ſolo debitam vindictam merito repoſcere poſſitis. Quo facto, nec vniuerſitas creaturæ inſenſibilis vel irrationalis indignationem veſtram pro quibuſlibet hominum moleſtijs incurret: & crux domini ignes veſtros & gladios ſub quibus tremebat: hac ratione compellente euadet. Euadet (inquam) vt innocens culpam, euadet vt inſenſibilis pœnam, & de morte Chriſti iam non vt rea damnabitur, vel vt ſenſibilis punietur, ſed ſuas lineas repetente iuſtitia, & qui delinquere potuit inueſtigabitur: & non niſi qui deliquit condemnabitur. Ea æquitate, cum (ſicut præmiſi) ſolus inter mundanas creaturas inuentus fuerit delinquere potuiſſe homo: ille tñ damnabitur qui huius tanti criminis reus apparuerit homo. Sic plane

Nota de Cyro rege qui in Gangem vltus eſt.

Epilogatio rōnū ꝓdictaꝝ.

ſic exigit lima veritatis: vt ſicut omnem
non reum ſaluat iuſtitia, ſic omnem iniuſtū
damnet iniuſtitia. Inde cum non omnem ho
minem ſed quoſdam hominū, reatus ſuppli-
cioꝝ ſeu mortis dominicę reos oſtēderit: alijs
indemnatis ipſi damnabūtur, alijs impuni-
tus, illi tm̄modo quos praua voluntas reddi-
dit noxios: punietur. Nec ipſi etiam omnes
punientur quia mutatis quidam affectib⁹ ad
Chriſtum conuerſi, iuſtitia eius a culpa mun-
dati, & morte eius quā ipſi intulerāt: ſunt a
morte erepti. Ad quid iſtud? vt videntes vere
reos dominicoꝝ cruciatuum, mortē & digna
ſupplicia pœnitentię remedio euaſiſſe. Vidē-
tes (inquam) aliquando etiam reos homines
ſaluari: nunq̄ ream crucem domini erubeſca-
tis damnare. Quę cum ita ſint, non valet pa-
rabola veſtra, quam ad condemnādam crucē
domini, ruſticiſſimis & imperitiſſimis homi-
num quiſquilijs ꝓponere ſoletis. Nam ſcd̄m
ea quę ꝓpoſita ſunt, nec laqueus ꝑ fracto gut-
ture patris ſuccendēdus: nec gladius ꝑ perem
pto fratre vel amico fuerat confringendus.
Vnde ſi iſta ꝑ vltione pr̄is, amici vel fr̄is nō
fuerāt peſſūdāda: nec crux ſaluatoris velut ꝑ
vindicta ſanguinis ac mortis ei⁹ cōfringenda
fuerat vel cōburenda. Quoniā vt ſæpe iam
dictum eſt) nec delinquere potuerunt, quia
erant irrationabilia: nec rurſum delinquere
vel ſentire, quia erant inſenſibilia. Stultiſſi-
me igitur & praue factum eſt, quando crux
domini quę nil deliquerat, nil ſentiebat, tor-
mentis ſubacta eſt. Hęc inuicta ratio, ſalutari
ligno iniuſte quidem a vobis factam cōtume-
liam oſtendit: ſed nondum honore quo illud
colimus, dignum ꝓbauit. Veniat ergo aucto-
ritas, ſuccedat & ratio, & crucis lignum non
iam contemptibile ſed glorioſum, catholicis
Crucę glo- pariter & hęreticis declaret. Veniat igitur pri-
ria oſten- mus in canone, primus & in noſtra oratione
ditur. Moyſes, ſignet agni ſanguine in modū crucis
Exo. xij. Hebręorum oſtia, & ſuperliminare domus. &
vtroq; poſte linito, ingreſſum angeli percutiē-
Exo. xv. tis prohibeat. Mittat deinde in deſerto, lignū
huius ligni premōſtratiuum in aquā: & eam
de amara dulcem, de inutili potabilem faci-
Exo. xvij at. Rurſus percutiat virga bis ſilicem, Iudęo
bis inclamante crucifige & exeant de percuſ-
Notā ex- ſa ſilice. hoc eſt, crucifixo redemptore, aquę lar
poſitionē giſſimę, quæ totum mundum baptiſmate &
doctrina abluant: & populum ac iumenta, ſa-
lutaris ſcilicet verbi longa ſiti deficientes,
aſtutos pariter ac ſtultos reficiant. Colligat &
iij. re. xvij vidua de Sarepta duo ligna, & aptet ea in cru
cem, qua per ignem paſſionis panem vitę de-
coquat: cui & oleum ſancti ſpiritus addat: qui
bus tandiu ſuſtentetur, donec famelico præ-
ſentis vitę tempori ſaturitas ęterna ſuccedat.
Dehinc in Ezechiele Propheta frontibus vi- Ezech ix
rorum gementiū & dolentiū ſuper iniquita
tibus, Thau litera imprimatur: vt eo ſigno ab
alijs diſcreti, mortem euadere poſſint. Intelli- Nota de
gatur hoc elementū prę oībus hebręis literis Thau lite-
nō fruſtra ad ſignādas frontes aſſumptum, ra.
cū tali nota crux nō iam pręmonſtretur ſed
exhibeat: qua quicūq; inſigniti fuerint: a mū-
di interitu ſoli eruantur. Quibus iā cōmunis
interitus obeſſe nō poterit, quos & dānata fle-
tib⁹ iniquitas, & diuina per crucē ſubueniens
pietas, ab alioꝝ morte ſecernit. Iſta ſi vos de
hęreſi ad iudaiſmū tranſitū faciētes: in alios
intellectus diſtorquere, diſtortis ſenſibus vo-
lueritis: reſpondete, quę neceſſitas ſignari po
ſtes domoꝝ agni ſanguine, notari frontes ho
minū nota iam dicta coegerit. An nō poſſent
aliter vel illi angelū percuſſorē, vel iſti gladiū
vltorē euadere? Erraret forſitan cœleſtis vindi-
cta, nec inter Hebręos & Aegyptios: inter iu-
ſtos & peccatores diſcernere poſſet: niſi & illos
nō eſſe Aegyptios, in oſtioꝝ poſtib⁹ legeret: &
hos a damnatis impijs ſecernēdos, frons ſi-
gnata doceret. Et quid eſt ꝙ ibi tinctura ſan
guinis cunctis Aegyptioꝝ coloribus antefer-
tur, cū ſanguinis litura vix ad momētum aut
colorem cōſeruare, aut quid infecerit valeat
demōſtrare? Quid eſt ꝙ non ſolum ſuplimi-
nare, nec ſoli poſtes, ſed & ſupliminare & po-
ſtes ſignātur? Quid eſt ꝙ & ſanguine (vt dixi)
ſignātur, & nō niſi ſanguine agni ſignantur?
Hęc q̄a ſupfluo iuſſa vel facta nec chriſtianus
audet dicere nec Iudę⁹: aliquid p̄ter qd̄ tūc vi-
debat, ea p̄tendere, nec chriſtian⁹ negabit (vt
arbitror) nec Iudęus. Et q̄a cū chriſtianis licet
malis nūc mihi ſermo eſt, & cū iis qui ſe maxi
me euāgelio credere dicūt, nil credo cōgruēti⁹
ad hoc ęnigma diſſoluēdū afferre poterūt, q̄
agnū illū eſſe de quo Ioānes Bap. in Euange.
Ecce agn⁹ dei. & Propheta. Sicut agn⁹ corā tō- Ioan. i.
dēte ſe obmuteſcet, & nō apiet os ſuū. Immo- Eſa. liij.
latū agnū ad veſperā, occiſum Chriſtum in fi-
ne ſeculi. Vnde Ap̄ls. Paſcha noſtrū immola- j Cor. v.
tus eſt Chriſt⁹. & vn̄ Dauid. Eleuatio manuū Pſal. cxl.
meaꝝ ſacrificiū veſpertinū. Sanguinē agni. de Heb. ix.
quo Ap̄ls. Si ſanguis hyrcoꝝ & tauroꝝ inqui-
natos ſanctificat, quāto magis ſanguis Chriſti?
Qui qm̄ in ligno fuſus eſt: ligni poſtes eo liti
ſunt. Et q̄a in cruce dextra ac ſiniſtra, ſupiorq;
pars intincta eſt. Sed nec inferior ad perfe-

ctum modũ crucis exprimẽdum defuiſſet, ni-
ſi nõ cõculcandũ ſanguinẽ teſtamenti ęterni,
ſpũs dei qui loquebat̃ hoc/ ſilẽtio declaraſſet.
Cur etiã litera illa prę cęteris literis vel notis
oim̃ gentiũ, ad ſignandas frontes gemẽtium
& dolentiũ electa eſt? Dicat Iudę⁹, dicat hære-
ticus ſi quid poteſt. Cunq; vel tacuerint vel in
cõmentis ſuis vterq; defecerint, dicat catholi-
cus Prophetã volentẽ pdicere ſaluãdos a cõ-
muni interitu chriſtianos, ſignãdos eſſe ſigno
crucis, nõ potuiſſe apertius exprimere, q̃ ipſo
ſigno crucis. Hoc nõ in qualibet corpis parte,
ſed in ipſa fronte depinxit, vt neq; de obpro-
brio Chriſti cũ Iudęis erubeſcamus, neq; cum
hęreticis crucem eius non iam cõtumelię ſed
honoris inſigne, abijciendã vel cõcremandã
Nota de iudicemus. Nã & hęc litera quę Thau dr̃, for-
lr̃a Thau mam crucis habens, non tm̃ apud Hebręos,
ſed etiam apud Gręcos, & nomen retinet &
figuram cõſeruat. Et apud Hebręos quidem
quod ab initio habuerat nec nomen nec figu-
rã mutauit. Apud Hebręos vero licet formã
mutauerit, vocabulum tñ hucuſq; ſeruauit. Si
cauſa mutati elementi quęritur, in libris eccle
ſiaſticis & hebraicis inuenietur. Aſcendit ait
j. Eſdrę. ſcriptura Eſdras de Babylone, & ipſe ſcriba ve
vij. lox in lege Moyſi. Velox non ſenſus vel no-
mina hebraicarum literarum mutando, ſed
aptiores & ad ſcribẽdum habiliores characte-
res inueniendo. Seruabatur (teſte beato Hie-
ronymo harum linguarũ doctiſſimo) forma
huius literę apud Samaritanos adhuc ſuo tẽ-
pore, & forte adhuc vel apud ipſos vel apud
quoſlibet cõſeruatur. Nã mutãtibus Iudęis li
teras ſuas, gens illa elemẽta quę a Iudęis acce
perat/ mutare noluit: ſed ſicut ei primo tradita
fuerãt, litterarũ ſigna & noia illibata ſeruauit.
Verba vero ſancti Hieronymi, ſi tñ ea ſuſcipe
re dignamini, in cõmentario ſup Prophetam
Ezechielẽ ita ſe habẽt. Antiquis ait Hebręo-
rũ literis, quibus vſq; hodie vtũtur Samarita-
ni, extrema Thau litera crucis habet ſimilitu
dinẽ: quę in Chriſtianoꝝ frontibus pingitur,
& frequẽti manus impreſſione ſignatur. Hoc
beatus Hieronym⁹. Militat ergo fidei noſtrę,
& nõ parũ crucis gloriã hoc pphetícũ elemẽtũ
Crucẽ p- extollit: qđ nõ ab Eſdra licet magno hoie vel
dicabat ab alio quolibet, ſed ab ipo & maximo legis la
Thau lr̃a tore & ſcriptore Moyſe inuentũ & traditũ eſt.
Ioan. v. Nã de Chriſto, teſte ipſo Chriſto Moyſes ſcri-
j. Coꝛ. x. pſit. Vnde quia iuxta beatũ Apl̃m, oia in figu
ra cõtingebãt illis: ſicut totũ corp⁹ legis Chri-
ſtũ ſonabat: ſic & iſtud elemẽtum legis Chriſti
crucem prędicabat. Nec tm̃ prędicabat, ſed &
ipſa forma viſibili legentium oculis ingere-
bat. Ingerebat inquã litera hęc forma ſua le-
gentiũ oculis Chriſti crucẽ, prędicabat & noie
ſuo Chriſti i cruce paſſionẽ. Nam cum Thau
lingua latina cõſummatio dicatur: nõne iam
hoc nomine ſuo Chriſti vocẽ vltimã in cruce
ſonabat, qua dixit: cõſummatum eſt? Nonne
vniuerſa de Chriſto ante prędicta, per Chriſti
crucẽ implenda & cõſummanda eſſe: hoc ſuo
noie teſtificata eſt? Nõne iuxta Apl̃m q̃ in cœ j. Col. j.
lis & in terra ſunt pacificãda eſſe p ſanguinẽ
filij dei qui in cruce fuſus eſt: hoc ſuo noie ap-
tiſſime demõſtrabat? Illud quoq; huic intelle
ctui ſeruit: q hęc litera nec prima nec media:
nec quolibet modo interpoſita, ſed vltimo lo
co in literaꝝ hebraicarũ ordine ſcribit̃, vt for-
mã crucis habẽs litera, dũ finẽ pręcedentibus
literis ponit, Chriſtum ſacramẽto mortis ſuę,
quã in cruce paſſus eſt/ prioribus ſacramẽtis fi-
nẽ perficiẽtem per crucẽ impoſuiſſe declaret.
Sic litera prophetica & cruci Chriſti eiuſq; paſ- Nota.
ſioni famulãs, cũ vel forma vel noie Hebrę-
os, Gręcos, Latinoſq; occupauerit: quid aliud
q̃ per tres principales linguas oibus linguis &
gentibus Chriſtum per crucem principaturũ
ſignauit? Signauit plane Chriſtũ per crucẽ do-
minaturũ orbi terrarũ. ſicut & Aplus ipſe cõ-
firmat/ dicẽs. Chriſtus factus eſt p nobis obe- Phil. ij.
diens vſq; ad mortem. mortẽ autem crucis.
Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit
illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in
nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium
terreſtrium & infernoꝝ, & omnis lingua con-
fiteatur: quia dñs Ieſus Chriſtus in gloria eſt
dei patris. Quę cũ ita ſint, quis nõ videat nõ Epilog⁹
ſolũ nõ eſſe cõtemnẽdã: imo maxime honorã laudũ cru
dã crucẽ dñi, cũ ipſe ſpũs dñi qui locut⁹ eſt per cis ex ve-
prophetas, tanto eam honore dignam iudica teri teſta-
uerit? Iudicauit plane multo eam dignam ho mento.
nore, quando tãto ante crucem tempore, nec
Hebręos ab angelo interfectore, nec flentes
iuſtos ab impiorum interitu, abſq; eius ſigno
ſaluauit. Iudicauit multo eam dignam hono
re, cum eius ſignum non in abſcondito vel
obſcuro, ſed in aperto & in lumine poſuit, qñ
eo & oſtia (vt dixi) domoꝝ & frontes hominũ
quę magis ſe intuentiũ conſpectibus offerũt/
inſigniuit. Indicauit per cruces oſtiorum, totã
ſibi per crucẽ mundi domum ceſſuram. Oſten
dit per cruces frontium, totum ſibi homi-
nem per crucem vendicaturum. Cum iſta ad
gloriam crucis magna ſint, accedant adhuc
maiora, & de noui teſtamenti corpore, ex-
empla vel teſtimonia crucis glorię famulẽtur.

Ad quã abſq; reclamatione approbandã mo-
re ſuo Apl'us veniat. & garrulis ſtultis, ſolo ad
uentus ſui terrore ſilentiũ imponat. Audite
ſaltem cum vos, qui nos audire dedignami-
ni: & contra tubam cœleſtem, ſi audetis, rau-
co veſtro murmure muſitate. Audite amicũ
Crucis ini- crucis, inimici crucis. & quid de vobis ſentiat
micos de diligenter aduertite. Multi' ait ambulãt, quos
flet apls. ſępe dicebam vobis: nunc autem & flens dico
Phil' iij. inimicos crucis Chriſti: quorum finis interit'[9]:
quorum deus venter eſt: & gloria in confuſio-
ne ipſorum. Quid ad hęc miſerrimi hominũ
dicitis? Flet Apoſtolus ante tot ſecula interitũ
veſtrum. Flet nondum natos inimicos crucis
Chriſti. Flet gloriam veſtram verſam in con-
fuſioné. Flet, & vos ridetis. plorat, & vos gau-
detis. dolet, & vos lętamini. Quare hoc? quia
Luc. xix. iuxta flentis domini vocem, in hac die veſtra
quę ad pacem vobis: nunc autem abſcondita
ſunt ab oculis veſtris. Sed patẽt oculis apoſto-
licis. & quis finis inimicos crucis Chriſti ſequa
tur denuntiat. Quorum' ait, finis interitus.
Infelix ſors veſtra. Habent alij ſcdm eũdem
Rom. vj. Apoſtolum, fructum ſuum in ſanctificatio-
nem, finem vero vitam ęternã. Habetis vos
gloriam in confuſionem, finem vero interitũ
ſempiternum. Q; ſi tanta meruerunt qui nõ
vt vos, cruci Chriſti inimicabãtur, ſed q̃a quę-
dam cruci. i. mortificationi ſpirituali contra-
ria & faciebant & dicebant, inimici crucis di-
cuntur. Quid vos mereri poteſtis, qui non tm̃
ſacris virtutibus, quę per crucem ſignãtur ad-
uerſamini, ſed & ipſum crucis nomen, crucifi-
xi cultoribus auferre conamini? Sublata enĩ
(vt ſupra dixi) cruce, vbi erit crucifixus? Cruci-
fixo recedente, quis erit veſter deus? ille certe,
de quo ſubdit. Quorum deus venter. Credo
Apl'um in ſpũ preuidiſſe, vẽtres veſtros car-
nibus igne crucium coctis diſtentos: & idcirco
optimum vobis deũ ventrẽ inſtituiſſe: vt qui
crucem incendendo crucifixum abnegaſtis,
vẽtrem pro ipſo deũ iã ſaturi haberetis. Hinc
Crucis laudes crucis qui cœpit perficiat: & poſt deplo
laudes ratam iniuriam doctor ſummus eccleſię glo-
ex Aplo. riam eius aperiat. Abſit (inquit) mihi gloriari,
Gala. vj. niſi in cruce domini mei Ieſu Chriſti. Puto q;
non contumelijs vel incendijs dignam iudi-
cat, quam ſic glorioſam prędicat, vt alibi q̃ in
ipſa gloriari, alibi q̃ in ipſa gloriam ſuam con
ſtituere, nephas ducat. Abſit (inquit) non con-
tingat, nunq̃ ſit, longe fiat a me hæc medita-
tio, hęc voluntas, hęc cogitatio. Quę vt inten-
tionis meę finem, laborum meorum requiẽ,
paſſionum mercedem, totam illam quam ex
pecto gloriam, alibi q̃ in cruce domini pone-
re: aliunde q̃ a cruce domini recipere velim.
Nõ q; cruci quãtum ad crucem pertinet aliud
q̃ cruciatum ineſſe intelligam, ſed quia crucia
tu crucis mihi ſalutem, ignominia crucis glo
riam, morte crucis vitam mihi a Chriſto da-
tam agnoſco. Inde eſt q; & glorior in infirmi- ij. Cor. xj.
tatibus meis, non propter infirmitates ipſas,
ſed vt habitet in me virtus Chriſti. Hunc apo
ſtolicum intellectum & beatitudines euãgeli-
cę probant, cum beati pauperes, & beati qui lu Mat. v.
gent, & beati qui eſuriunt, & beati pacifici &
qui perſecutionem ſuſtinent appellantur: nõ
q; paupertes, aut luctus, aut eſuries, aut patiẽ-
tia beatos faciant, ſed quia regnum cœlorum
pauperibus, conſolatio lugentibus, ſaturitas
eſurientibus, dei filiatio pacificis datur. Sic &
de cęteris. Vnde ſicut virtutes hę, quę licet tor
queãt, tm̃ glorificant: non ſunt cõtemptibiles,
ſed glorioſę: ita crux domini q̃uis eum torſe-
rit: quia tm̃ torquendo gloriã peperit, glorioſa
eſſe ꝓmeruit. Idcirco gloriatur in cruce Apls:
& nõ in ipſa gloriãtes, de quib' & vos eſtis, in-
uehẽdo notat. Gloriatur (inquã) in cruce: & eã
gloria dignã prędicat, dũ rurſus in Epiſtola ad
Epheſios. Chriſtum reconciliaſſe ambos. hoc Ephe. ij.
eſt, Iudęũ & Gentilẽ in vno ſuo corpe, deo per
crucẽ, & interfeciſſe inimicitias in ſemetipſo
aſſerit. Gloriatur in cruce, & eam gloria dignã
prædicat, quando in ſubſequentibus flectere Ephe. iij.
ſe genua ad deum patrem dicit: vt inter alia
quę eis dari poſtulat, det eis comprehendere
cum omnibus ſanctis, quę ſit crucis eiuſdem
latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundũ.
Videtis Apoſtolũ ſummũ poſt Chriſtum chri-
ſtianorꝝ magiſtrũ, tot tantiſq; teſtimonijs ſuis
oĩno & per oĩa ſenſui veſtro cõtraria ſapere,
prędicationi veſtrę diſſona p̃dicare? Cernitis
enĩ nõ tm̃ crucifixũ, ſed & crucẽ ei' maximis ſa
lutis humanę myſterijs tantopere adaptare?
Aduertitis formã ei', quę adeo vobis cõtem-
nẽda videbatur vt flãmis digna iudicaretur,
quanto ille cœleſtium arcanorꝝ ſcrutator ho-
nore dignã exiſtimauerit, dixerit, ſcripſerit?
Non ille aut partem eius aliquã, aut totam ſi-
mul, ſed ſigillatim ac ſtudioſe partes vniuer-
ſas crucis enumerat: & nõ minus myſticis ſa-
cramẽtis q̃ ipſo Chriſti crucifixi corpe grauidã
velut multiplici fructu vitę arborẽ ſignat. Vo-
cat latitudinẽ lignum in tranſuerſo poſitum:
in quo dñicę manus fixę fuerũt. Lõgitudinẽ
illud qđ ab ipſo ꝓtenditur vſq; ad terram: in
quo pedes ipſius confixi ſunt. Sublimitatẽ illã
ligni ꝑtẽ q̃ ſupra caput eius eminẽs, titulũ cau

ſam eius cõtinentẽ inſcriptũ habuit. Profun-
dũ qđ in imis occultatũ: oculis penetrari non
poterat. Hę ſunt crucis partes, quas deſcribit.
His illa crux dñica cõſtãs: has magnis ſacra-
Als. ✠ pſe nas. mẽtis ✠ dicatas affirmat. Inde genua flectit.
inde vt hęc illi poſſint apphendere ſupplicat.
inde (vt dixi) latitudinem, longitudinẽ, ſubli-
mitatẽ & pfundum crucis nõ odioſa hoibus,
ſed precioſa eſſe debere declarat. Quod ſi partes
crucis apoſtolico teſtimonio laudabiles ſunt,
credo ꝙ ipſa tota crux, quę ex illis ptibus con-
ſtat, nõ cõtemnenda, ſed laudãda & honorã-
da eſt. Hoc ſi ita eſt, nõ ſolũ a contumelijs ve-
ſtris crux dñi libera debere eſſe monſtratur:
ſed & laudibus & gloria digna eſſe probatur.
Quod ſi forte queritis, quid latitudo ab Apľo p-
poſita? quid longitudo? quid ſublimitas? quid
pfundũ myſterij cõtineãt? nõ eſt hoc hui⁹ loci
exponere: qa nõ docẽtis ſupra vos, ſed diſpu-
tãtis cõtra vos officiũ aſſumpſi. Sed ſi de im-
pietate ad pietatẽ mutatis in meli⁹ ſtudijs, cõ-
uerti volueritis, poteritis & vos hoc cõprehen
dere cũ oib⁹ ſanctis, vt nõ blaſphemãdo, ſed
hũiliter & modeſte petẽdo accipiatis: quęrẽdo
inueniatis: ac pulſando aperiatur vobis. Poſt
Apľm veniat & dñs Apľorum: & quid erga cru-
cẽ ſuã animi gerat: expectãtibus nobis apiat.
Nõ puto cruciatib⁹ crucis aliquẽ eo magis de-
bere iraſci, cũ ipſe tm̃ his nõ alius tort⁹ fuerit,
& cũ poenas vel pręmia diſpẽſare, nõ alterius
ſed ipſius propriũ ſit. Audite ergo poſt alia de
cruce etiã crucifixi ſententiã: & eius ſaltẽ iudi-
cio, vel honore vel cõtumelia dignã credite.
Vẽturũ ſe in fine ſeculi ad diſcutiẽda vel iudi
cãda mortaliũ facta, in Euãgelio denũtians:
Matthęi xxiiij. Virtutes (inquit) coelorum mouebũtur: & tũc ap-
parebit ſignũ filij hois in coelo. Quid rogo hic
Nota de ſigno. dictũ ſignũ filij hois putatis? Nũquid ipſum
filiũ hois? Sed ſignũ nõ eſt res eadẽ, cui⁹ eſt ſi-
gnũ. Aliud eſt em̃ ſignũ, aliud illud cu⁹ eſt ſi-
gnũ. Vnde non potuit eſſe ſignũ filij hois, qđ
eſt ipſe fili⁹ hois. Quid ergo erit? Cogitate, quę-
rite, veſtigate. Qđ erit tãti precij, tantę glorię,
tantę ſublimitatis ſignum, vt tũc appareat in
coelo, qñ ipſe filius hois cũ virtute multa & ma
ieſtate deſcẽdet de coelo? Sed quid laboratis?
Nolite leuitatẽ vẽtorum, vanitatẽ vmbrarũ, phã
taſmata ſomniorum, diſtortas pſequi ſemitas er
rorum. Abijcite mẽdacia, i qb⁹ nihil ſtabile: aſſu-
mite veritatẽ, i qua nihil eſt mobile. Illud, illđ
eſt ſignũ filij hois, qđ eũ magis declarat eſſe
filiũ hois. Quid vero eũ adeo declarauit eſſe
filium hominis q̃ mors, quã nullus vnq̃ eua-
dit fili⁹ hois? Quã quia in hac de qua ſermo
eſt cruce, Chriſtus pati voluit, licet eſſet filius
dei, filium tñſe eſſe hois, per crucem morien-
do ſignauit. Signando ergo verũ filium hois Crux q̃re
dr̃ crux vere ſignũ filij hois. Huic verbo euan dr̃ ſignũ
gelico & euãgelicus Propheta Eſaias cõgruit: filij hois.
cum dicit. Et leuabit dñs ſignũ in nationib⁹. Eſa. v.
Sed & qđ idem Propheta ſubiungit. Et cõgre-
gabit pfugos Iſrael & diſperſos Iuda colliget a
quatuor ventis. Videte q̃ apte huic euãgelico
capitulo conueniat. Nam cum dixiſſet dñs.
& tunc apparebit ſignum filij hominis in coe-
lo: vno verſu interpoſito ait. Et mittet filius Matthęi
hominis angelos ſuos cum tuba & voce ma- xxiiij.
gna: & congregabit electos eius a quatuor vẽ-
tis, a ſummis coelorum vſq; ad terminos eo-
rum. Sic certe ſic nõ ſolũ in ſententia, ſed & in
verbis Propheta & Euangeliſta conueniunt.
Quod em̃ ille. leuabit dñs ſignũ in nationes:
hoc iſte. apparebit ſignum filij hominis in coe
lo. Quod ille. cõgregabit profugos Iſrael & diſ-
perſos Iuda colliget a quatuor ventis: hoc iſte
mittet angelos ſuos cũ tuba & voce magna, &
cõgregabit electos eius a quatuor ventis. Niſi
ꝙ Propheta magis de primo Chriſti aduentu
hoc dicere videtur: Euãgeliſta vero de ſecũdo
hoc aptiſſime dicit. Sed ſiue in primo ſiue in
ſecundo: ſignũ leuatũ in nationes crux eſt: &
apparens ſignũ filij hominis in coelo crux eſt.
Quę quia & hic in ſignũ a Chriſto leuata, na- Cauſę ꝓ
tiones orbis ad fidem ſalutis ęternę a quatuor pter q̃s
vẽtis cõgregat: & in vltimo Chriſti iudicio ad crux eſt
eandẽ ęternã ſalutẽ & gloriã a quatuor vẽtis. adorãda
hoc eſt, de toto mũdo, electos in coelo apparẽs
cõuocat, ſummo ab eis honore colẽda credit̃,
dicitur, prędicatur. An dignũ eſt vt quã ad ſa
lutis humanę cauſam cõmẽdandã coelũ exhi
bet, terra reſpuat? An dignum eſt vt eam ho-
mines abijciant, quam angeli honorant? An
non honorant, quando cõmotis ad iudicium
coeli virtutibus, ipſam mundo iudicando ſe-
cum pariter repręſentãt? Nam qui dixit. vir-
tutes coelorum mouebuntur: ipſe ſubdidit. Et
tunc apparebit ſignum filij hominis in coelo.
Cunq; vt dictum eſt, hoc ſignum crux Chri-
ſti ſit, cum virtutes coelorum. hoc eſt, ordo to
tus coeleſtium ſpirituum deſuper veniẽs appa
ruerit: tunc & ipſa pariter in coelo fulgebit. Ful
gebit in coelo, vt diſcant terrigenę non poſſe
ſibi conſcenſum eſſe ad coelos, niſi per ipſam:
& agnoſcant filij hominum non niſi p ipſam
ſe poſſe fieri ſocios angelorum. Nõ eſt igr̃ hono-
rãda ab hoibus quę angelicũ eis honorẽ ppa-
rat? Nõ eſt glorificãda a mortalib⁹, q̃ immortalẽ
eis gloriã prꝰſtat? Nõ eſt vt vitalis & ſalutife-

ra adorãda, quę vitã mortuis beatã, quę ſalutẽ
perditis conferet æternam? Et plane velint
nolint hęretici, vitalis: quia vitam, ſalutifera:
quia ſalutem, honorabilis: quia honorẽ, ama-
bilis: quia amorem, admirabilis: quia admira
tionem, felix: quia felicitatem, nobilis: quia
nobilitatem, beata: quia beatitudinẽ, glorio-
ſa: quia gloriam pręſtat æternam. Qui ergo
crucem oderunt quia dominũ torſit, diligant
eam: quia nõ ſolum nobis, ſed & ipſi gloriam
peperit. Peperit ei gloriam, de qua ait Apoſto
Heb. ij. lus. Vidimus Ieſum ꝓpter paſſionem mortis
gloria & honore coronatum. Peperit (inquã)
gloriã crux crucifixo. ſicut & alibi idem Apo-
Philip. ij. ſtolus ait. Factus eſt obediẽs vſq; ad mortem,
mortem autẽ crucis: ꝓpter quod & deus exal-
tauit illũ. & reliqua. ſicut ſupꝰ in alio loco po-
ſuimus. Hãc quia gloriã hmõi illi a deo aſſũ-
pto peperit & nobis inſup vitam & gloriam
ęternam cõtulit: glorioſa eſſe ꝓmeruit. ¶ Cũ
ergo irrefragabili auctoritate & inuicta ratio
ne honorãda, collaudãda, glorificanda crux
Chriſti a chriſtianis eſſe ꝓbetur: ꝙ & adora-
ri debeat: ſicut a quibuſdã hæreticis negatur:
ſic vtrum fieri debeat, a quibuſdã catholicis
quęritur. Hoc autẽ pro intellectu quem nobis
dñs dare dignatur, ꝓ facultate quã ipſe largi
tur, videndum atq; diſcutiendum eſt. Eſt ho-
nor qui creaturę impenditur, & eſt honor qui
tm̃ creatori debetur. De honore quem ſibi in
uicem rationalis creatura exhibere debet: ſcri-
Exo. xx. ptum eſt. Honora patrem tuum & matrẽ tuã.
& mat. v. & honore inuicem pręuenientes. & regem ho
Rom. xij norificate. & preſbyteri maxime qui in verbo
j. Petri. ij. laborant, duplici honore digni ſunt: & hono-
j. Thi. v. rabile cõnubiũ in omnibus: & mille talia. quę
Heb. vlt. ſcdm perſonarũ, graduum, officioꝝ diuerſita-
tem, vel magis vel minus obſeruari iubẽtur.
De honore qui deo tm̃ exhibẽdus eſt: ait ſcri-
Deu. vj. ptura. Dñm deum tuum adorabis, & illi ſoli
Aſs al ij ſerujes: & nõ erũt tibi dij alieni pręter me. &
non facietis vobis ſculptile atq; cõflatile: ne-
q; ponetis in ignem vt adoretis ea. Et hono-
ra dominum de tua ſubſtantia. & gloriã meã
alteri non dabo: neq; laudem meam ſculpti
libus. & alia ſexcenta. in quibus iuxta quod di
citur i libro Sapiẽtię, incõmunicabile nomẽ
& ſolitarię deitati ſingulariter ſeruitus exhi-
benda aperte mõſtratur. Quę ſcdm beatum
patrem Auguſtinum, vt ſignificantius expri
matur, gręce latria dicitur: & latine dei cultus
vocatur. Ad hanc diuinam ſeruitutem, ad
hunc dei cultum pertinent & ſacrificia, quæ
ante legem a Patriarchis facta ſunt, quæ in
lege a Moyſe inſtituta ſunt, quę in tempore
gratię a Chriſto præcepta, & a chriſtianis vſq;
ad finem ſeculi obſeruari: ab ipſo iuſſa ſunt.
Ad hunc dei cultum pertinet & verbum hoc
adorationis, de quo agitur: ſed tunc ꝓprie, qñ
adorans: deum tm̃ auctorem & rectorem ſuũ
eſſe intelligit. quãdo eum vt deum agnoſcens
ſicut deum glorificat, & gratias agit. quando
totam ſpem ſuam in eo conſtituens, neceſſa
ria vniuerſa ſe ab ipſo ſolo accipere credit. qñ
auxilium ſuum nõ a quolibet mortuum. hoc
eſt, ſanctoꝝ vel quorumlibet alioꝝ, ſed a dño
qui fecit coelum & terram eſſe, omni remota
ambiguitate confidit. Hanc ſeruitutem, hũc
cultum ſibi debitum. hoc vt dixi, incommu-
nicabile nomen, nec coeleſtibus ſpiritibꝰ, nec
terrenis hominibus, nec alicui creaturæ, nec
ipſi omnium creaturarum beatiſſimæ matri
ſuę ac virgini, creator largitꝰ eſt: qa ſicut ordie
ipõ creatiõis, creator creaturę quã creauit me
rito iuſteq; ꝓfertur. ſic decebat vt ꝓlatio ipſa
aliquo ſigno congruo ſignaretur. Signatur igi
tur prælata creaturis deitas ſacrificioꝝ ſigno,
ſignatur iſto, ſignatur multiplici quod nunc
agitur, chriſtiani populi ſacramẽto. Hoc qui-
cunq; ſibi arrogare cõcupiuit, & illud quod ha
bebat amiſit. Hinc primus archangelus, quia
ſimilis deo eſſe conatus eſt: ſicut fulgur de cœ
lo cecidit. Hinc Adam illũ per damnatorẽ ſo
bolis ſuę, quia deceptę cõiugi adquieuit. dei-
tas reſpuens ſocium, de paradiſo eiecit. Hinc
& illos qui latriam (quã cultum diximus) ido-
lis exhibebãt, ſcriptura chriſtiana idololatras
vocat: & ſicut diuini honoris & ordinis per-
uerſores condemnat. Huiuſmodi deitatis ho
norem nec ipſe homo a deo aſſumptus ha-
buiſſet, niſi cum eo vna eademq; pſona fuiſ-
ſet. Sed quia ipſe dicit. coelum mihi ſedes, ter-
ra autem ſcabellum pedum meoꝝ. & Pſalm. Pſalmo.
ꝓcipit. Adorate ſcabellum pedũ eius, qm̃ ſan- xcviij.
ctum eſt. Terram corporis noſtri in dei filio
adoramus, neq; vt aliquid ab ipſo remotum,
ſed ipſi ita vnitum vt ſalua naturarum ꝓprie
tate, idem qd̃ ipſe ſit, honore deo debito vene
ramur. Adoramus igiẗ hac adoratiõe Chriſtũ
non tm̃ dei ſed & hominis filium: adoramꝰ
& crucem: immo in cruce ipſum qui deus & ho
mo eſt, crucifixum. Neq; quantum in ipſo eſt
aut lignum colimus, aut lignum adoramus:
quia manet ſententia. Dominum deum tuũ
adorabis, & illi ſoli ſerujes. Sed dũ crucem me
adorare dico, crucifixum dñm deũ meũ eſſe,
meq; illi ſoli ſeruire debere ꝓfiteor. Hinc in-
tellectui & illud atteſtatur, ꝙ non ſolum cru-

cem domini,ſed & paſſionem eius/mortem
ac reſurrectionem:& his ſimilia,catholica ec-
cleſia laudabili deuotione ſe adorare pronū
ciat.Sed mortem domini/paſſionem/reſurre
ctionem/atq; aſcenſionem eius eſſe præteri-
ta,nec iam exiſtentia:omnibus certum eſt.
Fuerunt enim illa temporaliter deo huiuſ-
modi accidētia.quę ſicut illi cum prius non
ineſſent,cum tempore aduenerūt:ſic & cum
tempore abſceſſerunt.Nā certo & finito tem-
poris ſpatio moriens,certo & finito reſurgēs,
certo & finito aſcendens,docuit illa p̄teriſſe:
ſe autem in perpetuum permanere. Vnde
illa ſicut iam non exiſtentia/adorari(vt di-
ctum eſt)non poſſunt.Sicut igitur illa nō ado
rari,certa nullius ſubſtantiæ vel ſubſiſtentię
ratio ꝓhibet:quod tamen rationabilis ex de
uotione vſus exigit:ſic crucem domini quā
ex ſe non adorandam eſſe auctoritas præci
pit,ratio docet:ex Chriſto & in Chriſto ipſam:
immo magis Chriſtum in ipſa venerandum
& adorandum eſſe, deo prorſus ſubditus &
deuotus chriſticolarum affectus inuenit,ſer-
uauit,inſtituit.Etenim cum dico mortem do
mini,reſurrectionem domini,aſcenſionem
domini adoro:non aliud q̄ mortuum domi
num,reſurgentem dominum,aſcendentem
dominum:immo dominū qui mortuus eſt:
dominum qui reſurrexit:dominū qui aſcen-
dit,adorare me ꝓfiteor.Simili intellectu cum
ante crucem humiliatus proſternor,eum qui
in ipſa olim pro requie noſtra tortus,pro vi-
ta noſtra mortuus eſt:vt deum & dominum
cui hoc ſoli debetur/adoro.Idcirco autē hoc

Crux q̄re pręcipue poſt Chriſtū adoretur?

priuilegium cruci dominicæ datum eſt,vt in
creaturis ſola poſt filium hominis qui & fi-
lius dei eſt,adoranda eſſe credatur:quatinus
in morte domini,quam in cruce paſſus eſt,fi
nem ſummamq; ſalutis humanæ conſtitu-
tam eſſe ſciamus:& nequaq̄ more infidelium
de cruce,ac morte eius nos erubeſcere,certis
ac præcipuis humilitatis indicijs doceamus.
Quia enim ſicut a bono viro dicitur,ni-
hil nobis naſci profuit.niſi redimi profuiſſet:
nec confitentes confeſſores,nec teſtificantes
martyres,nec nunciantes Apoſtolos,nec præ
nunciantes Prophetas,nec miniſtrantes an-
gelos,nec ipſam/ſummi regis reclinatorium,
ſummi dei ſacrarium,matrem eius ſcilicet
ac virginem adoramus.quoniam & ſi per
omnes illos ſalus iam dicta ſuis modis ad-
miniſtrata eſt:per nullum tamen eorum niſi
per crucem conſummata eſt.In cruce ergo &
per crucem conſummata eſt,in qua inclinato
in mortem capite a Chriſto dictum eſt.Con- Ioan.xix.
ſummatum eſt.Adoramus igitur eam pręcę-
teris propter ſalutem:quę prę cæteris electa
eſt ad ſalutem.Adoramus eam(vt dixi)præ-
cipuo humilitatis indicio:ne cum Iudęis,qui- j.Cor.j.
bus ſcandalum:ne cum gentibus,quibus ſtul
titia:ne cum hęreticis,quib⁹ inſania videtur/
ſapere videamur.Hoc præcipuo humilitatis
indicio,mundi pręcipuam ſaluatricem Chri-
ſti humilitatem commēdamus:quam nemo j.Cor.ij.
principū huius ſeculi nouit:& quę abſcondita Mat.xj.
eſt a ſapiētibus & prudentibus,& reuelata tm̄
paruulis.Cōmendamus eā qn̄ maxime indi-
gnitati/crudeli tormento/publicę ignominiæ
colla ſubmittim⁹:& mundum elati hominis
ſupbia cōdemnatū:hac humiliati dei humi-
litate ſaluatum,crucē eius humiliati adoran
tes ꝑdicamus.Sed eſt & alius adoratiōis mo- Adoratio dulię impēdit homini vel angelo.
dus:qui licet eodē nomine quo & ille diuinū
cultū ſignificās voceť:nō tn̄ eo niſi humana,
&(vt ſupra dictū eſt)hoibus impendēda reue
rētia ſignať.Hoc magn⁹ ille patriarcha Abra
hā adorauit populū terrę,filios videlicet Eth.
Hoc Loth teſtimonio quoq; Petri Apl̄i iuſtus Geneſis xxiij.
ſubuerſores Sodomoꝝ angelos adorauit.Hoc
fratres Ioſeph cū ꝓſtrati in terram.Hoc Ioſue j.Petri.ij.
principē militię dn̄i angelū.hoc propheta Na- Gen.xix.
than Dauid regē.hoc fortaſſis & ſi mal⁹/Na- Gen.l.
buchodonoſor prophetā Danielem adorauit. Ioſue.v.
Neq; eim̄ credendū eſt,ſanctos hoies vel ſan- iij.Reg.j.
ctos angelos cultū deo tm̄ debitū aut hoibus Dan.ij.
impēdiſſe,aut ſibi impēdi ęquanimiter tole-
raſſe.Vnde clarū eſt modū hūc nō eſſe adora-
tionis diuinę,ſed venerationis humanę.nec
eſſe ſingulare illud inſigne deitatis,ſed offi-
cioſam & cōmunem exhibitionē honoř.Sed
ſpeciale illd oēm creaturā refugit:gn̄ale iſtd tā
creatori q̄ creaturę rōnali iſeruit.Nā irrōnali
honorē vel modicū exhibere:& auctoritas ꝓ-
hibet:& ratio diſſuadet.Cū tn̄ vel ſanctoꝝ pi-
gnorib⁹,vel ſacris locis,veſtib⁹ vel vaſis,ſeu
quibuſlibet talib⁹ reb⁹ honor deferť:nō quia
ſunt inſenſibilia,pulchra,ſuauia,precioſa,vel
quolibet modo corpaliter hoibus accōmoda,
fieri crediť:ſed quia deo vel ſanctis ei⁹ ꝑpetuo
cū eo victuris,in his honor cōgruus exhibeť.
Si igitur & hoc mō crux dn̄i adorāda.i.hono-
rāda ſuſcipitur,nec impiū ē nec erroneū,ſed
piū & ſalutiferū.Pium,quia a rectę fidei tra-
mite non diſcordat.Salutiferum,quia ſalu-
tem pijs adoratoribus/ſeu veneratoribus
comparat.Licet ergo iſto vel illo modo cru-
cem domini adorare,vt in illo non tā ipſa q̄
deus adoretur:in iſto non tam ipſa q̄ deus

honoreſ. Illo colatur in cruce crucifixus: iſto veneretur in ligno auctor eius. Illo cult⁹ diuinus ipſi deo per crucem exhibeatur: iſto communis multorum honor, per eandem crucem eidem deo, cui debetur omnis honor & gloria, impendatur.

¶ Contra id quod dicunt, miſſam nihil eſſe, nec celebrari debere.

Poſt baptiſmum negatũ, poſt cruces exuſtas, poſt templa deſtructa, vt nihil ſacrum punienda veſtra temeritas intemeratum relinquat: quarto iam loco ad ipm crucifixum & templorũ dominũ, & baptiſmi largitorem ſe extẽdit: & non tm̃ quę ei⁹ ſunt: ſed & ipſum eccleſię ſuę auferre molitur. Negat corpus Chriſti & ſanguinem diuini verbi virtute, vel ſacerdotum miniſterio confici. totumq; inane ac ſuperuacuũ eẽ quicquid in altaris ſacramẽto, altaris miniſtri agere videntur affirmat. Sed quia veſtrorum nolo relator eſſe verborũ, ipſi veſtra ꝑponite: quodq; de his ſeducto a vobis populo prædicare ſoletis: lectoribus noſtris & auditoribus aperite. Verba veſtra quę ad nos peruenire potuerunt taſta ſunt. Nolite o populi epiſcopis, preſbyteris, ſeu clero vos ſeducenti credere. qui ſicut in multis, ſic & in altaris officio vos decipiunt: vbi corpus Chriſti ſe conficere, & vobis ad veſtrarũ animarũ ſalutem ſe tradere mentiuntur. Mẽtiũtur plane. Corpus em̃ Chriſti ſemel tm̃ ab ipſo Chriſto in cœna ante paſſionẽ factũ eſt. & ſemel. hoc eſt tunc tm̃, diſcipulis datum eſt. Exinde neq; cõfectum ab aliquo, neq; alicui datum eſt.

Primo re felliſ error, qm̃ nulli innixus rationi.

¶ Audite quicunq; aures ad audiendũ habetis: audite doctrinam inuincibili ratione ſubnixam. Audierã nouorũ Apoſtolorũ ſentẽtiam: & quia tam noua eſt, vt hos primos prędicatores habuerit: expectabam eam magnis auctoritatibus muniri, validis rationibus roborari. Sed ecce portentuoſus ſermo, & humanas nõ tam penetrans q̃ terebrãs aures: ſic audacter & nudus omni ratione, deſtitutus omni virtute, ſe nobis non occulte ſed palã ingeſſit: vt vl' Delphic⁹ Apollo Paganis, vel Moyſes Iudęis, vel Chriſtus Chriſtianis, reſponſa dare videantur. Quorum verba quia apud cultores ſuos, diuina credita ſunt, aut creduntur, ratione non egent: qm̃ auctoritate pleniſſima vigent. Vbi enim deitas creditur ratio non quęritur. Sufficit ipſa ſibi: nec rationem de operibus ſuis ſeu verbis, reddere cõpellitur: quam nihil iniuſte agere. nihil abſq; ratione poſſe præcipere: certum tenetur. Sic doctores iſti, ſic inquam audaciſſimi hoſtes Chriſti, veneniferum dogma orbi chriſtiano propinant: & abſq; compage auctoritatum, abſq; neruis rationum: nugas ſuas nugaces homines veſtris, o auditores ſenſibus infuderunt: ac ſi eis fidem dare, velut ſacris oraculis, cogeremini. Q̃ ſi nullius diuinitatis ſibi conſcij, hæc & ita protulerunt: patet, quia hęc & ita proferentes, ſine ſenſu dæmonico non fuerũt. Sed iã ad ipſos verba vertanſ: & non diuino ſpiritu admonitis, ſed dæmonico inſtigatis: immo ipſi per eos loquenti maligno ſpiritui, benignus ſapientiæ ſpiritus reſpondeat: & non liberet maledictum a labijs ſuis. Sap. i.

Venite ergo, venite vos cum quibus mihi communis campus eſt, pugiles mei: & poſt ictus quos intuliſtis, eam quam potero vicem referte. Aderunt teſtes pugnæ noſtræ: ipſi qui circunſteterint pugnatores: aderit & ſupernus inſpector, qui non vires ſed cauſas pugnantium examinans: more ſuo non niſi iuſtitiæ palmam dabit. Si hæreſis hæc veſtra Berengarianis limitibus contenta eſſet: quæ veritatem quidem corporis Chriſti, ſed non ſacramentum vel ſpeciem aut figuram negabat: facile me huius capituli labore expedirem & non dico ad Ambroſium, Auguſtinum, Gregorium, antiquos & ſanctos Eccleſiæ doctores, quos abiecitis: ſed ad moderni temporis doctos & catholicos viros, Lanfrancum, Guitmundum, Algerum, vos mitterem: ſi ſaltem vel hos non pro maiori auctoritate, ſed pro temporis vicinitate & domeſtica cognitione, dignaremini legere, vel pateremini audire. Quorum alter archiepiſcopus Cantuarienſis, alter Epiſcopus Auerſanus, tertius ante canonic⁹ et magiſter Leodienſis: dehinc noſtro tempore monachus & preſbyter in monaſterio Cluniacenſi, vbi etiã liber eius habetur: puræ ac deuotæ conuerſationis extitit. Horũ primus de veritate corporis & ſanguinis Chriſti, quæ ſacramentorum velamine tegitur: bene, plene, perfecte. ſequẽs melius, plenius, perfectius. vltimus optime, pleniſſime, perfectiſſime diſſeruit: adeo vt nihil etiam ſcrupuloſiſſimo lectori quærẽdum reliquerit. Iſtorum libri ſi a vobis legerentur & lecti intelligerentur: vos vere a ſtulta pertinacia reſipiſcere cogerẽt: vtpote qui multos errantes reuocauerũt: multos dubios inſtruxerũt: multos etiã fideles in recta fidei regula cõfirmauerunt. Illi inquam libri vos & corrigere, & ad reſipiſcendum cogere poſſent. ſi (vt ſupra dictũ eſt) nihil deterius Berengarianis hęreticis cenſerens. Sed quia (vt dixi) errorẽ errore, [illegible]

Berengarianus error, de quo habetur de cõſe. diſt. ij. ego Berẽgari⁹.

Lãfranc⁹ Guitmũd⁹, & Alger⁹ optime ſcripſerũt de veritate corporis Chriſti.

Algerus monach⁹ Cluñ.

hæreſi, nequitiam nequitia ſuperaſtis: nō tñ
veritatē carnis & ſanguinis Chriſti: ſed & ſacra
mentum, ſpeciē, ac figurā negatis & ſic abſq;
ſummi & veri dei ſacrificio, eius populum eſſe
cēſetis. Ea propter ſicut nouus languor noua
medela curandus: ſic nouus error nouo opere
confutādus eſt. vt qđ a magnis viris fuerat p̄ter
mentum, quia nec auditum: quia nūc primum
ſonuit: nequaq̄ remaneat indiſcuſſum. Reſpō
det ergo vobis o hoſtes dei, Eccl'ia dei: ſe neq;
abſq; ſacrificio eē: nec illo ſuo ſacrificio aliqđ
aliud q̄ corpus & ſanguinem ſui redemptoris
offerre. Offert quidem illa domino deo ſuo ſa
crificiū ſpiritus contribulati. de quo Propheta
Pſal.l. Sacrificium deo ſp̄s contribulatus. offert ſacri
ficiū iuſtitię. de quo idē. Tunc acceptabis ſacri
ficiū iuſtitię. Offert & ſacrificiū laudis. de quo
Pſal.xlix quiſ ſupra. imola deo ſacrificiū laudis. Sed lon
ge acceptabili' offert ſacrificium. eum ſcilicet
Heb.ix. qui iuxta Apoſtolum, p ſpiritum ſanctum ſe
metipſum obtulit immaculatū deo: vt emun
daret conſciētiam noſtram ab operibus mor
tuis, ad ſeruiendū deo viuenti. Offert agnum
Ioan.j. dei q tollit peccata mundi qui nec immolatus
morif: nec diuiſus minuif: nec comeſſ' conſu
mif. Offert ipſum p ſe ipſa, qui ſe obtulit pro
ipſa. & qđ ille fecit ſemel moriendo: hoc illa fa
cit ſemp offerendo. Sed quia noui hęc magis
Mat.vij. dicēda eſſe fidelibus venerantibus q̄ infideli
bus irridentibus: recondanf interim margari
tæ, ne a porcis cōculcenf & cur ſacrificare deo
cœli terrigenas p̄hibeatis: quāto niſu poteſtis,
Scđo q̄rif cauſa: cur negēt hæreticí ſacri ficia deo exhibēda aſtruite. Cūq; hoc ſit cult' diuini & ſubditi deo
animi pręcipuum, & ab ipſo deo conſtitutū in
dicium: afferte ſi qua p vobis ſunt, quæ nulla
vt credo ſūt: cur ſeruos domino, hoies deo, cō
ditori condita, redēptori redempta, famulari
non vultis. eiq; ſoli debitum & ab illis exhibē
dum venerationis genus reddi: quantis pote
ſtis nequitiæ viribus non ſinatis An forte, q̄a
parū emolumēti preſbyterium veſtrum, dū vt
p̄ſbyteri miniſtraretis vobis afferebat: p p̄pha
nare, peſſundare, & diſtrahere cuncta Eccle
ſiaſtica myſteria, & miniſteria deliberaſtis? Vt
q̄a pueros baptizare pigebat: eorum baptiſma
negaretis. quia laborioſum erat cruces dolare:
crucifixos pigere vel ſculpere: idcirco eos incen
deretis. quia ſumptuoſum erat Eccleſias fabri
care: eas deſtrueretis. quia non ad votum pa
rochiani veſtri nummis vel cereis man' vobis
& ſinus farciebant: altaris ſacrificium annulla
retis? An quia alter veſtrū de Eccleſia quā te
nebat, ſcit ipſe quare eiect'. alter monachum
deſerēs apoſtata factus ē. iniurias illatas vlciſci

cupiētes, vt Porphyri' Philoſophus a Chriſtia
nis cęſus: in Chriſtum blaſphemi, in Chriſtia
nos ſeductores & impii eſſe p̄poſuiſtis? An q̄a
tenebrę vos ignobilitatis tegebāt. vt antiquus
ille tēpli Dianæ ſuccenſor: de obſcuris clari, de
ignotis noti, de contēptibilib' famoſi, aſtu nō
ſenſu, audacia non virtute, iniquitate non p
bitate, fieri delegiſtis? Sed retineaf impet' in
dignantis animi: ne illo nimium effluente, p
poſita differanf. Dicite q̄ſo. cur ſacrificia Chri
ſtiana vobis Chriſtianis: ſi tamen hoc eſtis, nō
placent. cum ſigno ſacrificiorū ſemp ſuos De'
ab alienis ſecreuerit: cum diuinam ſeruitutē
ab humanis obſequiis hoc ſigno diſcreuerit: cū
honorē creatori ſingulariter debitū ab eo ho
nore quo ſe inuicem rationalis creatura p̄ueni
re iuxta Apoſtolū debet: hoc maxime ſigno Roñ.xij.
diſtinxerit. Recolite antiqua ſecula. generatio Tertio p
nem ſanctorum ab Adam vſq; ad Chriſtum batur ſcri
diſcutite: inuenietis aut nullos aut raros abſq; pturis &
ritu ſacrificiorum deum coluiſſe. quia quicun exēplis ſa
q; iuſtitia deo placebant ſtatim eum ſacrificio crificia ab
rum veneratione colebāt. Videbitis certe pri initio mū
mum illum & iuſtum Abel deo munera offe di fuiſſe
rentē, deum ſup eius munera inflammātem. deo exhi
Noe poſt diluuiū, noui ſeculi primordia ſacrifi bita.
ciis dedicantem. Abraham poſt vaccam triē Geñ.iiij.
nem, capram trinam, & arietem trium anno Geñ.viij.
rum, turturem quoq; & columbam quæ deo Geñ.xv.
obtulit: etiam filium colligatum in altari ſup Geñ.xxij.
ſtruem lignorum, ad immolandum collocaſ
ſe. ſed ne vota compleret: ab ipſo qui hoc p̄cœ
perat, p̄hibitum fuiſſe. Poſt Abraham offerē
tem & Iſaac oblatum: videbitis & Iacob mo
tum viſiōe dei & angelorū, in diuinitatis quā Geñ.
viderat honorē erexiſſe lapidē. & fudiſſe oleū xxviij.
deſup: ac dixiſſe. Vere dominus ē in loco iſto.
& hæc domus dei eſt, & porta cœli. Cognoſce
tis & in terra Hus, hoc eſt inter Gētiles, cui nō
erat ſimil' ſuo tēpore ſup terram: ſimplicem & Iob.j.
rectum Iob diluculo conſurgentē, & p ſingulis
filiis holocauſta offerentē: dicētem p. ne forte
peccauerint filii mei. Procedetis inde vſq; ad
magni Moyſi tempora. & totam Hebræorū
ſtirpē, de qua Saluator cui repugnatis ſecūdū
carnem naſciturus erat: inuenietis a deo per
Moyſen ſacrificiorum diuerſis ritibus & innu
meris ſubſtratam. & p peccato, & pro delicto,
p purgatione, p emundatione, boum, vitulo
rum, agnorum, ouium, arietum, hyrcorū, tur
turum, columbarum, diuerſorum quadrupe
dum & volucrum, hoſtias pene aſſidue offerē
tem. in tātum vt iuxta qđ Apoſtolus ait, ſine Heb.ix.
ſacrificiis & ſanguinis effuſione: non fieret re

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

miſſio peccatorum. Legite Leuiticum. ſi tamen
vel eius nomē vobis notum ē. immo legite to
tum Pentatheucum, qui lex ꝓprie dicit̃. totā
q; veteris teſtamenti ſeriē recenſete: quæ doce
bit qd ignoratis, ſanctis regibus, ducibus, pro
phetis, ſacerdotibus, deum p ſacrificia frequē
tia reſponſa dediſſe. eiq; hoſtias eorum gra
tas acceptaſq; fuiſſe: aut fumo quo adumbra
bat, aut nebula qua tegebat, aut igne quo ab
iij. Reg. ſumebat, aliiſq; indicijs declaraſſe. Hinc in Sa
viij. & ij. lomonis dedicatione & ſacrificio. quādo ouiū
Paralip. v centum millia, boum. xx. millia oblata ſūt: p
& vij. nebulam gloria domini impleuit domum do
iij. Reg. mini. Hinc ſup Heliæ holocauſtū cœleſtis flā
xviij. ma deſcendēs: non ſolum bouem oblatū, ſed
& ligna altaris & lapides vſq; ad cinerem con
ſumpſit. taliq; ſigno acceptum deo Helia: ſa
crificium monſtrauit. Hinc in conſecratione
Exo. vlti. æremitici tabernaculi legit̃. Poſtq̄ omnia pfe
cta ſunt: operuit nubes tabernaculū teſtimonij.
& gl̃ia dn̄i impleuit illud. nec poterat Moyſes
ingredi tectum fœderis, nube operiēte oīa, &
maieſtate dn̄i coruſcante: quia cuncta nubes
operuerat. Quod ꝑfecto tabernaculum: non
niſi ad adorandum deū & ſacrificandum ei
Eſa. vj. ab ipſo deo p Moyſen cōſtructū, erectū, & ſan
ctificatum fuerat. Hinc Eſaias in viſione q̄uis
ſpirituali, ſolij excelſi & eleuati. poſt alata Sera
phin & clamātia, Sanctus, Sanctus, Sanctus:
Commota ſūt inquit ſuplimnaria cardinū a
voce clamantis: & domus impleta eſt fumo.
Habetis ſi aduertitis, antiquorum ſacrificia itātū
deo placuiſſe, vt nō ſolū ipſa, ſed & loca in qb᷑
fiebāt: conſtrueret, bn̄diceret, cōſecraret: & cō
ſtructa, benedicta, conſecrata: fumo, nebula,
igne, aliiſq; vt dixi, indicijs glorificaret. Neq;
enim ſacrificia ꝓpter templum vel altare cele
brāt̃. ſed templum & altare ꝓpter ſacrificia cō
ſtruunt̃, conſecrant̃, ornant̃, glorificant̃. Ipſa
vero ſacrificia ad illum tantūmodo referunt̃:
cui ſoli abſq; alio comparticipe exhibent̃. Hæc
Sacrificia enim ſacrificiorum ſeruitus, hic ſoli deitati de
ſoli deo ferendus honor, hic diuino tm̄ nomini exhi
exhibēda bendus cultus: omnē ꝓ creatore reſpuit crea
ſūt. & qd turam. quia ſicut incommunicabilis eſt ma
ſignat illa ieſtas cui offert̃: ſic omnē reſpuit communio
exterior nem etiam qd offert̃. Signat̃ hac ſeruitutis ꝓ
exhibitio prietate ſoli deo ſubditus homo: vt nihil ſupra
ſacrificio ſe iuxta originis ſuæ conditionem niſi deum
rum. intueat̃. a quo ſolo ſe initium, & in quo inde
ficiētem finē ſe habere cognoſcēs: vt auctori,
rectori remuneratori: ſubdat̃, ſeruiat, obediat
Signat̃ hoc exteriori obſequio interior animi
affectus. qui nullaten᷑ agnoſceret̃: niſi ſignis
extrinſecis indicaret̃. Signat̃ hoc officio vtraq;
hominis ſubſtantia ſubiecta deo. vt cū illa de
uotione deū amplectit̃: iſta operatione deo fa
mulat̃, totus homo ei ſubiect᷑ eſſe monſtret̃.
& vt veraciter dicere poſſit. Nonne deo ſubie Pſal lxj.
cta erit anima mea? & Cor meum & caro mea Pſalm.
exultauerunt in deum viuū. Idcirco nulli crea lxxxiij.
turæ, non dico inanimatæ, non dico inſenſibi
li, non dico irrationali ſed nec ipſi rationali &
beatæ: ſacrificijs honorari cōceſſum ē. Nō an
gelo, non homini, nec ipſi altiſſimo ordini Se
raphin hoc datum eſt. quia ſignum quod iter
mortales conditorem a conditis ſecernit: me
rito ſemp incommunicatum ꝑmanſit. Noue Actuum
rant hoc beati Apoſtoli Barnabas & Paulus. q xiiij.
volentes ſibi ſacrificare Lichaonicos cum de
teſtatione ꝓhibuerunt. & quia hoſtias iam pa
rauerant: veſtimēta ſciderunt. Sciebāt hoc nul
li cōceſſum: ſciebant etiam minaciter ab ipſo
deo ꝓhibitum. qui tam de his qui non deo ſa
crificant, q̄ de his quibus ſacrificant: p ſcriptu
ram ſuam ait. Sacrificans dijs eradicabit̃: niſi
domino ſoli. Et in dijs Aegypti faciā vltionē.
Et de vtriſq;. Similes illis fiāt qui faciunt ea: Pſalm.
& omnes qui confidunt in eis. Nam ſupbi & a cxxxiij
deo refugę ſpūs diuinitatem deo inuidentes,
ſibi vſurpantes: vt cęcos homines & longo exi
lij ſui tempore dei factos immemores, plene
a deo auerterēt: qd ſolius creatoris vt dictum
eſt erat: creaturæ exhiberi pſuaſerunt. & tam
ſibi q̄ mortuis hominib᷑: ſacrificia publica in
ſtituerunt. Et vt maioribus contumelijs ima
ginem dei ad eius dedecus deludēdo ſubijce
rent: etiam creaturis irrationalib᷑ miſeros ho
mines ſeruire coegerunt. itaq; in rationali ani
mante rationē ſopierunt vt canibus, volucri
bus, beſtijs repentibus ſeruientes, & quibus ꝓ
lati fuerant, ſe ſponte ſubdentes: nec homines
ſe eſſe recordarent̃. Vnde Apoſtolus. Mutaue Roma. j.
rūt inquit, gloriam incorruptibilis dei in ſimi
litudinem corruptibilis hominis & volucrum
& quadrupedum, & ſerpentium. Nec his con
tenti, ad ignobiliora eos traxerūt & ſeruos eos
etiam inſenſibilium effecerunt. Inde liber Sa Sap. xij.
pientiæ. Et enim ait, in erroris via diutius er
rauerunt: deos æſtimātes hæc quæ in anima
libus ſunt ſupuacua: infantium inſenſatorum
more viuētes. Propter hoc tanq̄ pueris inſen
ſatis, iudicium in deriſum dediſti. Et itē. De Sap. xiij.
his quę vident̃ bona: non potuerunt intellige
re eum qui eſt. neq; opibus attendētes, agno
uerunt quis eſſet artifex: ſed aut ignē, aut ſpi
ritum, aut citatum aerē, aut gyrum ſtellarum
aut nimiam aquam, aut Solē, aut Lunam: re

ctores orbis terrarũ deos putauerunt. His oĩbus decepti homines, dei gloriam tribuebãt: eaq; cultu diuino ac ſacrificijs honorabant. cõ
Eſa.xlij. tra eum qui dixit. Gloriam meam alteri non dabo: neq; laudem meam ſculptilibus. Q uorſum iſta? vt videntes patres antiquos & oẽs priorum temporum iuſtos: deo p iuſtitiam & ſacrificia placuiſſe: vt attendentes deum ſibi ſoli ea fieri ꝓcepiſſe: vt audiẽtes eum dijs alienis ſacrificantes eradicaſſe. agnoſcẽtes inquã per ſacrificia maxime, deo deitatis honorem a ſanctis omnibus ſeculis omnibus exhibitũ. concedatis qd hacten⁹ ꝓhibuiſtis: & debitum deo ſacrificiorum munus offerre, noſtri ſeculi hoĩes pmittatis. Vt quid enim ꝓhibentur filij ſequi patres ſuos? Cur quos fide imitanť: pręcipuo fidei ſigno imitari non ſinunť? An forte Iudæorum ſacrificia Deus approbat, & Chriſtianorum reprobat? Nonne magis circa eorũ
Eſa.j ſacra nauſeat. dicens p Eſaiam. Plen⁹ ſum: holocauſta arietum. & adipem pinguium. & ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hyrcorum nolui? Nonne & p aliũ ꝓphetam ait. Nõ ac
Pſal.xlix cipiam de domo tua vitulos: neq; de gregib⁹ tuis hyrcos? Nonne & p Malachiam loquitur
Mala.j. Non eſt mihi voluntas in vobis: & munus nõ ſuſcipiam de manu veſtra? Q d dicens, nõ ſacrificia illi tempori data reſpuit: ſed prauã vitã
Eſa.j. ea offerentium arguit. Vnde & p Eſaiam ſubdit. Manus enim veſtræ ſanguine plenę ſũt. Mirum valde ſi pcipuus vt iã dictum eſt deitatis cultus: deo noſtro tempore non deferť. q omni ante noſtra tempora tempore: ſummo ſtudio, ſollicita deuotione frequẽtabať. Mirũ ſi Chriſtiani a ſacrificijs vni, & deo offerendis arceanť: cum Patriarchę, Prophetæ, Iudæi, Gentiles, Fideles: ab ipſo deo ipſi deo ſacrificare coganť. Mirum nunc primum de mundo diuina auferri ſacrificia. cum nunq̃ mundus in retroactis generationibus ſuis abſq; ſacrificiorũ ſacris fuerit. Nam nec in ꝓfundis ignorantię & nequitiæ ſuæ tenebris ita a deo perijt: vt nõ haberet aliquos, & ſi paucos: qui & p iuſtitiam deum colerẽt & p ſacrificia eũ ſe colere demõſtrarẽt. At nũc ſi nouã veſtrã doctrinã mũdus exaudiat: faciet qd nunq̃ fecerat, & more captiuati illi⁹ ppĩ. ſedebit abſq; lege, abſq; rege, abſq; ſacerdotio, abſq; Ephoth & Theraphin. Cunq; deo ſacrificare ceſſauerit: & ipſe dei eſſe ceſſabit. Erit his tẽporib⁹ gratiæ: qd nunq̃ fuit nec tempore iræ. vt Chriſtianis deo ſacrificare ceſſantibus, cultus qui ſemp in mundo fuerat: omnino de mundo peat. & qui deum ritu ſuo colens, deo eſſe ſubditus ꝓbať: cultũ eius abijciẽs, abſq; aliquo deo prorſus eſſe videať. Nam cum ſint his noſtris dieb⁹ quatuor i mũ Nota q
do pcipuæ diuerſitates ſectarum. hoc eſt Chri ſola ſecta
ſtianorum, Iudæorum, Sarracęnorum, & Pa Chriſtia
ganorum. ſi Chriſtiani non ſacrificant: iã nul norum ſa
lus in mundo ſacrificat. Iudæi enim more ſuo crificat.
bouinis oculis oĩa intuẽtes, & more aſinino legis dei onera ferentes, non fructum capientes: nuſq̃ ſacrificant. quia Hieroſolymis tñi dicunt eſſe locum: vbi p ſacrificia deum honorare & adorare oportet. Q uã quia deo eis cõtrario, p mille & cẽtum annos, inhabitare ꝓhibiti ſunt: ſacrificare deſierũt. Sarracęni ab omniũ ſeductorum ſublimiſſimo ſeductore ſeducti, & iter Iudaicam & Chriſtianam legẽ ſubmergendi fluctuantes: circunciſionem ſuſcipiunt, lauacris frequẽtibus vtunť, certis horis die, certis nocte, orationi maxime poſt cibum & potũ (vt ferť) incumbunt. luxui omnino frena relaxant. Cunq; his & innumeris ſupſtitionib⁹ tota pene Orientalis & Aphricana regio ab illo nequã Mahumet decepta, p quigẽtos & fere quinquaginta annos inſeruiat: & Chriſtũ deũ flatu vt aiunt diuino, natum de virgine: ſancte vixiſſe, vera docuiſſe, mira feciſſe fateať: de ſacrificijs apud eos nec pcepta aliqua habẽtur, nec aliqua licet parua ab eis p ſacrificio offerunť. Omnipotentem tamen deum rerum omnium conditorem ſe adorare dicunt. cui tamen (vt dixi) nullos ſacrificiorũ ritus exhibẽt. Pagani licet pauci & orbi terrarum incogniti: cũ in Aquilonis extremis finibus, atq; ſub gelido axe lateant. & loca (vt ferť) Męotidis paludibus vicina inhabitent. quoniam ignorant ipſos idolorum errores, & nomina ritus, ſacrificia, incognita habent: equos, aſinos, porcos, gallos. vel quodcunq; mane de lectulo ſurgenti occurrerit: toto illo die p deo adorant. ſicq; non ppetuos nec ſaltem annuos: ſed (vt ita dicam) deos diarios vſhorarios colunt. Et cum flendi homines ignominioſius alijs a diabolo his & multis modis nobis ignotis deludãť: ſacrificia tamen nec creatori nec creaturę exhibent. ſed qd innatus error docuit: abſq; omnium ſacrificiorum notitia cuſtodiunt. Cũ ergo nec apud Iudęos nec apud Sarracęnos, nec apud Paganos ſacrificia obſeruẽť: ſi nec Chriſtianis cõcedunť, ſignum illud ſingulare deitatis, quo ab initio (vt iam dixi) diuina ſeruit⁹ ab humana ſecerniť, perijt. cum in nulla gentium nulla pte orbis terrarũ inueniri iam poſſit. Sed forſitan minus deo obnoxia ſunt moderna tẽpora q̃ priora. vt honorem quem antiqua ſecula deo exhibuerunt: ſoluere iſti con

temnant. Et iuſte. Iuſte inquam iuſte. quę ma
iora acceperūt minora reddere debēt quę nu-
meroſiore ſumma debiti conſtringunt̃. mini-
Lucę. vij. mam quantitatē ſoluere compellunt̃. & cōtra
Ieſu Chriſti vocem quæ dicit. Cui min⁹ dimit
titur, minus diligit. & cōtra opinionē Simonis
Pharyſſæi dicētis. quia is donatorē debiti pl⁹
diligit cui plus donauit. vnde dictum eſt recte
iudicaſti. cōtra has dn̄i & Pharyſſæi ſententias:
minus deo debet Chriſtianus q̄ Iudęus, min⁹
tempus Apoſtolicum q̄ ꝓpheticum, min⁹ to-
tus orbis ſubſtrat⁹ voci Euangelicę: q̄ vnus po
pulus ſubiectus legi Moſaicæ. Et vbi eſt Salua
tor gentium illis ꝓmiſſus: nobis exhibit⁹. illis
oblatus: nobis natus. illis ablatus: nobis dat⁹?
vbi eſt ſanguis teſtamēti æterni, qui ab illis ad
nos defluxit: qui p illorum fiſtulā ad nos decu
currit: qui limoſā p quā currebat derelinquens
canalem: nos de limo factos & canali ſuppoſi-
tos/ab omni limo & ſorde purgauit? vbi eſt ſe-
Coloſ. j. cundum Apoſtolum, myſterium qd abſcon-
ditum fuit a ſeculis & generationibus: nūc aūt
manifeſtum eſt ſanctis eius: quibus voluit de⁹
notas facere diuitias gloriæ ſacramēti hui⁹ in
gentibus, quod ē Chriſtus ſpes gloriæ? vbi ē iu-
xta eundē, virtus ſacramēti dei tēporib⁹ æter-
Ephe. iij. nis taciti, vbi velū templi ſciſſum. & quæ diu
velata fuerāt reuelata? vbi regnum cœlorum.
Mat. iij. de quo rex cœlorum Pœnitētiam inquit agi-
te appropinquabit enī regnum cœlorum? Nū
quid hęc tam felicia tempora. & vt verbo poe
tico vtar aurea ſecula. quib⁹ pater mundi mi-
ſertus: quib⁹ filius ꝓ mundo oblatus: quib⁹ ſpi
ritus altiſſimi mūdo infuſus. quibus mors ex-
tincta: quibus vita reddita: quib⁹ iuſtitia repa-
rata: quib⁹ reſurrectio ꝑparata: minus aliquid
prioribus ſeculis deo debent? Non plane, non
toto mundo cōclamante, nō minus ei debēt.
cui nō ſolum ex conditione, ſed (qd carius eſt)
ex redemptione: & ſe & quæ iure poſſunt oia
debēt. Quod ſi oia: tūc & ſacrificia. Rōne igit̃ ne
ceſſaria cogēte, quæ auferre catholicis volebā-
tis neceſſario o hęretici ſacrificia reddetis. Red
detis ea ratione, reddetis ea qd apud noſtros
robuſtius eſt, auctoritate non ficta ſed veraci,
nō terrena ſed cœleſti, nō humana ſed diuia.
Irritatus Deus diuturnis malis Iudaici popu-
li quibus & in deum impii & in homines erāt
iniqui nec ferens vltra ꝓmiſſiones ſpūales ac
cœleſtes a terrenis & carnalibus conculcari: ele
git eis ſucceſſores. qui qd illi reſpuebāt ſuſcipe
rent: qui qd nolebant vellēt: qui vineæ fructū
redderēt tēporibus ſuis. Elegit ꝓ vno populo
omnes gētes, ꝓ particula Syriæ vniuerſum or-
bem terrarum, atq; p filium ſuum: huius ma-
gni cōſilii angelum: legem ſuam, cultum ſuū,
ſacrificia ei tradidit. & eo mediante mundum
a morte eripiēs: immortali vitæ reſtituit. Hæc
vt abſq; ſcrupulo aliquo vera eſſe crederent̃, &
ſuo tēpore ſuſciperent̃: p nūcios ſuos multipha
rie multiſq; modis ꝑdixit. Et quis vniuerſa enu
meret? Sed qd ad cultum de quo agit̃/ ptinet.
Audite Dauid in ſpū dei loquētē. Omnes (ait) Pſalm̄.
gentes quaſcunq; feciſti: venient & adorabunt lxxxv.
coram te domine. Et adorabunt eum omnes Pſal. lxxj.
reges: omnes gētes ſeruient ei. Et omnes gen- Pſal. xlvj.
tes plaudite manibus. & regnabit deus ſup gē- Pſal. eodē
tes. Et dicite in nationibus, quia dominus re- Pſal. xcv.
gnauit: & centum ſimilia. Sed hoc de adoran-
do deo. Itē de ſacrificādo. Afferte domino pa Pſalm̄.
triæ gentium. afferte domino gloriam & ho- xxviij.
norem. afferte domino gloriam nomini eius.
tollite hoſtias & introite i atria eius. Et Eſaias Eſa. lxvj.
Veniet om̄is caro vt adoret coram facie mea
dicit dn̄s. Et Malachias. Ab ortu Solis vſq; ad Mala. j.
occaſum: magnum eſt nomen meum in gēti-
bus & in omni loco offert̃ nomini meo obla-
tio munda: quia magnū nomē meū in gētib⁹.
dicit dominus exercituum. Et quid vltra vo-
bis o bruti homines reſtat quęrēdum? Nonne
videtis ſicut legē, ſic ſacra, ſic ſacrificia, ſic cul-
tum omnem diuinum/a Iudæis ad gētes trāſ
latum? Et ſi nō eodē ritu celebrant̃ apud nos
ſacra: ſunt tamē ſacra. ſi nō eodem ordine cō-
ſtāt ſacerdotia: ſunt tamen ſacerdotia. ſi nō de
eiſdē rebus fiunt ſacrificia: ſunt tamen ſacrifi-
cia. quia alio quidē modo ſed nō alii deo ſacri
ficia celebrant̃, ſacerdotia ordinant̃, ſacrificia
exhibētur. Ceſſate ergo ceſſate iam iſanire. qa
nulla auctoritas, nulla ratio patit̃: vt min⁹ deo
honoris deferāt Chriſtiana tempora q̄ Iudai-
ca. quoniā quæ plus munerū acceperunt: non
minus ſed magis obſequi debent eidē mu-
nerum largitori. Vnde. Vere dignum & iuſtū
eſt. vt qui ei hoc gratiæ tempore aliis, ſed non
inferioribus ritib⁹ famulant̃: eum hoc ſupmo
& diuino ſacrificiorum cultu deuotius venerē-
tur. Iam quia p dei gratiā cōſtat Chriſtiana ſa-
crificia nō tollēda iuxta talia eſſe debeant qua-
lia offerunt̃: nihilominus eſt videndum Sacri
ficiū Chriſtiani orbis nō multiplex eſt, ſed ſim
plex: nō plura, ſed vnū. quia ſicut in toto mun
do vnus tm̄ eſt populus Chriſtianus qui illud
offert: & vnus deus cui offert: & vna fides per
quam offert. ita & ipſum vnum eſt, qd offert.
Ceſſit pluralitas Iudaicarum hoſtiarum vnita
tati victimæ Chriſtianæ quæ quia nō poterat
pfectum facere ſeruientem multiplicitate ſua:

prouiſa eſt a deo hoſtia quæ offerentes mūda
ret,ſanctificaret, ꝑfectos faceret ſimplicitate
ſua. Bos,vitulus,aries,agnus,capra,hyrc⁹:car
nibus & cruore implent altaria Iudæorū.ſolus
agnus dei qui tollit peccata mundi altari ſup
Sacrificiū Chriſtianoꝝ vnicū qđ eſt Chriſt⁹. ponit᷑ Chriſtianorum. ¶ Audite non me,ſed
Apoſtolum dei. Paſcha inquit noſtrū: immo
latus eſt Chriſtus. Hoc eſt, Paſcha Iudæoꝝ eſt
īmolatus agnus. Paſcha vero nr̄m,hoc ē Chri
ſtianorum:eſt immolatus Chriſtus. Hoc ergo
vnicum Chriſtianorum ſacrificium:Chriſt⁹ ē.
Hoc ſacrificium,Chriſtiano tempori ſeruaba
tur. Hoc inquam ſeruabat᷑ tempori gratiæ:qđ
congruum non fuerat dari in tempore iracun
diæ. Habuit Bouem Iudæus.habet Chriſtum
Chriſtianus. cuius ſacrificium tanto Iudaicis
victimis excellentius eſt:quāto Chriſtus boue
maior eſt. Congrua tunc fuit ſeruilis hoſtia ſer
uis:ſeruata eſt noſtris diebus liberatrix victi
ma iam filijs & amicis.quibus in Euāgelio di
Ioan.xiij. citur. Filioli:adhuc modicum vobiſcum ſum.
Ioan.xv. Et iā nō dicam vos ſeruos,ſed amicos. Reſp
Sacrificiū nr̄m vnicū ſacrificijs ātiqs ſignabat᷑ ſus eſt textus diuinæ legis innumeris teſtimo
nijs.qđ multiplicitas antiquarum hoſtiarum,
hanc vnam Euangelij hoſtiam deſignabat.
Et quia impoſſibile erat ſāguine agnorum &
hyrcoꝝ auferri peccata.ipſa lex quę multa illa
Heb.x. mandauerat:omnes ad hanc vnam victimā
transmittebat. De hac Dauid. Eleuatio ma
Pſal.cxl. nuum mearum ſacrificium veſpertinum. Et
Eſaias. Oblatus eſt:quia ipſe voluit. Et Petr⁹.
Eſa.liij. Non auro vel argento redempti eſtis.ſed pre
j.Pe.j. cioſo ſanguine quaſi agni incōtaminati & im
maculati Ieſu Chriſti. Et Paulus. Hoc fecit ſe
Heb.vij. melſe offerendo dominus Ieſus Chriſt⁹. Sed
ſcio nomine oblationis,ſacrificij,victimæ, ho
locauſti & ſimilium: paſſionem ac mortē dn̄i
deſignari .nec vos hoc vnq̄ negaſſe audiui. Et
ideo his nominibus mors eius ſignatur.quia
ſicut morte animalium oblatorū peccata pur
gari dicebant᷑:ſic morte ipſius totius mundi
peccata tollunt᷑. Et quia dicit Apoſtol⁹.ſemet
Heb.ix. ipſum obtulit immaculatum deo. dicit᷑ ip̄e of
ferre ſeipſum. quoniam non coactus,ſed ſpō
te tradidit in mortem animam ſuam. Deo ve
ro ſeipſum hoc modo obtulit.quia mors ętter
na hominis:non niſi temporali morte dei, &
hominis/diſſolui poterat. Benignus eīn Deus
Pſalm̄. xxiiij. cuius vniuerſæ viæ/miſericordia & veritas:ſic
exiſtens iuſtus vt non deſinat eſſe miſericors:
ſic miſericors vt iuſtus ſemꝑ ꝑmaneat: in re
bus quas creauit.nec etiam mala quæ nō crea
uit,inordinata eſſe ꝑmiſit. Vnde peccatū ho
minis,qđ velut aliunde in regnum eius ſe nō
iuſte immiſerat,iuſte ordinans:peccatorē dā Mala de⁹
nauit.ac ſempiternę felicitatis ꝓfugū,miſerię ordinat ꝑ
ac morti æternę cōtradidit. In tantū quippe pœnam.
reus factus fuerat,vt omnino culpa eius in re
gno ei⁹ ordinatiſſimo inordinata remaneret:
ſi minore q̄ æterno ſupplicio dei iuſtitia pecca
torem puniret. Nec iā iuſtitia dici poſſet:quæ
meritis condigna non redderet. Ea de cauſa
ꝓpago humani generis in radice corrupta, ſi
cut vicium,ſic & eius damnationē ab origine
traxit:& tota ſimul ꝑ longa ſecula lege iuſtitiæ
morti æternæ ſubiacuit. Miſertus tandē deus
eſſentiali bonitate ſua perdito homini & eum
ſaluare volens,ſed niſi iuſte nec volēs nec va
lens:dum in æterno conſilio ſuo quęreret qua
liter miſero ſalua iuſtitia/miſereri valeret: hoc
potiſſimum occurrit.quo & iuſtitia ſeruaretur,
& homo liberaret᷑:& grā augeret᷑,& Deus glo
rificaret᷑. Miſit itaq; deum filium ad filios ho
minum,vt humanam naturam induens, &
humanis vicijs medēs:in carne aſſumpta/nō
peccatum ſed pœnam peccati/ mortem ſcili
cet corporalem ſuſciperet.& ita ſimplici ſua,il
lius duplam: horaria ſua,illius ſempiternam
excluderet. In qua diſpēſatione:miſericordia
miſereret᷑.iuſtitię nil detraheret᷑: dum ꝓ ęter
no ſupplicio hominis, temporale ſupplicium
dei & hominis.ꝓ ęterna morte hominis:tem
poralis mors dei & hominis ei offerret᷑. Quæ Mors Chriſti quātum fuerit ſatiſfactoria.
tanti pondens in ipſa ipſius iuſtitiæ lance eſſe
cognoſcit᷑:vt ad iuſte ordinanda mundi pec
cata,longe magis ꝑpōderet mors tranſitoria
filij dei,q̄ æterna filiorum hominum. Pl⁹ pla
ne redditum eſt iuſtitiæ quando Chriſt⁹ mor
tuus eſt:q̄ ſit recompenſatum,quando homo
damnatus eſt. Habet ergo iuſtitia quicquid
ſuum eſt.quia dei filius ꝑ peccatis hominum
mortuus eſt. Ita iuſtitia quæ diu ſaluti huma
næ obſtiterat:tandem miſericordiæ ceſſit. &
quæ ꝑ aliquot millia annorum diuerſo itinere
inceſſerant:miſericordia & veritas in via/ quæ Pſal.
Chriſtus eſt obuiauerunt ſibi.& quæ velut ſibi lxxxiiij.
aduerſæ fuerant homine cōdemnato:eo iam
ſaluato/iuſtitia & pax ſe oſculatæ ſunt. Sic iu Ioan.j.
xta Ioannē Baptiſtam/agnus dei tulit pecca
ta mundi.ſic iuxta Petrum Apoſtolum/pecca j.Pe.ij.
ta noſtra ipſe ꝑtulit in corpore ſuo ſup lignum.
vt peccatis mortui/iuſtitiæ viuamus. cuius iu
xta ꝓpheta Eſaiam,liuore ſanati ſumus. Hoc Eſa.liij.
eſt noſtrum ſacrificium:hoc legis Euangelicę:
hoc noui teſtamenti:hoc noui populi holocau
ſtum.quod tunc ſemel in cruce a dei & homi
nis filio,deo oblatum eſt.& qđ ſemper i altari
ab ipſi⁹ populo offerendum:ab eodem prece

ptum & inſtitutum eſt. Non enim aliud tunc
oblatum eſt, aliud nunc offerť. ſed qđ dictum
eſt, ſemel Chriſtus obtulit: hoc ſemꝑ Eccleſiæ
ſuæ offerendum reliquit. Et quia iam expedi
tior via ſe ꝓbuit: ꝑ quã liberior ſermo ad oſten
dendum & confutandum ſtultiſſimum erro-
rem decurrat. Audite nõ me ſed dominum,
non Chriſtianũ ſed Chriſtum, nõ hominem
tm̃ ſed deum. Audite eum: quem qui non au-
dierit, exterminabiť de populo ſuo. Dic domi
ne Ieſu, Deꝰ noſter, Saluator noſter, ſacerdos
noſter, hoſtia noſtra. Dic, reſpõde aduerſarijs
teſtamenti tui: qui volunt reſcindere quod ſta
tuiſti: eradicare qđ plantaſti: deſtruere qđ con
ſtituiſti. Dic, forſitan adquieſcent tibi q Eccle-
ſię tuę reſiſtunt. verebũť faciem tuam: q tuis
Ioan. x. irreuerenter obuiant. & ſi oues tuæ ſunt: vocẽ
tuam audiẽt. Ignoſce & mihi ꝓſumptuoſe in-
terrogãti ſed tamen ꝓ Eccleſia tua, columba
tua, ſponſa tua: quam iſti violare conanť, ze-
lanti. Plane iſti redemptorem te negant: q p̃-
cium redemptionis humanæ qđ nobis & pro
nobis dediſti (corpꝰ dico tuum) redemptis au-
ferre contendunt. Volunt rurſum vincire, a te
olim ſolutum nodum captiuitatis: dum largi-
torem reſpuũt libertatis. Dic ergo domine te-
ſtator noui & æterni teſtamenti. vtrum teſta-
mentum hoc vnius diei, ſicut iſti dicunt, eſſe
volueris: an potius æternum eſſe decreueris.
Audiant iſti non me ſed te: vt conuertantur
non ad me ſed ad te. Quid ergo? In cœna vl-
Probatio tima quã cum diſcipulis tuis vetus Paſcha, no
ex ſacra uo commutãs celebraſti: accepiſti panem, gra-
ſcriptura tias egiſti, fregiſti, dediſti diſcipulis tuis. Sed
eẽ i eccl'ia quid dixiſti? Accipite: hoc eſt corpus meũ: qđ
corpus & ꝓ vobis tradeť. Et quid addidiſti? Hoc facite
ſanguinẽ in meam cõmemorationem. Similiter & cali-
Chriſti. cem poſtq̃ cœnaſti, dicẽs. Hic ẽ ſanguis meus
noui teſtamenti: qui ꝓ vobis & ꝓ multis effun
deť in remiſſionem peccatoꝝ. Audiſtis? Noli-
te fieri ſimulacra quæ oculos habent & nõ vi-
Pſal. cxiij dent: aures habẽt & nõ audiunt. Auditis hoc
& cxxxiiij nõ a quolibet doctore, ſed ab illo de quo pater
Mat. xvij clamãs ꝑcipit. ipſũ audite. Auditis eũ dãtẽ cor
Marci. ix. pus. Sed quod corpus? Sunt enim corpora cœ-
& Lu. ix. leſtia & corpora terreſtria. & quicqd viſui, au-
ditui, olfactui, guſtui, tactui, hic ſubiacet: cor-
pus ẽ. Vñ ne quis putaret animalis cuiuſlibet,
aut hominis cuiuſlibet hoc eſſe corpus: ad ex-
cludendum omne aliud ſenſibile, vel inſenſi-
bile corpꝰ: poſtq̃ dixit: accipite, hoc eſt corpus
adiũxit: meũ. Suum ergo non alterius corpus
Als ✠ ſub diſcipulis dedit. Rurſus ne forte alicui cogita-
riperet. tio occulta ✠ ſubreperet: potuiſſe creare in mani
bus ſuis corpꝰ quod ſuum quidem eẽt, ſed ta-
men quod ipſe erat non eſſet: addidit: qđ pro
vobis tradeť. Ac ſi diceret. Nolite dubitare, no
lite hoc vel illud vobis fingere, nolite aliud &
aliud cogitare: quia hoc eſt corpus non alterũ,
aut alterius, ſed meum. nõ ꝑmutatum, vel no
uiter creatum: ſed qđ ꝓ vobis tradeť: ꝓ vobis
crucifigetur: ꝓ vobis morieť. Sic & de calice.
Hic eſt ait ſanguis. Non bouis aut arietis, nõ
agni aut cuiuſlibet hominis: ſed meus. nõ aliꝰ
vel noua creatione ꝓductus. ſed qui ꝓ vobis
fundeť. flagellis ꝓuocatus: clauis extortus: lan
cea excuſſus. Quid ad demonſtrandam veri-
tatẽ corporis & ſanguinis domini, dici potuit,
clarius, lucidius, manifeſtius? Nonne & longe
ante paſſionem commẽdans magnificum &
ſalutare ſacramentum: diſcipulis & Iudæis ſę- Ioan. vj.
pe dicebat. Niſi manducaueritis carnem filij
hominis & biberitis eius ſanguinẽ non habebi
tis vitam in vobis. & panis quẽ ego dabo caro
mea eſt. & caro mea vere eſt cibus. & ſanguis
meus vere eſt potus? Hoc quare? vt ſi nomine
corporis circa diuerſa corpora cogitãdo vaga-
ris: audito carnis nomine, ab innumera corpo
rũ multiplicitate reuoceris. Rurſus audito no-
mine filij hominis, non alterius alicuius carnẽ
exiſtimes: niſi illius: qui cum eſſet dei filꝰ, ſin
gulari gratia, ſolitaria operatione: factus eſt ho
minis filius. Vnde quia tenaciſſime recolẽdũ,
quia vnice amplectẽdum eſt, tantũ tantæ mi-
ſericordiæ opꝰ: tacito ſæpe nomine filij dei qđ
ꝑ ſe eſt, nomẽ filij hominis frequẽtat, qđ ꝓ no-
bis eſt. Idcirco vocat carnẽ: ne quodlibet corpꝰ
putetur. idcirco filij hominis: ne alterius q̃ ſua
eſtimeť. Sed forte impoſſibile putať: vt vel pa
nis in carnem, vel vinum cõmuteť in ſangui-
nem. Fortaſſis & hoc cogitať, illius vniꝰ corpo
ris Chriſti finitam ſatiſq; modicam quantita
tem: morſibus totius mundi ꝑ tãta ſecula nõ
poſſe ſufficere. Hoc enim eſt, quod quondam Berẽgarij
Berẽgarium dixiſſe audiui. Nam forte Ande obiectio
gauis conſtitutus: & de hoc corporis Chriſti ſa- & blaſphe
cramento cum quibuſdã agens. ſi inquit, cor- mię.
pus Chriſti tantæ fuiſſet magnitudinis quan-
tę turris hæc quæ in conſpectu noſtro immẽſa
mole attolliť: a tot totius orbis populis com-
eſtum, ante multa iam annorum ſpatia defe-
ciſſet. Quantum ꝑuerſus: tantum ꝑuerſa locu
tus. Sed quid reſpondẽdum eſt eis qui nihil vo Reſpõſio
lunt deũ poſſe niſi quod poſſũt, nihil ſcire niſi nõ eẽ me-
quod ſciunt, nil agere niſi quod agunt? Quid tiendam
reſpondebiť eis qui æternæ ſapientiæ altitu potẽtiam
dinem, qui diuinæ virtutis omnipotentiam dei ſcđm
ſic coartare nituntur: vt ſi eis aſſenſus ꝓbeať, noſtram.

ſapientia dei & omnipotentia pereunte, De⁹
iam Deus eſſe non poſſit? Quid dicet ſurdis.
& audire nolentibus Prophetam clamãtem.
Eſa.xl. Quis cognouit ſenſum domini, aut quis conſi
liarius eius fuit? & in alio loco. Quæ eſt via ſa-
pientiæ, aut quis locus intelligentiæ? abſcondi
ta eſt ab oculis omnium viuentium. Et alius.
Baruch. iij. Quis tranſfretauit mare & adduxit eã, & attu
lit ſup aurum electum? Nonne a mari vſq; ad
mare, & ab ortu Solis vſq; ad occaſũ, totus mũ
Pſalm̃. cxxxiiij. dus inſonat. Omnia quæcunq; voluit domi-
nus fecit in cœlo & in terra, in mari, & in om̃i-
bus abyſſis? Et quis vniuerſa enumeret? Sed
aſpice teipſum quicunq; ſupnis miraculis non
credis o homo. attende prius ſapiẽtiam & vir-
tutem tuam: & demũ incipe pẽſare diuinam.
Certe gradus faciens in creaturis ſuis Deus, &
alias alijs pferens, alias alijs ſubdẽs: omnem
tibi corporeã creaturam ſubdidit. & ratiõe qd̃
nulli corporeæ ſubſtantiæ pſtiterat inſigniuit.
Vnde virtute plurimas: ſapiẽtia vniuerſas ex-
ſuperas. Quantis enim repentibus, volucrib⁹,
quadrupedibus, potẽtia ſuperior ſis: agnoſcis.
Q; terrenis omnibus ſcientia antecellas: non
dubitas. Prelatus es ergo mundo: ſed platus ẽ
tibi conditor mundi. Prelatus eſt tibi ſapiẽtia:
Sap.ix. platus eſt tibi potentia. Sapiẽtia: quia tua ma-
ximis anguſtijs coartat: illi⁹ vero attingit a fi-
ne vſq; ad finem fortiter, & diſponit oĩa ſuaui
ter. Potentia: quia tua quotidie & multiformi-
ter ſuccumbit: illius vt dictum eſt quæcũq; vo-
luit fecit. Eſto ergo deo tuo: qd̃ eſt iumentum
Nota cõtra curioſos ſcrutatores. tuum tibi. Nõ nitit illud pſcrutari ſecreta tua:
non coneris temerare arcana dei tui. Neſcit
illud quomodo diſponas iter, qualiter ordines
bellum, quos primos, quos medios quos vlti-
mos in certamine conſtituas: quo cõſilio poſt
multum ſanguinem paci adquieſcas. quomo-
do rei familiari, domui, coniugi, natis, familię
ne egeant, puideas. Et vt maiora (quia ſic res
poſtulat) aggrediar. ignorat quo tempore ſemi
naſeri, quo ſata & aucta meti debeant. quo vi
tes plantari, quo putari & purgari oporteat.
quid ver, ęſtas, autũnus, & hyems inuicem cõ
mune: quid proprium habeant. Non aduertit
qualiter mẽtis viuacitate non tm̃ terrena, ſed
& cœleſtia comphendas. Lunæ, Solis, Mercu-
rij, Veneris, Martis, Iouis, Saturni. quæ ſunt
antiquæ ſupſtitionis vocabula: aliorũq; ſiderũ
curſus, loca, tempora, diſtinguas. annorũ, mẽ-
ſium, dierum, horarum, particularum, pũcto-
rum quantitates & ſpatia diiudices. qualiter
calore, frigore, humore, ſiccitate: vel dilatent,
vel contrahant, vel humectent, vel deſiccent

res humanas: ratiõis ſubtilitate diſcernas. Nõ
diſputat de cogitationibus tuis, non de ver-
bis tuis: non de opibus tuis. Iudicat non intel-
lectu, ſed natura aliquid tibi cõceſſum eſſe: qd̃
ipſi penetrare non liceat. Et idcirco q̃uis nihil
hor intelligat: non murmurat, nõ recalcitrat,
nõ ſibi vniuerſa pandi ratione expoſtulat. ſed
tibi dño obediens imperanti: abſq; queſtione
his quæ iubent obtemperat. Docet vt de vi-
lioribus animalibus loquar, aſinus tuus: quid
te velit facere dominus Deus tuus. cuius ſi ſe-
creta penetrare volueris: eius iumentum eſſe
non poteris. de quo Pſalmus. Vt iumẽtum fa Pſal.lxxij
ctus ſum apud te. Serua ergo deo tuo qd̃ tibi Eccli.iij.
vis ſeruari ab aſino tuo. neq; altiora te quæſie-
ris, vel fortiora te pſcrutatus fueris: ſed ea cogi
ta ſemp quæ Deus pcipit. & in multis operib⁹
eius ne fueris curioſus. Et ſicut item Salomon Prouerb.
ait. Comede mel quod ſufficit: ne forte ſatiat⁹ xxv.
euomas illud. quia ſecũdum eundẽ. Qui ſcru
tator ẽ maieſtatis: opprimet a gloria. Itemq;.
Auerte oculos tuos a me: quia ipſi me auolare Canti.v.
fecerunt. Et iuxta Dauid. Accedet homo ad Pſal.lxiij.
cor altum: & exaltabit Deus. Hæc omnia ma
ieſtati dei ſupbiam tuam, ſapientiæ dei ſtulti-
tiam tuam, virtuti dei infirmitatem tuam vt
dignum eſt ſubijciunt. neq; aliquid cõtra ipſũ
ſtultum loqui, vel nõ audendum audere pmit
tunt. Sed licet auctoritatibus & ratione obſtru
ctum iam debeat eſſe os loquentium iniqua,
ne inſipientiam vel imbecillitatem creaturæ
creatoris ſapientiæ, vel virtuti audeãt compa-
rare: ſubijciant tamen exempla. quib⁹ ſi oĩno
beſtiæ aut impij non ſunt eorum nõ ſolũ auri
bus, ſed & oculis ſatiſfiat. Vide igit quiſquis in
ſacramento Eccleſiæ panem in Chriſti carnẽ,
vinum in eius mutari ſanguinem, aut nõ cre-
dis, aut dubitas: quia vel de voluntate ei⁹, vel
de potentia, vel de vtroq; diffidis. Nulla enim
res alia te vel ad non credendum, vel dubitã-
dum impellit. Aut enim voluit & non potuit,
aut potuit & non voluit. aut neq; voluit neq;
potuit. Sed quod voluerit: ſi Euãgelio credis,
dubitare non potes. Nam in ſui memoriã hoc Ratione
fieri non pciperet: ſi hoc fieri noluiſſet. Q; ve- ſũpta ex
ro potuerit: ſi pphetæ credis, certum tenebis. volũtate
Nam ſi omnia quæcunq; voluit fecit: vtiq; & & oĩpotẽ
hoc, quia voluit fecit. Voluit ergo & potuit. vt tia dei p-
panis in carnem ſuam: & vinum conuertat bat ſacra-
in ſanguinem ſuum. Et quia voluit & potuit: menti eu-
idcirco & fecit. Si enim Deus omnipotens eſt, chariſtiæ
& Chriſtus Deus eſt: ſequit, quia ad conuertẽ- veritas.
dum panem in corpus ſuum, & vinum in ſan
guinem ſuum: omnimode ſicut & ad vniuer

ſa potens eſt. Et q̄uis omnipotentia dei, cūcta hoſtilia munimenta diſſoluat: ſequanẽ tamẽ (vt dictum eſt exempla. quibus etiam brutæ pecudes adquieſcere coganẽ. Quid inquā dicis, qui veritati tam lucidæ contradicis? Non credo ait ille, dubito dicit iſte: q̄ panis altaris in carnem, vinum conuertatur in Chriſti ſanguinem. quia alterius generis ſubſtantiam in alterius ſubſtantiæ genus conuerti, mihi nouū atq; inſolitum eſt. Nouum. quia nūq̄ factum eſt. inſolitum, quia nunq̄ viſum eſt. Si recolere inquam volueris p̄cedentia tempora: q̄d dixiſti nouum. vetus eſſe reperies. quod dixiſti inſolitum, vſitatum eẽ cognoſces. Relege vt ait Ambroſius, Virgam Moyſi mutatā in ſerpẽtem: recole aquas Aegyptiacas mutatas i ſanguinem. & ſi agnoueris diuerſas ſubſtātias virgæ & ſerpentis, aquarum & ſanguinis: ab opinione male concepta reſipiſce. Nec poteris dicere magica illa fuiſſe figmenta: quia nec deꝰ erat, vt magiſter magicarum artiū Satanas, nec Moyſes vt Iānes & Mambres. licet eñ illi dracones fecerint, aquas mutauerint, muſcas maiores p̄duxerint: ad minores tñ muſcas, hoc eſt cyniphes, deficientes: dixerunt. Digitꝰ dei eſt hic. Non enim quæ faciebāt, vera erāt, ſed phantaſtica. quia nō res veras, ſed earum imagines humanis oculis potētia magica ingerentes: hominibus imperitis & infidelibus illudebant. Quæ vero p̄ Moyſen a deo fiebāt: non falſa erant ſed vera, non imaginaria ſed realia: quoniā & ab auctore veritatis veracia, & a patre mẽdacij mẽdacia ſigna fieri oportebat. Idcirco & falſus anguis & falſus ſanguis magorum fuit: & verus ſerpens & verus cruor a Moyſe de virga & flumine mutatus extitit. Recole & Saluatoris illud primum & ſingulare totiq; mūdo notiſſimum miraculum: quo aquas in vinum non phantaſticum, ſed verū & bonum mutauit. teſte Architriclino, qui dixit ſponſo. Seruaſti vinum bonum vſq; adhuc. Huius generis miraculis, veteris ac noui teſtamenti initia, omnipotentis prouidentia ideo inſigniuit: vt contra vtriuſq; legis maieſtatẽ ſe agere cognoſceret: quiſquis res in res, hoc eſt ſubſtantias in ſubſtantias: virtute diuina poſſe mutari negaret. Poſt Moyſi & Chriſti tam ſolennia & nota miracula: perhibeat mundus ipſe teſtimonium veritati. & ad hoc oſtẽdendum niues & grandines, nubes & elementa p̄ducat. Arguat incredulos. & iam eos non auribus credere, ſed oculis cernere dubitata cōpellat. Oſtendat alia atq; alia ex alijs atq; alijs multimode & multiformiter aſſidue creari: immo ex creatis in alias, & alias creaturas mutari. Doceat aeriam puritatem quotidie in nubium craſſitudinem dẽſari. nubes ipſas pene aſſidue defluere in imbres, molleſcere in niues, durari in grandines, flammari in ignes & in his omnibꝰ diuerſas ex ſubſtantijs ſubſtantias, varias ex ſpeciebus ſpecies: non tñ videntibus ad cernendū, ſed etiam cęcis ad palpandum creari. Deſcẽdat hinc de cœlis ad terram curioſus oculꝰ & miracula quotidiana quæ non miraẽ, obſtupeſcat. Videat q̄ ſit ſtulta incredulitas, q̄ cęca dubitatio: vel non credere, vel dubitare panem i Chriſti carnem, vinū mutari in eiꝰ ſanguinem, virtute diuina: cum p̄ eādẽ multa ſępe commutenẽ in aliud, in rerum natura. Nonne coralius lapis de igne fit lapis: cū diuerſa ſit ſubſtantia ignis & lapidis? Nonne reguli puluere, æs in aurum mutaẽ. q̄ duo licet in metalli nomine conueniant: in natura tamẽ valde diſparia ſunt? Nōne phœnix quingẽtorū annorum vt dicieẽ, auis inter aromata ſuccẽſa moriẽs: de ſolo puluere reuiuiſcit cum alia pulueris, alia iam ſit ſubſtantia auis? Et ne forte iſta inuſitata vel incognita ſibi eẽ cauſeẽ: attendat vſitatiſſima & quotidiana. & ſic, etiam ſi negligẽter attẽdent, dubitare ceſſabit. Et vt melius ſuis manibꝰ q̄ alienis opibꝰ adquieſcat, de fœno vel filice notiſſima arte diuerſiſſimæ naturæ vitrum cōficiat: ſicq; (vt ſic dicam non diuina, ſed ſua miracula admireẽ. Cernat liquidiſſimum & fluidum aquę elementum, brumali apud nos: omni autẽ tp̄e apud Noricos & Schytas, in glaciale teſtam tenaciſſime congelari. in alpibus etiam & multis terrarum partibus vſq; adeo obdurari: vt de aqua lapis fiat, & cryſtallus dicaẽ: quę ẽ glacies multos durata p annos. Conſideret de eodem cryſtallo vł vaſe vitreo, & p̄ſpicuo aqua repleto. cum ſolis radio opponiẽ: contra cōplexiones elemẽtorum, ignẽ exire. cum cryſtallus frigidꝰ & ſiccus: aqua quod plus eſt frigida & humida: ignis calidus & ſiccꝰ eẽ p̄beẽ. Intueatur ipſum ſimul orbẽ terrarū. qualiter de hoc informi & infimo terræ elemẽto tam diuerſa in ſubſtantijs, varia in qualitatibus, in coloribus multiformia, in virtutibꝰ multiplicia: iuſſu cōditoris aſſidue p̄creenẽ. quæ ſi p̄ ſingula conſiderenẽ: victus rerum infinitate ante cōſiderator q̄ conſideranda deficiẽt. Sed quid ad cōprobandam veritatem de pane mutatæ carnis, & de vino mutati ſāguinis Chriſti, exemplis immoror: cum quotidie ipſum de quo agitur, panem in humanam carnem cōuerti, vinum in humanū ſanguinẽ mutari videā itaq; mine.

Exẽplis prio ſcripturæ veteris p̄batur poſſibilitas trāſſubſtātiationis panis in corpꝰ Chriſti

Exo. viij.

Scd̄o exẽplo & miraculo Chriſti. Ioan. ij.

Tertio exemplo mutationū medij interſtitij aens.

Quarto exemplo terrenorū multiplici

Sexto per exẽplum quotidianum in homine.

hoc manifeſtum ſit, vt ad hoc aſſerēdum nō fidem conſulere: ſed oculos aperire neceſſe ſit? Teſtis eſt mundus: teſtis eſt omnis homo. maxime cum ſine hac mutatiōe panis in carnem, & vini in ſanguinem: nec vnus poſſit ſubſiſtere homo. Sunt quidem multi qui abſq; pane, ſunt item plures qui abſq; vino vitam mortalem tranſigunt: ſed longe pauciores illis, qui ſemper pane, interdū vero & vino vtūtur. Idcirco ꝓpter maiorem partem totum ſignificare volui: cum dixi abſq; mutatione panis in carnem, & vini in ſanguinem: nec vnū poſſe ſubſiſtere hominem. Re enim vera maior pars humani generis pane principaliter viuit: vino ſolennius vtitur. quod & omnes homines facerent, niſi quibuſdam in regionibus frigidis vites: in frigidiorib⁹ fruges, terrarum ſterilitas ademiſſet. Hoc tamen certum ē, omnes homines niſi infra annos ſint: aut valitudine teneantur: aut vti, aut poſſe vti pane & vino. Sed qui infra annos ſunt, aut contraria valitudine detinentur, non poſſunt quidem per imbecillitatem: ſed poſſunt tamen per naturam. Hoc igitur aut illo modo: pane & vino vtitur omnis homo. Vnde in omni homine natura operatur: quod de ſolo Chriſto homine, aut ſcrupuloſi dubitāt, aut infideles non credunt. In omni plane homine per digeſtionem congruam natura operatur: qđ de Chriſto ſolo homine per conſecrationem diuinam fieri dubitatur. Operatur ſane natura per digeſtionem in corpore humano: vt panis in carnem, vinum cōuertatur in ſanguinem. dum ſicut ſciunt hi qui vel leuiter rerum humanarum ſcientiam attigerunt, defęcatiorem ac puriorem ſuſcepti cibi, vel pot⁹ partem a fęculenta ſegregans: ſingulis corporis membris ad nutriendam, confouendam, adaugendam, carnis & ſanguinis ſubſtantiā, impertit: ignobiliorem, nec corpori neceſſariā partem, per egeſtionem ordinatam reſpuit. Fit igitur hoc modo omnib⁹ notiſſimo de pane caro, de vino ſanguis. & hoc non in vno homine: ſed in om̄i homine nec in vno tempore: ſed in omni tp̄e. Quare ergo nō credit̃, q̄re dubitat̃: deum hoc poſſe p̄ virtutē, qđ poteſt natura p̄ digeſtionē? An potuit illud de⁹ dare humanæ origini: & non potuit reſtaurationi? An potuit illud cōſtituere creās hominem: & non potuit hoc facere redimens hominem? An debuit illud fieri cū homo a deo plaſmat⁹ eſt: & non debuit cū hō a deo ſuſceptus eſt. Ceſſet ergo infidelitas, ſanet̃ dubietas. quia om̄ipotēs verbū dei p̄ qđ oīa facta ſunt: ſicut quotidie facit, vt per comeſtionē & digeſtionem humanam, panis in carnem, & vinum vertatur in ſanguinem multorum filiorum hominum: ſic quotidie facit, vt per conſecrationem & virtutem diuinam: panis & vinum cōmutetur in carnem & ſanguinem ſuum. hoc eſt, vnius filij dei & hominis, nō multorum filiorum hominum. Qui eñ dixit & facta ſunt, mandauit & creata ſunt: qua potētia facit hoc vniuerſaliter in alijs, eadē potētia facit hoc ſingulariter in ſeipſo vt mutatio ſubſtātiarum, q̄ hominib⁹ ſolebat conferre mortalem vitam: nunc eiſdē hominibus, ſed fidelibus conferat ſempiternam. Sed quid miran̄t homines deū facere aliquid de aliquo: cum in principio creauerit cuncta de nihilo? Nā longe maius eſt vt dicunt ſancti patres Eccleſię non ſubſiſtentia creare, q̄ ex ſubſiſtētibus alia & alia formare.

Obijcitur bñ ꝓbatā eſſe mutationē ſubſtantiarū in ſubſtātias. ſed qñ ſimul mutātur ſpēs. in ſacramēto autē non mutātur ſpecies.

¶ Sed forte aliquis econtra. Nō poteſt quidē negari res in res multis modis cōuerti. ſed in his quando ſubſtantiæ in ſubſtantias mutantur: ſpecies quoq; pariter conuertuntur. In hoc autem ſacramento, etiam ſi ſubſtantia mutetur: forma tamen non mutat̃. Et poſſem quidem dicere faſtidioſiſſime iſta requiri cum totam omnipotentiā ſibi vendicare velit impotentiſſimus homo, & totam ſapientiam inſipientiſſimus homo: maxime cum certa ratio ſit, & pene om̄ibus manifeſta. cur mutata ſubſtantia, non mutetur pariter & forma. Sed qa neceſſe eſt, talia cuncta pati, vt hominib⁹ tertij cœli arcana rimantib⁹ ſatis fiat: dentur & inde exempla. vt ſicut oſtenſum eſt mutari in rerum natura ſpecies cum ſubſtantia: ſic etiā oſtendat̃ mutari aliquando ſubſtātias nō mutata priſtina forma. Et ne ſit neceſſe ad inquirenda peregrina exempla qualeſcunq; vires animi fatigare: de quibuſdam ſupra ſcriptę, & ad præcedentia probanda prolatis exempla trahantur. Ex quibus inuiſibilium fides rerū viſibilium exemplis: vera eſſe, vt credit̃, ipſis corporis ſenſibus demonſtretur. Conſule ergo ipſos carnales oculos tuos quicunq; carnem Chriſti ſub ſacramento panis, quicunq; ſanguinem Chriſti ſub ſacramento vini latētem miraris: & non mutata panis ac vini ſpecie ipſarum rerum mutatam in aliud naturam ſtupeſcis. conſule inquam oculos tuos & licet indignum ſit, eorum iudicio iuxta ipſa viſibilia veritati inuiſibilium adquieſce. Aſpice aquam in glaciem cōmutatam, glaciē in cryſtallū alteratā: & cernes in his apte ſubſtātias ꝑmutari, formas ſubſtantiarū ſeu ſpēs reſeruari. An nō vides glaciē ex aq̄ frigore obduratā,

Hic ſatiſfit obiectioni per exempla.

glatiem ipſam in cryſtallinum lapidem eo-
dem diutius continuato rigore permutatam:
ſubſtantia in aliud q̄ fuerat trāſlata, formam
priſtinam conſeruare? An non cernis p̄ter gla
tialem duritiam, p̄ter lapideam firmitatem:
quantum ad ſpeciem vel pſpicuitatem iā di-
cti elementi ptinet: nihil vtiq; ſubſtātiæ detra
ctum? Nō vides hic in teſtam vel lapidem cō-
mutatam priorē ſubſtantiam: illic formæ vel
ſpeciei prioris claritudinem conſeruatam? Q̄
ſi curioſius quod dico, cognoſcere libuerit: ad-
moue manus, acue oculos, & ſimul coram po-
ſitis aqua, glatie, vel cryſtallo. quæ tamē non
de limoſa vel lutea: ſed de lucida & defęcata
aquarum ſtilla cōcreta fuerint. cum ęque per-
ſpicua cuncta perſpexeris: agnoſces tactu, mu
tatam eſſe ſubſtantiam: agnoſces viſu, reſer-
uatam eſſe priſtinam formam. Q̄ ſi hæc
tria ſeorſum poſita, ad probanda quæ dico
non tibi integre ſatiſfecerint: iam ea ſeorſum
noli ponere. ſed ipſam glatiem vel cryſtallum,
fluidæ aquarum puritati, vel integra, vel fra-
cta commiſce. & cum eandem claritatem lu-
cido lapidi quā fluido elemento ineſſe pſpe-
xeris: ſubſtantiam mutatam intellige, origina
lem formam agnoſce. Hinc Hieronymus no
ſter, quē ne veſter eſſet, o hæretici reſpuiſtis: in
libro. xv. ſup Eſaiā. Portę autē iſti⁹ Ciuitatis,
de lapide ſunt cryſtallo: qui ſculpit̃ variis mo-
dis, quo lapide nihil purius ē. Deniq; vehemē
tiſſimis alpium frigorib⁹, & inacceſſis Soli ſpe
luncis concreſcere aquę dicunt̃ in cryſtallum:
& tactu quidē lapidē, viſu aquas eſſe. ¶ Simi-
le quoddam in Orientalibus Hiſpanię ptibus
rerum natura pfert exēplū. immo quantū ad
remotiorē hoīm cognitionē pponit miraculū
quod prius audiens vix credidi: ſed poſt, quod
audieram videns, dubitare nō potui. Extant
in regionibus illis ſallita (vt ita dicam) vel ſalſa
montana. quę p ſaxis vel rupibus lapideum
ſal continēt, ſicq; plucidum. vt quia gemmeā
p̄cioſorum lapidum claritatem æmulat̃: ſalis
gemma vocetur. Q̄d tam perſpicuitate q̄ vti-
litate: marino, puteali, omniq; ſali præpoſitū:
de mōtanis illis multo labore ab incolis erut̃.
& remotis quibuſq; p magno munere datur:
aut p magno lucro venditur. De quibus mon
tibus cum diutin⁹ ruſticorū labor lucri auidus,
multam lucidi illius lapidis quātitatē eruerit:
& eruēdo foſſas multas eo ſale inanes relique
rit, proceſſu temporis pluuiali inundatiōe foſ
ſarū illa vacuitas repletur: ac repleta poſt pau-
lulum i naturam illi⁹, cui admiſcetur, lapidis
commutatur. Tali recompenſatione effoſſus
mōs pene annuatim damna illata reſtaurat.
& quicquid de lapide amiſit: aqua in lapidem
conuerſa compenſat. Fit ergo cœleſtis aqua la
pis terrenus. quæ licet naturalem mollitiem
in lapideam duritiam commutans, in alienā
ſubſtantiam tranſeat: formam tamen priorē
& ſpeciem, ſicut de cryſtallo ſupra dixi, conſer-
uat. Sed ſicut nec de oī glatie, nec de omni cry
ſtallo, hæc dixi: ſic nec de omni montis illius
lapide hoc dico. ſed de illo qui non de cœno-
ſa, ſed de lympidiſſima concretus aqua, origi
nis ſuæ claritatem etiam in aliud mutat⁹ nō
mutat. ¶ Addatur & aliud non contēptibile,
immo rei de qua agitur ſatis congruens de a-
ceto exemplum: vt quod in ſacramento paſ-
ſionis Chriſti, vtpote ad aliquid neceſſariū,
non defuit: in ſacramēto quoq; corporis Chri-
ſti de quo ſermo eſt: vtiq; ad aliquid vtile non
deſit. Apparet enim in illo quædam, & ſi non
ſubſtantialis, tamen accidentalis mutatio. qa
dū ex naturali vel dulci mero, innaturali acre
dine aſſumpta aceſcit: non ſubſtantiam (vt di
xi) ſed qualitatem commutans, accidentia ſo-
la permutat: ſpeciem priorem reſeruat. Nam
qđ erat prius calidum & ſiccum: vna qualita-
te mutata, fit frigidum & ſiccum. Vnde ſi vi-
ſus iudicio adquieſcatur: non niſi vinum natu
rale credetur. Si guſtus accedat: acetum inna-
turale probabitur. Quæ ergo cauſa vel nō cre
dendi, vel dubitandi tibi/o cœleſtium arcano
rum ſcrutator iam remanet. cum quod de al-
taris ſacramento credēdum fides interior im
perabat: exemplis indubitatis ſenſus exterior
nō iam credere, ſed dubitata cernere compel-
lat? Fit de aqua glaties, de glatie lapis: fit rur-
ſus de eadem aqua ſallitus vel ſalſus (vt ſupra
dictum eſt) lapis. in his omnibus ſubſtātia mu
tata, ſpecie reſeruata. fit de vino acetum qua-
litate (vt dictum eſt) mutata, ſpecie reſeruata:
voluntatis diuinæ iuſſu ſic operante. & non
poterit de pane caro, de vino ſanguis Chriſti
fieri ſubſtantia, vt in illis permutata, ſpecie re-
ſeruata: omnipotentis verbi dei, per quod om
nia facta ſunt, voluntate ſic & imperio or-
dinante? An omnipotens ad illa potens cre-
ditur: & ad iſta impotens iudicabitur? An na
tura naturæ auctore potentior ad illarum re
rum ſubſtantiam permutandam, & ſpeciem
reſeruandam cenſebitur: & ipſi⁹ naturę condi
tor ad ſubſtantiam panis & vini in aliud q̄ fue
rat permutandam, & ſpeciem q̄ habuerant
reſeruandam: infirmior æſtimabitur? Et quia
hoc ſacrum & ſalutare ſacramentum aliud eē
videtur, & aliud eſt: per virtutem verbi diui-

Argumē-
tum a
minori
epilogan-
do ſupra
dicta ex-
empla.

ni ſubſtantia(vt iam ſæpe dictum eſt)mutata,
ſpecie reſeruata.de mutatione quæ propoſita
ſunt exempla,ſufficiant.Sed de his adhuc ali-
Exempla rerū q̄ aliud eſſe videntur,& aliud ſūt.
qua ꝓponantur:quæ in rerum natura aliud eē
videntur,& aliud ſunt.Nōne cum vino pfun-
deris,vel illud guſtu hauris:tactus renunciat,
guſtus affirmat,eſſe illud frigidū & humidū.
cum in ſui complexione vel natura:nullo exp-
to cōtradicente,ſit calidum & ſiccum? Nōne
cum remum,virgam, vel baculum,vel quælı-
bet ſimilia aquæ immittis:eā quæ infra aquā
eſt partem,viſus fractam eſſe renūciat.natu-
ra tamē q̄ fracta eſſe videtur,integra,vel infra-
cta cōſeruat? Nōne cum vultum ꝓprium vel
alienū,cum Solē vel Lunā,cœlum vel ſidera,
picturam vel corpus aliquod ſpeculo lucido vel
aquæ quietę opponis:cuncta oppoſita i his tibi
videre videris.cum nihil in his,quantū ad re-
rum veritatem ptinet,niſi ſpeculi vel elemēti
corpora videas? Quod ſi licitum eſt,de illicitis ar-
tibus aliqua ad ſacra cœleſtia probanda ꝓfer-
re:nōne mechanica vel magica ars,quadā in-
dulta a deo potentia(humanos oculos pſtrin-
gens:qd non eſt,eſſe mētitur:& qd eſt non eē fa-
tetur? Nōne etiam ipſa ſōnia ſopitis exteriori-
bus ſenſib⁹ humanas animas aſſidue fallūt.
dum pene inceſſabiliter infinitas imagines,
& phantaſtica ludibria eis ingerentes:velant
dormiētibus ea quæ ſunt,& ptendunt ea quæ
non ſunt? Quia igitur vinum aliud eſſe videtur,&
aliud eſt.nam cum tangitur,vel guſtatur,videtur eē
frigidum & humidum,qd non eſt.& non ſen
titur calidum & ſiccum,quod eſt.quia rem⁹ aq̄
immerſus fractus videtur eſſe quod nō ē.& inte
ger nō videtur eſſe quod ē.quia corp⁹ ſpeculo vel
aquæ oppoſitum corpus eē videtur quod non ē,
& nō videtur qd eſt. quia magica vis,occulta
arte phantaſticam diuerſarum imaginū infi-
nitatē oculis ingerit quæ nō eſt.& rerum veri-
tatē talibus tegumētis cęlat quæ ē.quia ſōnio
rum viſio non ſenſibus corporis,ſed ipſi anīo
omne corpus p multiplicem viſionem repſen
tat quod nō eſt:& talib⁹ inuolucris tegit illud
qd eſt:quid mirū ſi omnipotentis mia dei,mi
ſereri miſeri hominis,& hoc mō diſponēs:in
altaris ſacramento panis & vini ſpeciē huma-
nis ſenſibus reſeruat.vt appareat in ipſo ſacra
mento panis & vinū qd non eſt:& lateat ocu-
los carnis caro & ſanguis qd ē? Poſſent dari de
his & alia innumera exempla.ſed quia lōgus
eſſe refugio. nec ad aſſumptū ꝓpoſitū hoc p
tinet:ſufficiant quæ dicta ſunt.Quę ſi cui non
ſufficiunt:conſulat & plegat de hoc ſacramen
to magnorum voluminum conditores.Quod ſi

forte nec ipſi curioſo animo ſatiſfecerit:neſcio
quid aliud vtili⁹ pſuadere poſſim,q̄ vt ſi Chri
ſtianus eſt,Chriſtianę fidei colla ſubmittat.&
ſi intelligere nō poteſt:ſcdm ſacræ ſcripturę p̄-
ceptum,credat vt intelligat.Quia in his craſ- Eſa.vij.
ſis tenebris ignorantiæ humanę,nō fides intel
ligentiæ fruct⁹:ſed intellectus fruct⁹ fidei eſt.
Soluat ei omnes dubietatis nodos:de qua ſu-
perius egi, potētia dei.Quia incredulitati ni
hil reliqui eſſe poteſt,vbi omnipotēs mortali-
bus cōſulens,ſic voluit,ſic potuit,ſic præcepit,
ſic fecit. cuius voluntas ratio,cuius oīpotētia
indeficiēs,cuius p̄ceptum miſeratio,cui⁹ op⁹
mia eſt.Sed quia de his iam ſatis eē poteſt:ad
ea quorum cauſa,iſta tetigimus:reuertamur.
Agite ergo o ſocij certaminis qd cœperatis:&
ne mente exciderint,quæ dicta fuerant itera-
te.Et quia de veritate ſacrificij Chriſtiani ſuffi
cientia,vt credo dicta ſunt:dicite cur idem ſa-
crificium,hoc eſt(vt iam dixi)corpus,& ſangui
nem redemptoris cæteris inuidentes:diſcipu
lis qui cœnæ domini illi famoſæ & vltimę añ
paſſionem interfuerunt:tm̄ & nunq̄ poſt ea
niſi tūc datum cōcedatis.Quod ſi differtis ſicut
nunc vſq; diſtuliſtis:pbo nec illis tm̄,nec tūc
tm̄ hoc datum:ſed fidelibus cunctis largū mu
nus a largitore omnium munerū vſq; ad con
ſummationem ſeculi p̄paratum.Sed ineffabi
liter admiror,& admirans obſtupeſco.vñ opi-
nio hæc innaſci hominibus Euangelio dei(vt
dicunt)credentibus potuit.cum Chriſti verba
huic nouæ hæreſi contraria ſic ibi poſita ſint.
vt ſi ea dubia vel obſcura putantur:nulla ei⁹ elo
quia,vel p̄cepta certa,vel pſpicua eſſe videan
tur.Quid enim certius,quid clari⁹ dici potuit Auctoritate Chriſti pbatur,
contra eos qui corpus Chriſti & ſanguinem p nō ſolū ꝓ
ſacramentū tunc tm̄ facta,tunc tm̄ data aſtru- cœna datū fuiſſe
unt:q̄ qd ipſe Chriſtus diſcipulis ſuis præcepit(cōſecrādū
dicens.Hoc facite in meam commemoratio- corp⁹ ei⁹.
nem? Nam poſtq̄ dixit. Accipite & comedite,
hoc eſt corpus meum. & accipite & bibite,hic
eſt ſanguis meus:ſtatim quod dixi adiunxit.
Hoc facite in meam commemorationem.
Quomodo ergo poteſt dici ſemel tm̄ factum,
& ſemel præſentibus datum ſacramentū:cum
nullum Apoſtolorum excludens,nullum tem
pus excipiens(Chriſtus dixerit:hoc facite in
meam commemorationem? Quomodo igitur audet
hæreticus dicere:Nolite hoc facere.cum Chri
ſtus imperet(dicens:Hoc facite? Hoc plane
non aliud.hoc idem quod accipitis ad com-
edendum:quod ſumitis ad bibendum. cor-
pus ſcilicet meum & ſāguinem. Hoc(inquam)
facite i meā cōmemorationē.Quid vltra?qd

vltra certe quęretis? Ecce hoc ſolum & breuiſſimum verbũ, multa & plurima erroris verba deſtruit. vt niſi ex ſupabundanti non ſit vlteri⁹ neceſſe quęrere: vnde nequam hoſtis debeat intenre. Non em̃ ſolũmodo dixit, accipite & comedite: vel accipite & bibite. ſed addidit. qđ accipitis & comeditis: qđ accipitis & bibitis: hoc facite. Si hoc ita eſt: falſũ eſt, qđ a vobis o heretici dictũ eſt, tũc tm̃ hoc ſacramẽtũ a Chriſto datũ: tunc tm̃ ab Apoſtolis ſuſceptũ. qa qđ fecit, eos facere p̃cepit. qđ eis diſtribuit, hoc eos alijs diſtribuere voluit. Sed fortaſſe
Refellit obiectio primo ratione. his qui p̄ſentes tunc erant, & a Chriſto iſta audiebant, nõ alijs: hęc huius ſacramẽti conficiẽdi & diſpẽſandi poteſtas data ẽ. Qđ ſi verũ ẽ: Apoſtolis tm̃, & his qui a Saluatore audierũt,
Mar. vlti. p̃ceptum eſt. Ite in orbẽ vniuerſum, prędicate Euangelium om̃i creaturę: nec docere oẽs gẽtes, nec baptizare alicui poſt Apoſtolos licuit. Sicut em̃ dictũ ẽ. Ite, docete, baptizate, p̄dicate: ſic dictum ẽ, Hoc facite. Vnde quicũq; poſt Apoſtolos p̄dicauit, docuit, baptizauit. qa nulli alij q̃ p̄ſentibus tm̃ a Chriſto iuſſum fuerat: male fecit. quia nec eius doctrina Chriſti fuit: nec eius baptiſm⁹ Chriſti fuit. Nam qđ a Chriſto p̃ceptũ aut ſuaſũ non eſt: cõſtat, quia Chriſti
Roma. x. non eſt. Sicut em̃ dicit Apoſtolus. Q̃ o p̄dicabunt niſi mittant̃. ſic etiam qũo baptizabunt niſi iniungatur? Quia ergo nihil in pręceptis iſtis, vel ſimilibus a Chriſto diſcretum eſt. aut date omnia hęc ſolis tunc p̄ſentibus. & auferetis ſequentibus cum baptiſmo, & altaris ſacramẽto totum Euangelium. aut ſi baptiſmũ & Euãgelium ſequentibus cõceſſeritis: neceſſario & altaris ſacramentum cõcedetis. Si em̃ (vt dictum eſt) nulla diſcretio in pręceptis iſtis facta eſt: aut ſimul omnia p̄ſentibus tm̃ iuſſa ſunt: & ſequentes excluſi ſunt. aut ſi ſequẽtib⁹ aliquid horum p̃ceptum eſt: cõſtat, quia & totum iniunctum eſt. Aut igit̃ dabitis ſolis illis altaris ſacramẽtum: & auferetis baptiſmum. aut ſi iſtis dederitis baptiſmum: velitis, nolitis, dabitis & altaris ſacramentum. Sed quid operoſę diſputationi opam impendo: cũ tanta de facili ſuffraget̃ auctoritas: vt ea apparente, ſtatim vana loquens conticeſcat impietas? Quid enim? Nunquid Apoſtolus Paulus cœ-
Scđo refellitur auctoritate & exẽplo. nę illi dominicę, de qua loquimur, interfuit? Nunquid quando diſcipulis dictum eſt. Accipite & comedite. hoc eſt corpus meũ. & accipite & bibite. hic ẽ ſanguis me⁹. & hoc facite in meam commemorationem: pręſens affuit?
j. Cori. xj. Quid tamẽ in Epiſtola. j. ad Corin. dicit? Audite. Calix (inquit) benedictionis cui benedicimus: nõne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis quẽ frangimus: nonne participatio corporis domini eſt? Nunqđ & ipſi Corinthij, cœnę illi iam dictę interfuerunt? His tamen ait ipſe Apoſtolus. Nõ poteſtis calicẽ domini bibere, & calicẽ dęmoniorum. Non poteſtis menſę dñi participes eſſe: & mẽſę dęmoniorum. Videtis Apoſtolum poſt aſcẽſionem domini ad fidẽ conuerſum, calici bñdictionis benedicere: eundẽq; calicem communicationem ſanguinis Chriſti vocare? Cernitis eundẽ panẽ frangere: & ipſum panem participationẽ corporis Chriſti dicere? Auditis Corinthios poſſe quidem calicẽ domini bibere, ſed nõ cũ calice dęmoniorum? Poſſe menſę dñi participes eſſe, ſed nõ cum mẽſa dęmoniorum? Nec Apoſtolus tamẽ Paulus cõſecrans corp⁹ & ſanguinem dñi, cœnę dñi interfuit: neq; Corinthij idẽ corpus & eundẽ ſanguinẽ de mẽſa domini accipientes, eidẽ cœnę interfuerũt. Sed parum eſt audire de fractione cœleſtis panis loquentem: niſi videatis & frangentem. Vna die ait beatus Lucas in Actib⁹ Apoſtolorum. Act. xx.
Cum cõueniſſemus ad frangendum panẽ: & Paulus diſputabat cũ eis p̄fectur⁹ in craſtinũ. Et qbuſdã interpoſitis: Aſcendẽs (inquit) Paulus, frangẽſq; panem & guſtans, ſatiſq; allocutus vſq; ad lucẽ: in craſtinũ p̄fectus eſt. Sed ſiue hoc qđ vltimum poſui, de cœleſti, ſiue de communi pane dictũ ſit: videte (vt dixi) Apoſtolum. videte Corinthios, qui cœnę illi de qua agimus, non interfuerunt: & tamen corpus & ſanguinem domini acceperunt. Q; ſi non tm̃ de Apoſtolo & Corinthijs, ſed de vniuerſis auctoritatem Apoſtolicam vos conuincentẽ audire vultis: auſcultate. Quicunq; (ait) mãducauerit panem vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis & ſanguinis domini. Et conſequenter. Probet autem (inquit) ſeipſum hõ, & ſic de pane illo edat: & de calice bibat. Quid vos ad iſta? (quicunq; inquit) manducauerit, quicunq; biberit. Nõ hic vel ille: ſed quicunq;. Et p̄bet ſeipſum homo. non tm̃ Corinthius homo, non Romanus homo, non Gręcus homo: non Latinus hõ: ſed hõ. Et qđ aliud q̃ omnis hõ? Nam qđ indefinite poſuit: qđ aliud q̃ infinitum hominẽ oſtendit? Oſtendit igitur nõ vnum hominem, ſed omnẽ hominem. quia in ſingulari hominis numero, pluralitatẽ intelligi voluit omniũ hominũ. Q; ſi ita eſt, immo quia ita eſt: error impius non tm̃ mortuus, ſed etiã ſepultus eſt. Si em̃ cõſtat hoc nõ de quolibet homine, ſed de omni homine ab Apoſtolo dictum: falſum eſt quod a vobis

dictum eſt. de his tm̄ qui cœnæ domini inter-
fuerunt hoc dictum. Sed verum eſt: auctorita
te Apoſtolica hoc docente, non hos tm̄ de qui
bus conceditis: ſed quęcunq;, hoc eſt, omnem
hominem poſſe manducare panem domini,
& bibere calicem domini: hoc eſt ſecundū eun
dem Apoſtolum, corpus & ſanguinem domi-
ni. Igitur falſum eſt qđ dixiſtis, illos tm̄ qui cœ
næ Paſchali interfuerūt: potuiſſe accipere cor-
pus & ſanguinem domini. Et licet i hoc quod
ꝓbatum eſt de omni homine, ꝓbatū ſit & de
omni tempore: audite tamen vtrum huius ſa
cramenti conficiendi & ſumendi poteſtas, illi
tm̄ tempori, quo cœna illa celebrata eſt: data
ſit. Loquens enim idem Apoſtolus de hoc ſa
cramento, & inde fidem pariter & mores in-
ſtruens, introducit Chriſtum diſcipulis dicen
tem. Hoc facite quotienſcūq; ſumitis: in me-
am commemorationem. Et ſubiungit Apo-
ſtolus verba ſua, & dicit his quibus loqueba-
tur. Quotienſcunq; enim manducabitis pa-
nem hunc, & calicem bibetis: mortem domi-
ni annunciabitis donec veniat. Quid dicetis
ad hæc: qui dicitis ſemel tm̄ hoc factū & datū
ſacramētum? Dicitis vos ſemel tm̄. dicit Chri-
ſtus & Apoſtolus eius: non ſemel, non bis, nō
ter, aut quater, nō centies, aut millies tm̄: ſed
quotienſcunq;. Multa diuerſitas: inter ſemel
& quotienſcunq;. Hic numeri principium: ibi
numerus omnem ſuperans numerum. Hic
ſingularitas: ibi multiplex infinitas. Sed (vt di
xi) vos dicitis ſemel: Chriſtus & Apoſtol⁹ eius
quotienſcunq;. Vnde videndum, nec multo
conamine opus eſt: cui melius credēdum ſit.
vobis an Chriſto: hominibus an deo: veritati
an mendacio. Sed quid multa? Audiſtis hoc
corporis & ſanguinis Chriſti ſacramentū/om
ni fideli homini datum: audiſtis abſq; nume-
ro datum: audite & omni præſenti tēpori da-
tum. Quotienſcunq; (ait Apoſtolus) mandu-
cabitis panem hūc, & calicē bibetis: mortem
dn̄i ānūciabit᷑ donec veniat. Suffecerat Apo-
ſtole dei, ad cōfundēdam & deſtruendā nouā
hęreſim. qđ dixeras Chriſtū dixiſſe. Hoc faci-
te quotiēſcūq; ſumetis, in meā cōmemoratio
nē. Suffecerat qđ ipe dn̄i tui verba ſequendo,
exponēdo ſubiunxeras: quotienſcūq; mandu-
cabitis panē hunc, & calicē bibetis: mortē dn̄i
annūciabitis. Sed qđ adiunxiſti? donec veni-
at? Quis veniat? An forte mors dn̄i? Nō. Nā
Rom.vj. hoc & tu aptiſſime negas: cū dicis. Chriſt⁹ re-
ſurgēs ex mortuis iā nō morif. Quis ergo ve
niat? certe ipſe dn̄s quē nominaueras, cū di-
xiſti. Mortē dn̄i annunciabitis. Sed quādo ve
niat? Qn̄: niſi quādo venturus eſt iudicare vi
uos & mortuos. ſicut ipſe prædixit, & Eccleſia
eius credit? Sed & hoc quando? Quādo iuxta
qđ & ipſe dicit. venerit in fine ſeculi in maie- Mat.xxv
ſtate ſua, & omnes angeli cum eo. Donec ergo
veniat in fine ſeculi: dedit hoc ſacramentum
corporis & ſanguinis ſui fidelib⁹ ꝑ omne tem-
pus huius ſeculi, id eſt vſq; ad conſummatio-
nem ſeculi. Obmuteſcat ergo hęreſis quę dice
bat, datum hoc eē tm̄ in cœna domini. Si eīm
vſq; ad conſūmationem ſeculi, non tm̄ in cœ-
na domini: ſed cogentibus p̄dictis auctorita-
tibus: datum eſt vſq; ad cōſummationem ſe-
culi. Non igif tm̄ in cœna dn̄i. ¶ Iam illud qđ Queſtio
nō modo ab incredulis opponif, ſed & a fide- de itera-
libus quærif. cur hoc ſacrificium toties itera- tiōe ſacri-
tur: cum Chriſtus ſemel in cruce oblat⁹ ad tol- ficij: cū ſe-
lenda toti⁹ mundi peccata ſufficiat. maxime mel tm̄
cum nō hic aliud, & ibi aliud: ſed hic & ibi idē Chriſtus
prorſus ſacrificium. hoc eſt. idem Chriſt⁹ offe- ſit oblat⁹.
ratur: videndum eſt. Si enim illud in cruce ſuf
fecit: ſuperfluum hoc in altari videtur. Sed nō
eſt ſuperfluum: quia certa de cauſa a dei filio
(qui eſt iuxta Apoſtolum dei ſapiētia) factum j.Corin.j.
& traditum eſt. Quæ ſapientia, quia ſumme
rationabilis. immo totius rationis fons & per-
fectio eſt: nihil agere, nihil iubere irrationabili
ter potuit. Vn̄ cum hoc dixit, cū hoc ſacramen
tum ſuis tradidit: non abſq; certa ratione (vt
certum eſt) fecit. Quæ ſola ratio omnibus ſatiſ
facit: quicunq; Chriſtum huius ſacramenti au
ctorem, deum & dei eſſe ſapientiam credūt.
Placuit tamen largitori tāti muneris cauſam Rō hic
reddere tantæ largitionis. Quam cauſam: dā datur.
do ipſum ſacramentum aperuit. Nam poſtq̄
dixit, hoc facite: ſtatim addidit, in meā com-
memorationem. Hæc eſt ergo cauſa ſacramē
ti: commemoratio Chriſti. Nouerat Saluator
quid fecerat: quid factur⁹ erat ꝓpter hominē.
nouerat ſingulare opus quod geſſerat indu-
endo hominem. nouerat ſtupēdum quod ge
ſturus erat moriendo propter hominem. Scie
bat hoc ſe opere ſaluaturum hominem: ſed
abſq; huius operis dilectione, nullum ſaluari
poſſe hominem. Sciebat quia humanitatis &
mortis ſuę opus, ſicut ſuper omnia opera ſua
ſumme celebratum: ſic mortalibus pro quib⁹
fiebat: ſumme erat commendandum. Com-
mendandum erat: vt pote cuius caro pro illis
torquebatur: cuius anima pro ipſis triſtaba-
tur: cuius nouiſſime mors illorum vitę mini-
ſtrabaf. Hoc certe ſolēniter cōmendādū erat:
vt Chriſtus diligeref: dilect⁹ haberef: habitus
nunq̄ ꝑderef. Sed hęc eius dilectio ab hoibus

ſeruari non poterat, memoria pereunte. nec fugax memoria diu retineri valebat niſi ſigno cōgruo apparente. Ne igitur a corde fugeret: qd maxime cordi ineſſe oportebat. ſigno rei congruente veluti fune inſolubili colligata eſt cordi memoria. quo fortiter vinciente, ſemper redemptus redēptiōis pciū cogitaret: inde ꝗ redemptori agens grās, fide quæ p dilectionē operatur nequaq̄ ſe ingratum tantæ grē demōſtraret. Et poſſet quidem mentibus humanis huius rei vtcūq; abſq; ſigno viſibili ineſſe memoria. ſicut multarum rerum tam diuinarū q̄ humanarum recordatio, fama, lectione, doctrina, in eis, aut gignitur, aut conſeruatur. ſed qa iuxta quendam. Segnius irritant animos demiſſa per aurem, Q̄ quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus. & res tāta erat: vt ad eā cogitandā, amandam, amplectēdā: non ſegniter, ſed inſigniter humani animi mouēdi eſſent: dignū & iuſtū fuit, vt humanitatis & mortis Chriſti memoria, non tm̄ auditu p aures: ſed etiā viſu p oclos iuuaretur. Ea de cauſa ſignū hoc a Chriſto ppoſitum eſt. qd ita ſignum eſt: vt ſit tamē idem quod ſignat. Hoc autē contra veteris ſacrificij multiplicitatē ✠ quæ i nullo erat idem qd ſignabat pter hoc ꝙ illud ſacrificium erat & iſtud ſacrificium ē: & illud deo offerebatur, & iſtud eidem deo offertur. Signabat vero hoc noſtrum noſtri temporis ſacrificium. ſed nō erat hoc quod iſtud quia illud vmbra, hoc corpus: illud figura, hoc veritas: illud de cadaueribus & cruore animalium, hoc de corpore & ſanguine filij dei. Idcirco non erat idem quod ſignabat Sed iſtud noſtri ſacrificij ſignum nō aliud ſed ipſum ē, quod ſignat. Ita vero eſt idē qd ſignat. vt quantum ad corpus, id eſt ad veritatē carnis & ſanguinis Chriſti ptinet: ſit idē quod ſignat. Neq; enim ibi Chriſt⁹, vt olim, dolores aut mortem patitur: cum tamen immolari dicatur. Dicitur autem immolari. cum licet inuiolabiliter in altari frangitur, diuiditur, comeditur: cum his & quibuſdā alijs ſignis, inquātum fieri poteſt, mors domini maxime repſētatur. Vnde ſicut dixi: quantum ad veritatem corporis & ſanguinis Chriſti pertinet, eſt idem quod ſignat, quā tamē maxime ſignat. Maxime autem dixi. quia hoc aptiſſime Apoſtolus dicit in verſu quem ſupra commemoraui. Quotiēs (ait) manducabitis panem hūc, & calicem bibetis: mortem domini annuntiabitis. Quare hoc? quare nō ſimiliter o Apoſtole dei dixiſti, Incarnationem domini, Natiuitatem domini, Circumciſionem dñi, Baptiſmū dñi. vel qd maius videretur, Reſurrectionē dñi, Aſcēſionē dñi. quando dixiſti mortē domini? Quare illa quæ glorioſa videntur dimiſiſti. & qd erat ignominioſius, elegiſti? Vt (inquit) oſtēderem in morte domini ſingulariter conſtare ſalutem mundi. vt oſtenderem iſtud opus eius præpōderare omnibus operibus ei⁹. vt oſtenderem tormento illo requiē. ignominia illa gloriam. morte illa mortuis redditam vitam. Ita plane, ita iuxta Apoſtolum. quando manducatur panis domini, id eſt corpus domini. quando bibitur calix domini: id eſt ſanguis domini, annunciatur, hoc ē repſentatur mors domini, quā paſſa eſt in cruce non alia, ſed eadem quæ pſens eſt caro domini: qua fuſus eſt nō alius, ſed idem qui ſumitur ſanguis domini. Quod cū fit, ad hoc vtiq; fit: vt mens longe vehementius excitata corporis domini ſuſceptione, q̄ poſſet excitari verbi domini admonitione: in amorem eius quem non tm̄ audit, ſed etiam videt & ſuſcipit, inardeſcat. & videns verbum carnem factum vt habitaret in nobis: habitātis etiam corporaliter & in ſe: obliuiſci iam nullatenus poſſit: quem fide credit, amore amplectitur, manu contrectat, ore ſuſcipit. Quē quondam p ſe mortuum ipſa ſuſceptione recolēs: & morte illa vitā ſibi paratā agnoſcēs, a mortis operibus abſtineat. & ſic eidem Chriſto domino ſuo immortaliter iam viuenti in ſempiternum conuiuat. Hoc igitur Eccleſiæ ſacramentum, quoniam ſic aſſidua ſui repſentatione memoriam inouat, fidem auget, ſpem roborat, Charitatem confirmat: non ſuperfluum: ſed ✠ valde neceſſariū ē. Ea propter (vt dictū eſt) dominus hoc in ſui commemoratione fieri iuſſit. ea de cauſa mortem domini iſto ſacramento denunciari Apoſtolus docuit: vt Chriſti ac mortis eius memoria auelli de cordib⁹ humanis, nulla mundi inquietudine, nulla tēporum prolixitate valeret. Quæ memoria amorem excitans: de animi receſſibus mala omnia effugaret, virtutib⁹ vniuerſa repleret. ſicq; quotidie per hoc ſacramentum innouans redemptionem, quotidianam pœnitētibus peccatorum gigneret remiſſionem. Soluit quidem & plene tollit peccata mundi agnus dei in cruce immolatus: nec tamen idcirco (vt dixi) ſuperfluus eſt in altari oblatus. Et vt in teipſo a teipſo hoc diſcas: Aduerte quicunq; hæc legis, teq; ipſum interroga: quādo magis mouearis. ſi tamen quod profiteris firmiter credis. vtrum quando dicitur. Chriſtus olim inter homines apparuit. an quando dicitur. Chriſtus nunc inter homines conuerſatur. quando dicitur. olim in cruce pe

Horatius

Alias ✠ qđ

Immolatur Chriſt⁹ in altari: vbi maxime mors eius ſignatur.

Alias ✠ ſūme.

pendit.an quando dicitur. nunc in altari of-
fertur. vtrum inquam, te magꝭ moueat,& ad
admirandum & amandum accēdat:eius ꝓdi
cata abſentia,q̄ demonſtrata pſentia. Sed ſcio
quia non diffiteris quod verum eſt,magis hu
mana corda moueri præſentibus q̄ abſentibꝰ
rebus.quia iſtis plærūq; non creditᷣ:de illis vel
in modico dubitare animus non ſinitur. Mo-
uetur igitur magis ad præſentem q̄ ad abſen-
tem mouetur magis ad viſum q̄ ad auditum
Chriſtum. mouetᷣ ad admirādum,mouetᷣ ad
amandum:quo amore,amanti generatur re-
miſſio peccatorum. Cui quantus erga Chriſtū
amor eſt,tanta eſt & indulgentia :ipſo domi-
Luc.vij. no atteſtante,qui de peccatrice Maria ſic ait.
Prouer.x Dimiſſa ſunt ei peccata multa: quoniam dile
&.j.Petri xit multum. Et cum rurſus ſcriptum ſit. Chari
iiij. tas operit multitudinem peccatorum.quantā
multitudinem peccatorum operit charitas in
Chriſtum:ſi tantam opit charitas in ꝓximū?
Non eſt ergo vt dictum ē ſupfluū Chriſti cor-
poris & ſanguinis ſacramentum. quo viuacior
memoria excitatᷣ.quo feruētior dilectio ꝓuo-
catur.quo plenior peccatorū remiſſio compa-
ratur. Non eſt ſuperfluum.quia non tm̄ per id
quod Deus eſt:ſed etiā p id quod homo eſt,no
biſcum eſt vſq; ad cōſummationē ſeculi. Nō ē
ſupfluum.qa qui p corpus ſuū redemit nos,p
idem corpꝰ ſuum reficit nos. vt redempti per
corpus eius:& refecti corpore eius, nutriamur
& paſcamur humanitate eiꝰ:donec ſatiemur
deitate & gloria eius. Inde eſt ꝙ i ſpeciebꝰ hu-
mano victui & vitæ magis congruentibꝰ hoc
ſacramentum cōſtituit. vt agnoſcerent aduer
tentes,p ſpeciem quidem panis terreni:ſed p
veritatem panis cœleſtis,non mortalē quā ſo-
let ille:ſed vitā datam hominibus immortalē.
Vn̄ ſolitario & ſtupēdo miraculo, latet in illo
ſacramēto qd eſt,& patet qd non eſt: ne cruda
carne:ne viua & maxime humana veſci ho-
mo cōtra viſum & naturam refugiat. qd olim
quidam etiam ex diſcipulis execrātes: nec qd
inde a domino dictum fuerat capientes,dixe
Ioan.vj. runt:durus eſt hic ſermo. & quis poteſt eū au-
dire? Sed non eſt durus. immo lenis & ſuauis
ſermo. quia & ſi hominis Chriſti caro comedi-
tur non tamen lęſi aut detruncati. non immi
nuti aut mutilati. non nolentis neq; dolentis:
ſed volentis & conſulentis caro comeditur &
ſanguis bibitur. ipſo iuxta beati Apoſtoli An-
dreę verba in ſuo regno, integro, itacto, inuio
lato, immortali, incorruptibili. immo ſpecio-
ſo, glorioſo, adorando permanente:& morta-
les per iam immortale corpus ſuum ad eandē
immortalitatem perducente. Nō eſt ergo du-
rum,crudele:ſed pium & amabile. quia nō no
lens,neq; coactus:ſed volens & ſpontaneꝰ ho-
minibus carnem ſuam ad manducandū: ſan
guinem ad bibendum dedit. Nec irrationabi
le.quia vnde peccatoribus venia:inde largito-
ri tantæ gratiæ debetᷣ & gloria. Manet tamen
tecta veritas & carnis & ſanguinis honeſta pa
nis & vini ſpecie:vt & vſui humano condeſcē
datur,& fides exerceatur,& meritum augeatᷣ.
Inde eſt ꝙ ſacramentum, myſterium, ſpecies
& figura vocatur. quia itra hoc qd exterior for-
ma nunciat:virtus diuina verum corpꝰ & ſan
guinem redemptoris occultat. Sed adhuc car
nalis animus & nondum plene ab humana
conſuetudine defęcatꝰ,obijcit & dicit. Verum
quidem corpꝰ & ſanguinem redemptoris ſub
panis ac vini ſpecie in altaris ſacramento da-
ri fidelibꝰ ſcio:ſed cur ad manducandum vel
bibendum detur ſi liceat quærere,quæro. Nā
ſi ad honorandum,ſi ad adorandum tātum-
modo daretur:q̄ſtio nō eſſet. Sed quia etiā ad
māducandū datur,animū nondū pfecte ſub-
limia ſapientem mouet. Quem enim nō mo-
ueat:ſicut quōdam illos Chriſti diſcipulos mo
uit,contra humanum morem,contra pietatē:
carnem Chriſti vel ſanguinem. immo deum
& hominem ab hominibus,magiſtrum a di-
ſcipulis,dominum a ſeruis,Chriſtum a Chri-
ſtianis,manibus frangi,dentibus atteri:& ve-
lut eſcarum more communiū deuorari? Hæc
(inquam) qui obijcis,ſicut ipſe fateris,a primis
Chriſti diſcipulis Chriſto obiecta ſunt:quando
ab eis dictum eſt:durus eſt hic ſermo. Et quis
poteſt eum audire? Hæc a Iudæis incredulis,
& de hac relitigantibus dicta ſūt. Quomodo
poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad mādu
candū? Hæc certe q̄ſtio nō noua ſed antiqua.
non recens,ſed vetuſtiſſima eſt. quę ſicut i ipis
Chriſtianæ fidei fundamentis exorta eſt: ſic
non a quolibet doctore,ſed ab ipſo Saluatore
(vt ſanctum Euangelium loquitur) extincta
eſt. Cumq; ſimul ac pene eodem momento &
ortum habuerit & occaſum, nimium rudis
Chriſtianus videtur,qui talibus quęſtionibus
ante mille annos ſepultis mouetur. Quia ta-
men nihil contemnendum ē:quod vel fidem
lędere,vel ad ſcandalum quorumlibet poſſit
corda mouere, ferat hoc etiam æquanimiter
quæ omnia ſuffert charitas. vt membrorum
Chriſti p eiꝰ patiētiā ſanetᷣ infirmitas. Nā &
hoc Saluator ipſe medicus videlicet cœleſtis;
de talibus infirmis faciēdum eſſe docuit. quā-
do rudibus adhuc diſcipulis & propter huiuſ-

modi verba ſcandalizatis: non aſpere corripi-
ens. ſed benigne admonens: dixit. Hoc vos
Ioan. vj. ſcandalizat? Si ergo videritis filium hominis
aſcendentem vbi erat prius. ſpiritus eſt, qui vi
uificat: caro non prodeſt quicq̃. Quibus breui
bus verbis totum hoc ænigma ſi attendas, ſo
le clarius ſapientia dei diſſoluit quia ſpirituali
lumine carnalium cogitationum nebulas ef-
fugauit. Si inquit videritis filiũ hominis aſcẽ-
Nota ex- dentẽ vbi erat prius: ſpũs eſt, qui. v. c non p. q.
poſitionẽ Hoc eſt, quia me hominẽ inter homines vi-
detis: nihil de me adhuc, quantũ ad hoc ſacra
mentũ ſpectat. pluſq̃ de alio hoie ſentire pote-
ſtis. & ideo carnaliter ſapientes, velut ꝑ fruſta
cõciſam carnẽ meam me vobis velle dare cre-
ditis. Sed poſtq̃ in cœlũ aſcendero: poſtq̃ hanc
carnem, de qua agiṫ, adhuc mortalẽ in deum
glorificauero: tunc intelligetis: quia ſpirit⁹ eſt,
qui viuificat. hoc eſt, verba mea ſpũaliter acce
pta viuificant. caro autem nõ ꝓdeſt qcq̃ quia
carnaliter intellecta mortificãt. Dabo eñ car-
nem meã hominibus: nõ more cadauerũ de-
truncandam, minuẽdam, cõſumẽdam. quia
ſic accepta caro mea non prodeſſet quicq̃. ſed
dabo eam abſq; dolore diuidẽdam, abſq; im-
minutione partiendam, abſq; conſumptione
comedendam quia ſpiritus eſt, q̃ viuificat. &
quia ſic intellecta & accepta caro mea, vitã nõ
mortalem ſed æternam, percipiẽtib⁹ donat.
Sed adhuc vrges & dicis. Et ſi data eſt caro
Cur caro Chriſti hominibus immortaliter & inuiolabi-
Chriſti de liter, ad honorãdũ, ad adorãdũ: quare ad com
tur fideli- edẽdũ? Q enĩ honorari, q adorari debeat: fi-
b⁹ ad mã delib⁹ omnibus certũ eſt. q aũt & comedi, qa
ducandũ. comeſtionis ratio non videṫ ꝑfecto admira-
bile et ſup omnia ſtupẽdũ eſt. Fateor plane &
ego. fateṫ & omnis ſanum ſapiẽs: hoc ſup om-
nia miracula ſtupẽdum & admirabile eẽ. Sed
nunquid tu qui rationem tanti ſacramẽti exi-
Rõ ſũpta gis, cuncta reliqua ſacramẽta dei ratione cõp-
ex volũta hẽdis? Nonne ſola voluntas dei, oĩu humana
te dei. ratione rationabilior eſt? An nõ intelligis hoc
voluntatem dei eſſe qđ rationem. cum oĩus
voluntas dei ſit ratio. & omnis ratio ſit eius
voluntas? Nam ſicut eius voluntas nõ poteſt
eſſe irrationabilis: ita & ratio nõ põt nõ eẽ illi⁹
voluntatis. Cum hęc ita ſint, oĩ ratiõi & rõna-
bili menti ſufficit voluntas ei⁹: etiam nõ expo
ſita ratione volũtatis ei⁹. Vñ in hoc ſacramen
to ſicut & in cęteris, ſufficit voluntas & ꝓceptũ
eius. cũ cõſtet, nec ſũmã ſapiẽtiã errare, nec ſũ-
mã rõnẽ aliquid irrõnabiliter agere poſſe. Suf
ficit ergo & oĩno abundãter ſufficit ad rõnem
Chriſtũ dñm hoib⁹ carnẽ ſuã ad mãducandũ,
& ſanguinem ſuum ad bibẽdum dediſſe. Sed
licet (vt dictum eſt) ſit contra rationem, dei co
gnita voluntate eius quęrere rationem. ne ta
men hic catholicis deeſſe, vel eos latere pute
tur: qđ de tanti ſacramenti ratione inſtitutor
Deus apit, aperiaṫ. ¶ Dat plane carnẽ ſuam, Rõ alia.
dat ſanguinem ſuum: non ſolum ad honoran
dum, non ſolum ad adorandum: ſed etiã ad
manducandum & bibendum Chriſtus homi
nib⁹. vt ſicut abſq; carnali cibo & potu nullum
mortalium mortalem & miſeram vitam poſ
ſe transigere cerniṫ: ſic abſq; iſta ſpirituali eſca
& potu, neminem immortalem & beatam vi
tam aſſequi poſſe credatur. Quo enim meli⁹,
quomodo apertius, commẽdare potuit mun-
do ſe eſſe vitam hominum: q̃ exemplo illarũ
rerum: in quibus eſt vita hominum? In cibo
enim & potu, vita eſt omnium hominũ. atq;
inter multiformes eſcas & pocula, quibus vita
ſuſtentaṫ hominum, principalem locum obti
nent panis & vinum. quibus ſalubrius & ſolen
nius vita quotidie recreatur & reformatur ho
minum. Vnde has ſolennes & ad vitam tem
poralem hominum conſeruandam principa-
les ſubſtantias: ad vitam ſempiternam homi
nibus reſtaurãdam, dei ſapientia fortiter ſua- Sap̃. viij.
uiterq; diſponens oĩa aſſumere voluit. eaq;
de cauſa in illarũ ſpecie carnẽ ſuã ad mandu-
candũ, ſanguinẽ ſuũ ad bibẽdũ hoib⁹ dare de
creuit. Oſtẽdit i iſtis. & longe clarius hoc ſacra-
mẽto, q̃ verbis edocuit: non eſſe aliam vitam
æternam hominum, niſi ſeipſum: dum ſimi-
litudine eorum eſcæ carnalis, ad eſcam eo-
rum & potum ſpiritualem, nihil aliud dare vo
luit q̃ ſeipſum. Nã cum dicit: ego ſum via, ve- Ioã. xiiij.
ritas & vita. Itemq; cum ait. Hæc eſt vita ęter Ioã. xvij.
na, vt cognoſcãt te verum deum. & quem mi-
ſiſti Ieſum Chriſtum: vitam eum eſſe æternã
diſcunt homines audiẽdo. ſed cum dicit. Niſi Ioan. vj.
manducaueritis carnem filij hominis, & bi-
beritis eius ſanguinem, non habebitis vitam
in vobis. Itemq; cum ait. Panis quẽ ego dede-
ro, caro mea eſt pro mundi vita: vitam eum
eſſe hominum ſempiternam diſcunt homi-
nes comedendo. Comedendo ergo melius q̃
audiendo diſcunt eum homines ſuam eſſe vi
tam immortalem. ſicut eſcis corporalibus ſu-
am enutriunt vitam mortalem. Vt ergo non
tm̃ verbis diſcerent: ſed etiam familiarius fa-
ctis ſentirẽt homines, ſe mori perpetuo ſeiun
ctos a Chriſto, ſe non poſſe ſemper viuere niſi
coniunctos & vnitos Chriſto: ad ſimilitudinẽ
eſcæ & vitæ carnalis accipiunt corpus Chriſti,
bibunt ſanguinem Chriſti: nõ ab alio data, nõ

ab alio ſuſcepta q̄ ab ipſo Chriſto,qui eoꝝ poſt
hanc vitam futurꝰ eſt,eſca.hoc eſt,vita & bea
titudo ęterna.hoc vt oſtēderet,vt ꝑpter hoc
carnē ſuam ad mādūcandum,ſanguinē ſuū
ad bibēdum omnibus ſe dare velle ſignaret:
ducta ab ęremitico manna ſimilitudine:ait
in Euāgelio Iudęis ſe de ſuo manna iactan-
Ioan. vj. tibus. Non Moyſes dedit vobis panem de cœ
lo,ſed pater meus dat vobis panē de cœlo ve-
rum. Panis eñ dei eſt,qui deſcēdit de cœlo,
& dat vitam mundo. Panis eñ ille non cœle
ſtis fuerat,ſed aerius.hoc eſt,de aere deo ibi
eum creante delapſus.licet aer improprie cœ-
lum dicatur:ac ꝑpter hoc manna inde dela-
pſum,panis cœleſtis vocetur. Sed non fuit tñ
illud manna panis cœleſtis,ſed eſt dei filiꝰ de
cœlo deſcendens:vt ipſe fatetur panis cœle-
ſtis.qui etiā anteq̄ de cœlo deſcenderet,panis
hoc eſt,vita erat angeloꝝ:& poſtq̄ de cœlo de-
ſcēdit,panis.hoc eſt,vita factus eſt hominū.
Vnde ſe nō mortuū ſicut manna fuit,ſed vi-
uum panē vocat:quia illud mortuum reficie-
bat moritura corpa Iudęoꝝ:iſte autē panis vi
uus in ęternum victuras animas reficit Chri-
Cur in futurū differt̄ effectus ſacramenti eucharistiæ precipuꝰ. ſtianoꝝ. Qꝫ autē effectus ipſe viuendi,quem
panis viuus pręſtat,in pręſenti nō cōfertur,
ſed in futuro differtur,hęc eſt cauſa:quia ſa-
cramētum quidē corpale eſt,quia verum cor-
pus & verus Chriſti ſanguis eſt:ſed res ſacra-
mēti.i.ſalutis quæ ſequitur effectus ſpūalis
eſt. Ideo ipſum ſacramētum.hoc eſt eſca cor-
poris Chriſti & potus ſanguinis Chriſti,licet
ſint corpalia.hoc eſt,vere corpa, dicuntur tñ
ſpiritualia.hoc eſt,ſpūaliter effectū ſalutis ope
rantia.ſicut docet Apſus de patribꝰ loquens.
j.Coꝝ. x. Omnes eādem eſcam ſpiritualē manducaue
runt,& omnes eundē potum ſpūalem bibe-
runt. Q̄d quia neq; de māna iudaico neq; de
aqua ex petra ꝓducta ſenſerit,ſed de Chriſto
hoc eſt,eius corpe & ſanguine,de quo & Moy
ſes ſcripſit/ſcripſerit:clariſſime demonſtrat/cū
addit. Bibebant autē de ſpūali / ſequēti petra:
petra aūt erat Chriſtus. De petra ergo quę eos
ſecutura erat.i.de Chriſto qui poſt eos ventu-
rus erat:hoc dixit. Qui ſpūalem eſcam & ſpi-
ritualem potū,hoc eſt,corpus ſuū & ſanguinē
vitam ęternam hominibus ſpūaliter cōferen
tem,in ſacramento ſępe nominato donauit.
Q̄d tantę virtutis fuit,vt nō ſolum Chriſtum
ſequētes,ſed etiā ab initio mūdi ipſum pręce-
dētes fideles:nō quidē corpaliter ſicut poſt illū
vniuerſi, ſed tñ ſpūaliter ſicut vniuerſi. Oēs
eādē eſcā ſpūalē mādūcauerūt,&.o.e.p.ſ. bi-
berunt.hoc eſt,eundē ſalutis effectū,quē poſt
Chriſtum Chriſtiani:eundē & oēs illi de Chri
ſti corpe & ſanguine reportarēt. Idcirco vt iā
dictum eſt,omnes tam primi q̄ vltimi ad cor-
pus Chriſti & ad ſalutis ęternę myſteriū per-
tinētes,oēs omnino eandē eſcam ſpūalem
mādūcauerūt,& oēs.e.p.ſ.biberūt. Vt igr̄ vita
ęterna ſpūaliter & inuiſibiliter mūdo in pſen-
ti collata,corpaliter & viſibiliter in futuro cō-
ferēda/ſignaretur:data eſt caro Chriſti ſub ſpe
cie panis ad comedendum:datus eſt ſanguis
Chriſti ſub vini forma hominibus ad biben-
dū:vt ſicut pane & vino ad vitam mortalem
principaliter hoies vtuntur:ſic ad vitam im-
mortalē,quod eſt ipſe Chriſtus,corpe Chriſti
& ſanguine hic ſpūaliter:poſt modū vero tam
ſpūaliter q̄ corpaliter in ęternū paſcātur. Cla-
ret igitur ratio nō ſolum in futuro,qñ intran
dum eſt in ſanctuariū dei,& intelligendū in Pſal.lxxij
nouiſſimis eoꝝ,ſed etiā in pręſenti qñ adhuc Breuis e-
ſub nubilo cuncta fiunt.claret inquā cur non pilogatio
tñ ad honorandū,nō tñ ad adorādum,ſed ꝓcedētiū.
inſuper ad manducandū carnē ſuam & bibē-
dum ſanguinem ſuum,Chriſtus chriſtianis,
dñs ſeruis,deus hominibus dare voluit. Nemo
ergo opponat impietatē velut lęſi vel comeſi
dñi:nemo crudelitatē velut truncati vel do-
lentis corpis:nemo ſtultitiā velut homines hu
manā carnē abſq; ratione edētes:quia nō eſt
impium vbi omnis pietas:nō eſt crudele vbi
nulla paſſio:non eſt irrationabile vbi ſumma
ſapiētia:quę de ſectione ſua nullum dolorē,
de participatione ſua nullam iminutionē,de
comeſtione ſua nullam patitur cōſumptionē:
imo comedētibus ęternam inde prouidet &
pręparat reparationē:quatinus & in hoc ſecu
lo & in futuro panis & vita ſit hominum:qui
ſemper beatoꝝ panis eſt,& refectio angeloꝝ.

¶Contra id quod dicunt/viuorum beneficia nihil prodeſſe defunctis.

QVinto dehinc & vltimo capitulo/ia-
culum aduerſarioꝝ amento hęretico
intortum,quod in pernitiem eccleſię
iam aduolat,ſcuto veritatis falſitati oppoſito
repellēdum eſt. De quo Propheta. Scuto circū-
dabit te veritas eius,nō.t.a.t.n.a ſagitta volā-
te. Excreuit enim malitia perfidoꝝ,& quaſi Pſal.lxxij
ex adipe iniquitas eoꝝ prodijt,cum nō ſolum
viuoꝝ ſaluti,ſed etiā mortuoꝝ ſpei inuidēt.&
vniuerſoꝝ cōmunes & publici hoſtes effecti,
non tñ viuos occidere,ſed & ipſos mortuos,
ſi poſſibile eſſet,rurſus extinguere moliūtur.
Inſtant mortalibꝰ vt cito moriantur:mortuis
ne ad vitam reſpirare audeant,aditum inter-
cludunt. Non parcunt miſerādę hoim ſorti,&

poſt erumnoſam vitã denuo ſub diuino iudi-
cio laborãtibus humanis ſpeciebus, velut nũq
mortuorũ miſereri neſciunt. & vere impij, q͂a
abſq; pietate Chriſtum pietatem benigne cõ-
Matth.v mendãtẽ, vt ſurdi audiũt: beati miſericordes,
q̃m ipſi miam ɔſeq̃nt. Quã quia alijs nec affe
ctu retinẽt, nec effectu exhibẽt: nõ vt beati ſed
vt miſeri nunq̃ eam cõſequẽtur. Liberales cer
te homines, & de ſuo munificẽtiſſimi iudican
di: qui nec de alieno dapſilitatẽ fieri, ęquis in
tueri oculis vel tolerare aliquatenus poſſunt:
& diuitias bonitatis dei ac patientię ignoran
tes. qui ſcd̃m Apoſtolũ, diues eſt, in oĩes qui
Roñ.x. inuocant eum. & iuxta alium. dat omnibus
Iaco.j. affluẽter & nõ improperat: leges diuinę largita-
ti praeſcribunt. & ne mortuis liber inter mor-
tuos miſereatur, coeleſtis cẽſurę iudices inter-
dicunt. Hoc faciunt q̃ñ altaris ſacrificia, obla-
tiones, orationes, eleemoſynas, vel reliqua bo
noꝝ bona viuoꝝ bonis mortuis prodeſſe non
poſſe contendunt: & eccleſię Chriſti tam cele-
brem, tam antiquum ab ipſo Chriſto, immo
ante Chriſtum ab eius cultoribus obſeruatum
morẽ, vniuerſo orbe reclamante, cõtemnunt.
Vnde q̃ nõ cõtemnẽdus, imo quanto ſtudio
hic error refellẽdus ſit, etiam negligẽter atten
dẽtes aduertere poſſunt. Quis enĩ o catholici
lectores non aduertat ſatanã, cuꝰ cogitatio-
ij.Coꝛ.ij. nes iuxta ſupradictum Apoſtolũ, nõ ignora-
mus hoc cogitaſſe, vt tot bona a tantis bonis
aſſidue per orbem pro mortuis facta, hoc aſtu
auerteret, & iuges eleemoſynas, cõtinua ſacri-
ficia, irrequietas orationes & his ſimilia, quę
& viuis comparant meritum, & defunctis re-
quiem, conſilio infernali auferret? Sed ſpiritꝰ
conſilij eius dolos retegẽs, & vultum fallacię
nubilo opertũ denudabit, & eccleſię ſuę ma-
gis lucroſam q̃ damnoſam eius extitiſſe ten-
tationem mõſtrabit. Nã quod magnus Apo-
j.Coꝛ.x. ſtolus ante multa ſecula ait: oportet hęreſes
eſſe: vt qui probati ſunt, manifeſti fiant: hoc
nõ ſolum patrum temporibus, ſed etiam no-
ſtris diebus experimur. quia ſicut ſemp ex-
trinſecus hoſtium perſecutionibus dilatatur:
ſic inteſtinis falſoꝝ fratrum tentationibꝰ ma
gis magiſq; purgatur. Dilatabitur ergo nõ an
guſtabitur: purgabitur non inficietur auxilio
diuini ſpiritus eccleſia: cum illud quod ab ad
uerſa parte opponitur, ſtudioſius diſcutietur,
ſubtiliꝰ inueſtigabitur, perfectius inuenietur,
robuſtiꝰ defenſabitur. Et ne diu differã, quid
eſt o hęretice quod proponis? Non inquit pro
Rõ hęre- deſſe poſſunt bona viuoꝝ mortuis: quia trãſla
ticorum. tis e vita nec augeri queũt merita nec minui:
quia extra vitam hanc non poteſt iam locus
eſſe meritoꝝ ſed retributionum nec ab aliquo
poteſt ſperare mortuus, quod dum in ſeculo
eſſet, non obtinuit viuus. Idcirco inania dico
quęcũq; a viuis pro mortuis fiunt: quia dum
mortales per mortem vniuerſę carnis viã ad
ſtatum futuri ſeculi tranſeunt, ſecum totum
meritum ſuum, cui nihil poſſit adijci, ferunt.
Nouit (inquam) vniuerſa eccleſia dei, & ego Rñſio.
qualiſcunq; eius alumnus nõ ignoro, ſapientiã Eccl'ſ vlt.
dei per Salomonẽ dixiſſe. Cuncta quę fiũt ad
ducet deus in iudicium pro omni errato ſiue
bonũ ſiue malum ſit. & Apoſtolũ. Vnuſquiſq; Gal.vj.
onus ſuum portabit. & oportet nos ſtare ante ij.Coꝛ.v.
tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; put geſ-
ſit in corpe ſiue bonum ſiue malum & Dauid Pſal.lxi.
Duo hęc audiui, q͂a poteſtas dei eſt, & tibi do
mine miſericordia, q͂a tu reddes vnicuiq; iu-
xta opera ſua. & Chriſtum dominum. filius
hominis vẽturus eſt in gloria patris ſui cũ an-
gelis ſuis: & tunc reddet vnicuiq; ſcd̃m opus Mat.xvj.
eius. Noui plane iſta & adhuc plura: nec quã
dixi eccleſiã fallere potuerunt, tanta tãq; cla-
ra teſtimonia: nec tam cęcus eſſe potuit totus
mundus, vt nõ poſſet cernere quod potuit vi-
dere rarus hęreticus, vnũquẽq; ſcilicet ex ſuis
operibus aut iuſtificari, aut cõdemnari. Vidit
certe iſta nec ad vidẽdũ multo conamine opꝰ
fuit. vidit q̃cq̃d tu videre potuiſti. ſed q̃cq̃d ipſe
vidit, tu hęretice nõ vidiſti. Vidit fines beati-
tudinis ac miſerię ſempiternę ex vita morta-
liũ pendere: vnde pro eius qualitate agnouit
oĩpotentis miam, alioꝝ pijs operibus etiã poſt
mortem mortuis ſubuenire. Nã & ſi aliena vi
dẽtur viuẽtium opera, vt tñ mortuis prodeſſe
valerent, mortuoꝝ dum viuerent, ſunt meri-
tis comparata. Idcirco nec aliena eſſe iudican
da ſunt, quę mortuoꝝ pręcedentibus meritis
propria facta ſunt. Orat ea de cauſa eccleſia p
requie vel gloria mẽbroꝝ ſuoꝝ ad ſtatum vi-
tę ęternę trãſlatoꝝ: & quos fide ac charitate
ad mẽbra dñi ſui ptinere cognoſcit, a fructu
ſuorum bonoꝝ operum non excludit. Non
excludit eos, immo vt dignum eſt, pleniſſime
admittit: vt ſicut abiectos a facie dei cõcordãs
iuſtitię dei a memoria ſua abijcit, ſicut perfe-
ctos coram facie dei, certa de miſericordia dei
auxilio ſuo non indigere cognoſcit: ſic laborã-
tes ſub iudicio dei, confiſa de diuitijs bonita-
tis dei, quibus poteſt modis iuuare contendit.
Habet inde auctoritatẽ ex verbis dñi dei ſui,
a quo per euãgeliũ audit, remitti peccata non
ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Q̃ñ Mat. xij.
enĩ de blaſphemia ſpiritus loquẽs ait. qui di- & Lu.xij.

xerit verbum contra ſpiritum ſanctum,non
remittetur ei neq; in hoc ſeculo neq; in futu-
ro,oſtendit veniam quidẽ peccatorꝝ in hoc ſe-
culo ſemp dignis concedi:remiſſionẽ tñ pœ-
narum quas peccata exigũt,in futuro ſeculo
aliqñ differri. Que ſcdm nobis occultas diſpẽ
ſationes iuſtitię & miſericordię dei,pijs operi-
bus bonorꝝ viuorꝝ,aut tpe breuiãtur,aut quali
tate mitigãtur,ad remediũ bonorꝝ ſed impfe
ctorum mortuorꝝ. Quos bonos vocaui,quia
nõ excidunt a ſalute:imperfectos,quia indi-
gent purgatione. Que purgatio ab ęterna dã-
natione ſecernẽs,aut per occultum dei iudi-
cium reis illis pro qualitate reatuum exhibet,
aut per inexhauſtam eius bonitatẽ,eccleſię ſa
crificijs,orationibus,eleemoſynis,& his ſimi-
libus recõpenſatur:quia manet verax verita-
tis ſententia,remitti peccata. hoc eſt,pœnam
peccatorꝝ,aliqñ in hoc ſeculo,aliqñ in futuro.
Sed iam latiſſimis ſcripturarũ exẽplis vtamur
quibus Sole clarius eluceſcat,non damnoſam
ſed lucroſam nobis hereticam ꝓpoſitionem
fuiſſe,ꝓbando ꝙ nõ ſolum bona viuorꝝ mor-
tuis,ſed etiã bona mortuorꝝ viuis:& bona vi-
uorũ viuis,& bona mortuorꝝ mortuis,& olim
profuerint,& quotidie prodeſſe vel proficere
poſſint. Ad quod aſſerendũ,ipſe in primis au-
ctor & ſaluator hominũ Ieſus dñs veniat:cuius
adhuc inter homines viuẽtis bona viuis,mor-
tui mortuis, viui mortuis, mortui viuis pro-
Chriſtus fuiſſe,nulli dubium vel obſcurum,ſed certum
viuẽs ſpũ & perſpicuum eſt. Qñ enĩ eius bona numera-
aliter & ri poterunt,que cũ adhuc mortalis inter mor-
corpaliter tales viueret,eiſdem mortalibus non tñ ſpi-
ꝓfuit vi- ritualiter ſed etiã corpaliter profuerũt? Spũa-
uis. liter autẽ dixi:cum mulieri peccatrici diceret,
Lucę.vij. fides tua te ſaluam fecit,vade in pace. cũ Pa-
Mat.ix. ralitico. Fili remittũtur tibi peccata. cũ de Za-
Luc.xix. cheo. Hodie ſalus domui huic facta eſt. qñ cõ
Luc.xxij. uerſus reſpexit Petrum. qñ latroni ait. Hodie
Luc.xxiij mecum eris in paradiſo. & alia quingẽta. Cor
Mat.viij. poraliter vero dixi,cũ leproſo diceret,Volo,
mundare,& ſtatim mundata eſt lepra eius.
cum alijs decem leproſis ſimul occurrentibus
Luc.xvij. præciperet:ite,oſtendite vos ſacerdotibus.&
dum irent mundati ſunt. dum cæco nato iu-
Ioan.ix. beret:vade ad natatoria Syloe & laua.& ille
abijt & lauit,& vidit. cum alij cæco diceret. Re
Luc.xviij ſpice,fides tua te ſaluum fecit.& confeſtim vi
Mat.xxj. dit. qñ acceſſerunt ad eum multi cæci & clau-
di in templo,& curauit eos omnes. qñ Sole oc
Marci.j. cidente omnes qui habebant infirmos varijs
languoribus:ducebãt eos ad ipſum & curabã-
Lucę.iiij. tur. qñ precepto eius exibant dæmonia a mul

tis clamantia & dicentia:quia tu es filius dei.
& mille ſimilia,tam per ſeq̃ per diſcipulos fa-
cta. Hoc ergo modo bona viuentis dñi viuis
profuiſſe monſtraui. Bona autẽ mortui domi Chriſtus
ni mortuis profuiſſe quis dubitat? quicũq; in mortuus
ſymbolo chriſtiano credit & cõfitetur:paſſum profuit
ſub Pontio Pilato,crucifixum,mortuum,ſe- mortuis.
pultum:deſcendiſſe ad inferna? De quibus in-
numerabiles ſanctorꝝ animas eruẽs,& beati-
tudini ęternę reſtituẽs:impleuit quod ſolẽnis
ꝓpheta pdixerat. De manu mortis liberabo Oſee.xiij.
eos,de morte redimam eos,ero mors tua o
mors,morſus tuus ero inferne. & quod alius.
Deus vltionum,dñs deus vltionũ libere egit. Pſal.xciij
quodq; Apl's. qui conſtitutus eſt inquit)a deo Actuũ.x.
iudex viuorꝝ & mortuorꝝ. Sed quid mirabile,
ſi mortuus dominus morte ſua mortuis fide-
libus ſubuenerit,cum exinde mortuis ſeu mo
rituris vſq; ad cõſummationem ſeculi chriſtia
nis omnibus ad vitam pręordinatis,quod eſt
mirabilius,eadem morte quotidie ſubueniat?
Bona ergo mortui dñi,mortuis hominibus hoc
modo & profuiſſe & prodeſſe mõſtraui. Viuẽ- Chriſti vi
tis autem dñi bona mortuis profuiſſe:vnde uẽtis bona
clarius q̃ ex ipſa mortuorꝝ reſurrectione pro- profuiſſe
batur? Nõne hoc illa trina & notiſſima mor- mortuis
tuorꝝ reſurrectio atteſtatur. puellę in domo, ꝓbatur.
adoleſcentis in porta,Lazari de ſepulcro? Nõ Mat.ix.
ne & illud iam viuẽtis,quia a morte reſurgen Lucę.vij.
tis:tam inſolitum,tam nobile,tam famoſum Ioan.xj.
miraculum idem cõfirmat. qñ eo(vt dixi)re-
ſurgente,& immortaliter iam viuente:multa
corpora ſanctorum qui dormierant/ſurrexe- Matthæi
runt? Nec mirum hoc etiam ſi viuentis virtu xxvij.
te mortuorũ corpora ſurrexerunt,qñ eiuſdem
viuentis dicta omnia,facta omnia:ad reſurre
ctionẽ nõ tñ corporꝝ,ſed etiã,quod primum
eſt,animarum omniũ fidelium hominũ pro-
fecerunt. Oſtenſum eſt igitur viuentis dñi bo-
na mortuis profuiſſe. Sed ad ſupplementum Chriſti
omniũ demõſtretur,mortui inſuper bona vi- mors pro
uentibus potuiſſe prodeſſe. Ad quod non ex- fuit & ꝓ
pectata reſponſione mea,totus orbis terrarũ deſt viuis
conclamat:vociferans ſe bono mortis dñi a
morte ęterna ereptum,ſaluti redditum,vitæ
perpetuę reſtitutum. Hoc duodecim Apoſto-
li,hoc ſeptuaginta duo diſcipuli,hoc quingen-
ti fratres,quibus ſimul reſurgẽs apparuit. hoc
innumera multitudo credẽtium vel non cre-
dentium:qui dum ipſe tẽporaliter carne mor
tuus eſſet:ipſi etiam temporaliter in carne vi-
uebant. hoc inquam omnes iſti atteſtantur:
quos(vt dixi)in corpore mortali viuẽtes,in cor
pore mortali eodem tempore mortuus ſalua

uit. & ipſis viuentibus bona mortis ſuę pro-
fuiſſe mōſtrauit. Quę cum ita ſint, nullo ſani
capitis, vt ęſtimo, reclamante: bona viuentis
dñi viuis, mortui mortuis, viui mortuis, mor-
tui viuis pfuiſſe probatum eſt. Sed qm̄ vt di-
gnum erat, hoc in dño ſaluatore velut in ca-
pite corpis ſui, quod eſt eccleſia, oſtenſum eſt,
ſubſequēter in eodē corpe eius. hoc eſt fideli-
bus eius, prout ipſe dederit, oſtendēdum eſt.
De ipſo em̄ ſaluatore: ad quē ſingulariter pti-
nebat vt eius vita vel mors ſaluti viuentiū &
mortuoꝝ impēderetur: nullus fidelium dubi-
tare pmittitur. De reliquis vero, ꝙ ſcilicet bo-
na viuoꝝ mortuis ꝓdeſſe valeant: & hi hęreti
ci negant: & quidam etiā catholici dubitare vi
dētur. Propter quos maxime hoc demōſtran-
dum eſt, vt hęreticus ſi fieri poteſt, fidem quā
abiecit reſumat & catholicus in fide quā con-
fitetur, nequaq̄ vltra langueſcat. Et vt eo ordi
ne quo de dño illa ſuperius oſtenſa ſunt, eodē
quoq; iſta inferius de ſeruis fidelibus oſtēdan
tur: ꝓbandū eſt bona viuoꝝ viuis, bona mor-
tuoꝝ mortuis, bona viuorum mortuis, bona
mortuoꝝ viuis: & ꝓfuiſſe in pręteritis ſeculis:
& poſſe ꝓdeſſe vſq; ad cōſumationem ſeculi,
Probatur bona viuoꝝ viuis ꝓdeſſe. etiā in futuris. Quādo autē dies ſufficere po-
terit, ſi vndiq; occurrentia & certatim ſe inge-
rētia exempla ꝓfundere voluero: demōſtran-
do bona viuoꝝ viuis ꝓfuiſſe, & inuicem ſe bo
nos oēs mutuis beneficijs adiuuiſſe ante legē,
ſub lege, ſub gratia: in Heptatico. in Prophe-
tis, in Pſalmis, in Euāgelijs, in Apl̄oꝝ actib⁹
& epiſtolis: in omni ad vltimum lege diuina,
tam ea quę dicitur vetus, q̄ ea quę dicitur no-
ua? Sed quia nō eſt neceſſe cūcta hmōi de ſcri-
pturis eruta in vnū colligere, quę ſufficiāt pro-
ponātur: quib⁹ quę ꝓpoſita ſunt robuſtiſſime
defendāẽ. Propoſita aūt ſunt, ꝙ bona viuētiū
viuis ꝓdeſſe poſſint. Et poſſem quidē dicere
Geñ. xvij ad remotiora ſecedens, Abrahā pro Iſmaele,
xxv. xl- Iſaac pro ſterilitate Rebeccę, Iacob pro nepo-
viij. tibus, Moyſen pro Iudęis, eūdem cōtra Ama
Exo. v. lech, cōtra Dathan & Abyron, cōtra plures re-
xvij. belles & ſeditioſos: hos inquā, magnos Patri-
Num. xvj archas vel pro alijs vel cōtra alios deprecan-
iij. Regū. tes & exauditos fuiſſe: Dauid precibus ſuis a
xxiiij. morte populi angelum auertentem, Samuhe
lem Paulo ſuperiorē eidem iudaico poplo di-
j. Reg. xij. cētem. Abſit a me peccatū hoc vt ceſſem ora-
re ꝓ vobis. Eſaiam & Hieremiam ꝓphetas,
tam precibus q̄ meritis, Ezechiam & Ioſiam
reges, ab eadem gente ſępe iram cōmoti dñi
auertiſſe. Pręter hos inumerabiles alios quos
breuitatis ſtudio intermitto, poſſem ꝓducere:

qui virtute ſua infirmitatē, qui iuſtitia ſua ini-
quitatē, qui bonis ſuis mala prioꝝ temporū
ſupportabāt: & deum iniquitates hominū fe-
rire diſponētem, quaſi vim inferētes ſupplica
tionibus retrahebāt. His ergo dimiſſis, ad no-
ſtra euangelica tēpora veniēdum eſt: in quib⁹
maximū in Aplis vt ſæpe dictū eſt, Paulum
ſermo ꝓducat: & ex eo maxime viuētiū bona
viuētibus prodeſſe oſtendat. Ait em̄ in epiſto-
la ſua Romanis. Teſtis mihi eſt deus, cui ſer- Roma j.
uio in ſpiritu meo in euangelio filij eius, ꝙ ſi-
ne intermiſſiōe memoriā veſtri facio ſemper
in orationibus meis. Item Epheſijs. Flecto ge Ephe. iij.
nua mea ad patrem dñi mei Ieſu Chriſti, ex
quo omnis paternitas in cœlo & in terra noia
tur: vt det vobis ſcdm diuitias gratię ſuę vir-
tutem corroborari per ſpiritū eius. & reliqua.
Item Coloſſenſibus. Orationi inſtate, vigilan Col. iiij.
tes in ea in gratiarū actione: orantes ſimul &
pro nobis: vt deus aperiat nobis oſtiū ſermo-
nis, ad loquēdum myſterium Chriſti, vt mani
feſtem illud ita vt oportet me loqui. Rurſus
in iam dicta epiſtola Romanis. Obſecro vos Rom̄. xv.
fratres per dñm noſtrū Ieſum Chriſtū, & per
charitatē ſpiritus ſancti, vt adiuuetis me in
orationibus ad deum, vt liberer ab infidelib⁹
qui ſunt in Iudęa, & obſequij mei oblatio ac-
cepta fiat, in Hieroſolyma ſanctis. Itē ad Ti- j. Tim̄. ij.
motheū. Obſecro primū omniū fieri obſecra-
tiones, orationes, poſtulatiōes, gratiarū actio-
nes pro omnibus hominibus, pro regib⁹ & oi-
bus qui in ſublimitate ſunt: vt quietā & tran
quillam vitam agamus, in omni pietate & ca
ſtitate. Hoc em̄ bonum eſt, & acceptum corā
ſaluatore noſtro deo Hinc Iacob⁹ poſtq̄ dixit, Iacobi. v.
Cōfitemini alterutrū peccata veſtra, addidit:
& orate pro inuicem vt ſaluemini. Quod fie-
ri debere prophetico teſtimonio cōprobat, cū iij. Regū. xvij.
Heliam introducit oraſſe vt nō plueret ſup
terram, & nō pluiſſe annos tres & menſes ſex:
& rurſum oraſſe, & cœlum dediſſe pluuiā, &
terram dediſſe fructum ſuū. Quid vltra? qd
vltra certe: aut me loquēdo, aut te o lector fa-
tigarē legēdo? Ecce his paucę pleniſſime, his
breuibus exēplis largiſſime mōſtratū eſt, bona
viuoꝝ viuis: iuxta qd gratia diuina diſpenſat:
& vtriuſq; partis meritum poſtulat, & olim ꝓ-
fuiſſe, & vt dictū eſt ſemp dum hic viuiẽ poſſe
ꝓdeſſe. Dū em̄ Paulus Romanoꝝ in ſuis orōo
nibus memoriam facit, dum ꝓ Epheſijs ad
deum genua flectit, dum rurſum Romanos
p Ieſum Chriſtum, & p charitatē ſpiritus ſan-
cti obſecrat, vt adiuuent ſe in orōnib⁹ ad deū,
dum Coloſſenſes monet vt orōni inſtēt, orēt

etiam ſimul & ꝓ ipſo, dum Timotheo loqui-
tur obſecrare ſe vt fiant obſecrationes, oratio
nes, poſtulationes, gratiarū actiones, ꝓ regibꝰ
& omnibus qui in ſublimitate ſunt: nec tm̄ ꝓ
illis, ſed ſicut p̄mittit, ꝓ omnibus hominibus.
dum Iacobus hortatur duodecim tribus quæ
ſunt in diſperſione, & in illis totius mundi fi-
deles, vt orent ꝓ ſe inuicē: ſubditq; cauſam/ vt
ſaluētur. dum Heliam etiā ꝓ impijs oraſſe &
exauditum fuiſſe memorat: quid (inquam) in
his oībus tantis tamq; ſolennibus ſacrę legis
teſtimonijs? quid certe aliud docetur q̄ omnia
Chriſti mēbra, omne ſibimet ipſis auxiliū in-
uicem ferre, ꝓ inuicem orare: & vt lex Chriſti
Gal.vj. quę charitas eſt, impleri valeat: alterū alterius
onera vel ſpūalia vel corpalia, ſpūalibus aut
corpalibus ſubſidijs portare debere? Iam ſe-
quētis particulę ꝓbatio, vnde melius q̄ ex prę-
Probatur cedētis ꝓbatione ꝓbatur? Sacris enī auctorita-
bōa mor- tibus multipliciter ꝓbatum eſt, viuētium bo-
tuorum na viuētibus/ ſi digni ſunt poſſe ꝓdeſſe. Inde
mortuis ergo colligi᷑ mortuoꝝ hominū bona mortuis
ꝓdeſſe. hominibus/ ſi & ipſi digni ſunt, ad ſalutē ſeu
ad maloꝝ leuamen poſſe ꝓficere. Cum enim
bonoꝝ viuētium oratio viuētibus ꝓfuerit: cur
eorūdem vel ſimilium mortuoꝝ deprecatio
mortuis ꝓdeſſe nō poterit? An apud pijſſimā
maieſtatē plus poſſunt viuentes iuſti, minus
mortui iuſti? An maioris apud deum precij
ſunt preces bonoꝝ viuentiū q̄ bonoꝝ ſupplica
tiones mortuoꝝ? Nunquid excellētioris meri
ti ſunt apud dn̄m ſuum ſancti in corpe cōſti-
tuti: & inferioris mortalitate exuti? Nunquid
maioris gradꝰ vel gr̄ę ſunt adhuc ī carne poſi-
ti, & mioris iā deo ꝯiuncti? Nō hoc/ nō hoc/ in-
quā, ratio vel iuſtitia pati᷑: vt qn̄ debēt eē robu
ſtiores, fiant infirmiores: qn̄ debēt eſſe poten-
tiores, ſint impotentiores: qn̄ debēt eſſe perfe-
ctiores, ſint imperfectiores: qn̄ ſolet talibꝰ ad-
augeri gloria, minua᷑ gratia: qn̄ ſupernę largi-
tatis erga tales dona ſolent ineffabiliter accu-
mulari: quę prius collecta fuerant, videantur
auferri. Potuit certe Paulus orare ꝓ Romanis
genua flectere ꝓ Epheſijs, dum in miſera car-
ne viueret & (vt par eſt credere) exauditus eſt:
& nūc omni miſeria exutꝰ beatitudini ſempi-
ternę coniunctus, ꝓ eiſdem vel quibuſlibet di
gne deprecabitur, & nō exaudietur? Orauit (vt
dictum eſt) Helias pro pluuia tollenda, orauit
& pro eadem reddēda in corpe manens, nec
precum effectu vel in modico fruſtratus eſt:
dum exutus corpore fuerit, nā adhuc in corpe
viuit, ꝓ quibuſlibet dignus tn̄ orabit, nec quod
orauerit obtinebit? Rogant Apoſtoli dominū

pro Chananea dicētes. Dimitte eam dn̄e, qa Mat.vj.
clamat poſt nos. & audiūtur. Orāt Martha & Ioan.xj.
Maria, vt reſurgat frater earum Lazarus: &
Chriſto eas exaudiēte reſurgit. Hoc (inquam)
ſanctę mulieres ſanctiq; diſcipuli adhuc miſe
ri obtinuerunt, ſi quid dignū petierint iā bea-
ti nō obtinebunt? Facta eſt oratio ab Eccleſia Actu.xij.
adhuc peregrina ad deū pro Petro, vt de car-
cere erueretur: & miſſo angelo ereptus eſt: ora-
bit iam cōiuncta eccleſia deo, vt ꝓ aliquibꝰ ob
tinendis audiatur, & nō exaudietur? Et certe
rationi huic auctoritate ſua eadem eccleſia at-
teſtatur: mortuis videlicet alioꝝ mortuoꝝ bo-
na poſſe ꝓdeſſe, dum quotidie per vniuerſum
mundum cum ſigno fidei exeuntes de corpe
& ſomno pacis dormiētes mortuos ſuos, perfe
ctioribꝰ mortuis. hoc eſt, ſc̄tis martyribꝰ alijſq;
ſumme iuſtis cōmendat: quos ſcilicet iā mor-
tuos mortuis alijs non cōmendaret: niſi mor-
tuoꝝ in bonis perfectoꝝ bona bonis mortuis
ſed imperfectis poſſe ꝓdeſſe ꝯſideret. De qua
eccleſiaſtica cōſuetudine, nec catholicus dubi
taſſe: nec hęreticus inuētus eſt, illi aliqn̄ reſtitiſ-
ſe. Adiuuat iſta & libri Machabeoꝝ lectio: quę ij. Maca.
ſicut in ſequētibus loco ꝓprio clarꝰ expone- xv.
tur, ſummum ſacerdotē Oniam, magnumq;
Prophetam Hieremiam iam mortuos oraſſe
& exauditos eſſe ꝓ viuentibus introducit. Cū
igitur & viuētes ꝓ viuētibus orare p̄cipiātur, &
mortui ꝓ viuētibus exauditi eſſe legātur: cur
mortui mortuis poſſe ꝓdeſſe, ſanctis ſupplica
tionibus dubitantur? Q d ſi quis forte oppo- Obiectio.
ſuerit, bona mortuoꝝ idcirco mortuis ꝓdeſſe
nō poſſe: qm̄ in ſtatu illo futuri ſeculi non eſt
locus bonoꝝ vel maloꝝ meritoꝝ, ſed bonarū
vel malarū retributionū. Reſpōdeo eſſe qui- Solutio.
dem hic locum meritoꝝ, ibi retributionū: ſed
ſicut maloꝝ & maloꝝ varietatem diſtingui,
ſic bonoꝝ & bonoꝝ diuerſitatē oportere diſ-
cerni. Sicut enī diuerſo reſpectu voco malum
quod eſt peccatum, & malum quod eſt poena
peccati. de quo primo malo ait Propheta. Pec Pſalm̄.l.
catum meum coram me eſt ſemper. Tibi ſoli
peccaui & malum corā te feci. de ſequēti vero
deus ipſe. Ego dn̄s faciens pacem & creās ma Eſa.xlv.
lum. itemq;. ſi eſt malum in ciuitate quod do- Amos.iij
minus nō fecerit, ſic diuerſo intuitu voco bo-
num opus eius, voco bonum mercedem eiꝰ.
De quo primo bono præcipit homini ſcriptu- Pſalmo.
ra ſacra. Fac bonum. de ſequenti vero dicit. xxxvj.
Credo videre bona dn̄i. Primum ergo bonum Pſalmo.
meritum eſt. ſecundū bonum/ merces meriti xxvj.
eſt. Primum bonum/ laborioſum eſt. ſequens
bonum/ delectabile eſt. Primum bonum ama

ritudinis eſt. ſequēs bonum dulcedinis eſt. Primum bonum cum miſeria tēporali eſt: ſequēs bonum cum felicitate ęterna eſt. Primum ergo bonū in pręſenti tm̄ vita exercetur: ſequēs bonum in futura ꝑpetuo retinetur. Illud igitˀ bonum meritum cōparans, qđ laboris, amaritudinis, & miſerię eſſe dixi: a ſanctis vel iam beatis oīno remoueo: illo vero quod delectabile, quod dulcedinis, quod felicitatis ęternę bonum vocaui: eos tm̄modo frui affirmo. Nec eñ vltra beatos illos eſſe pauperes oportebit: nequaꝗ̄ eſurire corꝑaliter vel ſitire, nequaꝗ̄ flere vel gemere, nequaꝗ̄ ꝑſecutioné ꝓ iuſtitia pati eis vltra neceſſe erit: & his ſimilia bonū (vt dixi) meritum cōparantia: ſed tm̄ excellentius bonum (quod mercedē pręcedentiū bonoꝝ vocaui) eis deeſſe nō poterit: quod beat⁹ ille quicunq; fuerit cœlicola: ęternaliter obtine-

Beatitudo in quibus conſiſtit.

bit. Hoc eſt bonum illud quod beatitudo vocatur: cuius beatitudinis vel pręcipua vel tota cauſa eſt, cōditoris cōtēplatio, amor, delectatio. Quę cōtemplatio amori (vt dixi) creatoris adiuncta, totam illam rationalem & beatam creaturam implebit: eāq; ex integro ſibi vendicans, ad infatigabilem laudem creatoris ęternaliter animabit. Inter quę bona ſua ꝗ̄diu neceſſe fuerit etiā hoc bonum habebit, vt in miſeria tēporali adhuc laborantib⁹ cōferius benigne ſubueniat: & meritis felicibus, nō miſeris lamētationibus eos ad ſuę beatitudinis cōſortium pertrahat. Ea propter affectus quo mortui ꝓ mortuis deo ſupplicant, nō de miſeria eſt, ſed de beatitudine: nō de laborioſis ſupplicationibus huius vitę, ſed de riuo in eis deriuato charitatis & beatitudinis ſempiternę. Hoc igitur modo mortui ꝑfectiores pro imꝑfectioribus ſupplicant, qm̄ deum nō ſicut in hac vita miſeris gemitib⁹, ſed ſanctis affectibus, ſicut vitam illam decet, ꝓ dignis exorant. Nō enim eos in precibus neceſſe eſt laborare, quorum ſancta merita vel affectus nō poteſt ęterna ſapientia, quę illa contulit, ignorare: nō poteſt ſumma benignitas nō exaudire. Nec eñ ipſe dñs tales illis affectus conferret: ſi eos exauditurus nō eſſet. Hoc igitˀ modo bona mortuoꝝ mortuis poſſe prodeſſe, & auctoritas docet, & ratio ꝑſuadet. Iſta (inquā) bona ſāctoꝝ nō minuēt beatitudinē, ſed aliorum (vt dictum eſt) iuuabunt imꝑfectionem. Nec vocabitur bonum adaugēs meritum, ſed dicetur bonum remunerās meritum. Iam ſi hinc auctoritas ſcripturę vel a credētibus vel a dubitantibus quęritur, iuuante eo qui adiutor eſt in opportunitatibus: deeſſe nō poterit.

Deeſſe certe nō poterit, vt nō ſolum ratione ſupra ſcripta, nō tm̄ inſtitutione eccleſiaſtica: ſed etiam auctoritate diuina vndiq; noſtra vallata aſſertio, nullum caſum trepidās immota cōſiſtat. Adducatur auctenticus & euāgelicis teſtimonijs roboratus liber qui dr̄ Regū, in medium: & mortuoꝝ bona mortuis (vt ſępe dictum eſt) poſſe ꝓdeſſe: mirando ac iocundo exemplo cōfirmet. Veniat ad hoc aſtruēdum magnoꝝ & mirandoꝝ operum patrator magnus ille & nominatus Helyſęus propheta: ſuper quem Helię ſpiritus requieuit: qui eiuſdē iiij. reg. ij.
eundem tanti prophetę ſpiritum, eo ad ſublimia curru & equis igneis rapto: duplicem accipere meruit. Huius certe Helyſęi nō viuentis, ſed iam mortui & ſepulti oſſa mox vt mor- Mortuus
tuum aliū cōtigerunt: verū bona mortuorum Helyſęus
mortuis ꝓdeſſe valeant, oſtēderunt. Quidam mortuū
eñ (ait ſcriptura illa) ſepelientes hominē: vi- ſuſcitauit
derunt latrunculos, & ꝓiecerunt cadauer in iiij. re. xiij
ſepulcrum Helyſęi. Quod vt tetigit oſſa Heliſęi reuixit homo, & ſtetit ſupra pedes ſuos. Quid mirabilius, quid clarius ad rem de qua agitur affirmandam: pręſcia cunctoꝝ diuinitas oſtendere potuit? Vnde lucidius mortuoꝝ bona mortuis poſſe ꝓdeſſe: cūcta ꝓuidēs ęterna ſapientia monſtrare valuit? Quis vnꝗ̄ nobile hoc miraculum cōſiderās, ꝙ mortuoꝝ bona mortuis ꝓdeſſe valeant: nō dico cōtradicere, non dico muſſitare, ſed vel in modico dubitare poterit? Idcirco aūt hęc apta miracula alterius tēporis hominibus a deo demonſtrata ſunt: vt omnium tēporum homines inſtruerētur: & quid credere, quid agere deberēt, nō tm̄ verbis diuinis, ſed etiam rebus mirabilib⁹ admonerētur. Hoc autē corporale beneficium a mortuo propheta mortuo homini collatum: docet deum non ſolum corꝑalibus mortuoꝝ hominum beneficijs quę ipſe cōtulit, mortuis alijs ſuccurrere: ſed & ſpiritualibus bonis eorundē mortuoꝝ, mortuis alijs ſicut adiuncta iuſtitię miſericordia poſtulat: ſpiritualiter ſubuenire. Cum hęc itaq; tam magnis auctoritatibus, tantis rationibus, tam firmiter innitantur: procul exploſa omni dubietate, mortuoꝝ bona mortuis ꝓdeſſe poſſe: luce lucidi⁹ demōſtrātur. Hinc ad tertiā diuiſiōis noſtrę particu- Probatur
lam defendēdam, quam ſolam heretici no- bona vi-
ſtri impugnant: & de qua ſola hoc noſtrum uoꝝ mor-
quintum capitulum exortum eſt: ſpiritu dei tuis pro-
cauſam ſuam defendente procedendum eſt. deſſe.
Eſt autē hęc, qua dei eccleſia bona viuoꝝ mortuis poſſe ꝓdeſſe, & verbis docet, & quotidianis quę mortuis exhibet miſericordię operib⁹

cõfirmat. Quam eius cõſuetudinem & nobis
ab eadẽ eccleſia traditum morẽ, vos o hęreti-
ci, cum quibus præcipue de hac re mihi ſermo
eſt: nulla ratione temerare poteſtis: quia ratio
ni longe ſupra ſcriptę & argumẽto inuincibili
reſiſtere nõ valetis. Quę vero ſit illa ratio, qđ
ve illud argumẽtum, ne mẽte excidant: breui
ter replicabo. Supius eñ dixiſtis, nullos vos li
bros, nullas traditiones eccleſię ab eccleſia p̄-
ter euãgeliũ ſuſcipere: ſed illi tm̃. hoc eſt, euan
gelio fidem vos firmiſſimam cõſeruare. Ad
quod ego reſpõdi. Si indifferenter ab eccleſia
tam euangelium q̃ alios libros, quos canoni-
cos dicimus, cum alijs auctenticis traditioni-
bus ſuſcepiſtis: indifferẽter aut oĩa ſuſcipere,
aut omnia reſpuere debetis. Quod eñ indiffe
rẽter ab eccleſia tam nobis q̃ vobis traditum
eſt: aut indifferẽter totum ſuſcipiẽdum: aut to
tum reijciẽdum eſt. Sed euangelium reijciẽdũ
eſſe: vos nõ cõceditis. Quia ergo euangelium
reijciẽdum eſſe nõ cõceditis: quicquid cũ euã-
gelio ab eadem eccleſia: quę euãgelium tradi-
dit, traditum eſt: inuicta ratione cogẽte a vo-
bis ſuſcipiendũ eſt. Traditum autẽ ab ea quã
dixi eccleſia, in eccleſia inueniſtis: vt diuinis
ſacrificijs, ſacris orationib⁹, alijſq; pietatis ope
ribus: fideles in carne viuẽtes, alios cum ſigno
fidei & ſpei chriſtianę carne exutos, iuuare ſtu
deant: vt quod bonę quidẽ eoꝝ vitę ſed impe
fectę defuit: de ſupeffluẽte conditoris pietate
pie p̄ſumẽtes: ſupplere ꝯtendant. Qđ quia ſic
vobis ab eccleſia iam dicta ſicut euãgeliũ tra-
ditum eſt: proſus tam a vobis q̃ ab vniuerſis
ſicut euãgelium/ſuſcipiẽdum eſt. Succedat tñ
ſacroꝝ libroꝝ auctoritas, & tam Canonis di-
uini q̃ alioꝝ voluminum ei cohęrẽtium & ab
eccleſia traditoꝝ clarifluus ſonus, & erroris te
nebras luce ſua diſcutiat: & ſurdis hominib⁹
aures hactenus obturatas aperiat. Ac primo
omniũ Machabęoꝝ liber ſecundus in mediũ
adducatur: ex quo famoſiſſimã lectionem &
in ſacrificijs diuinis quę aſſidue per totũ mun
dum ꝓ mortuis offeruntur quotidie frequẽ-
tatam: cõtradictor hęreticus audiat: & audiẽs
pietatis verba pie per orbẽ terrarũ vbiq; reſo-
nantia, inter innumerabiles pios pietati diui
nę ꝓ mortuis ſupplicantes: pene ſolus impi⁹
eſſe erubeſcat. Audiat a fortiſſimo Iuda fa-
ctam collationẽ duodecim milliũ drachma-
rum, miſſaſq; Hieroſolymam vt ibi offerren
tur ꝓ peccatis quorũdam in bello paulo ante
acto mortuoꝝ, quoꝝ peccatum tam graue de
ſcribitur: vt vix venia dignum inueniatur.
Sequẽti die (ait ſcriptura illa, venit cum ſuis

Probatio ex libro ſecundo Machabęoꝝ.

ij. Mach.

Iudas vt corpa ꝓſtratoꝝ tolleret, & cum parẽ-
tibus poneret in ſepulcris paternis. Inuenerũt
autẽ ſub tunicis interfectoꝝ de donarijs ido-
lorũ quę apud Iãmam fuerant, a quibus lex
ꝓhibet Iudęos. Omnibus ergo manifeſtũ fa-
ctum eſt, ob hanc cauſam eos corruiſſe. Oĩs
itaq; benedixerunt iuſtum iudicium dñi, qui
occulta fecerat manifeſta: atq; ita ad preces
cõuerſi rogauerũt, vt id quod factum erat de
lictũ, obliuioni traderetur. Tam graue (inquã)
erat delictum, vt donaria idoloꝝ inuenirent-
tur ſub tunicis interfectoꝝ. De hoc tam gra-
ui delicto Iudęi fideles ad preces cõuerſi: ro-
gauerunt vtiq; deum, vt id quod factum erat
delictum/obliuioni traderetur. Rogant ergo fi
deles Iudęi deum pro delictis tam grauibus
defunctoꝝ, vt quod fecerãt obliuioni trade-
retur: & nõ rogabunt fideles Chriſtiani ꝓ de-
functis in ſpe bona fidelibus eundem deum:
vt eis nõdum plene laxata peccata remittã-
tur? Rogauerunt hoc illi adhuc in tẽpore irę:
& nõ rogabunt hoc iſti in tẽpore gratię? Obtu
lit Iudas, quia ad offerẽdum miſit duodecim
millia drachmas argẽti ꝓ peccatis mortuoꝝ
Iudęoꝝ: & nõ offeret noſter Iudas. i. pietatẽ
tenẽs & cõfitẽs chriſtianus: ſup aurum & ar-
gẽtum incõparabiliter precioſum Chriſti cor-
pus & ſanguinẽ, p peccatis chriſtianoꝝ mor-
tuoꝝ? Bene ille & religioſe de reſurrectiõe co-
gitabat, bene & religioſe conſiderabat, ꝙ hi
optimam haberẽt repoſitam gratiam: qui cũ
pietate dormitionẽ acceperant Iudęi: male &
irreligioſe cogitant, qui cõſiderant ꝙ eãdem
& meliorẽ habeant repoſitam gratiam hi qui
cum pietate dormiunt Chriſtiani? Nõ prorſus
nõ, qa vt bona illa ſcriptura ſubſequitur: ſan-
cta & ſalubris eſt cogitatio ꝓ defunctis exora
re, vt a peccatis ſoluãtur. Adiungat hunc Ma
chabęoꝝ exẽplo totus diuinus & euangelicus
Propheta Eſaias, cuius veritatẽ vel dignita-
tẽ ſupfluum eſt efferre: cum Apoſtoli, cũ Euã-
geliſtę, cum Saluator ipſe eum inueniãtur fre
quẽtiſſime legere, prędicare, & verba ſua eius
ſermonibus roborare. Loquẽs quippe iudaico
populo ad quem miſſus erat, eoſq; corripiens
& inſtruẽs: cum dixerint (inquit) ad vos, quęri
te a Phytonibus & a diuinis qui ſtridunt in
incantationibus ſuis: nunquid non populus a
deo ſuo requirit ꝓ viuis ac mortuis? velut ſi
diceret. Cum dixerint ad vos deceptores, vt
ea quę tñ a deo requirẽda ſunt, quęrantur
contra deũ a Phytonibus & a diuinis, qui mo
re taliũ incantando ſtridunt & ſibilãt: rñdete.
Nunquid non populus. hoc eſt, nunquid non

Probatio Eſa. viij.

eſt hic mos omnium populoꝝ: vt a deo ſuo quem colit, requirat ea que querēda ſunt, ſiue pro viuis, ſiue ꝓ mortuis? Ea ꝓpter nō vt vos dicitis queremus iſta a Phytonibus & a diuinis, ſed more omniū populoꝝ, qui a deo ſuo requirūt tam ꝓ viuis q̄ ꝓ mortuis que requirēda ſunt: & nos ſimiliter faciemus: a deo noſtro requirēdo ſi qua querēda ſunt ꝓ viuis, vel ſi qua querēda ſunt ꝓ mortuis. Nōne vides quicunq; hec legis, Prophetā Eſaiam apertiſſime predicare: deum a populo ſuo requirendum. i. cōſulēdum eſſe, tam ꝓ viuis q̄ ꝓ mortuis? Q; ſi cōſulendus, ſi orandus eſt deꝰ, tam ꝓ viuis q̄ ꝓ mortuis: quid reſpōdent qui dicūt nō eſſe orandum ꝓ mortuis? An illud conceſſum fuit vni populo Iudeoꝝ: & nunc negat̄ chriſtiano orbi terrarum? Docetur populꝰ ille vt reſpondeat ſeductoribus inquirēdum vel depcādum deum ꝓ viuis ac ꝓ mortuis: & nō docebitur populus chriſtianus cōculcandos eē hereticos, qui negant deū orandum ꝓ mortuis? Q̄d ſi dixerint in aliquibus exēplaribus nō haberi: nunquid nō populus a deo ſuo requirit ꝓ viuis ac mortuis, ſed ꝓ viuis a mortuis. hoc eſt, pro viuis hominibꝰ a mortuis ſimulacris. Rn̄deo dictū quidē & illud, ſi tn̄ ita eſt, ad exprobrandū idololatris: qui quod pro ſalute viuoꝝ ſiue defunctoꝝ ab vno & vero deo tm̄ querēdum erat: a falſis & innumeris

iiij. reg. j.

ſcd̄m ipſos dijs querebāt. ſcd̄m quod Ocozie regi dicitur. Quaſi nō eſſet deus in Iſrael miſiſti ad cōſulēdum Beelzebub deum Acaron: idcirco de lectulo ſup quē aſcendiſti non deſcendes, ſed morte morieris. Dico (inquā) ad deridēdos idololatras hoc dictū fuiſſe: ſed q̄d a deo vero populus eius ſalutem viuorum ſeu mortuoꝝ querere debeat: Prophetā ſenſiſſe. Hoc qui ſtudioſe legerit intelliget: & erroneis hominibus iſta negātibus cōtradicet. Nam & quod ſequitur, ad legem magis & ad teſtimonium, oſtēdit de his & ſimilibus legem diuinam eiuſq; teſtimonia cōſulēda: hiſq; magis q̄ Phytonibus vel diuinis eſſe credendū. Sed & illud quod additur: ſi nō dixerint iuxta verbum hoc, nō erit eis matutina lux, cōminatur negantibus vel cōtradicētibus hereticis, ſi nō dixerint iuxta verbum hoc. hoc eſt, conſulendum vel orandum eſſe deum ꝓ ſalute viuorū ac defunctoꝝ, nō eſſe eis matutinā lucem. hoc eſt, nunq̄ eos peruenturos ad mane eternum. de quo poſtq̄ Propheta dixit. Ad veſperum demorabitur fletus, ſubdidit. & ad matutinū letitia. Sed trāſeat a Propheta ſermo ad Apoſtolum: vt quid de his ſentiat ſummꝰ

Pſalmo. xxix.

poſt Chriſtum magiſter eccleſie, more ſuo nō tm̄ diſcipulis, ſed & dyſcolis iſtis aperiat. Tractās quippe in Epiſtola ad Corinthios prima

j. Cor. xv.

de mortuoꝝ reſurrectione, & eā multipliciter aſtruens: Alioqui (ait) quid faciūt, qui baptizātur ꝓ mortuis? Si oino mortui nō reſurgunt, vt quid & baptizātur ꝓ illis? Baptizabantur eñ tunc tēporis quidam, bona ſed non ſana voluntate ꝓ mortuis nō baptizatꝭ: eſtimātes baptiſmum q̄d dum viuerēt nō perceperāt: ſi pro ipſis viui baptizarētur, mortuis poſſe ꝓdeſſe. Q̄d Aplꝰs ſic de hoc eoꝝ opere loquēs temperat, vt baptiſmum tale nō approbet: & baptizatoꝝ voluntatē collaudet. Non approbat ſane alterius baptiſmū alteri viuenti vel mortuo quātum ad baptiſmum ſpectat poſſe prodeſſe: ſed plane intentionē illoꝝ baptizatoꝝ approbat & cōfirmat: qui bonis operibus viuoꝝ mortuos poſſe iuuari, huiuſmōi ope. hoc eſt, tali baptiſmate videbātur ſentire. Abijcit igitur Aplꝰs q̄d abijciēdum eſſe, ſuſcipit quod ſuſcipiendum eſſe cognoſcit: vt nō quidem baptiſmatis ope q̄d vnicū eſt, ſed omni alio bono ope q̄d multiplex eſt: mortuos a viuentibus poſſe iuuari admoneat. Hinc ſentētiam quā premiſi, tam cōſtanter in reſurrectionis aſſertione ꝓnunciat, & vt melius cōmendet iterat: cum dicit. Alioqui quid faciunt qui baptizantur ꝓ mortuis? & ſtatim. Si oino mortui nō reſurgunt: vt quid & baptizātur ꝓ illis? quaſi diceret. Si nō eſt reſurrectio: quid ꝓdeſt bonū opus, vel bona ꝓ mortuis viuoꝝ intentio? Quid ꝓdeſt ꝓ mortuis bona voluntas viuoꝝ: ſi mortem carnis nō ſequitur reſurrectio mortuoꝝ? Quid prodeſt ꝓ mortuis bonū viuentium opus: ſi ad vitam ſempiternam poſt cōmunē caſum, humanū nō creditur poſſe reſurgere corpus? Sed quia hoc patet, q̄ mortui reſurgūt: neq; hoc latet, q̄ mortuis bona viuētium ꝓdeſſe poſſunt. Quia hoc clarū eſt, q̄ bonū reſurrectionis reſeruatur carni humane: & hoc perſpicuum eſt, q̄ bonū orationis quo a viuentibus deo ꝓ mortuis ſupplicatur: anime nihilominus reſeruatur humane. Quia hoc conſtat q̄ corpalis ſubſtantia aut de cadauere, aut de puluere, aut de nihilo reparabitur: & illud certū eſt, q̄ interim ſpūalis ſubſtantia bonis viuoꝝ operibꝰ adiuuabitur. Si eñ oino abſq; ſpe reparationis humana natura deficeret: ſicut nō eſſet vnde repararetur, ita nō eēt vnde adiuuaretur. Sed qm̄ per reſurrectionē cōſtat eam in melius reformādā: nō quidem per baptiſmum, ſed per alia bona viuentium opa, ſi ꝓ ea facta fuerit: eā certū eſt adiuuādā.

Paulus quō approbet bona viuentium pro mortuis facta.

Pria ꝓpō Si mortui nō reſurgunt: nec bona viuentiū eis proſunt.

Scd̄a ꝓpō Suppoſita reſurrectione nō eſt negandū mortuis bona viuoꝝ ꝓdeſſe.

Hic plane hic ſenſus, hic intellect⁹ eſt apoſtoli
cus: cui qui concordat, catholicus: qui ab hoc
diſcordat, hereticus eſſe ꝓbaẜ. Hinc em̄ & ſe-
quitur. Vt quid & nos periclitamur oi hora?
Quotidie morior per veſtram gloriā fratres.
Vides lector Apoſtolum periculis ſuis quoti-
dianę morti ſuę: paria feciſſe baptiſmata eo-
rum qui baptizabantur ꝓ mortuis. hoc eſt, bo
na quę faciebāt viui ꝓ mortuis? nō quidem
q̄tū ad dignitatē: qua incompabiliter opa ſua
illoꝝ opib⁹ p̄cellebāt, ſua opa eoꝝ opib⁹ paria
fecit: ſed q̄tū ad argumētū ꝓbādę mortuoꝝ re
ſurrectiōis ſpectabat, facta ſua & illoꝝ ęqua-
uit. Dixit em̄ inaniter baptizari viuos ꝓ mor-
tuis, ſi mortui nō reſurgerēt: dixit inaniter ſe
periclitari oi hora, ſi mortui nō reſurgerent:
inaniter quotidie ſe mori, ſi mortui nō reſur-
gerēt: inaniter ſe ad beſtias pugnaſſe Ephoſi,
ſi mortui nō reſurgerēt: & fruſtra hęc oia vel
ſimilia facta fuiſſe vel fieri: ſi mortui non re-
ſurgerēt. Q2 ſi mortui reſurgerent, neq; ſe iſta
oia fruſtra pati aut facere: neq; viuos qui pro
mortuis baptizabātur: q̄tū ad intentionē vt
ſupra dictū eſt, ptinet: fruſtra ꝓ mortuis bapti
zatos eſſe: qa & illa ſua opa nō tm̄ viuentibus
ſed & mortuis ꝓderāt: & alioꝝ viuentiū bona
quę ꝓ mortuis pie fiebāt: abſq; dubio mortuo
rū ſaluti ꝓficiebāt. Huic argenteę colūnę hoc
eſt, ſplendidę & forti apoſtolicę ſentētię, ope-
ris huius ędificio firmiter innixo: & ꝙ viuoꝝ
bona (ſi digni fuerint) mortuis ꝓdeſſe valeāt,
inde ꝓbato: ad actus ipſius Apli & alioꝝ Apo
ſtoloꝝ ſermo tranſiliat: & adiuuante eo cuius
cauſa agitur, de libro illo nō euāgelio ſed euā-
gelico: qđ ex alijs aſtruit: verū eſſe oſtēdat. Vi-
uebant certe in carne duo magni & ſummi
Actuū.ix Apli Petrus & Paulus. Quoꝝ prim⁹ vt breui-
ter dicā, viduarū precibus & lamētis Tabitā
Actu.xx. mortuā: alter lapſum de feneſtra Euticū, mi-
ſeratus caſum ſtudioſi erga verbū dei adole-
ſcētis: ſuſcitauit. Viuebat (inquā) i carne Petr⁹:
mortua erat q̄tū ad carnē Tabita. Hoc ne qs
dubitet: ſancta illa ſcriptura teſtatur. Factum
eſt (inquit) in diebus illis, vt infirmata ſcilicet
Tabita, moreteẜ. Quā cū lauiſſent, poſuerūt
i cenaculo. Quid de Petro? Petr⁹ (ait) ponēs
genua orauit. Et poſt pauca. Cū vocaſſet (in-
quit) ſanctos ac viduas: aſſignauit eā viuam.
Quid de Paulo? Quidā (inquit) adoleſcēs noie
Eutic⁹, duct⁹ ſomno cecidit de tertio cenacu
lo deorſum: & ſublat⁹ eſt mortu⁹. Ad quē cū
deſcēdiſſet Paulus, incubuit ſup eū & cōplex⁹
ait. Nolite turbari. Aia em̄ ipſi⁹ in eo eſt. Et
verſu interpoſito. Adduxerūt aūt puerū vi-
uentē: & cōſolati ſunt nō minime. Ecce viuēs
Petr⁹: ecce abſq; dubio mortua mulier. Ecce
viuēs Paulus: ecce abſq; dubio mortu⁹ adole-
ſcēs. Quia tm̄ Petr⁹ ponēs genua orauit: reſurre Ex ſuſcita
xit mortua mulier. Et qa ſup hūc Paul⁹ incu- tiōe mor-
buit, eūq; cōplex⁹ eſt: reſurrexit mortu⁹ adole- tuoꝝ a vi
ſcēs. Quid vltra q̄ritur? Quid negaẜ vel dubita uis: ꝓbaẜ
tur, viuentiū bona defunctis poſſe ꝓdeſſe: cū viuos de-
tā ſublimib⁹ exemplis doceaẜ, tantoꝝ Apłoꝝ fūctis ſuf-
precib⁹ p̄ſcriptos mortuos ſurrexiſſe? Quis iā fragari.
vel muſſitare audebit, fruſtra eccleſiā ꝓ mor-
tuis orare: cū videat ſūmos magiſtros ei⁹. &
aias mortuoꝝ ab occultis iudicioꝝ dei ſedib⁹
inuiſibiliter reuocare: & ipſa eoꝝ corpa viſibi
liter ſuſcitare? Sufficit, ſufficit plane, & hereti
cis negātib⁹ & catholicis dubitātibus, hoc etiā
ſi aliud nō eſſet exēplū: iuſte & eccleſiā orare
ꝓ mortuis: & ſi hoc p̄cedens vita mortuorum
exigit: eius pias preces vel opa poſſe prodeſſe
mortuis. Sed ne hęc gratia illis tm̄ magnis
Apoſtolis collata videaẜ, accedant & inferio-
res: & eis ſimiliū operū poteſtatē a Chriſto cō-
ceſſam, ipſum euāgeliū iam loquaẜ. Accedāt
nō tm̄ certe duodecim Apli: ſed & lxxij. diſci- Luce.x.
puli: & inter cętera quę pręcepta ſunt audiāt
a Chriſto: mortuos ſuſcitate. Et ne his etiā ſo-
lis tam mirandoꝝ operū potētia data videa-
tur: attendāt hi cū quib⁹ mihi ſermo eſt, non
ſpecialē aliquoꝝ ſed generalē vniuerſoꝝ ſup
his ſentētiā dñi. Qui credit (inquit) in me, opa Ioan.xiiij
quę ego facio, & ipſe faciet & maiora hoꝝ fa
ciet. Ad quid iſtud? Vt oſtēdā mortuoꝝ reſuſ- Cōcluſio.
citandoꝝ poteſtatē nō ſolū duodecim Aplis,
nō ſolū ſeptuagita & duob⁹ diſcipulis: nō ſolū
alijs fidelib⁹ qui Chriſtū in carne viderūt: ſed
& oibus vere credētib⁹: qñ certa ſalutis huma
nę cauſa exigeret, eſſe cōceſſam. Ad quid &
iſtud? Vt in mortuoꝝ reſurrectiōe, viuētibus
a deo cōceſſa gratia cognoſcaẜ: & per orbē ter-
rarū viuoꝝ precib⁹ reſurgētib⁹ mortuis, ꝙ bo-
na viuoꝝ mortuis prodeſſe valeant: nequaq̄
vlterius a viuētibus dubitetur. Cū plane Apo-
ſtolos, cū antiquos Prophetas, cū innumera-
biles ſub tēpore gratię ſanctos tā frequenter
mortuos ſuſcitaſſe audiatis, cū nō malis ſuis
ſed bonis ſuis, cum nō ſuis maleficijs ſed dei
beneficijs eos hoc feciſſe cognoſcatis: bona vi
uentium mortuis poſſe prodeſſe, nequaq̄ aut
vos heretici negabitis: aut vos vltra catholici
dubitabitis. Q2 ſi opponitis, in veteri ſcriptu Obiectio.
ra de Helia & Heliſeo, in libris nouę gratię
de Petro & Paulo tm̄mō ꝙ mortuos ſuſcita-
uerint inueniri, Rñdeo: in Canone qdē plura Reſpōſio
his exēpla nō legi, ſed verba vel p̄cepta dñi q̄

premiſi:ſufficiētiſſime ꝑ exēplis debere habe
ri. Quid eñ? nunquid qñ legit Chriſtꝰ impe
raſſe diſcipulis, mortuos ſuſcitare: qñ legitur
de oibus credentibꝰ dixiſſe. Qui credit in me
opa quę ego facio & ipſe faciet. non credit re
ſurrectionē multorū mortuorū per diſcipulos
ꝑdixiſſe? Nā ſi ab eis mortui ſuſcitati nō ſūt:
aut qđ ꝑcepit Chriſtꝰ diſcipuli neglexerūt, aut
qđ ꝑcepit nō impleuerūt. Sed vt ad vnguē ꝓ
ſequar tergiuerſantes, ꝯcedo eos mortuos nō
ſuſcitaſſe: ſed affirmo qđ vos hęretici negare
nō poteſtis: ſuſcitādorū mortuorū poteſtatem
pleniſſimā accepiſſe. Quā ſi acceperūt re vera
aut vti, aut nō vti potuerūt. Qui ſi ea vſi ſunt:
mortuos ſuſcitauerūt. Si ea vſi nō ſunt, nō qui
dē ſuſcitauerūt, ſed ſuſcitare mortuos potue
rūt. Horū qđlibet cōcedatis: qđ affirmamꝰ ne
gare nō poteſtis. Nā ſi mortuos ſuſcitauerūt:
vtiq; ꝑcepto dñi & bonis ſuis ꝑcibꝰ ſuſcitaue
rūt. Si nō ſuſcitauerūt: eodē eiuſdē dñi precep
to, & eiſdē bonis ſuis ꝑcibꝰ ſuſcitare potuerūt.
Hoc qa cōſtat, ſicut ſi mortuos ſuſcitaſſent: bo
na eorū mortuis ꝓfuiſſent: ita & ſi nō ſuſcita
uerūt: bona tñ eorū ſi voluiſſent, mortuis pro
deſſe potuerūt. Iſtis oibus eo res peruenit: vt
in accepta poteſtate ſuſcitandorū mortuorū, ſi
ue ſuſcitauerint mortuos, ſiue nō ſuſcitauerit:
hoc oſtēdatur ꝑcipuis ſancti euāgelij teſtimo
nijs, bona quęlibet viuētiū poſſe ꝓdeſſe mor
tuis. Sed falſum eſt tñ talē mortuorū reſurre
ctionē Chriſtū & ꝑcepiſſe & ꝑdixiſſe: & prece
pta & ꝑdicta impleta nō eſſe. Multi eñ & in
numerabiles Chriſti diſcipuli extiterūt: qui ꝑ
vniuerſum orbē terrarū, inter alia infinita &
ſtupēda opa ſua, ea q̄ a Chriſto de ſuſcitandis
mortuis iuſſa ſunt ſeruauerūt: q̄ ꝑdicta fuerāt
impleuerūt. Quibꝰ cœleſtibꝰ & mirādis opibꝰ,
ſapiētiā mūdi ſtultā facientes, potētiā mundi
deo ſubijciētes, a morte ęterna hoies eruerūt:
vitę ſempiternę quā amiſerāt reſtituerūt. Et
Pſalmo cxxxviij. quis eos enumerat? Dinumerabo eos ait ille)
& ſup arenā multiplicabūtur: qa a nullo mor
Ioan. xiiij taliū numerabūtur. Opa inquit Chriſtꝰ q̄ ego
facio qui credit in me faciet: vt iter alia mira
bilia. qa ego ſuſcito mortuos & ipſe ſuſcitet. Et
maiora inquit horū faciet. O excellens grā, o
ſupabundās benignitas. Maiora Chriſto chri
ſtianus faciet: maiora ſaluatore ſaluatꝰ opabi
tur: maiora deo homo implebit. Quare hoc?
Nota expoſitionē quia ego ad patrē vado, qa a mūdo corpaliter
recedo, qa mortalibꝰ oculis pręſentiā meā ſub
traho: ne putet mūdꝰ iꝙ cū ꝑſentia mea, ſub
trahat ei & grā mea: ne ęſtimet meſui oblitū:
quia ſe videt corpaliter derelictū: ne arbitretur
me ex toto hinc abiſſe: qa videt humanā for
mam in cœlū receſſiſſe: idcirco maiorē gratiā
Ioan. xiiij terris infundo, idcirco aliū paraclitū meis mit
Ioan. xvj to, qui maneat cū eis in ęternū, qui eos doceat
oēm veritatē. Idcirco maiorē plenitudinē ſpi
ritualiū munerū: idcirco maiorē efficaciā mirā
dorū operum eis largior, vt & de mea viſibili
abſentia cōſolētur: & ad ardēter exoptādā ęter
nā meā ꝑſentiā, multipliciter animētur. Ideo
qui credit in me, nō ſolū opa q̄ ego facio & ipſe
faciet: ſed & maiora horū faciet. Nā vt de cęte
ris ad mirādis hoibꝰ & mirabilibꝰ eorū opibꝰ ta
ceā: nūqd nō Eucharꝰ ab Apl'o Petro ad ꝑdi
Eucharꝰ ſuſcitauit quadragenariū mortuum. candā Germaniā directꝰ, maiorę miraculo q̄
Chriſtꝰ mortuū ſuſcitauit? Suſcitauit Chriſtꝰ q̄
triduanū Lazarū: ſuſcitauit Eucharꝰ a Petro
directꝰ q̄dragenariū mortuū. Iacuerat exani
mis Lazarꝰ i ſepulcro q̄tuor diebꝰ: fuerat & hic
mortuꝰ in ſepultura. xl. diebꝰ. Maiora igit fe
cit Eucharꝰ q̄ Chriſtꝰ: ſed qa hoc voluerat &
dixerat ipſe Chriſtꝰ. Qđ qdē & de multis alijs
dicere poſſem. ſicut verbi grā de ſancto Fron
tone Petrogorēſi: & Maurilio Andegauenſi
De Frontone. epis. Quorū primꝰ cū & ipſe ab eodē ſępe dicē
do Petro Apl'o ad ptes Aquitanicas mitteret
Georgiū ſociū iā vltra decē dies i via mortuū,
ꝑ ipſiꝰ Apli baculū de morte recepit. Alter ve
De Maurilio. ro lōge poſt Aplorū tpa, puerū quē ꝑpter hoc
etiā poſtea Renatū vocauit, ſeptē annos inte
gros iā in monumēto habētē: excellentiſſimo
miraculo ſuſcitauit. Quid hoc ad ꝓpoſita? Vt
oſtēdat Chriſtū hoc ꝑcepiſſe: vt ꝑ viuos mor
tui reſurgerēt: & ide doceat, bona viuorū mor
tuos procul dubio iuuare poſſe. Hęc de ſacro
Canone, ꝑter id qđ de Euchario, Frontone, ſi
ue Maurilio: ꝑpter celebrē eorūdē ſanctorū fa
mā poſui: maxime cōtra hęreticos qui nō niſi
Canoni ſe dicūt credere: dicta ſufficiāt. Nā ꝑ
pter catholicos qui ſctōs patres & eccl'ię dei do
ctores debita reuerētia ſuſcipiūt: ponēda mi
hi videtur ex eorū dictis & factis aliqua exēpla
& teſtimonia: vt qui fortaſſe hactenꝰ eos mi
nus ſtudioſe legerūt, amodo ſtudioſius legāt:
eoſq; cōtra hāc etiā hęreſim, ante multa ſecu
la vigilaſſe cognoſcāt. Propter catholicos aūt
dixi: qa in qbuſdā regionibꝰ & ſi nō multi, ali
qui tñ eē dicūt: q & ſi huic ꝑmiſſę veritati apte
vt hęretici nō cōtradicūt: ex his tñ q̄ cū alijs cō
ferūt, de ea dubitare ſe ꝓbant. Quorū ad hoc
dubitatio dr̄ ꝓceſſiſſe: vt ꝯſulti de his ab alijs
tepide rīdeant, & tā in ſacrificijs deo ꝑ mor
tuis offerēdis, q̄ i eleemoſynis erogādis, & in
cęteris pietatis opibꝰ more eccl'iaſtico exercē
dis: aut deficiāt, aut lāgueſcāt. Iſtos nec hęre

ticos vocare debeo,quia in his nec publice nec
ꝑtinaciter eccleſię reſiſtũt.ſola enĩ ꝑtinacia,ec
cleſię doctrinę reſiſtẽs:hęreticũ facit.nec ſecu-
re fideles noĩare audeo:qa erga ſtatuta eccle-
ſiaſtica languere vel tepere cõſpicio. Sũt equi-
dẽ innumerabiles & diuerſiſſimę diuerſarum
eccleſiarũ ad vnã catholicã pertinẽtiũ cõſuetu
dines:vt pene tãta ſit varietas vſuum,quãta
multiplicitas eccleſiarũ. Sed nõ dãnat aliquẽ
diuerſa inſtitutio:quę & verę fidei inſeruit,&
charitatis cõpaginẽ nõ diſſoluit. Vbi vero aut
fides leditur,aut charitatis vnitas periclitaꝛ,
ſi occulte fit,dãnabile eſt:ſi publice,dãnabile
ſimul & hęreticũ eſt. Illud ad hoc intuli,vt qui
bona viuoꝝ mortuis qui digni ſunt prodeſſe
denegat:nõ ad eã quã pręmiſi bonoꝝ vſuum
varietatẽ:ſed ad cõmunis fidei lęſionẽ ꝑtine-
re cognoſcat. Et qa hoc ad lęſionẽ fidei ꝑti-
net:ſicut publica peſtis hęretica expellẽda:ſic
occulta lãguẽtiũ paſſio ſi poterit fieri,remedijs
medicinalibꝰ ẽ curãda. Medicinalia aũt reme
dia,patrũ catholicoꝝ exẽpla & monita dico,
vt quę hęreticis ꝓdeſſe nõ poſſunt a quibꝰ nõ
audiũtur:ꝓſint vel iſtis a quibꝰ ſuſcipiuntur.
Nã nõ paruũ vel in regno cœloꝝ vel in eccle
ſia dei locũ,doctores tenẽt eccleſię dei:cũ vel
de regno cœloꝝ vel de eccleſia dei dicat ipſe
Matth.v. deus. Qui fecerit & docuerit,magnus vocabi
tur in regno cœloꝝ. & Apſtus in Epiſtola ad
j.Coꝝ.xij Corinthios,in ſublimi.hoc eſt,tertio poſt Apo
ſtolos & Prophetas gradu,eos cõſtituit:cũ di-
cit. Quoſdã quidẽ poſuit deus in eccſia.primũ
Apſos.ſcdo Prophetas.tertio doctores.dein-
de virtutes.exinde gratias curationũ,opitula
tiões,gubernatiões,gñā linguarũ,interꝑtatio
nes ſermonũ. Audite igiꝛ quicũq; taliũ aliqd
aĩo verſatis:audite magnos ſanctos.& poſt
Apſos & Prophetas pręcipuos doctores eccle-
ſię:& ſi filij eoꝝ eſtis,patribꝰ:ſi diſcipuli,ma-
giſtris adquieſcite. Nec q̃libet acutos,q̃libet
ſubtiles intellectus veſtros præpoſtero ordine
eoꝝ velitis ſenſibꝰ anteferre.quia vt veritas
ait,perfectus oĩs erit:ſi ſit ſicut magiſter eius.
Nos tñ qm̃ ꝓut res ipſa patitur,breuitati ope-
ram damus:nequaq̃ de oĩbus qui in eccleſia
celebre nomen doctoꝝ obtinent,& quos vel
Græcos vel Latinos teſtes habere poſſemus:
exẽpla poſuimus.Sufficere namq; debere iu-
dicauimus,ſi illoꝝ tñ qui in arce latinitatis
cuius linguę hoĩes ſumus,auctoritate & ſcien-
tia cęteris eminent:teſtimonia producamus.
Ambro- ¶Beatus ergo Ambroſius Mediolanẽſis epi
ſius. ſcopus,quem ſicut de ipſo antiquitꝰ dictũ legi
tur,ne inimicꝰ quidẽ vnq̃ auſus eſt reꝑhẽdere:
in ſermone quem de obitu magni Theodoſij
imperatoris ad populũ habuit. Dilexi inquit)
virũ,qui me in ſuꝑmis ſuis vltimo ſpũ requi-
rebat. Dilexi,& præſumo de dño ꝙ ſuſcipiat
vocẽ orationis meę,qua ꝓſequor aiam piam.
Et poſt aliqua. Cõteror corde,quia ereptꝰ eſt
vir,quẽ vix poſſumus inuenire. Sed tñ tu ſolꝰ
dñe inuocãdus es:vt eũ in filijs repñſentes. Da
requiẽ dñe perfectã ſeruo tuo Theodoſio:re-
quiem illam quã pręparaſti ſanctis tuis. Illo
conuertatur aĩa eius vnde deſcẽdit:vbi mor-
tis aculeũ ſentire nõ poſſit:vbi cognoſcat mor
tem hãc nõ naturę finem eſſe,ſed culpę. Item
poſt modicũ. Dilexi inquit)& ideo proſequor
eum vſq; ad regionẽ viuoꝝ:nec deſeram do-
nec fletu ac ꝑcibꝰ inducã virũ quo ſua merita
vocãt,in montẽ dñi ſanctum. In libro autem
quẽ de conſolatione Valentiniani & Gratia-
ni Imperatoꝝ ſcripſit,orans pro ipſo Valenti-
niano in bona fide defũcto. Ne quęſo ait)do-
mine a fratre ſeiungas:nec iugũ hoc pię ger-
manitatis abrumpe. Dona patri filium,fratri
germanũ ſuũ:quoꝝ vtrũq; imitatus eſt:alterũ
fide:alterum deuotione pariter atq; pietate.
Et poſt aliqua. Et huic(inquit)adhuc interceſ-
ſionem adiicio:cui remunerationem pręſu-
mo:Date manibꝰ ſancta myſteria:pio requiẽ
eius poſcamus affectu. Date ſacramenta cœ-
leſtia. Animã piam:noſtris oblationibus pro-
ſequamur. Extollite populi mecũ manus in
ſancta:vt eo ſaltem munere,vicem eius me-
ritis rependamus. Nõ ego floribꝰ tumulũ eiꝰ
aſpergã:ſed ſpiritũ eius Chriſti odore perfun-
dam. Spargant alij plenis lilia calathis,no-
bis Chriſtus eſt liliũ:hoc reliquias eiꝰ ſacrabo: Cãti.ij.
hoc eiꝰ cõmẽdo gratiã. Nunq̃ ego pioꝝ fratrũ
ſeparabo nomina,vel merita diſcernã. Scio ꝙ
dñm cõmemoratio iſta cõciliet,& copula iſta
delectet. Dehinc poſt plurima. Beati inquit)
eſtis ambo:ſi quid meę orõnes valebũt. Nulla
dies vos ſilẽtio ꝑteribit:nulla ĩhonoratos vos
mea tranſibit oratio. Nulla nox nõ donatos
aliqua precũ mearũ cõtextione trãſcurret. Oĩ-
bus vos oblationibus frequẽtabo. Idẽ in libro
primo de exceſſu fratris ſui Satyri. Fleuerunt
(ait)pauperes,& qđ multo precioſius eſt,mul-
toq; vberius:lachrymis ſuis eius delicta laue-
runt. Illę ſunt lachrymę redẽptrices:illi gemi-
tus qui dolorem mortis abſcõdunt. Ille dolor
qui ꝑpetuę vbertate letitię,veteris ſenſum do
loris obducat. Itẽ in fine libri eiuſdẽ. Tibi(ait)
nũc oĩpotẽs deus,innoxiã aiam cõmẽdo:tibi
hoſtiã meam offero:cape ꝓpicius ac ſerenꝰ fra
ternũ munꝰ,ſacrificiũ ſacerdotis. In ſcđo autẽ

libro. Nos quoq; ipſi inquit natales dies de-
functorum obliuiſcimur, & eũ quo obierint diẽ:
celebri ſolẽnitate renouam⁹. Et in eodẽ poſt
aliqua parẽtes ad eleemoſynas ꝓ defunctis fi-
lijs facẽdas exhortãs. Nec tu inquit ꝑdidiſti
hęredẽ: quẽ adiuuas cohęredẽ. Habes qui tibi
repſentet hęredẽ. Da pauperi qd debeƀ hęre-
di: vt nõ ſolũ materne aut patrię ſenectutis:
ſed etiã vitę ꝓprię ſit ſuperſtes. Plus ſucceſſori
tuo mortuo relinques: ſi portio ei⁹ nõ ad luxũ
pręſentiũ ꝓficiat: ſed ad preciũ futurorum. Ecce
magnus & p totũ orbẽ chriſtianũ noiatus Am
broſius, nõ ſolũ orare & eleemoſynas facere
ꝓ defunctis fidelib⁹ docet: ſed etiã ipſe orat, ſa
crificia offert, lachrymas fundit: & vt idẽ hic
fatetur anniuerſaria celebrat: quatinus tanta
ſacerdotis dei tuba, hęretica impietas incre-
pata: vlterius mutire nõ audeat. ¶ Glorioſus
vero, ac poſt Paulum Apl'm ſingularis magi-
Auguſti- ſter eccleſię Auguſtinus, cũ Paulini quęſtioni-
nus. bus de cura pro mortuis agenda reſponderet:
inter alia multa quę ibi ad huius rei aſſertio-
nem valde ꝓbabilia, diſerta atq; fortiſſima
ſcripſit. Genere inquit vitę quod geſſit quiſq;
per corpus, efficitur: vt proſint vel nõ proſint
quęcũq; pro illo pie fiunt: cũ reliquerit corpus.
Ita fit, vt neq; inaniter eccleſia, vel ſuorum cura
pro defunctis qd potuerit religionis impen-
dat: & tñ ferat vnuſquiſq; ſcd'm ea quę p cor-
pus geſſit. Dehinc poſt pauca. Cum ita ꝗ(in-
quit) recolit animus, vbi ſepultum ſit chariſ-
ſimi corpus: & occurrit locus nomine Mar-
tyris venerabilis: eidẽ martyri aĩam dilectam
cõmẽdat, recordãtis & precãtis affectus. Qui
videlicet affectus, cũ defunctis a fidelib⁹ cha-
riſſimis exhibetur: eũ ꝓdeſſe nõ dubiũ eſt, his
qui cũ in corpe viuerẽt: talia ſibi poſt hanc vi-
tam prodeſſe meruerũt. Nec ſunt ꝑtermitten
dę ſupplicationes ꝓ ſpiritib⁹ mortuorum: quas
faciẽdas ꝓ oĩbus in chriſtiana & catholica ſo-
cietate defunctis, etiã tacitis nominibus eorum
ſuſcepit eccleſia: vt quibus ad iſta deſunt parẽ
tes aut filij, aut quicũ ꝗ cognati vel amici: ab
vna eis exhibeatur pia matre cõmuni. Et ſi
nõ poſſit religioſus animus vbi eligit huma-
re quem diligit: nullo modo tñ debet a ſuppli
cationibus neceſſarijs in eius cõmendatione
ceſſare. Nec ęſtimemus ad mortuos ꝓ quibus
curam gerimus peruenire: niſi qd pro eis ſiue
altaris, ſiue orationũ, ſiue eleemoſynarum ſa-
crificijs ſolenniter ſupplicamus. Quis non
pro quibus fiunt omnibus proſint: ſed eis tñ,
a quibus dum viuunt, cõparantur vt proſint.
Sed quia nõ diſcernimus qui ſint: oportet ea
pro regeneratis omnibus facere: vt nullus eorum
pręter mittatur: ad quos hæc beneficia poſſint
vel debeant peruenire. In libro quoq; Enchi-
ridion, quem ad Laurẽtium ſcripſit. Neq; ne
gandum eſt inquit, defunctorum animas pieta
te ſuorũ viuentium releuari: cum pro illis ſacri
ficium mediatoris offertur, vel eleemoſynæ
quę in eccleſia fiunt. Sed eis hęc ꝓſunt, qui cũ
viuerẽt hęc ſibi vt poſtea poſſent ꝓdeſſe, me
ruerunt. Eſt eñ quidã viuẽdi modus, nec tã Nota.
bonus vt non requirat iſta poſt mortẽ: nec tã
malus vt ei nõ proſint iſta poſt mortẽ. Eſt &
talis i bono: vt hęc nõ reqrat. Et eſt ruſ⁹ talis
in malo: vt nec his valeat adiuuari. Quocirca
hic oĩe meritũ cõparatur: quo poſſit poſt hãc
vitã releuari quiſpiã vel grauari. Nõ igiƀ iſta
quę ꝓ defunctis cõmendãdis frequẽtat eccle-
cleſia, illi apoſtolicę ſunt aduerſa ſententiæ:
qua dictũ eſt Oẽs eñ aſtabimus ante tribunal Ro.xiiij.
Chriſti, vt referat vnuſqſq; prout geſſit in cor ij.Cor.v.
pore, ſiue bonũ ſiue malũ quia etiã hoc meri
tũ ſibi quiſq; dum viueret comparauit: vt ei
poſſint iſta ꝓdeſſe. Cum ergo ſacrificia ſiue al
taris, ſiue quarũcunq; eleemoſynarũ, pro bap-
tizatis defunctis omnibus offerũtur, pro val-
de bonis gratiarũ actiones ſunt: ꝓ non valde
malis ꝓpitiationes ſunt: ꝓ valde malis, etiã
ſi nulla ſunt adiumenta mortuorum: qualeſcũ-
q; tñ viuorum cõſolationes ſunt. Quib⁹ aũt pro-
ſunt, aut ad hoc proſunt vt ſit plena remiſſio:
aũt certe vt tolerabilior fiat ipſa dãnatio. Sed
& in libris Cõfeſſionũ quid de hac re tantus
homo dei ſenſerit: cũ vitã & obitũ beatę ma-
tris ſuę narraret, lucidiſſime expſſit: inter alia
ſic referẽs. Cũ ecce ait corp⁹ elatũ eſt: imus, re-
dimus ſine lachrymis. Nã neq; in eis ꝑcibus
quas fudim⁹ cũ offerretur ꝓ ea ſacrificiũ ꝑcij
noſtri, iã iuxta ſepulcrũ cadauere poſito: fleui.
Deinde in fine orationis quã ꝓ eadem matre
defuncta i eodẽ libro affectuoſiſſime fundit.
Inſpira inquit dñe me⁹, de⁹ me⁹ inſpira ſeruis
tuis: frĩb⁹ meis, filijs tuis, dñis meis, qb⁹ & vo-
ce & corde & lr̃is ſeruio: vt quotquot hęc lege-
rint, meminerit ad altare tuũ Monicę famu-
lę tuę, cũ Patricio quõdã ei⁹ cõiuge: ꝑ quorum car
nẽ introduxiſti me in hãc vitã. Meminerint
cũ affectu pio parentũ meorum in hac luce trãſi-
toria: & fratrũ meorum ſub te patre in mr̃e catho
lica, ciuiũ meorum in ęterna Hierl'm, cui ſuſpirat
peregrinatio ppl'i tui ab exitu vſq; ad reditũ.
Vt qd illa a me popoſcit extremũ, vberi⁹ ei ꝓ-
ſteƀ in multorum orõnib⁹, tã ꝑ cõfeſſiones q̃ per Magnus
orõnes meas. Quid aũt beat⁹ & magn⁹ papa papa Gre
Gregori⁹ de hoc vl' ſcripſerit vl' dixerit, vl' ipſe i gorius.

ſuo monaſterio Romę fecerit:qm̄ & vita ei⁹,
& Homilie,& dialogus ei⁹:ab innumerabili-
bus minuſq; etiã eruditis ac ſimplicib⁹ fratri-
bus,quotidie ac pene ſine intermiſſione & re
citãtur & audiũtur:& legũtur & intelliguntur:
nõ nobis videt̃ neceſſariũ p ſingula enarrare.
Verũtñ Paulinũ beatiſſimũ Nolanũ Ep̃um:
quẽ & ipſe magnus Gregori⁹ patrẽ antiquum
noiat:& de quo rẽ mirabilẽ ac ſingularẽ ĩ ſuo
dialogo refert:qui etiã ſupradictoꝝ patrum
Ambroſij & Auguſtini cõtẽporane⁹,notuſq;
ac familiaris extitit:nullaten⁹ intermittã:&
quid in ſuis ep̃lis quas vt vir teſte p̃miſſo pa-
pa Gregorio exteriorib⁹ quoq; ſtudijs erudit⁹
ad diuerſos ſcripſit:de bñficijs q̃ p defunctis
fidelib⁹ in eccleſia fiũt ſenſerit:verba ipſi⁹ po-
nẽdo ediſſerã:vt videlicet tãtoꝝ quatuor ſan
ctoꝝ & ep̃oꝝ.i.Ambroſij,Auguſtini,Grego-
rij,Paulini teſtimonio vice quatuor Euãgeli-
ſtarũ:qualẽ ab antiquo ſentẽtiã de hoc vnde
agim⁹ vniuerſalis eccleſia teneat, vel tenere
debeat:tã futuris q̃ p̃ntib⁹ chriſtianis,auctori
tate clariſſima eluceſcat. Ait igit̃ antiquus &
nobilis Paulin⁹,ĩ ep̃la ad Delphinũ Burdega
lẽſem ep̃m,ſuũ.ſ.ſpũalẽ in baptiſmate patrẽ:
rogãs eũ orare p quodã fratre ſuo carnali de-
functo:qui monẽs mun⁹ puide,q̃tñ ad aiam
Paulinus Nolanus res ſuas diſpoſuerat. Breues(inquit)ſanctę af-
fectionis tuę literas,magno affectu nobis co-
pioſas:in toto quo deſiderauim⁹ corde ſuſcepi
mus. Sed qa oi rei temp⁹ eſt,nũc in tpe cõtri-
ſtatiõis,tp̃s etiã breuiãdi ſermõis eẽ viſum ẽ.
Cõtriſtatos aũt nos vehemẽter fatemur,nõ
tã de obitu corpali fratris nr̃i:q̃tũ de negligen
tia ei⁹ ſpũali,qua relinquẽdarũ iſtic poti⁹ cura
rũ,q̃ puidẽdoꝝ illic remedioꝝ memor,poſt-
habẽda p̃poſuit, & p̃ponẽda poſthabuit:quẽ
oportuerat & illa potiora p ſe curare:& hęc tẽ-
poralia p filijs nõ p̃termitere. Vnde petim⁹,
vt paterna affectiõe huic nr̃o dolori cõpatiẽs:
meminiſſe digneris & illũ quõdã ſpũalẽ tibi
filiũ gr̃a dei fuiſſe pgenitũ:& ideo tuę ſpeciali
ter curę hãc eſſe cauſam,ne pietatẽ tuã q̃ no-
bis filijs gloriabat̃:dilapidata hęreditarię por
tionis ſubſtãtia cõfundamus:ſed poti⁹ vt ora
tionib⁹ tuis cõdonet̃ tibi,vt & illi⁹ aiam vel
de minimo ſanctitatis tuę digito diſtillãs re-
frigerij gutta reſpergat:& nobis dũ temp⁹ eſt,
recurrẽtib⁹ ad te:diuina miſeratio te interue-
niẽte ſuccurrat. Idem in epiſtola ad Amãdũ
ep̃um:de eadẽ & p eadem re. Sermo(ait)ve-
ſter dulcedinẽ ſimul ac vigorẽ verbi coeleſtis
tenet,& nobꝫ miniſtrat:vt nos etiã veſtrę pru
dentię ſale condiamur. Et ideo nos quoq;
imitabimur in hac epiſtola parſimoniam ſer-
monis veſtri:& ſi plenitudinẽ ſenſus non va-
lemus imitari:hoc tñ reſpondentes,ꝙ pręci-
pua cum hęc ſcriberemus cura nobis erat,ex
recenti dolore fraternę diuulſionis:quẽ & ſi
tẽporaliter ab hoc ſeculo ſciamus aſſumptũ:
tñ ea verius cauſa obiſſe lugemus:quia ex his
quę geſta ab ipſo in finem vel ordinata ſunt:
peccatis magis noſtris q̃ votis congrua egiſſe
perſpeximus:vt mallet ad dñm debitor trãſ-
ire q̃ liber. Ob hoc impenſo rogamus,vt qua-
ſi frater,qđ nobis in dño eſſe dignaris:vnani-
mos fratres iuuans & hanc meritis fidei tuę
mercedem accumules:vt pro eo infirmitati
noſtrę cõpatiaris:& orandi labore conſpires:
vt miſerator & miſericors dñs,qui facit om- Pſalmo.
nia quę vult in coelo & in terra & in mari & in cxxxiiij.
abyſſis:refrigeret animã eius ſtillicidijs miſe-
ricordię ſuę:p orationes veſtras. Quia ſicut ignis ac-
ceſus ab eo ardebit vſq; ad inferos deorſum: Deutero.
ita pculdubio etiã ros indulgentię eius infer xxxij.
na penetrabit:vt roſcido pietatis eius lumi-
ne in tenebris ardentibus ęſtuantes refrige-
rentur. Ora & p nobis,ne ĩ peccatis noſtris
moriamur. In epiſtola vero quã ad Pamachiũ
vrbis Romę ſenatorẽ,ſuper vxoris obitu con-
ſolatoriam ſcripſit,prędicans ac ſummis lau
dibus efferens:quã in pauperes p requie de-
functę cõiugis eleemoſynam prędictus Sena
tor erogare ſtuduerat. Veniã inquit ad prędi
cationẽ operum tuorum,& ad pios actus de
lachrymarũ ✠ ſanctitate tranſibo. Sua enim Al's ✠ ſic
cuiq; parti debita perſoluiſti. Lachrymas cor- citate.
pori fundens:eleemoſynã animae infundẽs.
Vere cõſcius veritatis,& filius lucis. Vbi mor-
tem ſciebas eſſe fleuiſti:vbi vitam credis ope-
ratus es. Vacuis inania:viuis viua dependẽs.
Dehinc poſt multa talia & his ſimilia,epiſto-
lam in laude pij opis claudẽs. Habes(inquit)
iam in Chriſto magnũ tui pign⁹.& ambitio-
ſum ſuffragiũ:cõiugẽ ſcilicet,quę tibi tantum
gratię in coeleſtib⁹ parat,quãtũ tu illi in terris
opulẽtię ſuggerꝭ. Nõ illã vt dixi caſſis luctib⁹
honorãs,ſed viuis munerib⁹ accumulãs:qui-
bus illa nũc gaudet. Iã ꝑ illi hui⁹ opis tui vſus
in fructu eſt:cui⁹ adhuc tibi mun⁹ in ſemine.
Iã honorat̃ tuis illa meritis:iã paſcit̃ tuis pani
bus:& affluit tuis opib⁹. Nõ eget alienę man⁹
digito refrigerari:pprijs ipſa digitoꝝ ſuoꝝ ro
ribus.i.dextrę tuę opibus infuſa. Nõ ęqueam
pla dote nubentem locupletaueras:vt nunc
ditificas quieſcentẽ. Quantam tunc partem
tuorum munerũ cepit:cũ eo ſolo qđ poterat
induere frueret̃:Nũc quãtũcũq; cõtulerꝭ:totũ

ſimul oim̃ ſenſuũ voluptate, diues aïa poſſi-
debit. Beata cui tã numeroſa apud Chriſtum
ſuffragia ſunt: & cuius caput tã multiplex am-
bit illuſtriũ corona gẽmarũ. Nõ alienis itexta
floribꝰ: ſed domeſticis coruſca luminibꝰ. Nec
certe ſanctũ preſbyterũ Hieronymũ nobis vl-
lo modo deeſſe patiemur, vt ſcilicet ſingularis
eloquẽtię ſpiculo, ſicut olim antiquorum, ſic etiã
noſtri tp̃is hereticorum pectora venenata trãſfo
diat. Qui cum ad eundẽ ſupra noĩatũ Pama-
Hieronymus. chiũ ſenatorẽ, eodẽ tp̃e & ſup eadẽ cauſa cõſo-
latoriã epiſtolã ſcriberet, eleemoſynã ꝓ defun
cta cõiuge factã ſoluto eloquij ſplẽdore multi-
pliciter extollẽs: inter cętera ſic ait. Cęteri ma
riti ſup tumulos cõiugũ ſpargunt violas, ro-
ſas, lilia, floreſq; purpureos: & dolorẽ pecto-
ris his officijs conſolantur. Pamachius noſter
ſanctã fauillam oſſaq; venerãda: eleemoſynę
balſamis rigat. His pigmẽtis atq; odoribꝰ fo-
Eccli. iij. uet cineres quieſcentes, ſciens ſcriptum. Sicut
aqua extinguit ignẽ: ſic eleemoſyna extinguit
peccatũ. Hęc igitur & his ſimilia ſancti docto
res ecclesię dicẽtes: quid aliud q̃ bona viuorum
mortuis ꝓdeſſe, luce clarius oſtẽdũt: & impiã
hęreſim diuini verbi gladio trucidantes: etiã
noſtrorum quorundã, quos ſupra tetigimꝰ, circa
pietatẽ languentẽ ſomnolentiã rep̃hendũt.
Caueat ergo quiſquis eſt, ne nimiũ ſibiipſi iu-
ſtus, cõtra hãc pietatis & mię doctrinã: nõ ſine
ſpũs ſancti auctoritate tãtis ante nr̃a tp̃a ſe-
culis ab vniuerſa Eccleſia vnanimiter ſuſce-
ptã, & pia cõſuetudine roboratã: vlteriꝰ cogita
re vel diſputare audeat: ne & aliorum erga defun
ctos fratres miam, ſua nimis reſtricta iuſtitia
impediat: & cum ipſe forte indiguerit, a mia
quã alijs interdixit: alienus exiſtat. Beati em̃
Matth. v. (ſicut longe ſuperius a dño dictũ cõmemora-
uimus) miſericordes, qm̃ ipſi miam cõſequen
Probatur bona mortuorũ viuis ꝓdeſſe tur. Hinc ad partitionis noſtrę vltimã particu
lam ſtylus feſtinet: & ſicut bona viuorum mor-
tuis poſſe ꝓdeſſe oſtendit: ſic mortuorum bona
viuẽtibus ꝓficere poſſe demõſtret. Refert prę
miſſus ſecũdus Machabęorum liber, bellicoſum
illũ, deoq; fidelẽ Iudam Machabęũ, cum Ni
canore Pagano principe dimicaturũ: oratione
diuina & conſtantia ad pugnam exhortatum
eſſe ſocios: & inter cętera ſomnio diem belli
pręcedente viſo: ad ſpem victorię multo ma-
gis animaſſe. Erat autẽ vt ſcriptura loquitur)
ij. Mach. xv. huiuſmõi viſus. Oniam, qui fuerat ſummꝰ ſacer-
dos: virum bonũ & benignum, verecundũ vi-
ſu, modeſtum moribus, & eloquio decoratũ:
& qui a puero in virtutibus exercitatus ſit: vi-
debat manus ꝓtendentẽ orare pro omni po-
pulo Iudęorum. Poſt hęc apparuiſſe & alium
virum ętate & gloria mirabilem: & magni de
coris habitudinem circa illum. Reſpondentẽ
vero Oniam, & dixiſſe. Hic eſt fratrum ama-
tor & populi Iſrael. Hic eſt qui multum orat ꝓ
populo & vniuerſa ſancta ciuitate: Hieremias
Propheta dei. Extendiſſe autẽ Hieremiã de-
xteram, & dediſſe Iudę gladium aureum: &
dicentem. Accipe ſanctum gladium, munus
a deo: in quo deijcies aduerſarios populi mei
Iſrael. Quo ergo exẽplo q bona mortuorum vi-
uentibus prodeſſe valeant: clarius elucere po-
tuit? Nõne tibi videtur quicũq; hęc legis, viſio
nem hãc bono viro illi Iudę Machabęo idcir-
co oſtenſam: vt more cõſueto per tẽpora iudai
ca docerẽtur tempora chriſtiana? Nũquid nõ
aduertis diuinam arcem ſapiẽter ſuis omni
tempore ꝓuidentem, ea viſione & ſuis Iudęis
eo tẽpore victoriã de hoſtibus cõtuliſſe: & ſuis
chriſtianis noſtro tempore triumphũ de reſi-
ſtẽtibus ꝓuidiſſe? Ecce orat iuſtus, & iam pro
iuſtitia Hieroſolymis occiſus ſacerdos Onias
ecce orat ſanctus, & ꝓ veritate in Aegypto la
pidatus Propheta Hieremias. Orant certe iu-
ſti iſti iã mortui deũ ꝓ Iudeis adhuc viuẽtibꝰ:
& nõ eſt credẽdum preces ſanctorum mortuorum
poſſe ꝓdeſſe viuẽtibꝰ? Neceſſe eſt ergo vt aut
cedatur libro qui diuinus eſſe creditur: & in eo
ſuſcipiantur iſta: aut ſi eccleſię ſumpta aucto-
ritate iſte reijcitur: in illo reijciantur & iſta.
Sed ſi eccleſię auctoritati iſtum ſuſcipiẽti de-
fertur: neceſſario a fidelibus ſuſcipietur. Qui
ſi admiſſus fuerit: in illo etiã dicta viſio ad-
mittetur. Sed forte aliquis hoc ſomniũ fuiſſe: Nota de ſomnijs.
& vt vana ſomnia contẽnendum eſſe cauſa-
bitur. Non nego plane, ſicut ſæpe vana ſom-
nia: ſic ſępe eſſe etiã cõtemnẽda. nec immemor Eccls. v.
ſum Sapientię quę dicit: Multas curas ſequun Leui. xix.
tur ſomnia. nec mẽte excidit Deuteronomij
pręceptum, quo dicitur. Non augurabimini,
nec obſeruabitis ſomnia. ſed ſicut nõ ſemper
vera: ita nõ ſemper falſa. ſicut nõ ſemper ap-
probanda: ita nõ ſemper reprobãda ſomnia
eſſe confirmo. Quod ꝓfecto nemo ſanę men Gen. xlj.
tis negabit: quicũq; Pharaõis & Nabuchodo- Dan. ij. &
noſoris Regũ. quõq; Ioſeph de Geneſi, & Io- iiij.
ſeph de Euãgelio recordatꝰ fuerit. Scruteſ iniu Geneſis.
per oẽm hiſtoriã veteris & nouę legis. & ſi vel xxxvij.
vnũ. i. ea ſomniũ vanũ eẽ inuenerit: cũcta abſq; Matth. j.
exceptiõe ſõnia vana eſſe diiudicet. Sed forte
effectꝰ victorię nõ eſt ſubſequutꝰ: ideoq; viſio cõ
temnẽda. Nõ ita eſt. Victꝰ eſt em̃ in craſtino a
pplõ dei Paganꝰ exercitꝰ, & aureo gladio ꝓda
tũ victorię triũphũ ſignãte, dux ipſe proſtratus:

caput eius truncatũ, dextra ſupba pręciſa, lin
gua blaſphoma euulſa: & fruſtatim in paſtũ
auib⁹ data. Et licet ꝓpoſitum exemplum ad
oſtendẽdum ꝙ mortuoꝝ bona viuẽtibus poſ-
ſint ꝓdeſſe, plene ſufficiat: accedat tñ & apo-
ſtolicę reuelationis (quę grӕce Apocalypſis di
citur) dignius teſtimonium: & inde mortuoꝝ
querelas de viuẽtibus factas, & a deo in ęter-
num viuẽte exauditas, veridica relatione de-
Apoc.vj. mõſtret. Cum aperuiſſet (inquit) agnus ſigil-
lum quintum, vidi ſub altare dei aĩas inter-
fectoꝝ ꝓpter verbum dei & propter teſtimo-
nium qđ habebant: & clamabãt voce magna
dicẽtes. Vſquequo dñe ſanctus & verus, nõ iu
dicas & vindicas ſanguinẽ noſtrũ de his qui
habitãt in terra? Et quid ſequitur? Datę ſunt
illis ſingulę ſtolę albę. Sed quid reſpõſum eſt?
Dictũ eſt illis, vt requieſcerẽt, tẽpus adhuc mo
dicũ, donec impleãtur cõſerui eoꝝ & fratres
eoꝝ qui interficiẽdi ſunt ſicut & illi. Cernis le
ctor, dilatas quidẽ ſed exauditas a deo que-
relas martyrũ ſanctoꝝ? Mortui tñ erãt illi qui
querebãtur: viuebãt de quib⁹ q̃rebãtur. Vnde
vt illi mortui oſtendãtur: aię interfectoꝝ cla
maſſe dicũtur. Et vt iſti viuẽtes ꝓbentur: ha-
bitantes in terra vocãtur. Mortui ergo qui dę
viuẽtibus cõqueri potuerũt, ꝓ viuẽtibus ſi vo
luerint rogare nõ poterũt? Licebit eis cõque-
ri, & nõ erit licitũ deprecari? Vindictã ſangui-
nis poterũt exigere, & ꝓ mitigãda ſcelerũ vin
dicta nõ poterunt exorare? An eã libertatem
Luc.xvj. orandi qđ iuſtũ fuerit, amittẽt ſancti in cœ-
lo, quã nec perdit⁹ diues perdidit in inferno?
Ardebat ille in flãmis infernalibus, & ꝓ pa-
rẽtibus qui adhuc in mundo viuebãt orabat:
ac licet dign⁹ nõ fuerit exaudiri: potuit tñ ꝓ
eoꝝ ſalute Abrahã dep̃cari. Indicat hoc re-
ſponſio Abrahã ad ipſum. ꝙ q̄uis iuſtum nõ
fuerit vt ille audiretur: nõ tñ eſſet cõtra iuſti
tiam vt ꝓ viuẽtibus iuſtus quilibet precaret.
Nõ eñ dixit ei: tace. orare nõ debes: non es
exaudiendus, nec etiã audiẽdus: ſed rationẽ
reddẽs petẽti vt mitteret Lazarũ in domũ pa
tris ſui, vt teſtaretur fratrib⁹ ſuis ne & ipſi ve-
nirẽt in locũ illũ tormẽtoꝝ: ſubiunxit. Habẽt
Moyſen & Prophetas: audiant illos. Ac ſi di-
ceret. Si Moyſen & Prophetas audiũt: nõ ve-
niẽt in locũ hũc tormẽtoꝝ. Cũqȝ ille repete-
ret: Nõ pater, ſed ſi qs ex mortuis ierit ad eos
pœnitẽtiã agẽt. rurſus eũ rõne repellẽs Abra-
hã: ait. Si Moyſen & Prophetas nõ audiũt: ne-
qȝ ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credẽt. Non
exaudiuit ergo Abrahã diuitẽ dep̃cantẽ, quia
exaudiẽdus nõ erat: ſed quia hunc ratione nõ

imperio reppulit, ꝙ aliq̃ñ ꝓ viuẽtibus exaudi-
ri poſſent mortui indicauit. Scio equidẽ nec
adeo brutus ſum: vt tam aperta nõ videam,
tam clara nõ intelligã: alio modo hic poſitos,
alio hinc tranſlatos ſanctos deũ ꝓ alijs depre
cari: quia hic in orantibus ꝓ ſalute alioꝝ ſan-
ctis, eſt pietas iuncta miſerię: ibi mĩa nihil de
trahẽs glorię. Cõmunicat iuſtus hic quodãmo
do alioꝝ miſerijs: qñ miſericorditer orat ꝓ mi
ſeris: ſed poſtq̃ miſeria cõmutatur in gloriã: nõ
põt fundi miſerãda oratio, quã comitaṛ incõ
mutabilis beatitudo. Nõ eſt igiṛ neceſſe eos
genua flectere, nõ lachrymas fundere, nõ fun
dẽdo verba multiplicia laborare: quia in ciui-
tate illa (quę ꝓpter ſingularẽ p̃cioſitatẽ auro
mũdo, quę ꝓpter lucidiſſimã pſpicuitatẽ vitro mũ Apoc.xxj
do cõparatur) ſicut pij affect⁹ deo noti ſunt, ſic
eos deo exaudiẽte, ſola ſui rep̃ſentatione qui-
buſlibet dignis ſubueniũt. Qui qm̃ iã nihil vel
le poſſunt, qđ a dei diſcordet iuſtitia: ſtatim ꝓ
alijs eoꝝ exauditur mĩa. Hoc igiṛ modo non
miſero ſed btõ, ibi ſancti orãt ꝓ alijs, vbi eoꝝ
orõ ſanctũ eſt deſideriũ, vbi p̃cũ exauditio eſt
indultũ bñficiũ. Hinc illa cœleſtis & btã a ſpũ Argumẽ-
dei in eccleſiã deriuata eſt cõſuetudo: vt quos tũ ex Ec-
vere ſanctos & deo ꝯiũctos eſtimat, adhuc in cleſię con
p̃ſenti agone deludãs eccleſia: vt ſibi ſubue- ſuetudie.
niãt, interpellet. Inde aſſiduę p̃ces, inde freq̃n
tes letanię, inde cõtinuata ſupplicatio: quib⁹
oĩbus nõ ſolũ deũ repropitiari ſibi ſupplicat,
ſed & ſanctos (vt impetrare hoc eis mediãti-
bus poſſit) exorat. Hac ſua auctoritate & ſan-
cta ꝯſuetudine, cui ab antiquo orbis vniuerſ⁹
nullo cõtradicẽte ceſſit: hoc admonet, hoc p̃ci
pit, hoc ſuadet credere: bona .ſ. mortuoꝝ viuẽ
tib⁹ poſſe ꝓdeſſe: dũ ſe ſuoſqȝ in carne viuẽtes
beatis mortuis aſſidue nõ deſinit cõmẽdare.
Intelligit Chriſto ſuo docẽte iſtructa, mortuos
illos quib⁹ ſupplicat, deo viuere, cũ audit eũ
ſumpto de Exodo teſtimonio in Euãgelio di Exodi.iij
cẽtẽ. De⁹ nõ eſt mortuoꝝ ſed viuoꝝ: oẽs eñ vi Mat.xxij
uunt ei. Recordaṛ & ſctõs antiquos, mortuoꝝ & Marci.
meritis deũ viuẽtib⁹ repropitiari poſtulaſſe: ſi xij.
cut i eodẽ ꝓ idololatra pp̃lo deũ dep̃cãs Moy Exodi
ſes dicit. Quieſcat ira tua dñe, & cito placabi xxxij.
lis ſup nequitia popl̃i tui. Recordare Abrahã
Yſaac & Iſrael ſeruoꝝ tuoꝝ. Ecce Moyſes bo
nis meritis Abrahã, Yſaac, & Iſrael mortuoꝝ
deũ pp̃lo repropitiare cõtẽdit & obtinet: & ꝙ
bona mortuoꝝ aliquando viuentibus poſſint
prodeſſe, docet. Accedat huc & ipſa vox dñi,
dicatqȝ Salomoni peccãti. Quia habuiſti hoc iij.Reg.xj
apud te, & nõ cuſtodiſti pactũ meũ, & p̃cepta
mea quę mandaui tibi: diſrumpens ſcindam

regnum tuum,& dabo illud ſeruo tuo. Verũtñ
in diebus tuis nõ faciam: ꝓpter Dauid patrẽ
tuum. De manu filij tui ſcindam illud. Nec
totum regnum auferam: ſed tribum vnã da
bo filio tuo, ꝓpter Dauid ſeruũ meũ,& Hieru
iij. Reg. xj ſalẽ quã elegi. Item ꝗ; per Aiam Siloniten pro
phetam. Nõ auferã regnũ de manu eius: ſed
ducem ponã eũ cunctis dieb⁹ vitę ſuę, ꝓpter
Dauid ſeruũ meũ quẽ elegi: qui cuſtodiuit mã
data mea & ꝑcepta mea. Et verſu intermiſſo.
Filio autẽ eius dabo tribũ vnã: vt remaneat
lucerna Dauid ſeruo meo cunctis dieb⁹ corã
me, in Hieruſalem ciuitate quã elegi: vt eſſet
nomen meũ ibi. Et quis tã lucidę veritati re
calcitrare audebit? Ecce peccãti: imo qd oibus
peccatis deterius eſt, idololatrę Salomoni, iu
ſtitia patris mortui regnũ reſeruat: & ne cun
ctis dieb⁹ vitę eius ſaltẽ iminuatur, excuſat.
Filiũ quoq; eius totãq; in ęternũ ꝓgeniem: ne
ex toto a regno decidat, defendit: eiq; regiam
& perennẽ poteſtatẽ: prę celſis meritis etiã de
linquẽti cõſeruat. Et quę ſunt merita illa? pro
pter Dauid (ait deus) ſeruũ meũ quẽ elegi: qui
cuſtodiuit mãdata mea & ꝑcepta mea. Ecce
quia cuſtodiuit Dauid mãdata dei & ꝑcepta
dei, nõ ſolum ſibi profuit, ſed & filijs & hęre
dibus ſuis regalẽ (vt dixi) potẽtiã apud deum,
etiã peccãtibus ipſe mortu⁹ cõciliauit. Excluſa
eſt ergo dubietas,& ſacris oraculis infidelitas
oĩs exploſa: vt ſi Patriarchis, ſi Prophetis, ſi
deo ipſi creditur: ꝙ mortuoꝝ bona viuẽtibus
prodeſſe valeãt, a nullo vlterius dubitetur. Ve
niat tñ in trib⁹ illis nominatis pueris Hebręis
medi⁹ Azarias: & quid in fornace Babylonica
conſtitutus: eamq; potenti virtute exuperans
Dañ. iij. de his ſenſerit: atteſtet. Ne quęſumus (inquit)
domine tradas nos in perpetuum propter no
men tuũ,& ne diſſipes teſtamẽtum tuũ, neq;
auferas miam tuã a nobis, ꝓpter Abraham
dilectum tuũ,& Yſaac ſeruum tuum,& Iſrael
ſanctum tuum. Ecce hi in tanto periculo po
ſiti, igneis globis & flãmarũ volumine circun
ſepti horrendã mortẽ ſuã nõ de ꝓximo expe
ctantes, ſed preſentẽ intuentes: nullum ſibi tu
tius refugium, q̃ ſanctorum mortuoꝝ merita
credunt: eiſq; nõ tñ ſibi ab ignibus ereptio
nem, ſed & ſibi & toti generi ſuo ab inſtanti
captiuitate & miſerijs implorant liberationẽ.
Et vt oſtenderet deus bonoꝝ mortuoꝝ me
rita, viuorum poſſe pericula mitigare: tã fide
ſua q̃ meritis ſanctoꝝ mortuoꝝ, quos inuoca
uerãt: & illos illęſos cũ veſtib⁹ intactis ab igni
bus eripuit: & quid de mortuoꝝ meritis viui
ſentire deberent, mõſtrauit. Idem & boni qui

tunc tẽporis in Iudęa erãt Iudęi, fratrib⁹ ſuis
per Aegyptũ cõſtitutis, in exordio ſupraſcri
pti Machabęoꝝ libri, ſic mãdãt. Bñ faciat in ij. Mach. j
quiũt vobis deus,& meminerit teſtamẽti ſui:
qd loquutus eſt ad Abrahã, Yſaac,& Iacob ſer
uoꝝ ſuoꝝ fideliũ. Ac ſi diceret. Vt vobis viuẽ
tibus deus bene faciat, meminerit bonoꝝ il
loꝝ mortuoꝝ, Abrahã, Yſaac, & Iacob: & tã
pacto teſtamẽti ſui, q̃ meritis ipſoꝝ det vobis
cor vt colatis eum, & faciatis eius voluntatẽ
corde magno & animo volẽti. Adaperiat cor
veſtrum in lege ſua,& in pręceptis ſuis,& fa
ciat pacẽ. Exaudiat orationes veſtras,& recõ
cilietur vobis: nec vos deſerat in tẽpore malo.
Iſta certe oia bona vobis viuẽtibus illoꝝ mor
tuoꝝ bonis meritis faciat. & ꝙ bona mortuo
rũ ſępe viuẽtibus ꝓdeſſe poſſint, oſtẽdat. Ha
bẽtur his quę poſui exemplis, in ſacris literis
multa ſimilia: ſed quia hęc legẽtib⁹ plene ſuf
ficere poſſe putaui, ne inſup plus nimio multi
plicata tędium generent: ea ponere recuſaui.
Auctoritate igitur quę maxime in diuinis ꝑ
cellit: & ratione quę tam in diuinis q̃ in huma
nis bonum a malo, iuſtum ab iniuſto, verum
a falſo diſcernit: ſufficiẽter ꝓbatum,& tã hę
reticis q̃ catholicis perſuaſum eſſe arbitror: ꝙ
ſicut partitionis pręmiſſę mẽbra ſe habent,
bona viuoꝝ viuis, bona mortuorũ mortuis,
bona viuoꝝ mortuis, bona mortuorum viuis
aliquãdo poſſint ꝓdeſſe: nec iuſte vel rationa
biliter hoc aliquem poſſe negare. Quę cũ ita
ſint,& ego teſte conſcientia mea ad vtilitatẽ Intentio ſcriptoris
eccleſię dei, cui quod poſſum debeo, hoc ſcri
bere decreuerim: vtpote in cuius gremio ab
vtero educatum me eſſe ſcio: & ſub cuius fi
dei & charitatis alis me ſaluandum,& ad ea
quæ ſpero, quãq; ſubleuandum eſſe confido:
rogo lectorem, moneo auditorem, vt quod
ꝓ vtilitate (vt dixi) eccleſię ſcribere volui: vti
liter legãt, ſalubriter audiãt. Ad quid hoc di Nota cõ
xi? quia vt ipſe expert⁹ ſum, ſicut ſunt quidã tra duo
nimiũ diffidẽtes, ita ſunt quidã nimiũ ꝯfidẽ gña ho
tes: ita vt & illi deſpatione ſua,& iſti nimia minum.
(vt ſic dicaꝰ) ſpe ſua, vel periclitari vel prius
a ſalute excidere videanꝰ. Nã ſicut illi ꝯtra
quos egi (hęretici) bona viuoꝝ mortuis nullo
modo ꝓdeſſe aſtruũt, ſic iſti quos noto (nimiũ
ſi dici põt catholici) de bonis q̃ ab eccl'ia viuẽ
tiũ ꝓ mortuis fiũt, inordinate ꝑſumũt. Adeo
aũt quidã taliũ inordinate ꝑſumũt, vt confi
dẽtes in his vel precibus pijs, vel opib⁹ bonis
quę a viuẽtib⁹ ꝓ mortuis fiunt, ipſi a precum
& operum bonorũ feruore repeſcant: & quod
ad vniuerſoꝝ ſalutẽ iſtitutũ eſt, i ſuã decepti

pernitiem vertant. Hi plane de antidoto ve-
nenum, de ſalute exitium, de vita mortẽ, ſtul-
to ſibi commercio emunt. & cum Apoſtol⁹ di-
Titum.ij. cat. Expectantes beatã ſpem, & ſpe ſalui facti
Rom.viij ſumus. cum ſpe ſaluari debuerint: cõtra ſpem
ſpe pereunt. quia qualiter vti ſpe debeant: nõ at-
tendunt. Non attendunt ſane, ꝙ nõ alienis
bonis, ſed ꝓprijs operibus, ꝑcedente & comitã-
te gratia, vita principaliter adquiritur æterna.
Principaliter autem dixi. quoniam tãta viuẽ-
tis ꝓpria ſaltem debent eſſe merita: vt ei iam
mortuo ꝓdeſſe debeant aliena. Prodeſſe vero
nõ poterunt, niſi tanta fuerint viuentis bona:
vt eis tam iuſto q̃ miſericorditer vita debeatur
æterna. Nam ſi ad vitam æternam gratia dei
& ſubſequentibus meritis ꝑdeſtinatus ẽ: vtiq;
in libro vitæ aſcriptus eſt. Q; ſi in libro vitæ
aſcript⁹ eſt iuxta Saluatoris verba, fili⁹ dei, &
Luc.xx. filius reſurrectionis eſt. Hoc quicunq; obtinet:
fide, quæ ꝑ dilectionem opatur, hoc obtinet.
Fide ergo & dilectione hoc eum dum viuit,
oportet agere: vt ad filios dei & hæredes perti-
neat vitæ æternæ. Hoc poſtq̃ habuerit, ſi in
hoc ſtatu ex hac luce migrauerit: poterũt quã-
libet aliam eius imꝑfectionem multimoda vi-
uentium bona ꝑficere: ea quæ purgãda remã-
ſerant purgare. & ad expiandas vel leuandas
grauioris purgationis pœnas: & ad eradẽdam
omnem reliquorum peccatorum rubiginem,
Nota. adiuuare. Nam ꝑces viuorum omnimode ꝑ-
ditam mortuorum ſubſtantiam reſtaurare nõ
poſſũt: deformatum vero ſpeciei decorẽ, inte-
gra ꝑmanente ſubſtantia, reformare poſſunt.
Perditam autem ſubſtantiam mortuorũ: per-
ditos ꝑ ſuis criminibus homines. deformatã
vero ſpeciẽ vocaui: imꝑfectos peccatis leuiori-
bus homines. Dixi ſubſtantiam ꝑditam non
poſſe reſtitui. hoc eſt, damnatos homines, nul-
lo viuẽtium bono ſaluari. Dixi deformatum
ſpẽi decorẽ poſſe reformari: hoc ẽ. reos non de
criminalibus, ſed de venialibus peccatis mor-
tuos: ꝑ viuẽtium bona velocius ſaluti poſſe re-
ſtitui. Sciat ergo mortuus, tunc ſibi viuentium
bona poſſe ꝓdeſſe: ſi ex vita ꝑterita meruerit
particeps eſſe vitæ æternæ. Tunc enim q̃cũq;
illum ad eam adipiſcẽdam adhuc impediũt:
& orationib⁹, & pijs opibus viuorum remoue-
ri: ꝑ largam dei miſericordiam poterunt. Q;
ſi dum hinc exiuit, ad eos qui hereditatem ca-
piunt ſalutis ꝑtinere non meruit: iam de viuẽ-
tium bonis ſibi blandiri non poterit. qui dum
viueret: inf ra ꝑdeſtinatorũ numerum compu-
tari non ſtuduit. Ne igit̃ male diffidat: vel in-
ſuper etiam peius confidat, dum viuit & licet,
hoc ꝓmereri laboret: vt ſi hinc imꝑfectus trãſ-
ierit, mereat̃ alienis operibus adiuuari. immo
qđ melius eſt, ea viuus agere ſtudeat: vt mor-
tuus viuentium bonis non egeat.

¶ Contra id quod dicunt, deo non eſſe cantã-
dum.

Iam vero ad illud qđ addunt hæretici: irri-
deri ſcilicet deum cantibus Eccleſiaſticis.
quia qui ſolis pijs affectibus delectat̃, nec al-
tis vocibus aduocari, nec muſicis modulis po-
teſt mulceri. ad tales (inquam) nenias reſpon-
dere animus nauſeat. quia qđ nec brut⁹ homi-
nibus negantibus, ſentire brutum & ſtolidum
eſt: hoc velle velut ex ratione refellere, pene in-
diſſimiliter ſtultum eſt. Vnde quia ſapientia ꝑ-
cipit. ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiã ſuam
ne efficiaris ei ſimilis, ex parte lingua taceat. & Prouerb.
quia rurſus imperat. reſpõde ſtulto iuxta ſtul- xxvj.
titiam eius, ne ſibi ſapiẽs eſſe videat̃: quæ reti-
cenda nõ ſunt, breuiter eloquat̃. Sed nun quid
o ſtultiſſimi hominum, qui hęc dicitis, nõ eru-
beſcitis. ꝙ ab exordio tam profuſæ diſputa-
tionis noſtræ vſq; ad inſtantẽ finẽ: quicqđ ab
ore veſtro exiuit, & auctoritate vacuũ, & omni
apparuit ratione deſtitutum? Sic enim in va-
num verba funditis, ſic in vẽtos & nubila ver-
ba iactatis: vt more demẽtium, os ad verba
apire tota ſit vtilitas: ratio tota aerem ꝑcuſſiſ-
ſe. Nunquid o brutiſſimi: quando hoc cogita-
re cœpiſtis, vel dicere inchoaſtis: nulla mẽtib⁹
veſtris ex innumeris auctoritas diuina occur-
rit? Cur ſaltẽ Pſalmi q ab oĩ clero Eccłię dei, &
maxime a pſbyteris qđ ipſi fuiſtis frequẽtant̃.
quando hoc cogitaſtis, dixiſtis, ꝑdicaſtis: aliqñ
non occurrerunt? Nõne in eiſdẽ ſępe aut pene
aſſidue legitis. & remota altioris myſterij ma-
ieſtate. etiam ad literam dictum aduertitis, ſi
ſapitis, ſi ſentitis. Cantate domino canticũ no- Pſal.xcv.
uum: cantate domino omnis terra. Cantate
domino & bñdicite nomini ei⁹. & iterum. Cã- pſal.xcvij
tate domino canticum nouum: quia mirabi-
lia fecit. Et rurſus. Omnes gẽtes plaudite ma- Pſal.xlvj.
nibus: iubilate deo in voce exultationis. Et in
eodẽ. Pſallite deo noſtro pſallite, pſallite regi
noſtro pſallite. quoniam rex omnis terrę de⁹.
Pſallite ſapiẽter, & bñ pſallite ei in vociferatio- Pſalm.
ne. & mille talia? Hoc quidem de cantu vocis xxxij.
humanæ. Quid de iſtrumẽtis varijs, & diuer-
ſa modulatione? Quare quæ toti orbi notiſſi-
ma ſunt: vobis ſolis occurrere non potuerunt?
Nam de inſtrumẽtis muſicis & corporalibus
ait in eiſdẽ Pſalmis vox diuina. Pſallite domi- Pſalm.
no in cithara, in cithara & voce Pſalmi: in tubis xcvij.
ductilibus, & voce tubę corneę. Et iterũ. Lau-

date eum in ſono tubæ: laudate eum in pſal-
terio & cithara. Laudate eum in tympano &
choro: laudate eum in chordis & organo. Lau
Pſal. vlt. date eum in cymbalis bene ſonantibus: lauda
te eum in cymbalis iubilationis. & mille ſimi-
lia. Nunquid qui hæc dixit, qui ſcripſit, q hæc
inſtrumēta pcipue compoſuit: qui ſonuit, qui
cantauit: dicēdo, ſcribendo, ſonando, cantan-
do: deum irridere voluit? Nōne ipſe primæ le
Nū. x. gis lator Moyſes, tubas argenteas ad bellādū,
ad quieſcendum, ad caſtra leuanda, ponēda:
ad inſonādum coram arca dñi, in deſerto, in
tabernaculo, in iubileo: fieri mandauit? Nōne
tam ipſe q̄ ſacerdos Aaron. nōne iam dictus
rex ac ppheta Dauid. nōne Salomon. nonne
Eſdras. nōne multi ſanctorum regum ac p-
phetarum muſica inſtrumēta fecerunt, millia
cantorum inſtituerūt, ipſimet ea ſonuerunt,
cantauerūt, ſaltauerunt? Nunquid autem hęc
omnia ad irridendum, cōtemnendum, ſubſā
nādum deum fecerunt? Non (inquam ſtulti.)
nō ad iſta, ſed ad laudādum, adorandum, ho
norā dum, glorificandum. Qđ ſi talium cantā
tium, pſallentium, organizantium, etiā apud
homines manifeſtam vtilitatem q̄ritis: audi-
te qđ vt puto neſcitis, in ſacra ſcriptura talib⁹
Nota. modis dæmones effugari, morbos mitigari,
deum aduocari. & p hæc eum conſultis homi-
num reſpondere, & poſtulata pſtare. Ait enim
j. Reg. xvj ſupra nominata regum ſcriptura. Igiť quādo-
cunq; ſpiritus dei malus arripiebat Saul, tolle-
bat Dauid citharam & pcutiebat manu ſua:
refocillabať Saul, & leui⁹ habebat. Recedebat
eñ ab eo ſpiritus malus. Audiſtis Dauid cum
cithara pſallētem: audite coram Helyſæo pſal
tem canentem. Nunc (ait Helyſęus) adducite
iiij. Reg. iij. mihi pſaltem. Cū q; caneret pſaltes: facta ē ſup
eum man⁹ domini. & ait. Hæc dicit domin⁹.
Facite p alueum torrentis huius, foſſas & foſ-
ſas. Hæc eñ dicit dñs. Nō videbitis ventum
neq; pluuiam, & alueus iſte replebiť aquis. &
bibetis vos, & familiæ veſtræ, & iumenta ve-
ſtra. Parū q; hoc ē in cōſpectu dñi. Inſup tradet
etiā Moab in manu veſtra: & pcutietis omnē
ciuitatem munitam, & omnē electam & vni-
uerſum lignum fructiferū ſuccidetis, cūctoſq;
fontes aquarum obturabitis: & omnem agrū
egregium opietis lapidibus. Dum igiť coram
Saul citharizabat Dauid: recedebat ab eo ſpi-
rit⁹ mal⁹. Dum coram Helyſęo canit pſaltes:
aduocatur ſpiritus ſanctus. Ille enim tūc p He
lyſæum reſpōſa dabat: qui p omnes pphetas
loqui cōſueuerat. Cantu ergo muſico fugatur
ſpūs malus: cātu muſico aduocať ſpūs ſanct⁹.

Et poterat quidem de⁹ abſq; cantu huiuſmo-
di, ſonoq; muſici inſtrumenti, & morbo regis
mederi, & dare reſpōſa pphetæ. ſed qa voces
pie cantātium, & ſonos religioſe organizantiū
benigne ſuſciperet: & inter alia diuina obſeqa
hæc quoq; deuote exhibita approbaret, tanto-
rum pphetarum tam ſublimib⁹ exemplis vo-
luit indicare. Et vt huiuſmodi cantuum reli-
gioſorum ſeruitutem, non ſolum in lege prio-
ri, ſed & in ſequēti Euangelio ſibi placere mō
ſtraret: cantātibus in templo pueris: Oſanna fi
lio Dauid. & inde Pharyſſæis indignantibus, Mat. xxj.
eiq; dicētibus: audis quid iſti dicunt? reprehen
dens æmulantium Pharyſſæorum indigna-
tionē. laudans puerorum cantātium deuotio
nē: etiā ex ſcriptura reſpondit. Nunquid non
legiſtis: Ex ore infātium & lactētium pfeciſti Pſal. viij.
laudem? ¶ Quia ergo vltimæ & inſulſæ hære
ticorū obiectioni, & breuiter (vt æſtimo) & ple-
ne reſpōſum eſt: atq; (vt credo) totius præſcripti
erroris machina inuicta dei virtute ſubuerſa ē:
ad vos O ſancti Epiſcopi & ſacerdotes dñi: qui-
bus hanc Epiſtolam ſcripſi, verba conuerto. &
vt tam hæreticis q̄ catholicis, p quibus ſcripſi:
ſtudioſe hoc notum faciatis exoro. Vere eñ
vere zelus domus dei, & tātarum animarum
pditio, me ad hæc ſcribēda impulit: vt ſicut in
exordio Epiſtolæ pmiſi, more Eccleſiæ dei, q̄
ſemp hęreticas calūnias hoc maxime mō repſ
ſit, auctoritas religioſis: ratio nō deeſſet ex igē
tibus curioſis. Qđ vero poſt hęreticos, etiā ter-
ræ veſtræ catholicis ſcripturam hāc p vos ma
nifeſtari rogaui, hæc cauſa ē. quoniā nuper in
partibus illis, & p diœceſes veſtras iter faciēs,
hęreticos quidem publicos vobis maxime ex
pellētibus, ad alia licet pxima ſola demigraſ-
ſe: ſed tamen in eiſdem veſtris regionibus nō
parua ſemina reliquiſſe cognoui: quæ ſi negle
cta fuerint, in frugē inimicam exurgere, & ſi-
cut prius fecerunt: dominicam ſegetē zizanio
rum more non parum lędere poterunt. Eſt &
illud, q hoc remedio occulti etiam bonorum
catholicorum cogitatus (ſi poteſt fieri) purgan-
di ſunt. qui & ſi hęreticis calumniis nō adqui-
eſcunt: ſcādalizari tamē inauditis quæſtionib⁹
poſſunt. Ne igiť aut ora hæreticorum blaſphe
miis, aut corda catholicorum facile talibus ſcā
dalis pateant: vt & illa tali obice obturenť, &
iſta tali medela (ſi fieri poteſt) ſanenť: ſcripturā
hāc velut paruum fidei meæ p fide munuſcu
lum, Ieſu Chriſto domino meo obtuli: & p vos
Eccleſiæ eius intimādam trāſmiſi. Nec enim
p aliquos rectius, iuſtiuſue hoc fieri debere pu-
taui, q̄ vt p diſpēſatores tritici, hoc eſt verbi di

uini, quod ipſi eſtis, hęc qualiſcunq; ſacri verbi
menſura, familiæ vobis a ſummo patrefami
lias commiſſę erogetur: & ꝑ tempore ſingulis
vel omnib⁹ impertiatur. Decet enim Apoſtolicos
viros Apoſtolicam præ cæteris doctrinā tue
ri: vt qui cœleſti gratia diſpenſante, Apoſtolis
officio ſucceſſiſtis: fidē Apoſtolicam præcipuo
ſtudio defendatis. Nam ille idem Chriſt⁹, qui
ꝑ Apoſtolos dum viuerent, peregrinanti Ec
cleſiæ ſuæ prouidit: vos ipſorum loco ad ei⁹ pu
dendum veſtro tempore, ꝑparauit. Vnde quo
niam nō ſolum communi charitate, quod ad
omnes: ſed etiam ſingulari officio, qđ ad ſolos
epiſcopos ꝑtinet: Eccleſia dei vobis commiſ
ſa: ſi languet, curanda: ſi errat, reuocāda: ſi te
pet, accēdēda: ſi nutat, ɔfirmāda: ſi cadit, rele
uāda: ſi dubitat, inſtruenda: ſi aliqđ neceſſariū
ignorat, a vobis edocēda ē. Idcirco vos ſingu
lariter ad hanc ſcripturam Eccleſiæ dei cōmē
dandam elegi: quos officio ad hoc cōſtitutos:
quos ſapiētia ad hoc idoneos: quos labore ad
hoc exercitos eſſe cognoui: vt terrā quā ab hæ
reſi nequiſſima ſpiritu dei, veſtriſq; ſudorib⁹
Aliâs ✠ putidæ. expurgaſtis, ne aduerſus eā ✠ putridę reliquię
reuiuiſcere queāt: ſummo ſtudio defendatis.
Erit hoc apud benignum bonorum omnium
remuneratorem epiſcopatus veſtri inſigne: cū
aduerſus oues boni paſtoris vobis ab ipſo com
miſſas: luporū rabies, veſtra inſtantia non po
tuerit præualere.

¶ Finit liber Primus Epiſtolarum Pe
tri Venerabilis. Incipit liber Secundus.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola eiuſdem Petri Cluñ prolixis, & ne
ceſſarię plena inſtructiōis: Ad Petrum de ſan
cto Ioanne ſocietatis ſuæ veteranum: contra
eos qui dicunt, Chriſtum nuſq̄ ſe in Euāgelijs
aperte deum dixiſſe. Primum quidem hoſtis
noſter antiquus quanto ſemper niſu ad impe
diendam ſeu euellendam de humanis cordi
bus notitiam dei inſtiterit laborantq; declara
toris. Deinde vero cur nō ita perſpicue, non
ita ſolenniter, ſicut in veteri teſtamento Chri
ſtus ſeſe deum proclamauerit ratione reddi
ta, ſufficiēter oſtēſius: Chriſti deitatē in Euā
gelijs ex claro eiuſdē teſtimonio cōprobari.

BONO ET PACIFI
co ſeni fratri & filio Pe
tro Frater Petrus Humi
lis Cluñ. Abbas, Salutē.
Paucis admodum tranſ
actis diebus: dum tecum
more meo, de quibuſdā
nō ex toto ſuperfluis cō
ferrem: neſcio vnde occaſione ſumpta, ſermo
incidit de Saluatoris deitate. Quem dum ad
alia, & ipſa vtilia tendens, cito finire ꝑponerē:
audiui a te quaſi tranſeunter qđ non tranſeun
ter accepi. Dixiſti te a quibuſdam fratribus &
(vt tunc mihi viſum eſt) ab ipſis socijs lateri
meo adherentibus audiſſe: Saluatorem nuſq̄
in Euāgelijs ſe aperte, hoc eſt ſine inuolucris
deum vocaſſe. Addidiſti etiam eos, non negli
genter, ſed intente ac diligēter totius Euange
lici text⁹ ſeriem, hac de cauſa ſcrutatos fuiſſe:
nec alicubi hoc ſe legere potuiſſe. Et q̄uis fres
illos, a quibus iſta audieras: nec tu mihi nomi
naueris, nec ego qui eſſent, quęrendo perſtite
rim: quia tamē etſi inutilis opilio, vultum pe
coris mei non ex toto ignoro: credo eos q hoc
dicunt, non trahi infirmitate fidei: ſed amo
re ac ſtudio hactenus ignorata ſciendi. Nam
quoſcunq; apud me recolo, qui de his vel ſimi
lib⁹ tractare, diſcutere, vel ſoluere aliquid poſ
ſint: literatos ſcio, excercitatos video, religio
ſos agnoſco. Vnde abſit a me: vt aliquid ſini
ſtri, maxime in talibus de ipſis ſuſpicer, quos
& eruditio doctos: & gratia, quæ in ipſis hacte
nus vacua non fuit, vt ſæpe expertus ſum, tā
in fide, q̄ in vita ſolet ſemper reddere cautos.
Sed quia ſemel ſermo ortus eſt de re ſup om
nia ſaluti noſtræ neceſſaria: iuſtum eſt prout
mihi videtur exequi qđ inde ſentio: ne forte
ſi neglectum fuerit, qđ auditum eſt: dubietas
aliqua in aliquorum cordibus vt ſolet in tali
bus contingere, oriatur. Vnde huiuſq; fuiſſet rem ſi
lentio ſuppreſſam fuiſſe: q̄ deductam in me
dio, indiſcuſſam reliquiſſe. Notum eſt, nec ali
quem in talibus exercitatum latet, communē
& publicum hoſtem Satanam, ne a mortalib⁹
vera deitas, aut agnoſci, aut coli poſſet: ſūmo
ſemp niſu, toto conamine laboraſſe: & non ſo
lum tempore gratię, non ſolum tempore legis
Moſaicæ: ſed & ab ipſo primorum hominum
exortu: ad euellēdam de humanis cordibus ſi
dei ſynceritatē ſemp acerrime inſtitiſſe. Inde
eſt q ante famoſum diluuium, illo qui prim⁹
cœpit inuocare nomē domini cum paucis ex Geñ. iiij.
eadē ſtirpe ſequētibus excepto & poſt vſq; ad
Moyſi tempora præter quoſdam magnos, &
notos patriarchas iam extīcta apud miſeros
mortales ſūmi ac veri dei notitia: tetris mul
tiplicium errorum tenebris obuolutus, tot⁹ or
bis horrebat. Succedēte deh̄ic tempore miſera
ta maieſtas ſumma pereuntis creaturæ: largio
rem quidē ſolito benignitatē, dādo legem Iu
dæis oſtēdit. Sed ſola illa gēte ad verę deitatis
cultum vocata: alias vniuerſas in erroris iā an

tiqui fęce reliquit. Tandem nõ vltra, in ira ſua
Pſalm̃. continens miſericordias ſuas: miſit filiũ ſuũ,
lxxvj. effudit ſpiritum ſuum. & nõ iam partim ali-
quas: ſed quicquid vſq̃ gẽtium eſt, ad vni⁹ dei
Dęmon vniuerſorum auctoris, & rectoris agnitionem
ſemp im- largiſſima miſeratione vocauit. Hunc verita-
pugnauit tis ſplendorem, q̃a nec primo, nec medio, nec
fidẽ, maxi vltimo tẽpore obſcurare ex toto nequã ille po-
me deita- tuit: quantum a moderatrice omnium deita-
tis. te p̃miſſus eſt: impugnare non ceſſauit. Claret
hoc ante Saluatoris aduentum, in propheta-
rum infeſtationibus. quos ipſe magnus Apo-
Heb.xj. ſtolus, ludibria, verbera, vicula, & carceres ex-
pertos: lapidatos, ſectos, tentatos, egentes, an
guſtiatos, afflictos, in occiſione gladij mortu-
os nõ tacet. Apparet & inde maxime, q̃ Chri
ſtianæ gratiæ diebus, q̃uis fortis victus a for-
tiore: quia arma ſua auferri, & ſpolia diſtribui
a victore cernebat: orbem fere totum contra
verę deitatis agnitores commouit. Inde eſt
q̃ non ſolum multorum millium, ſed & innu
merabilium legionum Chriſtianorum ſacro
cruore: totius terræ ſuperficiem, peſſimus & per ti-
nax p̃ſecutor reſperſit. Quo nec ſic p̃ualente,
immo multomagis tot mortibus veræ fidei
agnitione creſcente: q̃d manu hoſtili non po-
tuit, fraterno explere ſchiſmate attẽtauit. Ex-
creuerunt ea de cauſa ab illo ſuſcitati diuerſorũ
nominum, & ſectarum errores: vnicam ſpem
humanæ ſalutis auferre conantes. Incedebãt
quidem vario ac deuio tramite, ſed ad eundẽ
finem conuerſę pene tendebant. & aut cum
phantaſtico, vt Manichei: aut cũ vero, vt Ar-
riani, Chriſti corpore: veram Chriſti deitatem
negabant. Nõ curabat Satanas quicquid quo-
Nota. libet tempore de deo homines opinarentur:
tm̃ vna vera, & ſola ſaluans deitas negaretur.
Hoc ſe ſolummodo quęrere: ad hoc ſe tm̃ niti
luce clarius demõſtrabat. quoniã & ante Chri-
ſtum & poſt: p multorum & falſorum deorum
dearumq; cultu, contra vnius & veri dei culto
res tam acriter, & conſtanter pugnabat. In il-
lis enim humanam perniciem amplectebaᷓ:
in hoc humanam ſalutem p̃ſequebaᷓ. Vtitur
adhuc eodem aſtu. & cum pene mediam or
bis partem Sarracęnis mediantibus occupa-
uerit: docet eos Chriſtum ſic p̃dicare omniũ
meliorem & maximũ. vt tamẽ prorſus dene-
gent deum. Hanc falſam deorũ pluralitatem
contra veram vnius deitatem. ſicut ab ipſa pa-
radiſo incipiens induxit, primis hominib⁹ di
Geñ.iij. cẽdo, Eritis ſicut dij: ſic in fine p̃ficere moliᷓ.
quando per vas illud p̃ditum, q̃d ſingulariter
poſſeſſurus eſt, hoc eſt Antichriſtum: aduerſa-
bitur, & extolleᷓ ſupra omne q̃d diciᷓ Deus, ij.Theſ.ij.
aut q̃d coliᷓ: ita vt in templo dei ſedeat oſten-
dens ſe tanq̃ ſit Deus. Infelix vere, & æterna
liter proiectus a facie dei, qui longiſſimę neq̃tiæ Iob.xlj.
merito indurabiᷓ ſicut lapis: & ſtrigetur quaſi
malleatoris incus. Intantum inſanus & cęc⁹:
vt qui ſtatim vt factus eſt dixit. Ero ſimilis al Eſa.xiiij.
tiſſimo. mox in immane chaos infernalis pu-
tei ſubmergendus dicat. Ero maior altiſſimo.
Quorſum hæc? Vt aduertat lector: eo certi⁹ in- Fides dei
telligẽdam, eo firmius retinẽdam verã Chri- tatis in
ſti in Chriſto deitatem: quo magis eam hoſtis Chriſto q̃
veretur: quo magis perſequiᷓ: quo magis eam firmiter
Chriſti fidelibus, & ſeruis ſemp auferre moliᷓ. ſit tenẽda
Non ignorat plane ille nuſq̃ niſi in Chriſto ho
minis cõſtare ſalutẽ. In ei⁹ vtiq; deitate a qua
ſaluaᷓ: & eius humanitate p quam ſaluaᷓ. Vñ
non curat vt dictum ẽ quantũcumq; ſublimia
de Chriſto homines ſentiant: tm̃ verum dei fi
lium, & deum non credant. Nam remota ab
illo diuinitate, quid plus ſalutis poſſet homi-
ni conferre filius hominis, q̃ quilibet alter fili⁹
hominis? Iam abſq; dubio non religioſũ, imo
ſacrilegum eẽt: quẽq̃ in illo ponere ſpem ſalu-
tis: q̃ deitate ſemota, nec ſaluator dici poſſet
nec quẽlibet ſaluare valeret. Maledict⁹ enim
(vt ait ſcriptura) homo qui cõfidit in homine: Hierem̃.
& ponit carnem brachium ſuum. Hoc veneno xvij.
corruptor humanæ naturæ, illos quos ſupra-
ſcripſi moderni tẽporis Sarracęnos, & imbuit,
& infecit: dum eos Chriſtum, & natum de vir
gine, & miſſum a deo, & verbum dei, & ſpiri-
tum dei, iuxta ſuum intellectum p̃dicare do-
cuit. ſed illum nec deum eſſe: nec mortuum p-
ſuaſit. Aduertebat enim impius, alia vniuer-
ſa fruſtra credi, fruſtra p̃dicari: fide deitatis ac
mortis Chriſti in cordibus humanis extincta.
nihilq; iam ſalutis ſupeſſe mortalib⁹: quos nec
deitas Chriſti ſaluaret, nec mediatio carnis aſ-
ſumptæ redimeret. Iam, vt ad id redeam p-
pter quod iſta p̃miſi, reſpondeat auctoritas, vł
dubitanti, vel quęrẽti. Vtrum Chriſtus abſq; i-
uolucrę, aut aliquo tegmine ſe deũ noiet: & vbi
hoc in Euangelijs ſcriptum legaᷓ. Videtur eñ
mihi inde maxime moueri iſta quęrentes, q̃
ita p̃ſpicue, ita ſolẽniter, Chriſtum, vel diſcipu
lis, vel Iudæis loquẽtem ſe deũ vocare in Euã
gelijs nõ legunt. ſicut in Heptatico frequẽter Geñ.
audiunt. vt eſt illud in Geneſi, loquẽte deo pa xxviij.
triarchę Iacob. Ego ſum dominus De⁹ Abra
ham patris tui, & Deus Iſaac. Terram in qua
dormis tibi dabo & ſemini tuo. & rurſum idẽ
alibi. Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui, no Geñ.xlvj
li timere, & deſcẽde in Aegyptum: quia i gen-

Exo.xx. tem magnam faciam te ibi. Et in Exodo. Lo
cutus eſt inquit, Deus cunctos ſermones hos.
Ego ſum domin⁹ Deus tuus, qui eduxi te de
terra Aegypti de domo ſeruitutis. Et paucis
interpoſitis. Ego ſū domin⁹ Deus tuus fortis
zelotes, viſitās iniquitatē patrū in filijs in ter
tiam & quartam generationem. & multa in
libris illis ſimilia in hūc modum. Et quidem
exempla & teſtimonia: quibus de vera Chriſti
deitate libri tam veteris teſtamenti q̄ noui re
ſperſi ſunt, in medium ꝑducere ſupfluum iu
dico: quia fideli, quia docto, quia his aſſueto
loquor. Plurima inde tam in Propheticis q̄ in
Apoſtolicis literis legūt: innumera inſuper tā
Græcorū q̄ Latinorū, aliarumq; gētium volu
mina verę Chriſti deitati verax teſtimonium
ferētia reperiunt. Sed ꝓhibet illa ꝑducere cau
ſa ꝓpoſita. Quia nō quęrit nunc, vtrum Chri
ſtus Deus ſit: ſed vtrum ſe ipſe deum dixerit.
Nam ſi hoc in q̄ſtione (vt olim) verſaret, pate
ret nobis multiplicium reſpōſionum campus
immenſus, & pelagus ſcripturarū veræ deita
tis Chriſti teſtimonijs exundans: leti negocio
nobis ꝑ dei gratiam deeſſe nō poſſet. Nec mi
hi multis ſup his, etiam ſi ad hæc idoneus eſ
ſem, labor inſtaret: quoniam lectorem nō ad
mea ſup his ſcripta legēda inuitarē. ſed ad ma
gna patrum volumina quondā de iſtis ab eis
cōdita: ſtatim tranſmitterem. Iſtud quoniam
ad rem, de qua agit, omnino non ſpectat: ad
id ſermo redeat, cur Saluator ſicut his quos p̄
miſi videt, nō ſe more illo in Euangelijs deū
nominat, quo in veterib⁹ (vt p̄miſſū eſt) literis
vocat. Et ne diu ſuſpēſum lectorem teneam:
Solutio q̄ſtiōis paulo ante p̄miſſæ. hoc abſq; p̄iudicio verioris ac clarioris ſenten
tiæ dico: Deum quidē dei filium ꝓpheticę vo
ces, de Iudæorum ſtirpe carnem ſumpturum,
ac de ſacra virgine, tempore ante ſecula p̄ordi
nato naſciturum: frequētiſſime p̄dixerūt. & ea
quæ p̄dixerant ſcribēdo poſteris reliquerunt.
Non potuit tamē Iudaicus animus tāti ſacra
menti, tam ſingularis rei capax exiſtere: nec
ſummam maieſtatē, ad hæc infima & morta
lia, quādoq; humiliari, aut velle, aut poſſe ſen
[illegible] ſerunt. Meriti [illegible] ſunt immēſę illius maieſtatis
altitudinē ex ꝓprij cordis ſuperbia: illumq; in
exhauſtæ bonitatis fontē, ex inſita humanis
pectoribus non tam naturali q̄ corruptę natu
ræ duritia. Hoc plane, hoc tam Iudæis q̄ cun
ctis ſupbis commune fuit: hoc ad credendam
ſuſceptę a deo carnis diſpenſationē obſtitit. q̄a
nec humiliari vſq; ad humana in ſe ſuſcipien
da, aliquando deum poſſe ſuſpicati ſunt. Im
[illegible] mo hoc vel fateri, vel ſentire: vt nephas maxi
mum refugerunt. Sēſerunt Chriſtum a ꝓphe
tis p̄dictum: non quidē deum, ſed regem ma
gnum. alijs Iudaicæ gētis regibus multo ma
iorem, longe potētiorem, longe ſapiētiorem,
longe iuſtiorē futurum: latius cunctis p̄ceden
tibus regibus imperaturum. & more non diui
no ſed humano, in terra tm̄, nō in cœlo & ter
ra, vt vniuerſorum dominum regnaturum.
Hūc eorum intellectum, hanc pene totius gē
tis illius opinionem ſapiētia dei iam carne in
duta non neſciēs: condeſcēdit mentibus infir
mis. & ſicut lacte carnis ſuſceptæ, ante ſolidū
deitatis cibum eos lactare voluit: ſic paulatim,
non ſubito, nec velut ex inſperato: eis latentis
in homine verę ſuæ deitatis notitiam infudit.
Et quia Sol erat, & vera illa lux, quæ illuminat Ioan.i.
omnē hominē venientem in hunc mundum:
noluit luminis immēſi fulgore ægros morta
lium oculos ſubitus apparēs obtundere. ſed nu
be carnis oppoſita, ſobrietate verborum p̄ten
ta: ad ſpeculandam & ſuo tēpore puidēdā ha
ctenus ignoratam mortalib⁹ deitatis lucem,
ſpiritualē eorum intuitū confouere. Ea de cau
ſa, non vt primo tēpore fecerat: ſe ſtatim, vt p̄
dicare cœpit, ſolēni illo more deum vocabat.
ſed ęgris medicus ꝓ tēpore ſe conformans, ac
velut inductionibus, vel inſinuationibus v
tens: a minorib⁹ ad maiora eos gradatim eru
diēs ꝓmouebat. Formabat ita verba, vt iquā
tum non ſolum veracē, ſed & ipſam veritatem
decebat: & ſcandala infidelium tēperaret, & fi
delibus atq; intelligere valētibus: non minus
q̄ tēpore legis Moſaicæ ſe deū clamaret. Hinc
eſt q̄ iuxta Matthæum congregatis Pharyſ Mat.xxii
ſæis iterrogauit eos. Quid eis videret de Chri
ſto cuius filius eſſet. Illiſq; reſpondētibus Da
uid: ſtatim ſubiunxit. Quomodo ergo Dauid
in ſpiritu vocat eum dominum, dicens. Dixit
dominus domino meo: ſede a dextris meis?
Si ergo Dauid in ſpū vocat eum dominū: quo
modo filius eius eſt? Sed quid illi ad iſta: Euan
geliſta non tacet. Nemo (ait) poterat reſpōde
re ei verbum. Vides lector, quare non poterāt
reſpōdere ei verbum? Hic plane, hic claret So
le clarius qd̄ p̄miſi. Nōne cernis apte, q̄ Meſ
ſiam, id eſt Chriſtum ꝓmiſſum ſibi nunq̄ gēs
illa, p̄ter quoſdam magnos & paucos, deū ani
maduertit, deum ſenſit, deū eē credidit? Non
poterant Pharyſæi iam dicti, licet legis docto
res, reſpōdere ad interrogata verbū: q̄a Chri
ſtum nec ſenſerāt, nec intelligebant deū. Hoc
enim ſolo reſpectu, hoc certe & non alio. pote
rat dominari Dauid Chriſtus filius. non quia
erat homo ſicut ille: ſed quia erat Deus, quod

nō ille. Ceſſerat huic prærogatiuę human⁹ vſus: & paterna dignitas in hoc vno & ſolo dei filio defecerat. quia nō ſolum Dauid iuxta carnē: ſed etiam dei ſecundum deitatem erat filius. vnuſq; & ipſe Deus. Hoc Pharyſſæi, licet i lege ſępe legerēt, ſed non intelligerēt: non poterāt ꝓpoſitę quęſtionis nodum ſoluere: non poterant verbum quodlibet rationabile reſpondere. Ea de cauſa ſilētium elegerunt: ea de cauſa reſpondere non potuerunt. Nōne ergo tibi videtur, abſq; tegmine, abſq; inuolucris ſicut pmiſeras, Chriſtum ſe in hoc loco confeſſum deū? Cōfeſſus eſt plane ſe deum: ſed ita vt ſicut dictum eſt & ſcandalum infirmorum nondum tam ſublimia capiētium vitaret: nec intelligere valētibus, ꝙ Deus eēt cęlaret. Inauditū em̄ hoc erat apud homines, & ab intellectu communi adhuc omnino abhorrebat: aliquē mortalium, vel ſentire, vel credere deum. Oſtēdit hoc & ipſe publicus error quo largiſſimo tēpore orbis pene totus, & obrutus, & oppreſſus ē. Nam licet quoſdam hominum, vnius & veri dei apud homines intellectu, cultuq; amiſſo: error iam dictus poſt mortē deificaſſet: eoſq; deos fuiſſe, & credere, & credi voluiſſet: nullū tamē eorum, dum viueret, aut deū credidit, aut credi voluit. Nam nec Saturnus, Iupiter, Mercurius, aut Mars vel Iuno, Venus aut Minerua: & innumeri alij aliæq; dij vel deę dum viuerent crediti ſunt: ſed eis iam e vita caſu diuerſo ſubtractis, diuinus honor ab hominibus longe a facie dei ꝓiectis exhibitus ē. Cauſæ quibus rationabiles hominum mētes tam irrationabili ſtultitia falli vel fallere potuerūt: vt tam leuiter & abſurde deos ex hominibus factos crederent: ſtudioſis lectoribus in promptu ſunt. Quod, qa ad rem ꝓpoſitam non ptinet, tranſeo. Nam conſtat, ꝙ viuētibus iā dictis nō dijs, ſed peſtib⁹ humanis: nullus eis ab hominibus diuinitatis cultus impenſus ē. Legitur ſolus Alexander, Perſis iam & Medis atq; ipſis Indis cum vltimo Oriente ſubactis, in tam vanam & inſanam ꝓſiliſſe ſupbiam: vt diuinos ſibi honores exhiberi ptim ſuaderet, partim cogeret: & quoſdam nō adquieſcētes ſed irridētes: vt Caliſthenē Philoſoph. & cū quibuſdam alijs, etiam prius tortos necaret. Abhorrebat enim (vt iam dixi) & ſemper hoc abhorruit human⁹ animus: non ferēs dici deos: quos homines cernebat. nec altitudinē diuinam humilitati humanæ poſſe congruere ęſtimabat. Quā deitatē, licet vt dictum ē, poſt eorum mortē eis ineſſe credidiſſent: nullaten⁹ tamē, dum viuerēt & cum eis conuerſarentur) hoc ſentire vel credere potuerūt. Hoc vero fortaſſis. quia quodam humano more licet errore, magis affici ſolet, plærūq; animus, & moueri ad admirandum, aut honorandum abſentes, ꝗ pſentes: mortuos, ꝗ viuētes. qa apud huiuſmodi mētes, vileſcere ſolēt pſētia, & magis optari & amari abſentia. Hic mos & apud paganos legis diuinæ expertes erat: nec Iudæis eadē ſacra lege inſtructis deerat. Huius Saluator conſcius, eo loquēdi gñe verba deitatē ipſi⁹ humanis intellectibus commēdantia tēperabat: vt ſicut dixi, more ſapiētis magiſtri mentibus, aut nullius, aut puſillę fidei eorum, quātum decebat, fugiēdo ſcādalum, conſuleret. & claris intellectibus, nihil de ſuæ deitatis veritate ſubſtraheret. Hoc indicant lucide & verba illa ipſius quibus in feſto Encęniorum, id eſt Dedicationis Tēpli, ambulans in porticu Salomonis Iudæos alloquutus ē. Nam tūc eum ipſi circumdantes dicebant ei. Si tu es Chriſt⁹, dic nobis palam. Quib⁹ ille non ſtatim reſpōdit. Chriſtus ego ſum. ſed dixit. Loquor vobis & non creditis. Opa quę ego facio, teſtimoniū phibēt de me. Qd teſtimonium? Teſtimoniū ꝙ Chriſtus eſſet, teſtimonium ꝙ dei fili⁹ eēt, teſtimonium ꝙ Deus eēt. Nullum enim hoꝝ ab altero ſeparari poterat. Nā ſi Chriſt⁹ erat, neceſſario & dei filius. Si dei filius, neceſſario & Deus. Chriſt⁹ enim nō Iudaico ſenſu homo purus: ſed vero & Chriſtiano intellectu, homo ſimul erat dei filius, & Deus. Nam a ꝓphetis talis pdictus eſt: ab Apoſtolis talis pdicatus ē. Talē ſe & ipſe in his ꝓpoſitis verbis oſtendit: talē abſq; dubio declarauit. Apparet hoc & ꝑſpicue approbat, ꝗ ſe Chriſtum confeſſus fuerit: quando iam dictis Iudæis dicētibus. Si tu es Chriſtus, dic nobis palam. Reſpondit. Loquor vobis. & non creditis. Tunc plane, licet hoc nomē qd ē Chriſtus tacuerit. Chriſtum ſe intelligi dedit. quando (vt dixi) interrogātib⁹ reſpondit: Loquor vobis & non creditis. Nā quid ē aliud, loquor vobis & non creditis: niſi loquor me Chriſtum & non creditis? Qꝫ vero & dei filius eēt, verba ſubiuncta ꝓbāt. Opera (inquit) quæ ego facio in nomine patris mei. Nec enim patrē ſuum deū diceret: niſi & ipſe dei filius eēt. Qꝫ vero & deum ſe ꝓbauerit: indicant & illa opa de quibus opibus teſtat⁹ eſt. Opa quæ ego facio, teſtimonium phibent de me. Non enim erāt opa illa humana, ſed diuina. Immo, vt clarius dicatur, nō erant, vel eē poterant tm̄ hominis: ſed dei ſimul & hominis, & quia dei, idcirco hominis. Non erat plane ipſe Chriſtus: vt illi de quibus legitur. Nolite tan

Alexander Caliſthenē interfecit: ꝙ ei diuinos honores denegaret.

Ioan. x.

Pſal. ciiij.

gere Chriſtos meos.ſed erat Chriſtus vnctus/
Pſal.xliiij iuxta hominē a deo,oleo exultationis præ cō
ſortibus ſuis.Nō erat dei filius.vt illi de quib⁹
Eſa.j. ſcribiť.Filios genui & exaltaui.nec vt illi de q̄
j.Ioan.iij. bus Apoſtolus Ioannes Chariſſimi filij dei ſu
mus:& nōdum apparuit,q̄d erimus.Nō erat
(inquam)dei filius,vt illi ꝑ gratiā:ſed erat dei
fili⁹ ꝑ naturam.teſte ipſo patre,& de cœlis cla
Mat.xvij mante.Hic eſt filius meus dilectus.Et quia ꝑ
naturam erat dei filius:vtiq; certa ratione co
gente,erat etiam Deus.Non enim poterat ex
eſſentia patris gigni/aut ꝓcedere,niſi q̄d erat
ipſe.Et ideo ex deo genit⁹,erat veritate indu
Miracula bia cogēte,& Deus.Huic eius deitati opa quæ
Chriſti te faciebat verax teſtimonium ferebāt.Nā non
ſtabantur erant eius opa ſimilia operibus hominum:nō
ipſum eſſe erant ei⁹ miracula paria ꝓpheticis miraculis.
deum. Nō erāt certe paria:quia longe excellēti⁹ erāt
maiora.Mirāda quidē opa,& miracula q̄ plu
rima fecerant ipſi.ſed vt homines,q̄d datum
fuerat/erogabant:nihil ex ſe faciēdo,ſed quæ
faciebant a deo ꝑcibus impetrando.At eius
opa nō ex aliena,ſed ex ꝓpria ꝓcedebant vir
tute vt pote/q nihil ꝑcibus,vt alterius egēs au
xilio/opabatur:ſed totū q̄d aut in ſpūalib⁹,aut
in corporalibus remedijs mortalibus impēde
bat:maieſtatis potētia largiebať.Hoc mō opa
ſua vel miracula ab aliorum hominum opib⁹
vel miraculis ſecernebat:nō ſolum ipſe faciēs
vt Deus quæ voluit:ſed etiam alijs eadem fa
ciēdi poteſtatē largiēs ꝓut voluit.Perhibebāt
ergo tali modo opa eius teſtimonium de ipſo:
ꝙ Chriſtus,ꝙ dei filius,ꝙ Deus eſſet.& hoc
etiam ipſo tacente non obſcurius q̄ loquente,
Iudæis,Gentibus,cœlo quoq; & terræ clama
bant.His & ſimilibus verbis(vt ſupra dictum
eſt)& deitatis ſuæ veritatē intelligere valētib⁹
clariſſime commēdabat & ne ſubitus fulgor i
firmos adhuc illoꝝ illius tēporis hominū intel
lectuales oculos magis obſcuraret q̄ illuſtraret:
eadē ſua verba modis cōgruētibus tēperabat.
Hoc idē & totus ſequētium verboꝝ textus in
dicat,qui talis ē.Sed vos,inq̄t,nō creditis:q̄a
non eſtis ex ouibus meis.Oues meæ vocē me
am audiunt,& ego cognoſco eas & ſequuntur
me.& ego vitam æternam do eis,& non peri
būt in æternū:& nō rapiet eas quiſq̄ de manu
mea.Cuius eīn voces iſtę eſſe poſſunt niſi dei?
Ezechie. Cuius niſi illius,qui ꝑ Prophetam antiquū di
xxxiiij. xerat.Ecce ego ipſe requiram oues meas:& vi
ſitabo illas ſicut viſitat paſtor gregem ſuum?
Cuius vox eſſe poterat niſi dei:ego vitā æter
nam do illis?Cuius vox eſſe poterat niſi dei:
nō peribunt in æternum?Cuius vox eſſe pote

rat niſi dei:nō rapiet eas quiſq̄ de manu mea?
Quis enim vitam æternam dare poteſt ſuis:
niſi Deus?Quis ne pereant in æternum ſalua
re:niſi Deus?Quis tam fortis,vt nemo poſſit
eas eripere de manu eius:niſi Deus?Vides le
ctor q̄ clare ſub ouium nomine ſe deum illū
fateť,qui vitam æternam ſuis dat:qui ne in
æternum pereant,ſaluat:de cuius manu,hoc
eſt de cuius poteſtate,nullum ſuorum poſſe ra
pi:nullum alienoꝝ poſſe rapere affirmat?Sed
ꝓcede,& lege reliqua.Pater meus quod dedit
mihi maius omnibus eſt.& nemo poteſt rape
re de manu patris mei.Et ſtatim.Ego & pa
ter vnum ſumus.Quid clarius dicere potuit:
vñ ſe verum deum ꝓbaret?Si q̄d pater ei de
dit,maius omnibus eſt(quod vtiq; dedit non
largiēdo,ſed gignēdo quid ſublimius dici po
tuit?Si nemo poteſt rapere de manu patris ſui:
& idcirco nec de ipſius:quia ipſe & pater vnū
ſunt,hoc ē vnius & paris deitatis.Quomodo
vel qualiter ſe aptius deum fateri poterat?Sen
ſerūt hoc Iudæi:& q̄d in verbis illius ſenſerāt,
ꝓfeſſi ſunt.Nam primo quaſi contra blaſphe
mum ſuſtulerunt lapides,vt lapidarēt eū.Re
ſpondēte vero Ieſu.Multa bona opa oſtendi
vobis a patre meo:ꝓpter quod eorum op⁹ me
lapidatis?Reſpōderunt.De bono ope nō la
pidamus te:ſed de blaſphemia.& quia tu ho
mo cum ſis,facis teipſum deū.Non ergo in
telliget fidelis Chriſtian⁹:q̄d intelligere potuit
blaſphemus Iudæus?Lapidamus inquiūt,te
quia tu homo cum ſis,facis teipſū deum.Nō
credebant quidē illi,imo credere abhorrebāt
ipſum eē deum:tamen aduertebant & ſentie
bant,ꝙ ipſe ſe diceret deum.Et q̄uis tam cla
re ſe ꝓfeſſus eēt deum:vt increduli illi verbis
illis irritati ad eum lapidandum lapides ſuſtu
liſſent:ꝓuidēs tñ illorum ſaluti,quos ex ipſis
ſaluandos ꝑſciebat,eorumq; ſcandalo diſcreti
ue medēs:alteri quod ab æterno ꝓuiderat tē
pori:& alteri ſe modo paſſionis ſeruauit:hæc
verbis quæ dixerat/addēs.Nonne ſcriptum ē
in lege vr̃a:ego dixi dij eſtis?Si illos dixit deos,
ad quos ſermo dei factus ē:& non poteſt ſolui
ſcriptura,quam pater ſanctificauit,& miſit in
mundum:vos dicitis quia blaſphemas,quia
dixi filius dei ſum?Quid agis lector?Nōne vi Cōfirma
des q̄d iam ſæpe dixi?Oppoſuit nubē,non va tio ſolutio
lētib⁹ tātū ferre ſplēdorē.Compeſcuit interim nis datæ
eos,& eorum inſanum tumorē ſedauit:præfe fo.xxxix
rēdo quod agnoſcebant,multos in ſacra ſcri col.j.
ptura ꝑ gratiam vocari filios dei.& hoc vela
mine pro tēpore texit:q̄d ſuo tēpore tam ipſis
q̄ mundo detexit,non adoptiuum,ſed natu

talem ſe eſſe filium dei. Et ne videret timore
negaſſe, qđ de veritate propriæ deitatis ſupra
pfeſſus fuerat: repetit & affirmat, qđ dixerat.
Nam ſequit. Si non facio opa patris mei: no-
lite credere mihi. Si autē facio, & ſi mihi non
vultis credere: operibus credite, vt cognoſcatis
& credatis: quia in me ē pater, & ego in patre.
Ecce rurſum opera tam patris q̄ ſua commen
dat. Ecce rurſū eos ad vim eorum attendēdam
tranſmittit. Monet intente, vt ex operibus
agnoſcant auctorē. & quia ea nullius eſſe pote
rant, niſi dei: deū eſſe qui talia operat, aduer-
tant. Non decet autē te, qui hoc legis, obliuiſci
ppoſiti huius: imo oportet vt firmiter teneas
ppoſuiſſe me ex ipſius Saluatoris verbis, eius
oſtēdere deitatē, cauſa illorum qui dixerūt, vł
dicere poſſent: nuſq̄ eum in Euangeliis ſe ſine
tegmine, ſine inuolucris deum vocaſſe. Non
nego quidē eū aliquando verba ſua veræ dei-
tati ſuæ atteſtantia rationabili tegmine, cau-
ſis quas pmiſi, velaſſe. Sed dico eum tegmē
illud, quo quandoq; verba illa ſua velare vide
tur: nō oculis Chriſtianorum, ſi bn̄ attēdunt, ſed
Iudæorum: nō fidelium, ſed infidelium viſi-
bus ptendiſſe. Vtroq; ergo modo, id eſt aut qñ

Nota.

ea diſpēſatiue tegit: aut quādo ea ſine tegmi
ne pfert: credēdum eſt, intelligēdum eſt vni-
uerſorum puidiſſe ſaluti. Illis vt dictum eſt p-
uidendo ne de intempeſtiua luce magis tene-
broſi fierent. iſtis aperte monſtrando quid de
eo ſentire deberēt. Inde eſt & illud, q̄ veniens
in ptes Cæſareæ Philippi interrogabat diſcipu-
los ſuos dicēs. Quē dicunt homines eē filium

Mat.xvj.

hominis? Ad quam eius interrogationē diſci-
puli alij reſponderūt, quid de eo homines opi-
narētur. Ipſo vero inſtante, & non aliorum opi
nionē, ſed eorum confeſſionē exigente Reſpō
dit Petrus quod orbi terrarum notiſſimum eſt.
Te (ait iuxta vnum Euangeliſtarum) dicimus
Chriſtum dei. iuxta alium, tu es Chriſtus filius
dei viui. Cuius tali pfeſſioni quid reſpōderit,
quanta fidē illam ac verba fidei illius laude p
ſequutus eſt: quis ignorat? Non dixit tamē, ve
rum eſt quod credis, verum ē qđ confiteris. q̄ a
ego vere vt dicis filius dei viui ſum. Nūqđ er-
go minus aliquid dixit? nūquid aliquo hic ver
borū tegmine vſus eſt: quando ſubiunxit. Bea
tus es Simon Bariona: quia caro & ſanguis nō
reuelauit tibi: ſed pater meus qui eſt in cœlis?
Quis hebes, aut obtuſi animi hō dicere pōt:
minus aliquid dixiſſe Chriſtum: quando con-
feſſorē illū euiſdē confeſſionis cauſa beatū di-
xit: quā ſolo iſtud eū non accepiſſe a carne & ſan
guine: ſed a patre cœleſti affirmauit: q̄ ſi di-
xiſſet. Ego ſum Chriſtus filius dei viui? Quid
& de verbis ſequētibus? Nonne & quando ad-
didit. Tu es Petrus & ſup hanc petram ædifi
cabo Eccleſiam meam: & portę inferi non prę
ualebunt aduerſus eam. quando tanto præco
nio pfeſſionē illā extulit: quando ſup hāc ædi-
ficaturum ſe Eccleſiam ſuam pdixit. Nonne
verę deitati ſuæ idē teſtimonium tulit: quale
ferret, ſi dixiſſet. Sum vere Chriſtus filius dei
viui? Non ergo dicatur obſcurum: qđ abſq; in-
uolucris aut tegmine, etiam tardiſſimis mēti-
bus pſpicuum eſt. Confeſſus ē enim & hic aper
te, ſe dei filium. Et quia dei filium, cogente au
ctoritate ac ratione pmiſſa, etiam deum. Nec
enim poterat ille, qui non ex gratia: ſed ex ipſa
deitatis ſubſtantia (vt iam dixi) erat filius dei,
eē aliud q̄ Deus. Iam vt ad alia ſibi ſimilia ce-
ler tranſitus fiat, veniat Samaritana mulier:
& quid inter verba tanta, tanq; myſtica. quæ
fatigatus ex itinere. & ſedēs ſup fontē cum ea
cōtulit, de ſe pfeſſus fuerit, ſubdatur. Hinc enī
oīnis nebuloſa caligo recedit. hic abſq; tegmi-
ne quid de ſe ſentiat, aut nos ſētire doceat: p-
fert. Nam dicente muliere Scio quia Meſſias

venit, qui dicit Chriſtus: & cum venerit, ille an Ioan.iiij.

nunciabit omnia: ſubiunxit ille. Ego ſum, qui
loquor tecum. Quid vltra (inquam) quęreret?
Dixerat illa. Meſſias venit, qui dicit Chriſtus.
ſtatim ille. Ego ſum, qui loquor tecū. Chriſtū
igitur ſe eē, Chriſtus confeſſus ē. Et quia Chri-
ſtum, plane iuxta pmiſſa: & dei filium & deū.
Accedat & ille famoſus cęcus, & a natiuitate

cęcus. Redditi ſūt ei: immo magis dati a Chri Ioan.ix.

ſto oculi, quos natura negauerat: modo illo oī-
bus noto. Hic poſt datum lumē corporeū: ad-
aucta gratia etiā confeſſor factus vt ſacra hiſto-
ria loquitur, piectus ē foras. Et ſequit Euāge-
lium. Audiuit Ieſus: quia eiecerūt eum foras.
& cum inueniſſet eum dixit ei. Tu credis in fi
lium dei? At ille more ſuo cautus, & ratione
ducēte puidus: illi, cum qua loquebatur, æter-
næ ſapiētiæ non inſipiēter reſpondit: quis eſt
domine, vt credam in eum. Qui mox audire
meruit. Et vidiſti eum. & qui loquit tecū, ipſe ē.
Ecce plane reſpōſio abſq; velamine. Qui hoc
velatum credit: quid reuelatum putabit? Qui
loquitur, inquit, tecum, ipſe ē: quis ē? vtiq; filius
dei. de quo illū interrogauerat: quando dixit.
Tu credis in filiū dei? Ecce iterum ſe Chriſtus
filium dei pfeſſus ē, nude, clare, abſq; inuolu-
cris, abſq; velamine. Hæc ille ante cęcus, tunc
vidēs agnouit: & poſt lumē corporis addito lu
mine mētis: reſpondit. Credo domine. Et pci
dēs adorauit eum. Quis ergo non videat: qđ

æcus iam videns vidit? Quis non agnoſcat
quod agnouit? Agnouit Dei filium: agnouit
& Deum. Nam nec aliter in eum crederet:
niſi Deum ſentiret. nec quod ſolummodo in-
ſigne diuini cultus eſt, eum procidens adora
ret. Nec illud menti excidat, quod dicente ali
Ioan.v. bi ipſo. Pater meus vſq; modo operatur, &
ego operor: ſubdit Euangeliſta. Propterea (in-
quit) magis quærebant Iudæi eum interfice-
re: quia non ſolum ſoluebat Sabbatum: ſed &
patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe fa
ciēs deo. Hinc pater Auguſtinus. Ecce intelli-
gunt Iudæi, quod non intelligunt Arriani.
Arriani quippe inæqualem patri filium di-
cūt: & inde hæreſis pulſa de Eccleſia. Ecce ipſi
cæci, ipſi interfectores Chriſti: intellexerunt ta
men verba Chriſti. Non eum intellexerunt
Chriſtum, nec eum intellexerunt filium dei.
ſed tamen intellexerunt in illis verbis: quia
talis commendaretur filius dei, qui æqualis
eſſet Deo. Ecce iuxta verba Euangelij, ecce
iuxta verba Auguſtini: ipſis etiā Iudæis ad-
uertentibus, & propter hoc interficere eum
quærentibus: Chriſtus patrem ſuum dicebat
deum: æqualem ſe faciēs deo. Non alter hoc
dicebat de ipſo: ſed ipſe hoc affirmabat de
ſeipſo. Quid? Q; patrem Deum haberet, ꝙ
æqualis eſſet deo. His quiddam ſimile, & in
Ioan.viij alio loco. Nam dicente ipſo Iudæis. Si non
credideritis quia ego ſum: moriemini in pec-
catis veſtris. illiſq; reſpōdentibus. Tu quis es?
ait. Principium, qui & loquor vobis. Et quæ-
dam ſequentia. Quibus verbis addit Euāge-
liſta verba ſua. Et non cognouerunt (inquit)
quia patrem eis dicebat deum. Inde cōſequē
ter & ſe dei filium: & (iuxta ſupra ſcriptas ratio
nes) etiam deum. Accedant iſtis æque gran-
dia, aut forte maiora. Ait quodam in loco diſ
Ioan.viij putans cum Iudæis. Si ego glorifico meipſū:
gloria mea nihil eſt. Eſt pater me⁹ q glorificat
me: quē vos dicitis, qa Deus noſter ē: & nō co-
gnouiſtis eum. Ego autem noui eum. Ecce hic
non ſolum patrem ſuum deum eſſe dicit: ſed
etiam quis deus ſit, oſtendit. Sunt enim, ſicut
ait Magnus Apoſtol⁹, vel falſos deos gentiū,
vel magnos & ſanctos homines intelligēs, aut
j.Cor.xiij vtrūq; ſimul ꝓferēs, dij multi, & domini mul-
Pſal.xlix. ti: de quibus & Pſal. Deus deorū domin⁹ locu-
lxxxj. tus ē: & Deus ſtetit in ſynagoga deorū. & Q̄m
xciiij.& dominus excelſus terribilis rex magnus ſup
xcv. oēs deos. & multa i ſcripturis ſimilia. A quorū
numero deū illum quē patrē ſuū nominat, ex-
cipit: qn̄ Iudæis de illo dicit. Quē vos dicitis,
quia Deus noſter ē. Deus em̄ Iudæorū, ab om
nibus q tūc erant, vel ſicubi adhuc eſſe poſſūt,
excipitur dijs gētium vel terrarū. Omnes em̄ Pſal.xcv.
(inquit Iudæus Propheta) dij gentium dæ-
monia: dominus autem cœlos fecit. Et in a-
lio Pſalmo. Deus noſter, Deus ſaluos facien- Pſal.xvj.
di: & domini domini exitus mortis. Et nunc Eſa.lxiiij
domine plaſtes noſter es tu: nos vero lutum. iij.Reg.
& fictor noſter: & opera manuū tuarum om- xviij.
nes nos. Et verſu interpoſito. Ecce reſpice, po
pulus tuus omnes nos. Et Helias. Domine
(ait) De⁹ Abraham, & Iſaac, & Iſrael. Ego ſer-
uus tuus: & iuxta præceptum tuum feci om-
nia verba hęc. Et idem idololatræ regi. Quia iiij.Reg.j.
miſiſti nuncios ad conſulendum Belzebub
Deum Accharon: quaſi non eſſet Deus in Iſ-
rael, a quo poſſes interrogare ſermonem: id-
circo de lecto ſuper quem aſcendiſti, non de-
ſcendes, ſed morte morieris. Et Hieremias
domino dicenti, Prophetam in gentibus de-
di te: ait. A/a/a domine Deus, ecce neſcio lo-
qui: quia puer ego ſum. Iſtis & alijs innume-
ris ſcripturarum teſtimonijs oſtenditur: ꝙ ſo-
lus ille Iudæorum Deus verus, & ſolus Deus
ſit. de quo Chriſtus (vt dictum eſt) Iudæis lo-
quitur, quem vos dicitis: quia Deus noſter eſt.
Illum plane, qui tunc dicebatur Deus Iudæo-
rum, qui & tunc & nunc dicitur, & eſt Deus
vniuerſorum: Chriſtus patrem ſuum hic no-
minat: ſeq; ſic loquēdo, eius filium declarat.
Sed tene lector conſtanti memoria, quod ſæ Nota.
pe iam præmiſi: quia quotiens Saluator ſe in
Euangelijs Chriſtum vocat: aut cōfitentium
ſententias laudat: totiens ſe Dei filium, &
Deum clamat. Sic & quotiens ſe Dei filium
dicit: totiens nos q Chriſtus & Deus ſit, in-
ſtruit. Chriſtus enim neceſſaria ratione, Dei fi
lius eſt: quia ab illo Dei filio humana caro
ſuſcepta eſt. Et rurſum Dei filius Deus eſt.
quia (vt dixi) ex patre qui Deus erat, natus
eſt. Qua veritatis copula id te ſentire volo:
totiens ſe Chriſtum profeſſum eſſe Deum:
quotiens ſe profeſſus eſt, aut Chriſtum, aut
filium Dei. Hoc modo, hac de cauſa, eum ſic
ſe nominaſſe Deum intellige: quando (vt pr̨
miſſum eſt) Iudæis, dixit. Eſt pater me⁹ qui
glorificat me: quem vos dicitis, quia Deus
noſter eſt. Vigilo enim contra illos qui dicūt,
vel ſentiunt, Chriſtum quidem eſſe deum, ſed
nuſq̄ in Euangelijs ſe clare profeſſum Deum.
Iam illud quod paulo poſt ſubdit: quia non
diſſimile eſt, aduertēdum eſt. Neſcio enim ſi Ioan.viij.
clarius alicubi veritatem deitatis ſuæ Chri-

ſtus commendauerit: q̄ cum altercantib⁹ cō-
tra eum Iudæis: poſt ea quæ præmiſſa ſunt,
paucis verbis interiectis, adiunxit. Abraham
pater veſter exultauit, vt videret diem meum:
& vidit, & gauiſus eſt. Commotis vero ad iſta
Iudæis, & dicentibus: Quinquaginta annos
nondum habes, & Abraham vidiſti: nil mo-
ratus adiunxit. Amen amen dico vobis, an-
teq̄ Abraham fieret: ego ſum. Quid verius,
quid clarius: quid ad probandam veram eius
diuinitatem apertius? Quinquaginta annos,
immo nec quadragita adhuc habebat: & an-
te Abraham ſe eſſe dicebat. Quis autem vni-
uerſorum hominum, qui poſt Abraham nati
ſunt: ante Abraham eſſe potuit? Vtiq; nullus.
Nam nec corpora humana, quæ poſt Abra-
ham nata ſunt: ante Abraham fuere: nec ani-
mæ corporibus mixtæ, quæ poſt Abraham
creatæ ſunt: ante Abraham eſſe ratione a-
liqua potuerunt. Sed nec caro ipſius Chri-
ſti, nec anima illa carni admixta: ante Abra-
ham eſſe potuit. Si igitur nec corpus, vel ani-
ma cuiuſlibet hominis poſt Abraham exor-
ti: nec caro vel anima ipſius Chriſti poſt Abra-
ham nati, ante Abraham eſſe potuit: quomo-
do verum eſſe cenſebitur, quod veritas tam
robuſto pronunciandi modo affirmat. Amē
amen dico vobis: anteq̄ Abraham fieret: ego
ſum? Vn̄, quia nō Iudæis, vt ipſe tūc, ſed Chri
ſtianis nūc loquor: luce clarius eſt, q̄ nec car-
ne, nec anima Chriſtus ante Abraham fuit,
ſed deitate: qua ſola vere non ſolum ante
Abraham: ſed & ante omnem creaturam eſt.
Ille eſt enim illa Dei ſapientia quæ loquitur.
Prouerb. viij. Ab æterno ordinata ſum: & ex antiquis an-
teq̄ terra fieret. Dico autem hoc ſaluo intelle
ctu illo, quo iuxta Hieronymum: tempus nō
præiudicauit ſacramento vniti hoīs ac dei.
Ita vt iam eſſet in illo per vnitatem perſonæ
ab initio ſeculi, qui necdum natus erat de
Maria virgine. Non tamen anteq̄ naſceretur
de Maria virgine, aut conciperetur in Maria
virgine: Dei filius ſubſtantialiter homo erat.
ſed quadam ineffabili ſacramenti vnitate,
etiam ab æterno Deus ſimul, & homo erat.
Quod quibuſdam verbis de eadem re in-
terpoſitis, idem doctor affirmat. Non q̄
iam, ait, eſſet Ieſus, aut Chriſtus natus ex
Maria: ſed quia in illo vnico filio Dei, iam
vnitas perſonæ commendabatur, quæ oc-
culta erat in myſterio. Ergo iuxta præcedens
tia non tibi videtur idem dixiſſe Chriſtum:
quādo dixit: Anteq̄ Abrahā fieret, ego ſum.

qđ diceret, ſi dixiſſet: Deus ego ſum? Plane ni
hil aliud: prorſus nihil aliud. Nam ſi, vt lon-
ge ante præmiſi, hoc ita nude dixiſſet. ſicut
olim ante hominem ſuſceptum Moyſi, & q-
buſdam alijs dixit. Ego ſum Deus Abraham
Deus Iſaac, & Deus Iacob. Si hoc (inquam)
abſq; aliquo verborum temperamento dixiſ-
ſet: quis illorum hominum ferre potuiſſet?
Longe enim tūc patientius ferre poterant in-
uiſibilem: aut de ſupernis, aut de quibuſlibet
alijs locis mirabiliter intonantem. Ego ſum
Deus, aut patrum veſtrorum, aut cœli & ter-
ræ; aut ſimilium, q̄ hominem viſibilem hu-
militer, inter ſuperbos homines commoran-
tem. ſi more illo ſe Deum diceret: ſi modo il-
lo deitatem ſuam, hominibus id capere non
valentibus, abſq; congruo verborum tegmi-
ne declararet. Immo (vt cōgruentius dicam)
faſtidientibus cibum vitæ ingereret. Et ſi er-
go verba congruenter temperauit: nunquid
idcirco ſe Deum minus dixit: qui ante Abra
ham ſe eſſe aſſeruit? Scrutentur ergo qui de
his dubitant, ſcrutentur inquam, ſtudioſius
ſcripturas: & tam in his quæ poſui, q̄ in plærif-
q; quæ conticui: inuenient Saluatorem frequē
ter ſe Chriſtum dixiſſe, Dei filium pronun-
ciaſſe. & vnde omnia iſta orta ſunt, ſe modis
quos præfatus ſum: Deum lucide prædicaſ-
ſe. Nonne ſe lucide Deum pronunciauit: quā- Ioan. xj.
do Lazarum reſuſcitaturus Marthæ diſſua-
denti, ne lapis a ſepulchro tolleretur, dixit.
Nōne dixi tibi: quia ſi credideris, videbis glo-
riam Dei? Nonne & prius ſe dare deum pro-
nunciauerat: quando ſororibus ipſius Lazari
per nuncios dicentibus. Domine ecce quem
amas infirmatur: reſpondit. Infirmitas hæc
non eſt ad mortē, ſed p̄ gloria Dei: vt glorifi-
cetur filius dei p̄ eam? Nonne ſe clare Deum Ioā. xvij.
pronunciauit: q̄n ſubleuatis oculis in cœlum:
Pater dixit; ſicut dediſti ei (loquens de ſeipſo)
poteſtatem omnis carnis, vt omne quod de-
diſti ei: det eis vitam æternam? Nam nec po
teſtas omnis carnis, niſi ad Deum pertinet:
nec ad quemlibet dare vitam æternam, niſi
ad Deum pertinet. Quæ poteſtas ſit ei data
a patre, aut ſecundum deitatem gignendo,
aut iuxta humanitatem quam aſſumpſerat
conferendo: non poteſt eſſe niſi Deus: qui po-
teſtatē hanc obtinet: non poteſt eſſe niſi De⁹:
q̄ eis, qui ſibi dati ſunt, vitam largitur æter-
nam. Quid & de ſequentibus verbis dicam?
Hęc eſt, inquit, vita æterna, vt cognoſcant te
ſolum verum Deum: & quem miſiſti Ieſum

Chriſtum. Vt cognoſcant, ait, te: & quem miſiſti Ieſum Chriſtum: ſolum verum Deum. Quid clarius Ioannes eius Apoſtolus in Epiſtola ſua ſcribit de ipſo: q̄ hic ipſe loquitur de
j.Ioan.v. ſeipſo? Scimus, ait, quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum: vt cognoſcamus Deũ verum, & ſimus in vero filio eius. Hic eſt verus Deus, & vita æterna. Quid vltra quæretur? Cur iam verbis iſtis auditis diſputabitur? Se ac patrem ſolum verum Deum dicit: ſe ac patrem ſolum verum Deum eſſe affirmat. Se ac patrem ſolum verum Deum, non ſilentio, non in aurem, ſed coram vniuerſis: qui ſacræ & vltimæ, q̄diu mortalis fuit, cœnæ intererant, pronunciat. Quid et de verſu propo poſito dicetur? Et nunc clarifica me tu pater apud temetipſum: claritate quam habui priuſq̄ mundus eſſet apud te. Claritatem autem apud patrem, priuſq̄ mundus eſſet, habere non poſſet, iuxta quod homo eſt. Nam priuſq̄ mundus eſſet, homo non erat. Non ergo iuxta hominem qui non erat: claritatem apud patrem habere poterat. Reſtat igitur, vt iuxta quod Deꝰ erat: claritatem illam habuerit. quia, vt dictum ē, iuxta hominem habere nō potuit. Quid ergo hæc verba. Anteq̄ mũdus eſſet, eum eſſe indicant? Vtiq; Deum clamant. Agnoſce ergo & hinc eum eſſe Deum. de quo cõſtat. q̄ priuſq̄ mũdus eēt: erat apud Deum. Nec reſiſtire ab hoc ſenſu, illo alio intellectu coneris: quo legitur clarificatum filium a patre priuſq̄ mundus eſſet, hoc eſt præordinatum & prędeſtinatum: vt ſuo tempore, hoc eſt, poſt hominem ſuſceptum glorificaretᷣ, & exaltaretur: illa clarificatione de qua Apoſtolus loquitur. Dedit illi Deus nomen quod eſt
Philip.ij. ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Quæ licet in tempore facta fuerit: tamen propter prædeſtinationem, qua neceſſe erat illud contingere, quod prædeſtinatum erat, priuſq̄ mundus fieret claritatem illã quæ nondum erat: ſed futura erat, habuiſſe dicitur, habuiſſe ſcribitur. Sed non propter hunc intellectum ſenſus prior excluderetur: quia Chriſtus priuſq̄ mũdus eſſet, & apud patrem erat. & Deus erat. Nonne iſta ſufficiunt quæ dicta ſunt? Nonne & clare & frequenter ſe Deum pronũciat? Nonne & clare & frequẽter, ſicut hominem & adhuc mortalem inter mortales conſtitutum decuit: veritatem deitatis propriæ, & ſingulis, & pluribus, & omnibus, & diſcipulis, & turbis. & ipſis præcipue inuidis, & ſemper ſibi detrahentibus Pharyſſæis fatetur? Hæc vniuerſa, non Propheta, non Apoſtolus, non quilibet alius de ipſo: ſed ipſe, hoc eſt ipſum verbum dei, ipſe Chriſtus, ipſe Dei filius, ipſe Deus: de ſeipſo dicit, de ſeipſo pronũciat, de ſeipſo affirmat. Euigilent ergo, & clarius ſolito in lucem inuiſibilem defigant oculos: qui forte minus diligenter attendentes, minuſq; Euangelica ſecreta rimantes: nuſq̄ Chriſtum aperte, & abſq; inuolucris, ſe Deum pronunciaſſe dicebant. Quibus ad probandũ q̄ non ita eſt: forte quæ dicta ſunt ſufficiunt. Sed audiant adhuc ipſum loquentem: & diſcipulis in cœna iam dicta dicentem. Non turbetur cor ve- Ioã.xiiij.
ſtrum. creditis in Deum, & in me credite. Audiant hinc, non iam meam ſententiam, ſed ſenſum. Immo verba ipſius beati patris Auguſtini. Ne mortem ait ille, tanq̄ homini timerent, & ideo turbarentur: conſolatur eos. & Deum ſe eſſe conteſtans. Creditis, inquit, in Deum: & in me credite. Conſequens eſt enim, vt ſi in Deum creditis: & in me credere debeatis. Quod non eſſet conſequens: ſi Chriſtus non eſſet Deus Credite in Deum, Philip.ij.
& in eum credite: cui natura eſt non rapina, eſſe æqualem Deo. Quod, hoc eſt, vtrum & Deus eſſet & æqualis Deo: doceat rurſus, & ipſe in ipſa, iam poſitus paſſione. Adiuro te (ait princeps ſacerdotum) per Deum viuum: vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei. Reſpondit enim, iuxta Matthæum: Tu dixiſti.
iuxta Lucam, Si vobis dixero, non creditis Mat.xvij
mihi. Si autem & interrogauero: non reſpon Luc.xxij.
debitis mihi, neq; dimittetis. Iuxta Marcum vero, quem idcirco vltimum poſui: quia clarius eiꝰ reſponſionẽ exprimit: rñdit. Ego ſum Et ſequitur, iuxta Matthæũ. Verumtamen dico vobis. A modo videbitis filiũ hominis ſedentem a dextris virtutis: & venientem in nubibus coeli. Iuxta Marcum: nulla etiam di- Mar.xiiij
ctione mutata: ita. Videbitis filium hominis ſedentem a dextris virtutis: & venientem in nubibus cœli. Iuxta Lucam vero, ita. Ex hoc erit filius hominis ſedens a dextris virtutis Dei. Cum ergo audias, q̄ interrogatione pontificis per Deum adiuratus: vt diceret, ſi ipſe eſſet Chriſtus filius Dei. iuxta duos Euãgeliſtas non negauerit: iuxta tertium aperte ſe Chriſtum & filium dei reſpõderit, dicens. Ego ſum. quid dices? Nonne & ſi omnia alia quæ premiſi teſtimonia vel exempla: quibus ipſe & Chriſtum, & Dei filium, & Deum.

ſe eſſe profeſſus eſt, deeſſent: nonne (inquam) iſtud ſufficeret: nonne plene tam tibi q̃ quibuslibet alijs inde forte dubitantibus, ſatisfaceret? Nam hoc, vt noſti, quęrebas: hoc exigebas, vbi ſe in Euangelijs Chriſtum diceret: vbi ſe Dei filium, & maxime Deum nominaret. Ecce audis eum principi ſacerdotum, ſi ipſe eſſet Chriſtus Dei filius interroganti: non per inuolucra, ſed aperte & ſine tegmine reſpondentem. Ego ſum. Qui ergo ſe Chriſtum & dei filium eſſe reſpondit: vtiq; ſimul & Deum ſe profeſſus eſt. Nam ſicut ſępe ſupra dixi (quod idcirco totiens itero, ne longa diſputatione mentem fugiat: non potuit ſe cõfiteri Chriſtum aut Dei filium: quin confiteretur & Deum. Qua ratione: iſtud ſupra dictum eſt. Iam poſtq̃ dixit, Ego ſum: quib[9] ſtatim verbis ſe Deum eſſe confirmet: attende. Videbitis (ait) filium hominis a dextris ſedẽtem virtutis: & venientem in nubibus cœli. Quid euidentius maximi Apoſtoli Petrus & Paulus deitatem eius prædicantes: ſcribunt in Epiſtolis ſuis de ipſo, q̃ ipſe hic loquitur de ſeipſo? Quorum prior. Per reſurrectionem (ait) Ieſu Chriſti, qui eſt in dextera dei. & ſe-

j. Pe. j. quens. Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt: immo

Rom̃. viij. qui & reſurrexit, qui eſt in dextera dei. Idem

Marci. vl. & Marcus. Et dominus (inquit) Ieſus poſtq̃ loquutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum: & ſedet a dextris dei. Nonne iſti in his verbis idẽ dixerunt, q̃d ipſe: quãdo ait. Videbitis filium hominis a dextris ſedentem virtutis: & videbitis in nubibus cœli? Ecce quod ſæpe (vt dixi) certis de cauſis ante vitauerat: iam ſcandalum Iudæorum non vitat ſed magis, vt de paſſione eius impleat, quod ante conceperãt: veræ deitati ſuæ verax teſtimonium ferens, quodammodo inſtigat. Iam enim hora illa venerat, de qua prius quam caperetur, & ligaretur: dixerat. Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. Vnde iam nihil diſſimulandum cenſebat, nil veritatis occultandum iudicabat: qui poſt noctem illam die ſequenti crucifigendus & moriturus: rem propter quam in mundum venerat, inſtanter adimplere ſatagebat. De qua eadem die iudici Pilato aſſiſtens, ait. Ego in hoc natus

Ioã. xviij. ſum, & ad hoc veni in mundum: vt teſtimonium perhibeam veritati. Veritati ergo teſtimoniũ p̃hibuit: quãdo, q̃d dictum ẽ, dixit. Videbitis filiũ hominis a dextris ſedẽtẽ virtutis, & veniẽtẽ in nubib[9] cœli. A dextris autẽ virtutis ſedere: cuius eſt niſi Dei? Venire in nubibus cœli. & hoc in mundi fine, ſicut alibi legitur, cum virtute magna & maieſtate: cuius eſt niſi dei? Deus ergo eſt, qui ſedet a dextris virtutis: Deus eſt qui venturus eſt in nubibus cœli cum virtute magna & maieſtate. De qua virtute ac maieſtate, in qua venturus eſt iudicare viuos & mortuos: dicit, & ipſe alibi. Neq; Ioan. v.

eñ pater iudicat quẽq̃: ſed iudiciũ om̃e dedit filio. Quibus dictis ſubdit cauſam dati ſibi iudicij: Vt omnes (ait) honorificent filium, ſicut honorificant patrem. Honorificandus eſt eñ dei filius, ſicut pater honorificatur. quia preter humanam ſubſtantiam qua homo ẽ: idẽ eſt quod Deus eſt. Pater enim Deus eſt. vnde & dei filius Deus eſt: q̃d pater eſt. Ergo om̃es honorificent filium ſicut honorificant patrẽ. id eſt credant, intelligant, & fateantur eũ deũ ſicut & patrem. Hæc vniuerſa, quibus verum deũ ſe eſſe profeſſus eſt, dicit Chriſt[9] de ſeipſo non quilibet alter de ipſo. Poſt iſta om̃ia quæ dum adhuc mortalis eſſet de ſeipſo protulit, & quibus ſe vere deum eſſe docuit: ſuccedant & alia: quibus iam victa morte fact[9] immortalis, eandem quam prius & ſicut prius ſuam deitatem commendat: ſeq; verum deum eſſe

confirmat. Intrans enim ipſa ſuæ reſurrectio Ioan. xx.

nis die ad diſcipulos ianuis clauſis: poſt geminam pacis annunciationem, qua bis eis dixerat: Pax vobis: inſufflauit & dixit eis. Accipite ſpiritum ſanctum. Accipere autem ſpiritũ ſanctum illi non poterãt: niſi ab eo daretur. Dedit autem quando dixit: accipite. Dare vero ille non poſſet: niſi Deus eſſet. Spiritus eñ ſanctus De[9] eſt: nec dari niſi a deo poteſt. Vnde ſequitur: quia ille a quo dari potuit, Deus eſt. Deum ergo ſe eſſe docuit: quando (vt dictum eſt) diſcipulis dixit. Accipite ſpiritũ ſanctum. Quem ſicut ipſa (vt dixi) Reſurrectionis ſuæ die, adhuc inter eos poſitus dedit: ita die Pẽtecoſtes, hoc eſt quinquageſimo a Reſurrectione: iam in ipſo altiſſimo deitatis ſolio cõſtitutus: longe ſolemnius & p̃fuſius, vt promiſerat miſit. Promiſerat autem quando in ſermone ſacræ cœnæ (de quo quędam ſupra ex-

cerpſi) eiſdem diſcipulis ait Cum venerit pa- Ioan. xv.

raclitus, quem ego mittam vobis a patre ſpiritũ veritatis. & ſequentia. Quando ergo eum ſe miſſurum promiſit: quia nil veritas fallaciter promittere potuit: deum ſe eſſe, qui deum ſe mittere perhibebat: profeſſus eſt. Et quando eum in terris dedit, & quando de cœlis (vt dixerat) miſit: Deum ſe eſſe teſtatus eſt. Quando vero & illud adiunxit: Quorum

remiſeritis peccata, remittuntur eis: quomo-
do ſe apertius Deum profiteri potuit? Nam
remittere peccata, vel dare poteſtatem qui-
buſlibet remittendi peccata: non niſi ſolius
dei eſſe, non ſolum Chriſtianus fatetur: ſed
& olim infidelis Iudæus teſtatus eſt. Dicen-
te enim Chriſto mulieri peccatrici. Remittun
Lucæ.vij tur tibi peccata: cœperunt quidam ex ſimul
accumbentibus, ſicut Euangeliſta teſtis eſt, di
cere inter ſe. Quis eſt hic: qui etiam peccata
dimittit? Et alio loco cum Paralitico diceret.
Marci.ij. Fili: remittuntur tibi peccata: dicebant quidã.
Hic blaſphemat. Quis poteſt peccata dimit-
tere: niſi ſolus Deus? Vere enim ab illo ſolo
peccata remittuntur: contra quem ſolum pec
cata committuntur. Nam quomodocũq; de-
liquero: in ipſum pecco, qui peccare prohibuit.
In ipſum delinquo: qui ne delinquerem, præ-
cepit. Inde ſunt, & verba illa magni quidem
iuſti: ſed & magni aliquãdo peccatoris. Nam
poſt quædam grauia peccata, quæ commiſe-
Pſalm.l. rat: poenitens ſic deo loquitur. Tibi ſoli pecca-
ui: & malum coram te feci. Sicut ergo ad ſo-
lum deum pertinet, peccata quæ inhibuit pu
nire: ſic ad ipſum ſolum ſpectat, tam peccata
q̃ poenam peccatorum remittere. Quãdo er-
go ait peccatrici, aut Paralitico. Remittũtur
tibi peccata: ſe vere deum eſſe perhibuit. Quã
do etiam (quod maius eſt) eandem remitten
di peccata potentiã hominibus contulit: mul
to magis ſe deum eẽ docuit. Idem quoq; eadẽ
die Paſchę, qua reſurrexerat: poſt illa quę dicta
Lucæ.vl. ſunt, iuxta Lucæ Euangelium, eiſdem diſci-
pulis dixit. Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic
oportebat Chriſtum pati, & reſurgere a mor-
tuis die tertia, & prædicari in nomine ei⁹ poe-
nitẽtiam, & remiſſionem peccatorum in om-
nes gentes. incipientibus ab Hieroſolyma.
Poenitentia enim & remiſſio peccatorum ve
raciter in nomine eius prædicari non poſſet:
niſi ille in cuius nomine prædicabatur, Deus
eſſet: quia non niſi in nomine dei peccatorũ
remiſſio conferri peccatorib⁹ potuiſſet. Quid
dicam, & de verbis illis, tam ſolennibus, tam
præclare illius deitatem commendantibus:
Mat.vlti. in quibus Matthæus ſuum finit Euangeli-
um. & in quibus ego propoſui finire ſermo-
nem iſtum? Vndecim, ait, diſcipuli abierunt
in Galilęam in montem vbi conſtituerat illis
Ieſus: & vidẽtes eum adorauerunt. Quidam
autem dubitauerunt. Hæc enim ipſi⁹ poſt re-
ſurrectionẽ reuelatio: ſingulari quadã gloria
inter alias ſplendidius fulget quia nulla alia-
rum, vt iſta, ab ipſo prædicta legitur. Dixerat

quidẽ ipſe adhuc paſſurus, diſcipulis: Vado &
venio ad vos. Et rurſum. Iterum autem vide
bo vos. Sed nullam illarum viſionum præter
iſtam ſingulariter prædixerat: nullam ſpeciali
ter, deſignauerat. De hac vero in ipſa iam pene
paſſione cõſtitutus: Zacharię ꝓphetę vſus te- Zacha.
ſtimonio ait. Percutiam paſtorem: & diſpergẽ xiij.
tur oues gregis. Poſtq̃ autem reſurrexero, ꝓce-
dam vos in Galilęam. Hoc idem angelus cũ
maximo terrę motu de coelo deſcẽdẽs: mulie-
ribus quæ ad ſepulchrum venerant, dixit. Ci-
to euntes dicite diſcipulis eius: quia ſurrexit: &
ecce præcedit vos in Galilęam. Ibi eum vide-
bitis, ſicut dixit vobis. In hac ergo ſingulari vi
ſione illis vndecim diſcipulis in monte appa-
rens: ita loquutus eſt. Data eſt mihi omnis po-
teſtas in coelo & in terra. Audis? Quid clarius Mat.vlti.
mihi: quid tibi: quid mundo dicere potuit: vn-
de veræ ſuę deitati teſtimonium daret: vnde
ſe deum eſſe probaret? Data eſt mihi (ait) om-
nis poteſtas, in coelo & in terra. Cuius vox hæc
eſſe poteſt, niſi illius de quo legitur. Omnia q̃-
cunq; voluit, fecit domin⁹ in coelo & in terra?
Quis enim poteſtatem habere poteſt in coelo
& in terra: niſi Deus? Quis quæcũq; facere vo Pſalm.
luit facere potuit in coelo & in terra: niſi De⁹? cxxxiiij.
Q; ſi te forte mouet, q; dicit ſibi datã eẽ hanc
poteſtatem: quęſo non moueat: quia certa eſt
cauſa qua te iſtud mouere nõ debet. Si enim
hoc, iuxta qđ Deus eſt, ſentire voluens: pote- Nota ex-
ſtas hæc ei data eſt: qñ a pře deo æternaliter poſitionẽ
genitus eſt. Si vero hoc iuxta qđ homo eſt: hic
accipere malueris, qđ forte hic ꝓpenſius ſen-
tiendum eſt, intellige hanc poteſtatem homi-
ni datam cauſa ineffabilis vnitionis illi⁹, qua
deitate ſimul, & humanitate in vnam Chriſti
perſonam conueniente: ſicut anima rationa-
lis & caro vnus eſt homo: ita Deus & hõ vnus
eſt Chriſtus. de qua poteſtate homini illi data,
habes patris verba in Pſalmo loquentis ad filium.
Poſtula a me & dabo tibi gentes hæredi
tatem tuam: & poſſeſſionem tuam terminos Pſal.ij.
terrę. Iuxta hoc donum a deo homini datum
dicere Chriſtus potuit. Data eſt mihi om̃is po-
teſtas in coelo & in terra. Elige ergo quod ma-
uis. Nihil enim eligere poteris: quod idem nõ
ſonet. Nam aut ſecundum deitatem æterna-
liter, aut ſecundum humanitatem tempora-
liter: data eſt Chriſto omnis poteſtas in coelo
& in terra. Quolibet ergo ex his modo ſibi po
teſtatem in coelo & in terra datam dicat: deũ
ſe fatetur, deum ſe prędicat. Et quid ſequitur?
Euntes docete omnes gẽtes: baptizantes eos
in nomine pťis & filij & ſpũſſancti. Hoc ſplen-

dore quid clarius? Miror ego & ſępe/multumq; miratus ſũ: antiquos hęreticos Arrianos hoc non ſentiſſe. hunc tam clarum veritatis ſplendorem cernere non potuiſſe. Hoc enim ſolum ſi ſpiritu dei adiuti videre præualuiſſent: omnes illas tã tetri erroris tenebras a ſuis omnino mentibus expuliſſent. Neq; enim grad⁹ illi, quos in Trinitatis vnitate cęci illi homines faciebant: locum in cordibus eorum habere potuiſſent: ſi verba hæc ſapienter aduertiſſent. Nam cum dicerent verum & ſummum deum ſolum eſſe patrem, minorem patre filium, minorem filio ſpiritum ſanctum, immo creaturas filium & ſpiritum ſanctum: non hoc crederent, nõ hoc dicerent: ſi i nomine cuiuſlibet creaturæ ſalutis humanæ ſummam conſtare non poſſe, aduerterent. Quando eñ creatura creaturã ſaluat? quando a morte eripit? quando vitæ, maxime æternæ, reſtituit? In deo enim (ait Dauid) faciemus virtutem. & nonne deo ſubiecta erit anima mea: & De⁹ noſter De⁹ ſaluos faciendi. Nõ aduertebant miſeri idololatras ſe factos: quando iuxta ſe, nomina creaturarum diuino nomini adiungebant. & poſt dei nomen in rerum creatarũ nominibus homines baptizabant. Hoc faciebant praue intelligẽdo, quod dictum eſt. Docete oẽs gentes: baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. Sed quia in creaturæ nomine nephas eſt baptizare: reſtat vt filius, ſicut & pater, Deus ſentiatur. reſtat vt & ſpiritus ſanctus, ſicut & pater & filius: Deus abſq; dubio aduertatur. Tunc ergo Chriſtus vel dei filius ſe vere deum confeſſus eſt: quando ſicut in nomine patris, ita & filij, hoc ẽ ſui ipſius ac ſpiritusſancti: omnes gẽtes baptizari pręcepit/dicendo. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſãcti. Iam illud quod in vltimo additur. Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad cõſummationem ſeculi: non minus præcedentibus ſentẽtijs/deum ipm declarat. Quomodo eñ eſſe poſſet cum ſuis vſq; ad conſummationẽ ſeculi: poſtq̃ ad cœlos aſcendit: poſtq̃ humanã ſubſtantiam vſq; ad paternum ſolium prouexit: niſi Deus eſſet? Non enim ex quo aſcendit: corpore cum diſcipulis fuit: quia carnis illa ſubſtantia ex ſui natura eodem tempore diuerſis in locis eẽ nõ potuit. Quid ergo aliud reſtat: vt veritatis verba veracia eſſe probentur, niſi hoc: vt quia ſecundum quod homo ẽ, eſſe non potuit: iuxta quod Deus eſt cum diſcipulis ſuis vſq; ad conſummationem ſeculi fuerit? Verum ergo deũ, ſicut ante adhuc paſſurus: ſic iam vltra non moriturus ſe prædicauit. quando diſcipulis dixit. Ecce ego vobiſcũ ſum vſq; ad conſummationem ſeculi. Nunc chariſſime, & cui iam a longo tempore adhæſi, vnanimis frater: Epiſtolam hanc quam tibi quidem, ſed aliorum gratia miſi, ſuo tempore fratribus quos de his quæ præmiſſa ſũt, dubitare audieras: ede. & q Chriſtus non ſolũ verus Deus ſit (quod illis clarum eſt) ſed & q verũ ſe deũ ſæpi⁹ profeſſus fuerit, opportune ſuade. Hæc eñ ſola mihi fuit cauſa iſtud ſcribendi, non vt illos inſtruerem/Chriſtum verum deum eſſe, quod neceſſe non habent: ſed vt illis oſtenderem, ſe frequenter in Euangelio multis modis, diuerſis locis & temporibus ſe vere deum profeſſum. vnde eos dixiſſe audieram, q nuſq̃ hoc abſq; inuolucris & tegmine legere potuiſſent. Legãt ergo & intelligãt, ſcrutentur & videant: Ieſum dominum modis illis, quos præmiſi, frequenter ſe dixiſſe Chriſtum, frequẽter ſe vocaſſe dei filium, frequenter ſe pronunciaſſe & Deum.

Pſal.lix. lxj.lxxvij

❡ Epitome ſeu ſumma tractatus ſequentis.

❡ Liber ſiue tractatus/ſumma laude celebrandus: vt pote frequentiſſimis ſacrę ſcripturæ teſtimonijs exuberans: ac oim pene q̃cunq; dicta ſunt, vel dici poſſunt argumentorum rationibus compoſitus. ſtudio & diligentia eiuſdem Petri Cluniacẽ. Abbatis: aduerſus Iudæorum inueteratam duritiem. Cuius extãt quinq; capitula. Primis quatuor eliduntur/expugnantur & exploduntur/eorum quatuor errores. Primus eſt, q Chriſtus non ſit fili⁹ dei. Secundus eſt, q non ſit Deus. Tertius eſt, q ſit temporaliter imperaturus. Quartus eſt, q nondum venerit. ſed ſit impoſterum venturus. In quinto vero ridiculę quędam eorundem Iudæorum fabulę recitantur. ex quibus perſpicuum euadit: quantis ſint ignorantiæ, immo & ſtultitiæ, tenebris obuoluti. q̃q; merito comparandi iumentis inſipientibus, quibus non eſt intellectus.

❡ Prologus.

VOs ego, vos inquam, ego conuenio o Iudæi, qui uſq; in hodiernum diem negatis filium dei. Quouſq; miſeri, veritati non creditis? Quouſq; deo repugnatis? Quouſq; corda ferrea non emollitis? Ecce toto pene orbe iã ab antiquo Chriſtũ agnoſcente: vos ſoli non agnoſcitis. cunctis gẽtibus ei obtẽperantibus: ſoli eum non auditis. omni lingua eum cõfitẽte: ſoli eum negatis. alijs eũ videntibus, audiẽtibus, intelligẽtibus: vos ſoli cęci, ſurdi, lapidei ꝑmanetis. Cęci plane oc'lis, ſurdi auribus, lapidei cordib⁹. Nec nouũ iſtud apud vos eſt. Legit hoc vbiq; mundus, & frequẽti lectiõe recitat: deum Moyſi de vobis dicẽtem. Cerno ꝙ popul⁹ iſte duræ ceruicis ſit.
Exodi xxxij. Dimitte me vt iraſcat̃ furor meus contra eos: & deleam eos. Itẽq; vobis. Populus duræ ceruicis es. Semel deſcẽdam in medio tui: & delebo te.
Exodi xxxiij. Legit rurſum Moyſen veſtrũ, immo noſtrũ, ſic vos arguentem. Noui (ait ille vobis) contentionem tuam, & ceruicem tuam duriſſimam.
Deutero. xxxj. Adhuc viuente me, & ingrediẽte vobiſcum: ſemper contẽtioſe egiſtis contra dominum. Quantomagis cum mortuus fuero? Legit & ſingularis excellẽtiæ Eſaiam ꝓphetam: cui Deus de vobis.
Eſa. vj. Excęca (inquit) cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos ei⁹ claude: ne forte videat oculis, & auribus audiat, & corde intelligat, & conuertat̃, & ſanẽ eum. Legit & audit Stephanum ſuum,
Actu. vij. quẽ veſtri uo ſaxea gẽs lapides: primum poſt Chriſtum, teſtẽ Chriſti fecerunt. Legit certe, & audit eum plenum ſpiritu ſancto: obſtinationis nequiſſimæ in vobis ſpiritum increpantẽ. Vos incircunciſi cordibus & auribus, vos proditores & homicidæ: vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut & patres veſtri. Sed nunq̃d hoc ſemp? Nunq̃d ſemper, hoc tantæ duritiæ merito: vniuerſo orbi terrarum oſtentui vos facietis? Reſipiſcite, reſipiſcite nũc tandem. redite vt ait alter Propheta vobis, o præuaricatores ad cor.
Eſa. xlvj. Redite ad cor nunc ſaltem: quando iuſto altiſſimi iudicio: non ſolum a cœleſti, ſed etiam a terrena, quam ſolam ſemp amaſtis, gloria excidiſtis. Aduertite in vobis rebus ipſis impletum, q̃d Chriſtus quem negatis, patribus veſtris dixit: & de vobis, niſi reſipiſcatis, prædixit.
Mat. xxj. Auferetur a vobis regnum dei: & dabitur genti facienti fructus eius. Ablato ergo cœleſti, ablato iam a diuturno tempore, ipſo regno terreſtri: agnoſcite cuius impietatis merito, hoc vobis contigerit.
Chriſti occiſio cauſa fuit abſlationis regni Iudæorum
Agnoſcite tam duræ damnationis veſtræ cauſam hãc eſſe: ꝙ Chriſtum, quem tanto ante tempore, venturum cantaſtis, legiſtis, prædicaſtis: venientem nõ agnouiſtis, non ſuſcepiſtis, non coluiſtis: immo illo deteſtabili more veſtro, ſpreuiſtis, ſubſannaſtis, occidiſtis. Sed quid? Si cõuerti diſponitis, non terreamini: quia occidiſtis. Non eſt ille auidus vlciſcendæ mortis ſuæ: ſi ſecuta fuerit correctio cõuerſionis veſtræ.
Luc. xxiij. Orauit ille quõdam iuxta hominem quem aſſumpſit pendens in cruce pro ipſis crucifixoribus ſuis. & non ſolum dum pateretur orauit, ſed & poſtq̃ a morte ſurrexit: eiſdem iam pœnitentibus & conuerſis, indulſit. Non fuit immemor, mortem ſe pertuliſſe pro vita hominum: & quos derſores & occiſores habuit, eos conuerſos prompta & vere largiſſima: & quæ ſuper omnem hominem eſt, diuina miſeratione ſuſcepit. Non deerit eadem infinita largitas vobis, nec ea quæ vniuerſum pene mundum collegit: paucitatem veſtram, ſi eam nõ repellitis, a numero ſaluandorum repellet. Credite legi veſtræ non alienę: credite prophetis non alienis, ſed veſtris: credite ſcripturis non alienis, ſed proprijs. Cur ſaltem hoc non mouet? Cur non mouet hoc, ꝙ totum robur fidei Chriſtianæ, ꝙ tota ſpes ſalutis humanæ: ex veſtris literis originem habet? Cur nõ mouet, ꝙ Patriarchas, ꝙ Prophetas prænunciatores, ꝙ Apoſtolos prædicatores: ꝙ ſummam ac ſupercœleſtem virginem matrem Chriſti, ꝙ Chriſtum ipſum auctorem ſalutis noſtræ, qui & expectatio gentium a Propheta veſtro dictus eſt, non de Barbaris gentibus, non de quibuſlibet nationibus: ſed de genere veſtro, de ſtirpe magni Abrahæ deſcendentes, ſuſcepimus?
Fides Chriſtiana a ſcripturis Iudæorũ originem habet.
Gen̄. xlix.
Remitto ergo vos ad veſtri generis homines, remitto ad ꝓprias quas a deo accepiſtis ſcripturas & ex his teſtimõia ꝓfero: quibus cedere, quantalibet his Iudaica cõpellatur. Non ignoro autem, ꝙ ex aliqua parte nobiſcum ſentitis: ex plurima vero pertinaciter diſſentitis. Sentitis nobiſcum, ꝙ Chriſtũ a Prophetis multiphariе multiſq; modis prænunciatum aſſeritis. Diſſentitis, ꝙ eum dei filium non creditis, ꝙ deum negatis, ꝙ aliorum regum more, temporaliter regnaturum: ꝙ non iam veniſſe, ſed venturum affirmatis. Eo igitur ordine quo propoſita ſunt a nobis contra vos, capitula iam dicta exequenda ſunt.

¶ Capitulum primum, ꝙ Chriſtus filius dei ſit.

Argumẽtũ de filiatione dei Primo ex Eſa.vlti.

AVdite ergo Iudæi, & ex ſcripturis veſtris Chriſtum, vel iuxta vos Meſſiam: eſſe agnoſcite filium dei. Veni ergo inprimis, eximie Prophetarum Eſaia & genti nec tuo tempore, nec noſtro veritati credenti: rurſum ſua verba propone. Dic quid Deus de filij ſui, æterna generatione dixerit. Nunquid ego qui alios parere facio: ipſe non pariam dicit dominus? Nunquid ego qui generationem alijs tribuo: ſterilis ero ait dominus? Quid clarius o Iudæi, ad probandam generationem filij dei? Si enim Deus genuit: quantũ ad illum quem genuit, neceſſario pater eſt: & filius dei: quantum ad illum qui genuit, neceſſario filius eſt. Sed nolo vos, non credo vos, tam ſtulte, tam inſenſate deſipe: vt æternam deitatis gñationẽ, carnali gñatiõi: aliqua vl' terreni ſimilitudine comparare nitamini. Abſit a vobis: abſit ab omni intellectu tam aſininus animus, vt ęterna, vt ineffabilis, vt incogitabilis omnipotẽtis patris gñatio: omnipotẽtis filij natiuitas, alicui terrenæ vel vſitatę gñationi, ſeu natiuitati: modo quolibet comparetur.

Nota.

¶ Si quid tamẽ præter corporalium gñationũ ſimilitudines: de tam ineffabili re, ab aliquo ſimili trahi poteſt. ſic dei fi'ius de deo dicit' genitus: ſicut lumẽ de lumine, radius a Sole: ſplẽdor ab igne. Hoc breuiter dixerim o Iudęi: ne vel vos intelligaris, vel nos intelligere putetis inſulſe vel beſtialiter, natiuitatẽ filij dei. Vnde hoc ppheticum teſtimonium cogit vos, non iuxta qđ homo eſt, ſed iuxta qđ De' ẽ, intelligere & confiteri: Chriſtũ eſſe filium dei. Nulli enim hoc homini, nulli hoc angelo, nulli hoc prorſus creaturæ cõgruit: vt vel genitus a deo, vel dei filius, quantum ad deitatis naturam ptinet, ſentiat'. Q; ſi hoc nulli creaturæ inquantum creatura ẽ, congruit: ſoli hoc Chriſto, q inquantum Deus eſt, de deo natus eſt, cõuenit. Sed ſuccedant plato teſtimonio lucidiora exempla: & Chriſtum dei eſſe filium, Sole dari' manifeſtẽt. Dic o Dauid ppheta dei, rex populi tunc dei, pater ſecũdum carnem filij dei dicti Chriſtum ſentis eſſe filium dei.

Scđm argumentũ de filiatione dei ex Pſal ij.

Ego (inquit) conſtitutus ſum rex ab eo: ſup Sion montem ſanctum eius. Dic, & quod ſequitur. Dominus dixit ad me, filius me' es tu: ego hodie genui te. Quid ad iſta Iudæi? Ecce ex perſona Chriſti loquẽs, dum ipſum regem a deo conſtitutum dicit: Chriſtum fatetur, vnctum prędicat, hominem affirmat. Dum deũ ei dixiſſe ſubdit. Filius me' es tu: ego hodie genui te: deitatem ipſius qua naturaliter eſt dei filius, indicat. Sed negatis, ſubſannatis. Dicitis verba illa non ad Chriſtum, non ad quemlibet alium, ſed ad ipſum tantummodo Dauid pertinere: qui ſuper Sion olim veſtram, ſuper Hieroſolymitanum mõtem, olim ſanctum, a deo rex conſtitutus ſit. Dicitis eundem Dauid a deo vocari filium, vocari genitum: non quia vere dei filius, vel a deo genit' fuerit: ſed quia ſanctis moribus, multis ei placẽs virtutib': nomine hoc honorari meruerit. Sed non fugit nos o Iudæi: nõ fugit nos ſenſus iſte, itellect' iſte. quo et ſi non hic: tamen alibi ſæpe homines a deo vocari, filios legimus.

Filij dei qñq; vocãt' hoies.

Scimus hoc dictum Pharaoni: de patribus veſtris. Fili' me' primogenitus Iſrael. Dimitte filium meum: vt ſacrificet mihi.

Exo.j.

Et iuxta quendam prophetarum Et puer ẽ Iſrael, & dilexi eum. & ex Aegypto vocaui filium meum.

Oſee.xj.

Hoc licet magis de domino noſtro voce pphetica dictum ſit: qui Herodem ſecundum hominem in Aegyptũ fugiens, inde cõgruo tẽpore a patre deo vocatus eſt: accipit' tamen hoc & de illo a quo carnis propaginem trahitis, populo Qui quondam in Aegypto de paucis patribus in magnum populum adauctus, diu moratus, valde oppreſſus, ad deum clamans exaudit': indeq; vocatus, filij nomine a deo honoratus ẽ. Ac iuxta Eſaiam: congruẽter de vobis. Filios genui & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me.

Eſa.j.

Non fugit nos, non fugit nos etiam intellect' ille: non ſolum homines gratia aliqua, merito aliquo, vel dei filios, vel a deo genitos dici. ſed inſuper ipſa quoq; inſenſibilia: huiuſmodi nominibus ſignari. Vnde eſt illud. Quis eſt pluuię pater: vel quis genuit ſtillas roris? Item. De cuius vtero egreſſa eſt glacies: & gelu de cœlo quis genuit?

Iob. xxxviij.

Nolite ergo, nolite putare o Iudęi: iſta tam lucida videre non potuiſſe Eccleſiam dei. Videt hoc, agnoſcit hoc, diſcernit hoc. Diſcernit ſimilia nomina in rebus diſſimilibus diſſimiliter intelligẽda eſſe: nec vno tñ, vel eodem modo, licet idem ſonantia, ſemper intelligi oportere. Habetis hoc in innumeris ſcripturarum veſtrarum exemplis: habetis eadem nomina, non idem ſemper ſignantia. Et quando poſſent hæc ſigillatim proferri? Sed verbi cauſa, ponantur aliqua, vt ex his paucis: facile poſſint colligi plura. Certe caput, oculus, auris, manus, brachiũ, pes: noĩa ſunt aliquas corporis ptes ppriе ſignificantia: quæ tñ & ipſa, ad alia ſæpe trahũtur diuerſa. Stare, ſedere, iacere, dormire, vigilare, ambulare, volare: verba ſunt accidẽs aliquod pprie deſignãtia: quę tñ & ipſa ad alia diuerſa ducũtur ſignanda. Et quia etiã mediocriter doctis

Gñatiõis nomen/ etiam in deo equiuocum.

iſta clara ſunt:exẽplis nõ egent. Hoc ergo mo
do,nomen generationis cũ in deo accipitur:
nõ ſemp idem,ſed qñq; longe diuerſa deſi-
gnat. Mõſtrant hoc lucide teſtimonia ꝓpheti
ca quę pręmiſi,quibꝰ generatio longe diuerſa
ſignificare docet. An nõ tibi o Iudęe videtur
differre gñatio illa,de qua ſcribitur. Filios ge-
nui & exaltaui:ipſi autẽ ſpreuerũt me.ab illa,
de qua dr. Quis eſt pluuię pater,vel quis ge-
nuit ſtillas roris.vel ab illa,vnde legitur. De
cuius vtero egreſſa eſt glacies,& gelu de cœlo
quis genuit? Puto te non ita obſurduiſſe,non
ita deſipuiſſe,vt quod cunctis clarum eſt: tibi
ſoli obſcurum ſit:quod cunctis lux eſt,tibi ſo-
li tenebræ ſint. Nam patet vniuerſis:magnã
non paruam,certam non ambiguam: in hoc
quod dictum eſt,generationis nomine: diuer
ſitatem ineſſe. Dicitur enim Deus generare
homines diligẽdo,fouẽdo,ꝓuehendo,ſaluan
do.dr generare pluuiã,ſtillas roris,glaciẽ,ge-
lu:volendo,creando,ꝓducendo,cõſtituendo.
Sicut igitur in hoc vno gñationis noie,tã va-
ria & diſcreta ſignari:iã vt eſtimo,vides: ſic
in eodẽ nomine,abſterſa veteri ab oculis tuis
caligine:aliud quiddã longe ſublimius intue-
re. Intuere inquam,& qd nõ niſi deo demon
ſtrante potes,reſpice:& in verbis illis quę le-
gis. Dñs dixit ad me:filius meus es tu,ego ho
die genui te.nec hãc nec illã q̃ ꝑmiſſa eſt gña-
tionẽ,ſed naturalẽ de eſſentia patris,filij dei
natiuitatẽ intellige. Nã ſicut omnipotẽs crea
tor:pater dr pluuię,genuiſſe dr ſtillas,glaciẽ,
& gelu:ꝓducẽdo:ſicut pater dr Iſrael:ſicut ge
nuiſſe dr filios cõfouẽdo:ſic pater ſcribit vni-
geniti filij ſui,ſic eum genuiſſe ꝓdicatur:non
aliunde,non ex nihilo.ſed ex propria ſubſtan
tia ꝓferẽdo. Ad hoc credendum o Iudęi,licet
vos nõ niſi eiuſdẽ patris & filij ſpũs trahere
poſſit:ſi tñ ſcripturis ſacris vt decet,deferetis:
ſi eis non pertinaciter,ſi more veſtro iudaico
nõ repugnatis:rationi ſaltem ſequẽti cedetis.
Quid ei ſeqt? Poſtula a me,& dabo tibi gẽtes
hęreditatẽ tuã,& poſſeſſionem tuã terminos
terrę. Ecce hoc ſi poteſtis: Dauid illi olim ſup
Iudęos regnanti adaptate. Iniũctum eſt ei,vt
poſtularet dari ſibi gẽtes in hęreditatẽ:& ter-
minos terrę in poſſeſſionẽ. Et quia iniunctũ
eſt:eũ nõ obediſſe putandũ nõ eſt. Poſtulauit
ergo,& vt ꝓmiſſum fuerat,datę ſunt ei gen-
tes in hęreditatẽ:& termini terrę in poſſeſſio-
Euaſio nẽ. Sed quę gẽtes? Fortaſſe ſcdm vos Philiſtęi.
ij.Re.viij de quibus ſcriptũ eſt. Tulit Dauid frenum tri
buti de manu Philiſthnoꝝ. Fortaſſe & opinio
veſtra eẽ põt:Syria Damaſco adiacẽs.de qua
legit.& erat Syria Damaſci:Dauid ſeruiẽs ſub ij.Re.viij.
tributo. Fortaſſis iuxta tortuoſam interpreta ij.Reg.x.
tionẽ veſtram,filij Amon,vel quędam circũ- &.j.
poſitę gentes,quas bello domuiſſe ſcribitur. Para.ix.
Sed relegite,ſcrutamini ſollicite Malachim Solutio
veſtrũ,& inuenietis repreſſiſſe quidẽ Dauid ſeu cõfuta
Philiſtęos,ſed nõ ſubiugaſſe:ſeruiſſe illi ad tẽ tio de Phi
pus Syriam Damaſcenam:ſed nõ multo ela- liſtæis.ij.
pſo tempore,rebellaſſe.ac ſtatim in ipſa Da- Reg.xxj.
maſco:reges ſupbos ac potẽtiſſimos ſucceſſiſ- & xxiij.
ſe:filios vero Amon,ſeu reliquos quos ſepara De Syris
uerat:ſtatim reſpiraſſe:& toto tempore quo iij.reg.xx
gens iudaica reges habuit:ꝓprios reges vſq; De filijs
ad ipſam patrum veſtroꝝ tranſmigrationẽ Amon.
Babylonicam habuiſſe. Nõ ergo ad Dauid il- iiij.re.iij.
lũ:illa dei verba facta ſunt:quia nec iſtę,nec
alię præter Iudęos gẽtes:ei in hęreditatẽ datę
ſunt. Sed quid ad huius diuini verſus vltima
verba dicetis? Poſtq̃ eñi dixit,Dabo tibi gen-
tes in hęreditatẽ tuam:ſtatim ſubiecit.& poſ-
ſeſſionem tuam terminos terrę. Terminos(in
quit,terræ. Qui ſunt termini terræ? Nonne
vbi terra terminatur: ibi inhabitatio huma-
na finitur? Dati ſunt ergo illi Dauid hi ter-
mini terrę in poſſeſſionẽ. Si iſti termini ter-
rę Dauid in poſſeſſionẽ dati ſunt:& totus or-
bis terrarum ei in poſſeſſionẽ datus eſt. Hoc
ſi ita eſt. Indi,Perſę,Galli,Germani,Schytę,
Aphri:& tandẽ quicquid gẽtium orbis conti-
net:ei in poſſeſſionẽ datũ eſt. Videtis adhuc
tam notum & abſurdum ipſis etiam pecori-
bus incõueniẽs? Cur nõ ſentitis miſeri,iuxta ij.Cor.iij.
verba Apoſtoli noſtri,literam vos occidentẽ?
Cur pene ſoli in orbe,non ſequimini ſpiritũ
viuificantẽ? Nunquid orbi terrarum Dauid
ille dominatus eſt:cuius regnũ,ſatis breui Sy-
rię particula coartatum eſt? Quęrite ergo,quę
rite alium,ad quem iſta dei verba facta ſint:
& cui gẽtes in hæreditatem: termini terræ in
poſſeſſionẽ dati ſint. Et quẽ alium inuenire
poteritis:niſi Chriſtum? Quẽ alium:q̃ illum
quẽ hucuſq; negaſtis dei filium? Illum plane,
illum Chriſtum,illum dei filium,illum Ieſum
in cuius nomine velitis,nolitis,flectitur omne
genu:cœleſtium,terreſtrium,& infernorum. Phil.ij.
illum qui dicit Data eſt mihi omnis poteſtas Mat.vlt.
in cœlo & in terra.ad quem vox patris facta
eſt. Filius meus es tu,ego hodie genui te. Sed
ꝓcedat ſermo ad alia etiã his clariora:& ipſe
Dauid quid adhuc de ipſo dei filio ſentiat:
audiat. Introducit eñi dñm cuidã dño ſuo lo Tertium
quẽtem:& inter alia dicentẽ. In ſplendoribus argumen
ſanctorum ex vtero ante luciferum genui te tum ex
Quis eſt iſte dominus:quem alter dñs ante lu- Pſal.cix.

ciferum genuit? Currite o Iudęi: cogitate, ſatagite, deſudate, corrodite vngues: peruertite & hanc ſi poteſtis ſententiam, & tam diuinum & admirabile verbũ: more veſtro in aliud & aliud deriuate. Hic plane vos figere pedem, hic nobiſcũ manum cõſerere: hic vel aliquid rationabile reſpondere: vel ſicut olim patres veſtri Chriſto pſalmi huius principiũ eis ꝓponẽte, obmutuerũt: obmuteſcere vos neceſſe eſt. Illi quidẽ vt dixi, primo pſalmi verſu ſibi ꝓpoſito cõticuerunt: vos fortaſſe patribus ſapiẽtiores: huic ſi valetis, noſtro verſui reſpondete. Ex vtero ante Luciferum genui te. Quis eſt iſte dñs Dauid, qui ab alio eius dño, ante Luciferum genit⁹ eſt? Oſtẽdite, oſtẽdite mihi dominũ Dauid, ab alio (vt dictum eſt) dño genitum: & hoc ante Luciferũ. Oſtẽdite eo tempore quo hęc verba ꝓlata ſunt, præter deũ: tanti regis dñm regẽ aliquẽ: prophetam aliquẽ: magnum aliquẽ & (vt breui ſermone multos cõcludam) a primo Adam vſq; ad nouiſſimum qui in fine ſeculi naſciturus eſt, filiorũ Adã. Inueſtigate, ſi vultis, & ipſa cœleſtia: & de diuerſis ſanctorũ ſpirituũ ordinibus, qui vſitato nomine Angeli vocãtur, Dauid mihi dñm inuenite. Nam licet quidã patrũ priorũ, apparẽtes ſibi angelos, dños vocauerint: nõ ſunt tñ

Recte ĩtellige. angeli hominum dñi: nec ſubijciuntur q̃tum ad naturę dignitatẽ, dñatui ipſorum: qui ad ęqualitatẽ creati ſunt angelorũ. Quod ſi hoc modo nullus angelus alicui hominũ dñatur: claret ꝙ nullus angelorũ a Dauid dñs nuncupatur. Sed neq; angelos ex vtero de⁹ genuit: ſed eos ſicut & alias creaturas: omnipotẽti voluntate creauit. Hunc vero cui loquitur, non ſe creaſſe: ſed ex vtero aſſerit genuiſſe. Vnde q̃a præter deũ, nec in angelicis ſpiritibus, nec in humana ꝓpagine, hic dñs Dauid inueniri poteſt: vel pſalmum veſtrum diuinũ eſſe negate. vel aliquẽ quẽ dñm Dauid credere ratione cõpellamur: ꝓferte. Ante Luciferũ (inquit) genui te. En rurſum vobis anguſtię: en rurſum laqueus: en rurſum fouea, in quã inſana veſtra cæcitas corruat: præparata. Hinc plane nullus vobis patet egreſſus: niſi ab eo educamini: qui educit vinctum de domo carceris:

Apoc.iij. qui aperit & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Ante Luciferum genui te. Quis eſt hic

Euaſio. Lucifer? Si dixeritis ſidus illud eſſe: qđ q̃a alijs ſideribus pręter principalia clarius rutilat: atq; inde velut maiorẽ ferẽs lucẽ, lucifer dr: Reſpõ

Reſpõſio deo. Ante Luciferum illũ nullus hominũ creatus eſt. Noſtis em̃ Moyſe indicante, ꝙ quarto

Geñ.j. die cum ſtellis alijs ſidus illud creatum eſt. Homo vero poſt. hoc eſt, ſexta die factus eſt. Nulli ergo hominũ a deo dictum eſt: ante luciferum genui te. Sed nec alicui angelorũ hoc dictum eſt: q̃m pręmiſſa ratione cogente: hoc nõ niſi dño Dauid dictũ eſt. Nullus vero angelorũ, iuxta eandẽ rationẽ Dauid dñs eſt. Cõſtat igitur, quia nec alicui angelorũ dictum eſt.

Ante luciferũ genui te. Quod ſi luciferũ apoſtatã archãgelũ eſſe dixeritis, cui ſumpta ab hac ſtella ſimilitudine, ſub Babylonici regis nomine Euaſio

Propheta Eſaias loquit. Quomodo cecidiſti Lucifer de cœlo, q mane oriebaris? Reſpõdeo. Eſa.xiiij. Reſpõſio

Ante luciferum illum nõ ſolum nullus hominũ factus eſt, ſed nec vllus angelorũ cõdit⁹ eſt. Sic em̃ ſe habent de illo verba diuina ad Iob.

Ipſe eſt principiũ viarum dei. Quod ſi principiũ Iob.xl.

viarum. hoc eſt, operum dei eſt: nullum opus dei ante ipſum creatum eſt. Si vero nihil operum dei ante ipſum creatũ eſt, nec alicui hominum, nec alicui angelorum dictũ eſt a deo. Ante luciferum genui te. Nam nõ puto adeo vos eſſe amẽtes: vt de ipſo babylonico rege, vocabulo luciferi deſignato: dictum a deo ſuſpicemini. Ante luciferum genui te. Nec em̃ aliquid magni ſermo diuinus diceret, ſi quod omnibus notum erat: Dauid ante babylonicũ regem genitum narraret. Nõquid ergo o miſerrimũ genus hominum, tam perſpicua nõ cernitis: tam clara non videtis? Aperite tandẽ oculos, reſerate aures: & ſoli cæci in mundo apparere, ſoli ſurdi inter mortales remanere: erubeſcite. Nolite tandiu oſtẽtui fieri orbi terrarum: nolite tam diuturnis ſeculis vos fabulam exhibere. Aduertite dñm Dauid nõ niſi deũ eſſe potuiſſe: agnoſcite ipſum Dauid dominũ ſuum non niſi deum vocaſſe. Et quia primo dñm dixit, & ſtatim alium dñm nominauit: intelligite non poſſe eſſe alium & aliũ: niſi patrem & filium. Hunc ergo dñm patrẽ in pſalmi iam dicti principio introducit loq̃ntem dño filio, qñ dicit. Dixit dñs dño meo. Nam iuxta præcedẽtia, quia nullus in creaturis Dauid inuenitur dñs: vt non niſi creator eius dicatur dñs. Et quia nomen creatoris, nomen dei, idẽ ſignificant: dñs Dauid, creator eſt: dñs Dauid, de⁹ eſt. Huic ergo domino Dauid, huic creatori, huic deo: alius dñs: vtiq; & ipſe creator, vtiq; deus: dicit. Quid dicit? Sede a dextris meis. Et cui hoc a deo dici potuit, niſi deo? Cui (inquam) a deo dici potuit, ſede a dextris meis: niſi illi qui tantę dignitatis extitit: vt ei poſſit a deo dici: ſede a dextrįs meis? Et vbi tanta dignitas inueniri poterit: quę cõſeſſu deitatis digna eſſe poſſit? Quę plane na

tura tantę erit dignitatis,vt mereri valeat ſo-
lium deitatis? Nulla certe o Iudęi niſi diuina,
& q̄ ꝓpter diuinā hoc meruit in ſolo Chriſto
humana. Q; ſi quēlibet alium in ſede dei prę
ter deum,electio veſtra ſiue de cœleſtib⁹ ſiue
de terreſtribus creaturis collocare poteſt:indi-
cet,ꝓferat,demonſtret. Sed non poterit,non
præualebit:quia nullum recipit parem deitas,
niſi deum:nullum thronus deitatis ſuſcipit,
niſi deum:null⁹ patri deo adęquatur,niſi dei
filius:& ipſe cum eo deus. Et quidē par eſt pa-
tri & filio vtriuſq; ſpiritus:ſed nō dirigitur vox
iſta patris ad ipſum:quia nō eſt a patre geni-
tus. Huic vero cui dictum eſt,Sede a dextris
meis:& iſtud adiūctum eſt, Ex vtero ante Lu-
ciferum genui te. Ex vtero inquit:vt eum nō
ex aliena,ſed ex ꝓpria dei eſſentia natū agno
ſcas. Ante Luciferum:vt ei⁹ etiā natiuitatem,
ante omnē creaturam eſſe aduertas. Genui
te:vt non ex aliqua materia factum,nō ex ni-
hilo creatum:ſed a patre ęternaliter genitum
intelligas. Ecce q̄ in prima quadriformis par-
titionis parte,non aliud Chriſtum ꝓbare ꝓpo
ſueram niſi dei filium: nunc o Iudęi, diuini
huius pſalmi virtutē probaui & deum. Sed di
Obiectio iudaica. cetis. Pſalmus quē cōtra nos ꝓtuliſti:& quem
ad ꝓbandam dñi tui deitatē,in medium ad
duxiſti:nil agit ꝓ parte tua,nil iuuat ꝓpoſitio
nē tuam. Nō eñ ꝓlatus eſt in perſona Dauid:
ſed ex pſona Eliezer ſerui Abrahę,ſcript⁹ eſt
Dauid. Cuius pſalmi,hic ſenſus eſt Dixit do-
min⁹ .i.deus,domino meo Abrahę:ſede a de
Reſpōſio xtris meis. Magnum o Iudęi vt & ipſi fate-
mur,apud deum meritum Abrahę: magna
& multiplex apud ipſum,prærogatiua Abra-
Geñ.xv. hę. Magnum meritū:quia credidit Abraham
deo. magna gratia:quia reputatum eſt ei ad
iuſtitiam. Magnū meritum:quia pręcipiente
deo extendit manum,& arripuit gladium:vt
immolaret filium. Magna gratia qñ ei inhibi
to ne filium occideret,dictum eſt Per memet
ipſum iuraui dicit dñs,quia feciſti rem hāc &
Geñ.xxij nō pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me:be-
nedicā tibi & multiplicabo te ſicut ſtellas cœ-
li:& ſicut arenam quę eſt in litore maris. Ma
gnum vere & non ſimplex tm̄ ſed multiplex
apud deum meritum Abrahę:magna imo &
omnibus donis ei a deo collatis maior illa ſin
gularis gratię excellentia,qua ei ꝓmiſſum eſt.
Geñ.xxij In ſemine tuo benedicētur omnes gētes. Sed
nunquid tanta,vt ei a deo iniunctum ſit,ſede
a dextris meis? Nunquid tanta,vt ſicut ante
non multa dictum eſt,qđ dei eſt ſingulare:fie
ret deo hominiq; cōmune? Homini dico tm̄,
qđ Abraham fuiſſe ſcimus,nō homini ſimul
& deo:vt Chriſtum eſſe nouimus. Nūquid er- Bona ratio ad homines.
go huic qui nihil plus homine erat,a deo di-
ctum eſt:ſede a dextris meis? Vbi eſt illud qđ
ſolum,ne in Chriſtum Iudęus credat:iudaicū
cor retrahit,contemplatio humilitatis huma
nę:indignatio vt dicitis,conſortio maieſtatis di-
uinę? Vbi eſt zelus ille,dei quidē vt Apoſto- Roma.x.
lus noſter ait ſed non ſcđm ſciētiam? Nonne Actu.vij.
ꝓpter hęc verba quę Abrahę aſcribitis,Stepha-
num primum martyrem noſtrū continentes
aures veſtras velut ad blaſphemiam,& ſtridē
tes dentibus velut in vindictā:homines ſacri
ſemꝑ ſanguinis auidi lapidaſtis? Quid dixit
Stephanus de Chriſto? Video cœlos apertos:
& Ieſum ſtantem a dextris dei. Quid dicit Iu
dęus de Abraham? Dixit dñs.i.de⁹,domino
meo Abrahę,ſede a dextris meis. Quid eſt qđ
pati nō potuiſtis,tunc ſaltem ſemel audire Ie-
ſum ſtantem a dextris virtutis dei:& nūc quo
tidie pati ęquanimiter poteſtis audire Abrahā
ſedētem a dextris dei? Nolite nolite queſo cō-
ſortem deo dare niſi deum:nolite in ſede di-
uina aliquem cōſtituere:niſi deum. Hoc ſi cō-
ceditis,quod nequaq̄ hactenus negare cōſue-
ſtis:falſa ſunt verba in perſona Eliezer prola-
ta. Dixit dñs.i.deus,domino meo Abrahę,ſe
de a dextris meis. Nec ſolum falſa eſſe quę di
cta ſunt oſtēdunt:ſed & cuncta Pſalmi ſequē
tia lucide idem declarant. De quibus eſt pro-
xime ſequēs verſus. Donec ponam inimicos
tuos:ſcabellum pedū tuorū. Sede (inquit de⁹
ſcđm vos) o Abraham a dextris meis. Donec
ponam inimicos tuos ſcabellum pedū tuorum.
hoc eſt,donec ſubijciantur tibi inimici tui. Et
quos hoſtes dum viueret habuit Abraham?
Scrutare Iudęe totum textum ſacri Canonis
tui:& niſi fallor non dico plures:ſed nec vnū
inuenire poteris hoſtē Abrahę. Homo eñ iu-
ſtus,licet in terra gētilium commoraretur:re-
ligione tamē ſua,ſobrietate ſua,ſapiētia ſua:
ſic inter malos bonus:ſic & inter eos qui ode-
rant pacē,erat pacificus. Inde eſt q̄ in Cano-
ne Hebraico,inimicū ei aliquē extitiſſe,nec
chriſtianus legere potuit vel poterit:nec Iu-
dęus. Q; ſi dixeritis:pugnaſſe eum cū.cccx. Obiectio.
&.viij.clientibus contra reges qui Sodomeos Geñ.xiiij
vicerant:& Loth filium fratris ſui captiuaue-
rant: eumq; raptores viciſſe,Loth liberaſſe:
ſpolia multa ab hoſtib⁹ reuexiſſe:Reſpōdeo. Rñſio.
Nec reges ad prelium cauſa Abrahę proceſſe
runt:nec cauſa Abrahę,Loth fratris eius filiū
ceperunt. Cauſam qua reges aduerſum reges
quatuor ſcilicet aduerſus quinq; in bellum cō

citati ſunt: ſcriptura refert. Hoc eſt, quia quinq; reges quatuor regib⁹ aliquãdiu ſeruierant: & tũc ſeruitutis legem probroſam reputãtes: ſeruire nolebant. Hęc cauſa fuit, qua inter victos inuĕtus Loth, a victoribus captus eſt: ipſeq; Loth cauſa extitit, qua cũ iam dictis raptoribus Abrahã congreſſus eſt. Claret ergo, quia nec iſto modo inuenire poterit Iudęus inimicos Abrahę: de quibus fingere poſſit dictũ ei a deo. Donec ponã inimicos tuos ſcabellũ pedum tuoꝝ. Q̃ ſi inimicos Abrahę inuenire nõ potuerit: nec tertium pſalmi verſum ſuper eo exponere poterit. Hoc eſt, Virgam virtutis tuę emittet dñs ex Sion. eiq; dictũ a deo. Dominare in medio inimicoꝝ tuoꝝ. Nam quia Iudęis loquẽs, medullam ſacri pſalmi quã faſtidiunt tangere phibeor: & circa inutilẽ literę corticẽ, quẽ ſolum pecudum more rodere ſolẽt, morari compellor. Dicite iuxta brutum intellectum veſtrum, dicite qua ratione homini benigno, homini pacifico, qui ſemper ferme inermis legitur: a deo dictum ſit. Virgam virtutis tuę emittet dñs ex Sion. Quomõ emiſſa eſt a domino virga virtutis Abrahę: quę ei ad pugnandum neceſſaria non erat? Quomodo ex Sion quę nondum erat? Quõ dictum eſt ei a domino: Dominare in medio inimicorum tuorum: qui nulli erãt? Sed tranſeo & ad quartum: Tecum principiũ. Quod eſt iſtud principium cũ Abraham? An principium cœli & terrę cum Abraham? An aliquarũ creaturarum principium cum Abrahã? In die virtutis tuę. Quę eſt iſta dies virtutis Abrahę? quę eſt iſta dies, in qua principiũ iũgatur virtuti Abrahę? In ſplẽdorib⁹ ſanctoꝝ ex vtero ante Luciferũ genui te. Qui ſunt hi Iudęe ſplẽdores ſanctorum: in quibus ante Luciferũ genit⁹ eſt Abraham? Sed non his pene ineffabilibus immoror: quia nõ a Chriſtiano de Chriſto: ſed a Iudęo de Abraham (ſi potuerit) exponẽda ſunt. Et quid ſequitur? Iurauit dñs & nõ pœnitebit eũ. Quid eſt quod iurauit dñs? Quid eſt quod iuraſſe nõ pœnitebit eum? Tu es (inquit) ſacerdos in ęternum, ſcdm ordinẽ Melchiſedech. Nunquid Abrahã ſacerdos? Nunquid Abraham ſacerdos & in ęternum? Nunquid & ſacerdos & in ęternũ & ſcdm ordinem Melchiſedech? Nam ſi Abraham ſacerdos ſcdm ordinem Melchiſedech: quare cum eſſet vterq; paris officij, paris ordinis, paris dignitatis: benedici ſe ab ipſo pertulit: quare panẽ & vinũ obtulit: quare decimas ei ex omnibus quę ceperat dedit? Hęc vniuerſa Iudęe ſup Abrahã (ſi potes) expone. Sed credo, imo ſcio, imo affirmo: q̃ nec tu, nec tota pariter ꝯgregata Synagoga Satanę, verba iſta tam ſacra, tam diuina, tam omnẽ hominẽ excedentia: nec de homine Abraham, nec de quolibet tñ homine exponere poterit. Falſa eſt igitur expoſitio Iudaica, mentiẽs hęc a deo dicta Abrahę: & vera eſt expoſitio Chriſtiana, affirmãs hęc dicta eſſe a deo nõ cuilibet homini, ſed Ieſu Chriſto deo ſimul & homini. Deo (inquam) & homini. Et vt magis ac magis ſi nõ ad credendum ſaltẽ ad iraſcendum Iudęum cõmoueã, quod audire refugit ſępe dicẽdo: non ſolum homini & deo, ſed (ſicut ſępe dictum eſt) homini & deo: ſimulq; dei filio. Et quid tantopere nomen filij dei refugit Iudęus, cum hoc libere ac cõſtanter cõfiteatur Paganus? Nonne eñ Paganus Nabuchudonoſor (Et quid iſte ad oſtium fornacis ſuę accedẽs dicit? Nonne (inquit) tres viros miſimus in medium ignis cõpeditos? Ecce (inquit) ſpecies quarti ſimilis filio dei. En filium dei rex Ethnicus prędicat, & Iudęus negat. Cõfitetur rex ſine lege dei filium dei: & homo educatus & doctus in lege dei: diffitetur & abijcit filium dei. Sed ille dei filius qui ab illa babylonica ſaluauit confeſſores pueros: fornace ſine dubio infernali, negatores ſui torquebit ſine fine Iudęos. Auctoritatibus ergo pręmiſſis, vel negante vel confitente Iudęo, Chriſtus deus eſt, Chriſtus dei filius eſt. Sed audite adhuc vnum, poſt illa quę pręmiſſa ſunt: veſtri Salomonis de dei filio teſtimonium. Ait eñ in Prouerbijs. Quis aſcẽdit in cœlum, atq; deſcẽdit? Quis cõtinuit ſpiritũ in manibus ſuis? Quis colligauit aquas quaſi in veſtimento? Quis ſuſcitauit omnes terminos terrę? De quo verba iſta (o Iudęi) niſi de deo accipi poſſunt? & quidẽ aſcendere in cœlum atq; deſcẽdere, vel angelis ſanctis, vel quibuſdã beatis ſanctoꝝ ſpiritib⁹ cõgruere poſſe videtur. Sed non de angelis, non de ſanctorũ ſpiritibus hęc dicta (verba ſequentia probant. Probant (inquam) verba ſequẽtia, non hoc dictum de quolibet ſpũ, nõ dictum de qualibet creatura: ſed de ipſo omnium ſpirituum, imo omnium rerum creatore deo: cum ſubditur. Quis continuit ſpiritũ in manibus ſuis? Quis eñ ſpiritum in manibus ſuis. hoc eſt, in poteſtate ſua cõtinet: niſi ille de quo ait Iob. Quẽ docere voluiſti: nõne eum qui fecit ſpiramentum? Cui certe adaptari poterit. Quis colligauit aquas quaſi in veſtimẽto: niſi illi de quo in eodem Iob libro legitur. Flante deo concreſcit gelu, & rurſum latiſſimę funduntur aquę? De quo dici potuit. Quis ſuſcitauit omnes ter

Margin notes: Geñ.xiiij — Dañ.iij. — Quartũ agumẽtũ ex Prouerbi.xxx. — Iob.xxvj — Iob.xxxvij.

minos terrę:niſi de illo de quo Pſalmus canit.
Pſalmo. lxxiij. Tu feciſti oēs terminos terrę, eſtatem & ver: tu
plaſmaſti ea? Non igitur Salomon veſter, de
quolibet iſta: nō de deo ſenſit: nō de quolibet:
niſi de deo ꝓtulit. Audite ergo ſequētia. Q̄d
nomen eſt eius: aut quod nomen filij eius ſi
noſti? Quid agitis Iudei? Ecce exquirit Salo-
mon nomen dei: exquirit velut ineffabile no-
men filij dei. Nequaq̄ plane ſapiēs ille nomē
dei filium habētis exquireret: ſi eum patrem
eſſe nō crederet. Nequaq̄ nomen filij eius in-
ueſtigaret: ſi dei filium eſſe aliquē nō ſentiret.
Senſit ergo Salomon, quod hucuſq; nō ſenſi-
ſtis: cōfeſſus eſt, quod hucuſq; negaſtis: & deū
patrē eſſe: quē filium habere teſtatur: & filium
eius eſſe: quē ſub nominis inueſtigatione, dei
filiū eſſe fatetur. Quid verbis iſtis clari⁹? quid
luce hac ſplēdidi⁹? Nōne hoc ſolo Salomonis
teſtimonio o Iudei, etiā remotis alijs vos vrgē-
tib⁹ ſcripturarum teſtimonijs: neceſſe eſt vos
cōfiteri filium dei? Nam nec inde quilibet in-
ſidiādi vobis angulus vſpiā patet, vnde hoc
ſingulare nomen filij dei conemini peruerte-
re: plurali nuncupatione filioꝝ dei. Ea eñ quā
prætēdere ſcriptura videtur, inquiſitio nomi-
nis dei & inquiſitio nominis filij dei: excludit
pluralitatē filiorum dei. Nam neq; ſancti an-
geli, neq; iuſti homines: quos vt ſupra dictū
eſt aliqua excellēti gratia, dei filios ſcriptura
ſancta nominat: ꝓprijs, vbi neceſſarium fuit;
nominibus caruerunt: vel iam impoſita adeo
tecta fuerunt: vt ea tantopere Salomon admi-
retur, & admirando tanta diligētia inueſtiga-
re credatur: vt dicat: Quod nomen eſt ei⁹: aut
quod nomen filij eius ſi noſti. Sed nec aliqua
ratio patitur: vt poſt illud quod de eo tam ſo-
lenniter ꝓtulit, q̄ñ dixit, Q̄d nomē eſt ei⁹: de
aliquo hominū ſiue aliquo angelorum dictū
ſentiatur quod ſequitur, Vel quod nomen fi-
lij eius ſi noſti. Iam quippe nomen angelicū
vel humanum, diuino nomini adequari vi-
deretur: iam nomen creaturę par creatori fie-
ri diceretur. Eſt autē nomen dei ſuper omne
nomen, vt noſtis: nec min⁹ ineffabile, nec mi-
nus incōprehenſibile, q̄ ipſe deus. Nec enim
aliud eſt deus, aliud nomen eius: ſed tam ipſe
q̄ nomen ei⁹, hoc eſt idem ſimplex & ſumm⁹
deus: prefertur omnibus operibus eius. Hinc
eſt q; ſcriptura hæc quæ dicit, Q̄d nomen fi-
lij ei⁹ ſi noſti, non ſolum dei filium prædicat:
ſed etiam eundem deum eſſe demonſtrat.
Nulla namq; ratione, nomen filij dei pari di-
ligētia vt nomen dei exquireretur: niſi & ipſe
quoq; dei filius deus eſſe mōſtraret. Nomen

ergo patris & nomen filij, q̄d pari ſublimitate
exquiritur: pari quoq; deitate prēditum eſſe
docetur. Aut ergo ꝓferte mihi aliquē alium o
Iudei, quē certa auctoritate vel ratione copel-
lar credere & cōfiteri, non ex plurali filiorum
dei numero ſed vnicum eſſe filium dei: aut
ſuſcipite Chriſtum noſtrum, qui tot auctorita-
tibus, tot rationib⁹ ꝓbat⁹ eſt & de⁹ & fili⁹ dei.

¶ Capitulum ſecundū, quo Chriſtus ſpe-
cialiter deus eſſe probatur.

SEd poſtq̄ Chriſt⁹, litterarum veſtrarum o
Iudei auctoritate, dei eſſe filius ac de⁹ pro
batus eſt fortaſſis adhuc ſolita improbita-
te inſtabitis: & alijs diuinitatē eius exēplis, vo-
bis monſtrari clari⁹ exigetis. Et quid (inquā)
clarius oſtēdi pōt? Quid in rebus mundanis
luce clarius: quid Sole fulgētius? Cæcis tamen
& lux nox eſt: & Sol tenebrę ſunt. Sic vobis, ſic
plane vobis, ſcripturarū ſacrarū claritas ſplē-
det: vt quę alios illuminant, vobis lucere non
poſſint: quæ alijs fulgēt, vobis obtenebreſcāt.
Cui eñ (præter vos) non ſufficeret, ad Chriſti
deitatē cōprobandam: tam lucidū diuini pſal
mi q̄d premiſſum eſt teſtimonium. Dixit do-
minus dño meo, ſede a dextris meis. & reliq̄?
Cui (præter vos) non ſufficeret, ad Chriſti dei-
tatē comprobandam: tam ſplēdida Salomo-
nis ſentētia: qua nomen filij dei ſicut ipſius
dei exquirēs, oſtēdit: non ſolum Chriſtum eē
dei filium: ſed etiā deum? Cui præter vos, nō
ſufficeret ſola ipſa ratio qua quia Chriſtus au
ctoritatibus ſacris filius dei eſſe oſtēſus eſt ea-
dem quoq; deus eſſe probatus eſt? Et hoc quo
modo? Audite. Si eñ dei filius eſt aut natura
liter aut tñ vocaliter dei fili⁹ eſt. Sed vt ſupra Prio rōne ꝓbat aſſumptum.
poſui, vocaliter tñ non naturaliter gratia ali
qua, vel merito aliquo, dicti ſunt quidam an
gelorum, dicti ſunt quidam hominū filij dei.
Quidam angelorum, vt in libro Iob. Qua- Iob.j.
dam die cum venissent filij dei vt aſſiſterent
coram domino. Quidam hominum: vt per
Ezechielē loquitur deus. Habui eas, & pepere Ezechiel. xxiiij.
runt mihi filios & filias. Chriſtus vero quia an
te omnē creaturā ex ipſa patris eſſentia geni-
tus eſſe, ſupra probatus eſt: naturaliter dei fi-
lius eſt. Q; ſi naturaliter dei fili⁹ eſt: vtiq; nō
aliud q̄ pater eſt. Pater autē deus eſt. Nō igi-
tur aliud filius q̄ deus eſſe poteſt. Nam vt de
ipſa carnali gñatione, licet longe impar, aliq̄d
tñ exēplum trahatur: ſicut genitus de homine
homo: non niſi homo eſt. ſicut genita de aue
auis: non niſi auis eſt. ſicut accenſum de lumi-
ne lumen: non niſi lumen eſt: ſic natus de
deo deus, non niſi deus eſt. An nō ſufficit hęc

ſola ratio vobis? Succedant ergo rationi & alia
ſcripturarum veſtrarum exépla:& ad proban-
dam Chriſti veram deitaté, de ipſo legiſlato-
re veſtro Moyſe:euidés teſtimonium proferatur.
Accede ergo ſancte Moyſes, tu (inquã) ſin-
gularis amice dei:tu qué ipſe deus ex nomine
ſe noſſe dicit:tu qui in velamen Iudęis datus
es:ſed nobis reuelat⁹ es:accede nõ iam ad po-
pulum dei, ſed contra hoſtes dei:& expone tã
Prima auctoritas ex Geñ. xix. nobis q̃ ipſis, deitaté filij dei. Pluit inquit, do-
minus ſup Sodomã & Gomorram ſulphur &
igné a domino de cœlo. Quis eſt iſte dñs o Iu-
dęi:qui ab alio dño pluit ſulphur & ignem de
cœlo? Audiſtis iam dicétem Dauid, Dixit do-
minus dño:audite & Moyſen dicenté. Pluit
Euaſio q̃ fieri poſſet:confutatur. dñs a dño. Nolite cõfugium facere ad ange-
los qui pręceſſerant:qui ſero Sodomã vene-
rant:qui mane Loth cum vxore & filiabus, de
Sodomis abduxerant. Iam abierant, iam re-
ceſſerant, iam ad qđ miſſi fuerant impleue-
rant. Nullus eoꝝ dñs dici poteſt:quia vterq;
angelus:vterq; nuncius dicitur:quia vterq; nõ
dñs, ſed miniſter vocat̃. Miſſi ſunt illi in mi-
niſteriũ, vt Loth iuſtum educerét:vt eum ab
impijs ſecernerét:nõ vt, qđ ſuum nõ erat:dei
Dubiũ ſoluitur. tatis ſeu dñationis nomen aſſumerent. Nec
mouet nos ꝙ eos Loth dños vocat, ꝙ adorat,
ꝙ precatur. Mos eſt iſte humanus, vt qñq; a
paribus pares, qñq; a minoribus maiores:do-
mini honoris cauſa vocentur. Mos fuit anti-
quus & modernus:vt pręter illum ſingularé
adorationis cultum, quo deitas honoratur:in-
uicem ſe homines quodã venerationis gene-
re, vel ex parte ſupplices:vel toto corpe pſtra-
ti, adorét. Mos eſt cõmunis neminé latés, quo
& mutuas preces pro quibuſlibet cauſis homi-
nes ſępe frequétant:& ſibi mutuo, quę rogan-
tur indulgét Legitur ſępe hoc ſanctos homi-
nes feciſſe:& talibus obſequijs, vel apparétes
angelos, vel ſe inuicem honoraſſe. Hoc mo-
do, nõ illo quo diuinitas adoratur:hoc (inquã)
vſitato humanę venerationis obſequio:Loth
illos angelos adorauit, dños vocauit:ac depre-
catus eſt. Nam ꝙ angeli fuerint non deus, nõ
dñi ſed miniſtri:declarant ipſorum verba ad
Loth Delebimus (inquiunt) locum iſtum, eo
ꝙ increuerit clamor eoꝝ coram dño:qui mi-
ſit nos vt perdam⁹ illos. Qui ergo miſſi ſunt
vt perderét locum, vtiq; non dñi:ſed miniſtri
mittétis dñi ſunt:licet nõ ſolum per bonos,
ſed etiam per angelos malos:lęſiones vel pla-
gę diuerſę, hominibus inferri legãtur. Proba-
Pſalmo. lxxvij. tur hoc de ipſo Iob:probatur & de illis de qui-
bus ſcribitur. Miſit in eos iram indignatio-
nis ſuę:indignationé & iram & tribulationé,
immiſſioné per angelos malos. Sed nec illud Dubiũ aliud ſoluit̃.
mouet, ꝙ vnus ex illis qui apparuerant an-
gelis:ait. Ecce etiã in hoc ſuſcepi preces tuas:
vt non ſubuertam vrbé, pro qua loquutus es.
Hic enim velut angeli metas excedés:dei perſo-
nam ſibi aſſumere videtur, vt ille qué Abra-
hę loquétem, eadem Geneſis ſcriptura intro-
ducit, dicés. Ecce angelus dñi de cœlo clama-
uit: Abraham, Abrahã. Et verſu interpoſito.
Nunc cognoui quia times deum:& nõ peper- Geñ. xxij
ciſti filio tuo vnigenito ꝓpter me. Sed tamen
Abrahã, non ꝓpter angelum, ſed ꝓpter deũ:
filio ſuo nõ pepercerat. Videtur ergo in his ver-
bis, perſonam dei eundé ſibi angelum aſſum-
pſiſſe:vel deum in angelo loquutum fuiſſe.
Sic fortaſſis & hic. Sed ſiue hoc ſit ſiue nõ:an-
geli apparétes Loth, angeli (vt dictũ eſt) fue-
runt nõ deus:miniſtri nõ dñi:ſeruiétes nõ im-
perátes:obſequétes nõ dñantes. Ex his appa-
ret, ꝙ de nullo eoꝝ dictum eſt: Pluit dñs a do-
mino. Nam angeli nõ dicuntur dñi:admini-
ſtratorij ſpiritus nõ dicũtur dñi:ſed ille tñ, ille
vere, ille ſumme dicitur dñs:qui patribus ve-
ſtris o Iudęi, per Moyſen loquutus eſt. Audi Deute. vj.
Iſrael, dñs deus tuus, deus vnus eſt. Ille certe
eſt deus vnus:ille eſt dñs vnus. de quo Apoſto-
lus noſter, q̃uis vos ei non credatis:loquitur.
Vnus de⁹ pater, ex quo omnia:& vnus domi- j. Coř. viij
nus Ieſus Chriſtus, per quem omnia. De hoc
patre dño, de hoc filio dño:hęc veſtra ſcriptu- Expoſitio dictę auctoritatis.
ra loquitur:cum dicit. Pluit dñs a dño. Pluit
plane dñs a dño:filius a patre:deus a deo:qui
ſicut habet vt a deo deus ſit:ſicut habet vt a
dño dñs ſit:ſic ab ipſo eſſentialiter habet, vt
remuneret iuſtos, puniat peccatores, glorifi-
cet bonos, cõdemnet prophanos. Quod & tũc
fecit, qñ pluit ſup Sodomam & Gomorram
ſulphur & igné a dño:de cœlo. Nã nec verba
iſta:pluere, ningere, tonare, & ſimilia:alicui
creaturę congruunt:ſed ad ſolum creaturę au-
ctoré ſpectãt:qui facit iſta qñ vult:prout vult
& producit. Hoc ſonant & verba libri Regũ. j Reg. xij.
Dedit dñs voces & pluuias in die illa. In Pſal- Pſal. xvij.
mis etiam ad literã legitur. Intonuit de cœlo Exo. xx.
dñs, & altiſſimus dedit vocé ſuã. Et in Exo-
do. Cunctus auté populus audiebat voces &
lampades, & ſonitum buccinę, mõtéq; fumã-
té. Aduertite igitur o Iudęi, Chriſtum in ſcri-
pturis veſtris:dñm ac deum vocari. Nolite ip-
ſum negare dñm, nolite negare & deũ:ne for-
te vt ſup illos impios:ſic & ſup vos blaſphe-
mos pluat ſulphur & igné a domino de cœlo:
& impleatur in vobis quod legitur in Pſalmo

Pſalm̃.x. Pluet ſup peccatores laqueos ignis,ſulphur,&
ſpiritus procellarũ,pars calicis eorũ. Sed forte
dicetis,Chriſtum quidẽ vocari dñm:prout ti-
bi videtur,ex ſcripturis affirmas:atq; vt inde
illum etiã deum fateamur:cogere vis.Sed in-
termiſſo aliquãdiu hoc dñi nomine:ex eiſdẽ
ſcripturis etiã deum aperte vocari oſtẽde. Et
faciam hoc plane,ſi vos auditores: imo ſi,qđ
Scđa au-ctoritas i qua Chri-ſtus aper-te vocat⁹ deus ſum pta ex Pſal.xliiij totum eſt,intellectores habuero. Audite ergo
rurſum:ſępe nominatũ,ac ſępe nominãdum
Dauid veſtrũ:imo multo mag s noſtrum.Se-
des ait,tua deus in ſeculum ſeculi:virga dire
ctionis,virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam,&
odiſti iniquitatẽ:ꝓpterea vnxit te deus,deus
tuus oleo lętitię prę conſortibus tuis.Quis lo
quitur?Scđm nos deus pater:ſcđm vos ipſe Da
uid.Cui loquitur? Scđm nos deus pater filio
ſuo:ſcđm vos ipſe Dauid regi filio ſuo.Sed in
termiſſo ad pñſens noſtro intellectu:iuxta hunc
veſtrum Pſalm⁹ exponatur. Videatur ſi verba
iſta regi Salomoni,vel alicui ex poſteris ei⁹:ſi-
ue cuilibet pręter Chriſtum alteri congruere
poſſunt. Loquitur(inquã iuxta vos vt dictũ
eſt)Salomoni filio ſuo Dauid,vel alicui ex cõ-
ſequẽtibus.Sedes tua deus in ſeculum ſeculi.
Et certe pręcedẽtia vel ſubſequẽtia pſalmi ver
ba peruertere:& more veſtro,in alios vel alios
intellect⁹ fortaſſis intorquere poteſtis. Sed de
verbis iſtis quid? Quo ſenſu,quo aſtu,qua ni-
miũ nimiũq; deſudata interpretatione:ſacra
hęc verba cuilibet mortaliũ pręter Chriſtum,
adaptare valebitis?Sedes(inquit)tua de⁹.Qua
ratione,quo auſu:a Propheta homo vocatur
Obiectio deus? Sed dicetis. Moyſi loquutus eſt deus.
Exo.vij. Conſtitui te deũ Pharaonis. Et addetis. Scri-
Pſalmo. ptũ eſt i Pſalmis.De⁹ ſtetit in Synagoga deo-
lxxxj. rum,& in medio deos diiudicat. Nec illud
omittetis. Ego dixi,dij eſtis.Et nos/o Iudęi,
Solutio. nouimus iſta. Clara ſunt, aperta ſunt:latere
nos nõ potuerunt. Vocãtur illi dij,non ꝙ ali-
qua deitas in eis fuerit:ſed quia principatu ali
quo, dignitate aliqua, vel ſanctitate:quibuſ-
dã alijs a deo prelati fuerunt. Noſtis hoc& ipſi
q nõ ꝙ dij erãt,dij a deo vocati ſunt:ſed qñ
excellẽti gratia,a deo alijs prelati ſunt.Sed nõ
iſto ſenſu,iſte cui Dauid loquitur:deus ab ipſo
vocatur. Indicat hoc qđ ſequitur:In ſeculũ ſe-
culi.Sedes(ait)tua de⁹:in ſeculum ſeculi. Nul
lius eñi regis,nullius terreni principis ſedes:
manet in ſeculum ſeculi.Contradicite ſi pote
ſtis.& oſtẽdite ſedem alicuius mortalis,manẽ
re poſſe in ſeculum ſeculi. Sed nõ poteſtis,reſi
ſtit natura,reclamat mũdus,denegat omnis
homo.Neceſſe eſt ergo vt fateamini:ſedem
hanc nõ cuiuſlibet regis eſſe poſſe:ſed ipſius
tñ dei.Hunc autẽ deũ non alium eſſe,q̃ ipm
de quo agitur/Chriſtum. Nã & hoc:ſequentia
verſus huius declarant. Nulla namq; mutata
perſona,eidem deo loquitur. Virga directiõis
virga regni tui. Ac ſtatim. Dilexiſti iuſtitiam,
& odiſti iniquitatẽ:propterea vnxit te deus,
deus tuus:oleo lętitię. Si ergo vnctus iſte de⁹
eſt:vtiq; Chriſt⁹ deus eſt. Quẽ eñi nos vnctũ,
quẽ vos Meſſiã/hunc plane tã nos q̃ vos Chri
ſtum dicimus,Chriſtum pędicam⁹. Linguę
tñ diuerſę ſunt:ſenſus linguarũ idem eſt. So-
nus duplex eſt,intellectus vnus eſt. Deus ergo
iſte vnctus Chriſtus eſt:& vnctus.i.Chriſt⁹ iſte
deus eſt Vnxit te(inquit)deus,deus tuus. At-
tẽdite Iudęi.Non ſemel tñ illum vocat deũ.
Deum illum prius vocauerat,qñ dixit:ſedes
tua deus Nũc rurſum vocat illũ deũ,cũ dicit:
vnxit te deus.Qđ eñi ſequitur:deus tuus:iam
alius caſus eſt. Nam qđ primo dicit:deus,vo-
catiuus eſt:qđ ſecundo,nominatiuus eſt. Ac ſi
diceret.O deus,vnxit te de⁹.Videtis adhuc,
non ſemel tñ,ſed bis,in duobus cõtinuis ver-
ſibus:a tanto Propheta Chriſtũ tam lucide:tã
pręclare vocari deum?Confitemini ergo,con-
fitemini licet ſero,Chriſtum deum:quẽ ſum-
mus prophetarũ veſtrorum,tam ſplẽdide pę
dicat deum.Nec qualẽcunq;,ſed talẽ:cuius ſe
des iuxta eundẽ Prophetã,permanet in ſecu-
lum ſeculi Sed quis eſt & ille deus,a quo vn-
ctus eſt iſte deus? Sic eñi lego. O deus,vnxit
te deus tuus. Agnouiſtis vnctum deũ:agno-
ſcite & vngentẽ deum. Videte,ſi tñ datũ fue-
rit vobis:quod hactenus videre nõ potuiſtis,
Aduertite nunc tandẽ,neceſſario alterũ opor
tere eẽ qui vngit:alterũ qui vngitur. Alter tñ
iſte,& alter ille,deus a propheta veſtro vocaẽ.
Nam & qui vngitur,deus dicitur & qui vngit
deus vocatur. Quid laboratis? Nuſq̃ patet fu-
ga. Scriptura veſtra eſt quę recitatur:Prophe-
ta veſter eſt qui loquitur:imo dei ſunt verba
quę loquitur. Obmuteſcite igitur.& diuina vir-
tute vndiq; anguſtati:intelligite nunc ſaltem,
deum & deum eſſe nõ poſſe alium:niſi patrẽ
& filium. Patrẽ qui ſicut probatum eſt,in alijs
ſcripturę locis loquiẽ filio:Ego hodie genui te.
Filium qui eundẽ patrẽ inuocat.ſicut ipſe pa-
ter de eodẽ filio alibi ait. Ipſe inuocauit me:pa- Pſalmo.
ter meus es tu. Ab hoc deo patre vnctus eſt lxxxviij.
deus filius:vnctus eſt Chriſtus:nõ inquãtum Nota ex-
deus eſt,ſed inquãtum homo eſt Quantũ eñi poſitionẽ
ad dei naturam pertinet,nihil filio deo poteſt
addi,a patre deo. Cui quãtũ ad eandẽ diuinã
eſſentiã ſpectat,nihil de⁹ pater potuit cõferre

donando:qui ſimul omnia cōtulit,eum ęter-
naliter & ineffabiliter gn̄ando. Sed vere cōtu-
lit multa,vere dedit multa humanę naturę
ſuſceptę a filio ſuo:qua mediante proiectus a
facie dei,eiectus de paradiſo dei,factus de ſer-
uo peſſimus hoſtis dei:deo rurſum redditꝰ &
cōiūctus eſt homo. Vnctus eſt igitur a deo pa-
tre deus Chriſtus,inquātum homo eſt,oleo:
nō illo quo apud vos olim reges vngebantur:
ſed oleo letitię,oleo gr̄ę:qua & hō ille a deo
aſſumptus,eadē aſſumptione deificatus eſt:
& mūdus totus deo recōciliatus:glorificatꝰ &
ſaluatus eſt. Sic ergo ſic,nō iudaico errore:ſed
chriſtiano more legite,intelligite,exponite:Se
des tua deus in ſeculū ſeculi,& vnxit te deus,
deus tuus oleo lętitię. Et licet iſta ad proban-
dam Chriſti deitatē,brutis etiā pectoribꝰ ſuffi
ciant:veniat tn̄ vel Propheta vel propheticus
homo in mediū:Hieremię prophetę notariꝰ,
ſeu collega Baruc. Veniat & q̄uis de alterꝰ:tn̄
de prophetico Hieremię corde,ſpiritum hau-
riēs:quid de Chriſti deitate ſentiat,velut Pro-
phetę cōſecretalis:nō per inuolucra:ſed nude
Scd̄a au- ac lucide aperiat. Hic certe poſt multa quę de
ctoritas deo pręmiſerat:ſubdit. Hic ait,deꝰ noſter eſt:
ſūpta ex & nō ęſtimabitur alter ad ipſum. Hic inuenit
Baruch. omnē viam diſciplinę:& dedit eā Iacob pue-
iij. ro ſuo:& Iſrael dilecto ſuo. Poſt hęc in terra vi
ſus eſt:& cū hominibus conuerſatus eſt. Quid
clarius?quid apertius? Deum vocat. Quē?qui
inuenit omnē viam diſciplinę. Quā viā? illā
ſcilicet,quā dedit Iacob puero ſuo:& Iſrael di-
lecto ſibi. Et quā viā diſciplinę dedit deus Ia-
cob vel Iſrael:niſi precepta quę primis patri-
bus veſtris tradidit:niſi legē quā per Moyſen
dedit? Hic plane deꝰ:qui omnē viam diſcipli-
nę inuenit,qui eam per patres,qui maxime
per Moyſen Iſraeli dedit:in terris viſus eſt,&
cum hominibꝰ cōuerſatus eſt. Soluite hoc,ex-
ponite alio ſi poteſtis modo,qualiter deus qui
legem per Moyſen Iſraeli dedit:in terris viſus
eſt:exponite qualiter cū hominibus cōuerſatꝰ
Euaſio. eſt. Sed forte reſpondebitis. Viſus eſt deus Ia-
cob:cōuerſatus eſt cum Iacob,qn̄ vt ſcriptura
Geneſis. loquitur)vir quidā luctabatur cum eo vſq; ma
xxxij. ne.& de quo ipſe Iacob dixit. Vidi dn̄m facie
ad faciē:& ſalua facta eſt aīa mea. Dicetis for
ſitan:hoc mō in terris viſū deū a pribꝰ. Ad-
detis vt puto,ꝙ tunc deus ab hominibus vi-
Exo. xx. ſus eſt:& cū hominibꝰ cōuerſatus eſt:qn̄ Moy-
& xxiiij. ſes in montē aſcēdit:& quadraginta diebꝰ cū
deo fuit.qn̄ deus de monte Sinai,populo in
inferioribꝰ cōſtituto:corporali vel audibili vo
ce inſonuit. Sed vt breuiter obiecta deſtruam:

nec Iacob,nec Moyſes,nec populus,nec ali- Confuta-
quis ipſo deo teſte,deum videre potuit. Reco tio euaſio
lite,ſic deum loquutū Moyſi. Nō videbit me nis.
homo,& viuet. Si ergo iſti in carne viuebant, Exodi.
deum videre nō potuerūt. Sed credo ꝙ conce xxxiij.
ditis eos de quibus ſermo eſt:in carne vixiſſe.
Neceſſe eſt ergo vos cōcedere:ꝙ nullus eorū
deum videre potuit. Sed vere quaſdam ima-
gines,dei perſonam pręferētes viderūt:quaſ-
dam voces ſonumq; corporeū,non ex eſſen-
tia ſed pręcepto dei prolatum:audierūt. Nam
ꝙ ipſum deū non viderint,ꝙ vocē illius diui-
nę & incircūſcriptę eſſentię nō audierint:nō ſo
lūmodo probat hoc quod pręmiſi. Non vide-
bit me homo & viuet. ſed & illud quod de po-
pulo Iſrael legiť in Exodo. Deſcēde ait,Moy- Exo. xix.
ſi,& cōteſtare populo:ne forte velint tranſcē-
dere terminos ad vidēdum dn̄m:& peat ex
eis plurima multitudo. Et poſt aliqua. Sacer-
dotes autē & populus:ne tranſeant terminos,
nec aſcēdant ad dn̄m:ne forte interficiat illos.
Quomodo ergo dicere poteris o Iudęe:deū
tunc in terris viſum,& cū hominibus cōuerſa-
tum:qn̄ ſic ꝓhibebat non tranſcēdi terminos
ad vidēdum ſe.qn̄ interitū tranſgreſſoribꝰ mi-
nabatur.qn̄ nō ſolū de populo,ſed & de ipſis
ſacerdotibus dicebat. Nō trāſeant terminos,
nec aſcēdāt ad dn̄m:ne forte interficiat illos?
Nō ergo illo tpe in terris viſus eſt:& cū hoībus
cōuerſatus eſt. Quo igitur tpe? Quo niſi illo: Vera ex-
qn̄ iuxta Euangeliū noſtrū)verbum caro fa- poſitio di
ctum eſt,& habitauit in nobis.& iuxta verba ctę aucto
ſapiētię,quę Salomon veſter ſcripſit,dicētis. ritatis.
Delitię meę eſſe cum filiis hominum:ſapiētia Proū. viij
dei carne induta,conuerſata eſt cum filijs ho-
minum? Tunc ergo vere,tunc:non ante nec
poſt,deus ille veſter,qui inuenit omnē viam
diſciplinę:& qui dederat eā Iacob puero ſuo:&
per Moyſen Iſrael dilecto ſuo:in terris viſus
eſt:& cum hominibus conuerſatus eſt. Manet
tn̄ ſententia ſupraſcripta. Non videbit me ho-
mo & viuet. Non eñ mortalibꝰ inuiſibilis deꝰ
(qui iuxta Apoſtolū noſtrum in Chriſto erāt ij. Cor. v.
mundū reconcilians ſibi)in terris viſus eſt:ſed
ſcd̄m hominē quē induerat,quo imēſam ma-
ieſtatē ſuam texerat:vere & abſq; dubio in ter
ris viſus eſt:& cū hominibus conuerſatus eſt.
Hūc plane ab hoībus viſum,inter hoīes cōuer
ſatū,vocat homo ꝓpheticꝰ deū:nō deū alienū
ſed ſuū,ſed veſtrū,ſed oīm Iudęorū:cum dicit
Hic deꝰ noſter:& nō ęſtimabiť alter ad ipſum.
Quid amplius? Nōne iā pleniſſime vobis ſa-
tiſfaciūt tot diuina teſtimonia:ꝙ Chriſtꝰ quē
colimꝰ,quē p̄dicamꝰ:deꝰ noſter:deus veſter

deus vniuerſorum ſit? An vultis adhuc & alia proferri teſtimonia? Infinita equidē ſunt illa, nec breui opere explicari poſſent: quę magis multis voluminibus egerent. Sed quātū propoſita breuitas patitur: audite poſt alios quos audiſtis, non ſolum virum propheticum: ſed prophetarum maximum Eſaiam. Redi ergo ad nos magne Eſaia: & qui Chriſtum ab ęterno dei eſſe filium prodideras: etiam in terris de virgine natum, deum eſſe: Iudęis declara. Iudęi quidem ſunt: & lapidei ſunt: & ſicut ipſe expertus es: non auditores prophetarum, ſed proditores & interfectores ſunt. Dic tamen, loquere: fac quod tuū eſt: vt vel credant tibi Iudęi, & conuertantur: vel ſi credere noluerint: iuxta pſalmum ſuum auertantur retrorſum, & cōfundantur. Non poterit optimo ſucceſſu carere diuina ſecreta referans ſermo tuus, quē ſi ſpreuerit Iudeus: audiet chriſtianus. ſi abiecerit paucitas incredulorum: ſuſcipiet & venerabitur infinitas orbis terrarum. Paruul⁹ (ait) natus eſt nobis: fili⁹ dat⁹ eſt nobis. Quid poſt? Hoc commune eſt. Multi em̄ paruuli naſcuntur hominibus: multi filij a deo dantur hominibus. Factus eſt principatus ſuper humerum eius. Et hoc multorum eſſe poteſt. Multi em̄ in terris & principati ſunt: & principantur. Et vocabitur nomen eius admirabilis. Hic iam, paruulus quem dixeras, filius quem nominaueras: a cōmuni aliorum principatu ſecernitur. Conſiliarius. Et hic, magnum quiddā & ſingulare innuitur. Sed proſequere. Deus. Audiſtis Iudęi? Paruulus iſte natus, filius iſte datus: ſup cuius humerū principatus factus eſſe dr̄: qui & mirabilis ſcribitur, qui conſiliari⁹ nominatur: etiā deus a Propheta vocatur. Quid vltra quęritis? Quid vel muſitare poteritis? Erubeſcite miſeri, erubeſcite: & veritati tā lucidę, tam ſplendidę: quia ſaltem vos repugnare nō poſſe cernitꝭ: adquieſcite. Eſaias magn⁹ homo, magnus propheta: plenus deo, amicus dei: notus vobis, notus mūdo: hoc dicit. Vocabitur nomen paruuli, admirabilis, cōſiliari⁹: deus. Sed attendite & ſequētia. Fortis. Iā hoc omnibus clarū eſt: quia qui deus eſt: & fortis, & auctor fortitudinis: & dn̄s virtutū eſt. Sed quid poſt? Pater futuri ſeculi. Quis loquitur? Propheta. Vbi loquiſ? Vtiq; in hac vita: vtiq; in hoc ſeculo. Quid eſt ergo qđ dicit, Pater futuri ſeculi? Plane non huius in quo viuebat: in quo loquebatur. Nā illud ſeculū preſens erat. Ergo de alio nō de pręſenti ſeculo dicit. Pater futuri ſeculi. Et qđ illud ſeculū? Certe mortalibus inuiſibile: certe ſempiternū. Et illi⁹ ſeculi

Pſalmo. xxxj.

Quarta auctoritas ex Eſa.ix.

quis pater eſſe pōt: niſi deus? Cū em̄ nec huius viſibilis & trāſituri ſeculi, aliquis recte dici poſſit pater: niſi de⁹: longe minus illi⁹ inuiſibilis & ęterni, quiſq̄ dici pater pōt: niſi tm̄ deus. Neceſſe eſt igiſ, vt qui pater futuri ſeculi dr̄: deus quoq; eſſe credaſ. Qꝫ ſi forte iudaica verſutia: paruulū illū, illi⁹ ſeculi dictū patrē dixeritis: in quo q̄ regnatur⁹ erat: pater ei⁹ dict⁹ ē. Qđ q̄ nondū erat: vtiq; futurū erat: nec ſic valebit: nec ſic ſtare poterit iudaicus ſenſus. Intellectū em̄ hūc, pręcedētia prorſus deſtruūt. Hoc quō? quia deus vocaſ. Nullū aūt terrenū regē, nullū tpalem principē: deū eſſe potuiſſe vel poſſe: & ipſi fatemini. Vnde etiā iuxta intellectū vr̄m ſequiſ, q̄ qui deus dict⁹ eſt: rex tpalis vel princeps hui⁹ ſeculi, a Propheta dict⁹ nō eſt. Hoc ſi verū eſt, pater futuri ſeculi, de hoc inſtāti ſeculo dictū nō eſt. Princeps pacis. Nec iſtud niſi de deo accipi pōt. Nā amator pacis, amic⁹ pacis, ſectator pacis, filius pacis, & his ſimilia: homo quilibet dici pōt. Princeps vero pacꝭ, pater pacis, auctor pacis: nō niſi deus accipi pōt. Reuoluite paginas ſacras, & ſi nō fallor: non niſi deo noīa hęc adaptari videbitis. Hoc quia verum eſt, nō niſi deus a Propheta princeps pacis dictus eſt. Ille plane, ille certe princeps pacis dictus eſt: qui ſic paci principabaſ, vt eam ſuā diceret: vt illā velut ꝓpriā, ſuis diſcipulis, iā iāq; paſſur⁹ ac moritur⁹, donaret: dicēs. Pacē meā do vobis: pacem meā relinquo vobis. Hic (inquā) vere princeps pacis eſt: qui etiam poſtq̄ a mortuis reſurrexit, diſcipulis apparēs: hoc eodē pacis noīe, prima voce ſolēniter vſus eſt: dicēs. Pax vobis. Nec latet nos, qđ vos forte ignoratis. Septuagita interp̄tes, quos veſter Ioſephus refert: a pōtifice Eleazaro ad trāſferendas de lingua Hebraica in Grecā ſcripturas ſacras, Ptolemęo regi Aegyptiorum directos: ſex iſta tā ſublimia nati paruuli nomina reticuiſſe: & pro illis, magni conſilij angelum tranſtuliſſe. Sed fecerūt illi hoc vt auctores tā veſtri q̄ noſtri referunt, ne regi iam vnū deū colenti ſcandalū facerēt: neue illū qui nouiter cultū idoloꝝ abiecerat, rurſum obiecta hominis Chriſti deitate, dū tanti myſterij altitudinē penetrare nō poſſet: nō tā erudirēt q̄ perturbarent. Sed hoc, ſiue alio animo, hoc illi fecerint: quid ad vos? Si nō habēt noīa illa Greci libri: habēt Hebraici. Si nō habet ea Grec⁹: habet Hebrę⁹. Relegite Eſaiā: ſcrutamini verba iſta, & nō verbis meis: ſed literꝭ veſtris credite: nō libris alienis, ſed ꝓprijs adquieſcite. His ꝓmiſſis, ꝓcedite ad ſequētia. Multiplicabiſ ei⁹ impiū. Cui⁹ impiū? Paruuli ſupradicti. Quid

Euaſio iudaica deſtruitur.

Ioā. xiiij.

Ioan.xx.

Nota de lxx. interpretibus.

ſequitur? Et pacis non erit finis. Et hic figitē
greſſum Iudęi. Quod eſt hoc imperium, qđ
ita multiplicandum ſcribitur: vt pacis eiꝰ non
ſit finis? Quis eſt paruulus iſte, quis eſt filius
iſte: cuius imperium non ſolum prolixum,
non ſolum diuturnum dicitur: ſed inſuper ęter
num eſſe prędicatur? Hūc ſi poteſtis nodum
ſoluite: huius quæſtionis vinculum expedi-
te. Multiplicabitur eius imperiū: & pacis non
erit finis. Et qđ eſt, vel cuius eſt tanti imperij
ſolium? Sup ſoliū inquit Dauid, & ſup regnū
eius. Percurrite: numerate vniuerſos reges de
ſtirpe Dauid, ab ipſo Dauid vel Salomone fi-
lio eius: vſq; ad vltimos prolis Dauiticę reges.
iiij. Regū. xxiiij. Ioachim dico vel Sedechiam: quorū primus
regno depoſito, ſpōte ſe Babylonijs tradidit.
iiij. Regū. xxv. Alter vi bellica ab eis captus: erutis oculis, in
Babylonem captiuus ductus eſt. Videte: vtrū
alicui ex illis ſcriptura hæc conueniat. Non
Cōfutatio cuiuſdam expoſitionis iudaicę. vtiq; vt cernitis, vt perſpicuum eſt: alicui ex
ipſis cōgruit. Nec ipſi bono regi Ioſię, cui qui-
dam ex veſtris vt olim audiui ſacra iſta ver-
ba quæ pręmiſſa ſunt: ſomniantes applicare
contendunt. Sed nunquid Ioſias deus? Nun-
iiij Regū. xxiij. quid princeps pacis? Nonne pacem regni eiꝰ,
citiſſimus finis ſequutus eſt? Nonne & ipſe
breuiſſimo tempore regnans: in campo Ma-
gedo, a rege Aegyptiorum Nechao interfe-
ctus eſt? Nonne eo interfecto: cum vita eius &
pax imperij eius finita eſt? Nam paucis an-
nis elapſis, ſecuta eſt vrbis veſtrę vaſtitas: tem
pli dei exuſtio, Iudęorum captiuitas: & in Ba
bylonem tranſmigratio. Falſiſſimum eſt ergo
& ſtolidiſſimum: hæc prophetica verba ſuper
Ioſia exponi. Ridiculum prorſus eſt, nec hu-
manis auribus tolerandum: vel de Ioſia, vel
de quolibet Iudęorum, vel aliquarum gentiū
rege: iſta q̄ nō niſi deo & deo Chriſto adaptari
poſſunt: ſentire. Super ſolium inquit Dauid,
& ſuper regnum eius. Quid ad vltimum? Vt
confirmet illud & corroboret in iudicio & iu-
ſtitia: amodo & vſq; in ſempiternum. Et iſta,
cui niſi deo: cui inquā niſi deo cōgruūt? Quis
certe alicuius regni ſolium confirmare, quis
corroborare poteſt in iudicio & iuſtitia vſq; in
ſempiternum? Nunquid homo? Sed nūquid
ille qui ęternus non eſt regni ſui ſolium cōfir
mare in ſempiternum poteſt? Nonne clarū,
nonne perſpicuum etiam cæcis eſt: non poſſe
aliquid in ſempiternum cōfirmari ab aliquo,
niſi a ſempiterno? Quia ergo his obuiari non
poteſt: quia tam lucidę veritati nec Iudęus,
nec Ethnicus, nec Satan quilibet cōtraire pę
ualet, certum eſt: quia paruulus tot diuinis vo
cibus deſignatus deus: non alius q̄ Chriſtꝰ no-
ſter eſt. Vnde cōſtat: q̄ Chriſtus, verus & ſem-
piternus deus eſt. Aut eñ dabis mihi alium
paruulum, dabis alium filium: de quo hęc oīa
accipi poſſint: aut ſi nō potes (qđ vere non po-
tes paruulum iſtum, filiū iſtum, ſuper quo tot
diuina ſcribūtur) nullum alium neceſſario ſen
tire cogeris: q̄ Chriſtum dominū noſtrū. Qui
more humanę ętatis paruulus, more naſcen-
di, ſed hoc admirabili & vnico, virginis filius
ſcđm deitatis naturam, aſſumptę humanita-
ti perpetuo vnitam, admirabilis eſt: conſilia-
rius eſt: deus eſt: fortis eſt: princeps pacis eſt:
pater futuri ſeculi eſt. Cuius imperium, infini
to vniuerſarum gētium numero aſſidue mul-
tiplicatur: cuius regni pax nunq̄ finitur: cuius
ſolium nō multis ſolum annis, vt mortalium
regum, ſed vt regis ęterni: in ſempiternū con-
firmatur ac roboratur. Sed noui Iudęe: quia
tot tantiſq; auctoritatibus preſſus, vinci po-
tes: obrui potes: credere adhuc fortaſſe non
potes. Quare hoc? Quia hominem deum cre- Cauſa ꝓpter quā Iudęꝰ nō credit chriſtum eſſe deum.
dere confunderis: hominem deum confiteri
erubeſcis. Vileſcit in corde tuo, conditio hu-
manę naturę: indignam eam ęſtimas nomi-
ne vel honore maieſtatis diuinę. Contempla-
ris huius humilitatem: intuens illius ſublimi-
tatem. Videntur tibi, non poſſe congruere tā
alta tam humilibus: tam ſublimia tam abie-
ctis, hoc eſt, humana diuinis. Hęc certe tota
cauſa eſt: qua incredulus permanes, qua deo
reſiſtis, qua nec ipſis ſcripturis tuis, Chriſtum
eſſe deum toties & toties profitentibus: cre-
dis. Et putas (o inſipiens) q̄ cogitatio ſubli-
mitatis diuinę & humilitatis humanę: chri-
ſtianam ſapientiam fugerit? Vere (inquam)
ad tam ſublime & ineffabile dei opus, chri-
ſtianus obſtupeſcit: nec tam ſingulare deita-
tis miraculum, admirari ſufficit. Sed aliud
eſt, mirari & credere: aliud eſt, mirari & con- Mirati ſūt ꝓphetę ſacramētū īcarnationis, ſed nō ſpreuerūt vt nūc Iudęi.
temnere. Miratur Chriſtianꝰ, & illuminatur:
miratur Iudęus, & excæcatur. Miratur Chri-
ſtianus, & de ſolitario miraculo deum ſingu-
lariter laudat: miratur Iudęus, & blaſphemat.
Non ſequitur in admiratione tantę rei, Pro-
phetarum ſuorum cautelam: qui & futura ſci-
entes, & prædicentes: non ea ſpernebant:
ſed admirando & prædicando: etiam ad illa Abac. iij.
pauebant. Cuiuſdam ex ipſis verba ſunt hęc.
Domine audiui auditum tuum, & timui. Cō
ſideraui opera tua, & expaui. Quid timuit?
quid expauit? Audi. Domine opus tuum.
Quod opus? Fortaſſis fabricam mundi. Sed
huic opinioni, contradicūt verba ſequentia.

In medio(inquit)annorum viuifica illud. Et
certe cœli & terræ opus,ſiue illorum quę infra
ſunt:iam ab antiquo facta fuerant:iam iuxta
partium congruentem differentiam:viuifica
ta erant. Eſt igitur aliud opus:quod hic timet,
quod expaueſcit:quod in medio annorum vi
uificari rogat. Nec ſolum viuificari rogat,
ſed etiam notificandum eſſe prædicit:cum
ſubdit. In medio annorum,notum facies.
Quære Iudęe quod poſſit eſſe hoc op⁹,quod
Abacuck Propheta miratur:& quod tantope-
re impleri precatur. Certe vniuerſa apud Iu-
dęos olim facta miracula vel miranda ope-
ra Prophetam iſtum pręceſſerant. Nec aliqua
ex illis quę in Canone veſtro legentes,admi
rari ſoletis:reſidua erant. Aut igiſ opus aliud
tā mirabile,pro quo adeo Propheta ſollicitari
debuerit:impletum vel implendū oſtēde.aut
ſi non vales:opus tam timendum,tam opta-
bile:in dei filio,quādo pro ſalute hominū ho-
minis naturam aſſumpſit:conſummatum
agnoſce. Hoc opus,quia cunctis operibus dei
excellentius eſſe vidit,& admiratus eſt,& ex-
timuit. Et ne putaretur nolendo vel refugien
do timuiſſe:etiā impleri rogauit. Hoc eſt pla-
ne opus,qđ & alienum eſſe a deo,& tñ deum
ipſum opus operaturum:ſecretorum dei fre-
quentior reſerator Eſaias non tacet. Vt fa-
ciat opus ſuum(inquit)alienum opus eius. Eſaię. xxviij.
Vt operetur opus ſuum:peregrinum eſt opus
ab eo. Nam qđ opus dei adeo alienum fuit a
deo:quantū illud,quo perſonaliter homo iun-
ctus eſt deo? Nam quod cœlū,terra,mare,&
quę infra continētur,creata ſunt ab ipſo:non
fuit alienum op⁹ a deo. Q₂ miracula minora
vel maxima,quolibet tempore facta ſunt ab
ipſo:non fuit alienum opus ab eo. Quia vero
homo infimus ſummo iunctus eſt deo:tūc ve
re,tunc ſolum opus illud alienum fuit ab eo.
Hierem. Hoc eſt & illud op⁹,de quo Hieremias. Quo-
xxxj. uſq₃ delitijs diſſolueris,filia vaga? Faciet dñs
Eccl's.j. nouum ſuper terrā. Quod nouum? Quid eñ
nouū ſup terrā? Ait eñ Salomon. Nihil nouū
ſuper terram:nec valet quiſq̄ dicere,ecce hoc
recens eſt. Quod ergo eſt hoc nouum? Mulier
(ait)circūdabit virū. Hoc ſi potes Iudęe:iudai-
ce expone. Quo eñ mō pōt mulier circūdare
virū vt nouū ſit? Si eñ manib⁹ vel brachijs:hoc
nouū nō ē. Si infātē quē geſtat vtero,circūda-
re dr̃ corpore materno:nec hoc nouū eſt. Quo
libet modo circūdare poſſe dicatur fœmina vi
rum:prorſus nouū nō eſt. Neceſſe eſt tñ vt vi-
des,ſi verba prophetica cōſeruantur,aliquam
fœminam ſic virum circundare:vt nouū eſſe
poſſit. Quod quia in vſu humano inuenire
non pręuales:ad diuina te oportet confugere.
Oportet te(inquā)ad diuina cōfugere:& eum
quē virgo de ſolo ſpiritu dei cōcipiēs Emma-
nuel,quē latinus nobiſcū deus vocat.i.deū fa-
ctum hominē,virgineo vtero circūdans porta
uit:mecum pariter confiteri. Ad quid iſta? Vt
vidēs Chriſtianos,cernēs ipſos prophetas dei:
hoc ſingulare opus dei,quo deus ꝑpter homi-
nes homo fieri dignatus eſt:ob ſui celſitudinē
timere,admirari,venerari:deſinas eſſe incre-
dulus:ceſſes eſſe blaſphemus. Nec retrahat te
a fide,nec reuocet a ſpe ſalutis tuę:ꝙ res ma-
gna eſt,ꝙ ſupra te eſt:ꝙ ineffabilis & incogi-
tabilis eſt. Nam ſicut a Prophetis tuis audis,
alienum quidem fuit opus a deo,quātum ad
diuerſitatem naturarū pertinet,deum homi-
nem fieri:ſed non fuit alienū miſereri. Q₂ eñ
deus hominem in ſe ſuſcipiendo,hominis mi
ſereri deberet:addit verbis ſupraſcriptis tā di-
ctus Propheta. Dicens eñ in medio annorū
notum facies,adiunxit. Cum iratus fueris,mi-
ſericordię recordaberis. Cur ergo tibi vſq; ad
incredulitatem mirum eſt,ſi deus per homi-
nē quem ſuſcepit:hominis miſertus eſt? Vide
ac recogita:ꝙ hoc op⁹ dei,tā alienum,tā per-
egrinum ab eo:non retraxit magnos illos ho-
mines dei a fide,nō coegit ad blaſphemiam:
ſed ſuſtulit in admirationem:commouit ad
deuotionem. Sentiebant illi,de maiore gratia
magis deum diligēdum:magis glorificandū.
Nouerant non inde homines ſcandalizari de
bere,vnde magis obnoxij ſunt:non inde ad
iniurias debere prorumpere:vnde magis de-
bitores ſunt. Quid eñ deerat laudi diuinę:ni Nota de
ſi aſſumptio humilitatis humanę? Quod eñ myſterio
celſus,ꝙ maximus,ꝙ omnipotēs eſſet,certū incarna-
erat:ꝙ humilis homo fieri dignaretur:nemo tionis.
præter magnos illos credebat. Quis eñ hoc
cogitare,quis ſuſpicari poſſet:ꝙ tantus tantil-
lum,ꝙ maximus paruum,ꝙ ęternus morta-
lē,ꝙ maieſtas immēſa vermē(vt ſic loquar)hu-
manū in ſeipſo ſuſcipet:& in deū ꝓueheret?
Hoc opus ei⁹,quia eſt ſup oīa opa ei⁹:nō ad ir-
ritandū,nō ad blaſphemādum:ſed ad ipſum
in de ſublimi⁹ admirandū,laudādū,glorificā-
dū:te debuit trahere,pre cunctis opibus eius.
Hoc plane op⁹ ei⁹(vt dictū eſt)Iudęe,licet inter
oīa opa ei⁹ excellēs & ꝓcipuū ſit:mirū eſt,ꝙ te
ad tā obſtinatā incredulitatē cōmouit. Cur eñ
ad ſcandalū cōmouet hoiem:quia de⁹ hoibus
loqui voluit per hoiem? Relege Exodū:& de Exo.iij.
rubo vel flamma rubi:inuenies deum Moyſi
collocutum. Reuolue & conſequentes libros,

De hoc ac de aureo ꝓpitiatorio, qđ erat inter duo Che
Nuñ.vij. rubim: reperies ipſum conſulentibus ſæpe
reſponſa reddentē. Nec mente excidat ꝙ per
aeria angelorum corpora, frequēter deus pa-
tribus apparuerit: frequēter etiā loquutus ſit.
Sed nec rubus, nec flamma eius, nec aurea illa
propitiatorij tabula: nec corpus aeriū, ad mo-
mētum ab angelis ſumptū: homini paria ſūt.
Excellit homo, vt noſti, tā his q̄ cunctis terre-
ſtribus creaturis: nec ille cuius cauſa illa facta
ſunt, & cui a deo oīa ſubiecta ſunt: inferior
vel par ipſis: modo quolibet fieri poteſt. Q; ſi
minor, nec par eſt: vtiq; maior eſt. Credis er-
go de minori vel per minorē creaturā, deū ho
minibus loqui potuiſſe: & non credis per ma-
Perſuaſio iorē eiſdem hominib' loqui voluiſſe? Si de ru
p myſte- bo, ſi de ꝓpitiatorio, ſi de aere inſenſibili, mor
rio incar- talibus reſpōſa dediſſe creditur: cur per aſſum
nationis ptā rationabilē animā & carnē ſenſibilē mor-
credēdo. talibus loquutus fuiſſe negatur? Et q̄uis corpo
ra illa, de quibus vel per quę loquutus eſt, non
eo modo vt hominē aſſumpſerit: non ſibi vt
naturam humanam in ęternū vnierit: nō ea
vt hominē aſſumptum deificarit: ſi qui de ru
bo vel propitiatorio auditus eſt, qui per aeriū
corpus loquutus eſt: ipſe per terrenū, ſenſibile,
& animatū corpus: hominib' apparuit: homi
nibus corporali & audibili voce inſonuit. Eſto
ergo iā Iudęe Iudęus: nō perfida obſtinatiōe,
ſed veraci cōfeſſione: vt qui fateris deum de
inferioribus aut per inferiores creaturas, tuis
loquutū patribus: cōfitearis eundē per aſſum-
ptā maiorē. hoc eſt, humanā naturā, & appa-
Obiectio. ruiſſe: & loquutum eſſe hoibus. Sed fortaſſis
adhuc ſcandalū pateris, & ne deū ſordib' hu-
mani corpis inuolui vel pollui ſentire cogarę: in
carnatū ſeu de virgine natū, confiteri refugis.
Vereris ne ſi confeſſus fueris incarnatum: cō
fiteri quoq; compellaris, ſuſcepta carne pollu-
tum: & vel corporalibus vt dictum eſt, vel ſpi
ritualibus peccati ſordibus inquinatum. Ti-
mes inſup blaſphemus videri, ſi deum labo-
raſſe, ſi eſuriſſe, ſi ſitiſſe, ſi fleuiſſe: ſi tandem
paſſum, ſi mortuum, ſi ſepultum fuiſſe ſenſe
Solutio. ris: ſi credideris: ſi ꝓfeſſus fueris. Sed ſtult' eſt
hic timor tuus. inanis prorſus eſt hęc formi-
do vel ſuſpitio tua. Non ita, non ita Iudęe: cę
cus eſt chriſtianus oculus, non ſic deſipit chri-
ſtiana ſapiētia: vt vel carnis humanę ſordib',
vel animę humanę ſcelenbus: incontamina
bilem credat inquinari, impaſſibilē pati, im-
mortalem mori: vel cōmuni vniuerſorũ mo-
re, eum qui omnium eſt mortuorum reſurre-
ctio: iuxta quod ęſtimas ſepeliri. Nouit, & cō-
muni chriſtianorum ſuorum ore fatetur: deū
quātum ad diuinam maieſtatem ſpectat, nec
carnis fæcibus inquinari: nec humanis pecca
tis pollui: nec pœnis vel miſerijs cōdemnatę
naturę poſſe affligi. Et vt hoc tibi aliqua ex
rebus viſibilibus ſimilitudine tracta, clarius
oſtendam: nunquid lux ipſa ſiderū: vel diur- Similitu-
na Solis, vel nocturna Lunę, aut nubibus op do ex luce
poſitis adumbrata: aut liberis radijs ſerena-
ta: cum quælibet etiam valde ſordida vel ſor
dentia loca illuſtrat: inquinari poteſt? Nūquid
ſi millies, gladijs vel ſecuribus vehementi
annīſu per inane actis, feriri vel ſcindi videa
tur: lædi aut vulnerari poteſt? Nunquid vel
attactu rei ſordidæ ſordere, vel qualibet fer-
ri ſectione: dolere poteſt? Tali modo, deitatis
eſſentiam nunq̄ & nuſq̄ inquinari: nunq̄ &
nuſq̄ vulnerari: nunq̄ & nuſq̄ quippiam tor-
menti vel doloris poſſe pati: chriſtianus & cor
de credit ad iuſtitiam & ore confitetur ad ſa- Roma.x.
lutem. Inde eſt. ꝙ dei filium humanam car-
nem adiuncta anima, ex virgineo vtero aſſu-
mentem: ac poſt modum in ipſa humana ſub
ſtantia inter homines conuerſantem: non ſo-
lum quibuſlibet carnis vel ſpiritus ſordibus,
non potuiſſe pollui prædicat: ſed & ipſam quā
aſſumpſit naturam, & eam de qua illā aſſum-
pſit virginem: ab omni prorſus fęce peccati
emundaſſe confirmat. Inde eſt, ꝙ nec cum
eſuriente carne deum eſuriſſe: nec cum ſitiē-
te ſitiſſe: nec cum flente fleuiſſe: nec cum patiē
te paſſum, nec cum moriente mortuum, nec
cum ſepulta ſepultum: non quātum ad vnius
perſonę ex diuerſis ſubſtantijs vnitatem, ſed
quātum ad vniuſcuiuſq; ſubſtantię proprieta
tem pertinet: intelligit & fatetur. Remoue er-
go Iudęe ſtultitię ſcandalum de corde tuo: ſe
para beſtialē intellectū a mente tua: quia nō
obſiſtit verę Chriſti deitati: vera carnis huma
nę ſuſceptio: qa nō inquinať, nō patiť, nō hu-
miliať deus ꝓpter aſſumptū hoiem: ſed mū-
datur, glorificatur, & exaltatur homo: ꝓpter
ſe aſſumentem, purificantem: immo deifican
tem deum. Et quidē iſta quæ præmiſſa ſunt,
ꝙ Chriſtus verus deus ſit: omni homini pręe-
ter ſaxeum ſufficere poſſunt. Attamen vt
plurimo ſententiarum aggere: nephandum
ſerpentis caput non ſolum conteratur, ſed
etiam ſepeliatur, accedat & Micheas, & quid
de Chriſti deitate ſentiat: dicat. Non timuit
ille impium regem Achab, nec timore ei' vel
gratia: veritatem reticuit. Faciat nūc idipſum
cōtra ipios Iudeos: nec lapides illos, quib' lapi
dei hoies prophetas dei ſolēt obruere: reformi

Quīta auctoritas ex Mycheę.v. det. Et tu (inquit) Bethleem Ephrata: num
paruula es in millib⁹ Iuda? Ex te mihi egredi-
etur, qui sit dn̄ator in Israel. Ecce sancte Pro-
pheta dicis: ex Bethleem egressurū. hoc est, in
Bethleē nasciturū, atq; inde ꝓcessurū: dn̄ato-
rē Israel. Sed dn̄atores Israel, multi fuerunt:
multi & adhuc eē possunt. Exprime hoc aper
tius: & distingue hūc dn̄atorē Israel: a cæteris
dn̄atorib⁹ Israel. Et egressus ei⁹ (inquit) ab ini
tio, a dieb⁹ ęternitatis. Quid agitis Iudęi? Quē
ex oībus regib⁹ vestris: quē ex vniuersis dn̄ato
rib⁹ Israel inuenire poteritis, cui⁹ egressus esse
potuerit ab initio: a dieb⁹ ęternitatis? Cui⁹ em̄
egressus dici pōt ab initio: nisi dei? cuius dies
ęternitatis dici possunt: nisi dei? Illi⁹ absq; du-
bio egressus ab initio, illius ꝓcessus a diebus
ęternitatis est: cui⁹ natiuitas, & in Bethleē de
matre virgine tēporalis: & de patre deo ante
oēm creaturam exortus: extitit sempiternus.
Illius plane egressus, a diebus ęternitatis est:
Prou.viij. qui sub nomine sapiētię loquitur, in libro Sa-
piētię. Ab ęterno ordinata sum: & ex antiquo
anteq̄ terra fieret. Nondū erāt abyssi: & ego
iam cōcepta erā. Necdū fontes aquarū erupe
rāt: necdū mōtes graui mole cōstiterant. Ante
colles, ego parturiebar. Adhuc terrā non fece-
rat & flumina & cardines orbis terrę. Hui⁹ er-
go sapientię, huius filij dei: qui scd'm carnē in
Bethleē natus est: scd'm deitatē, egressio a pa-
tre ab initio: a dieb⁹ ęternitatis est. Q̄ꝫ si quē-
libet o Iudęi, aliū, de quo ista dici possint, ha-
betis ꝓferte. Sed nō habetis. Ergo si Prophe-
tę vestro creditis: istū vos necesse est suscipere.
Post istum, ille qui ad tempus visus fuerat re-
cessisse, manu fortis Dauid redeat: & cui nūq̄
vllus inimicoꝝ resistere potuit: iā sibi inimi-
cos factos Iudęos debellet. Cessit & perijt lapi
de ei⁹ ictus Philistę⁹: cedat & pereat iactu sacro-
rū verboꝝ ei⁹, peior Philistęo hostis Iudęus.
Sexta auctoritas ex Psalm̄. lxxj. De⁹ (inquit) iudiciū tuū regi da: & iustitiā tuā
filio regis. Quis loquit̄ Iudęi? Rn̄detis. Dauid.
Cui loquit̄? Deo. De quo loquit̄? De rege ac fi-
lio regis. Et quis est iste qui & rex est, & fili⁹ re-
gis? Rn̄detis. Salomon. Et additis. Hoc indi-
cat psalmi quē ꝓponis titul⁹: qui talis est. Psal-
mus Dauid in Salomonē. Ergo scd'm vos: de
Salomone filio suo loquit̄ Dauid in hoc psal-
Refellitur expositio Iudęorū. mo. Videam⁹ igr̄ si oīa psalmi hui⁹ Salomoni
cōgruūt: Et vt intermittā aliqua, q̄ iudaica in-
terptatiōe, Salomoni aliquo mō coaptari pos-
se videntur: rn̄dete. Et pmanebit cū Sole & āte
Lunā, in gn̄ationes gn̄ationū. Salomoni quo
sensu adaptabitis? Quō pmanere potuit cum
Sole: qui nō nisi quadraginta annis regnauit?
Nōne [illegible]otidie Solē in cœlo cernit̄? Nōne Sa
lomo[illegible]ante duo millia ānoꝝ defecisse agno-
scitis? Aperite, apite oculos, & (vt dixi) aspicite
Solē in cœlo: recolite Salomonē positū in sepul
cro. Quō igit̄ Salomon pmāsit: vel pmanere
potuit cū Sole? Attēdite, & ante Lunā. Et hoc
nōne lōge absurdius? Nōne Luna nō tm̄ ante
Salomonē: sed & ante oēm hoiem creata est?
Nōne ille Salomon filius Dauid, nō solū post
patrē: sed & post multas mortaliū gn̄atiōes na
tus est? Quō ergo pmāsit vel pmanet cū Sole:
quō pmāsit vel pmanet ante Lunā, in gn̄atio
nes gn̄ationū: qui Sole (vt dictū est) adhuc pma
nēte, ante plurima tpa mortu⁹ est: & Luna iā
existēte, post multa secula nat⁹ est? Sed tā clarꝫ,
diu īmorandū nō est. Percurrite psalmū: & ver
su interposito legite. Oriet̄ in dieb⁹ ei⁹ iustitia:
& abundātia pacis. Sed hoc vtcūq; iuxta vos
stare pōt. Sed quō stabit qd̄ sequit̄: donec aufe
ratur Luna? Nonne adhuc Luna pmanet: &
abundātia q̄ tpe Salomonis ī regno tm̄ Iudęo
rū fuerat: eo mortuo cū eo extincta est? Q̄ꝫ vtrū
verum sit: audite. Audite scripturā vestrā, in
medio Regū libro loquentē. In quinto (inquit) iij.re.xiiij
anno regni Abrahā, ascendit Sesac rex Aegy-
pti in Hierl'm: & tulit thesauros domus dn̄i:
& thesauros regios: & vniuersa diripuit. Scuta
quoq; aurea quę fecerat Salomon: pro quibus
fecit rex Roboā scuta ęrea. Et ne vnū tm̄ testē
de Canone vestro sup hoc ꝓduxisse videar: re
legite Dabreiamin vestrū: & si quid dissimile
his q̄ ꝓposui in eo ęmulus oculus vester legerit
mēdacij me arguite. Refert iā noiatus vterq;
liber, in anno quinto regni Roboā abundātiā
Salomonicę pacis extinctā. Extinctā inquā)
rege Aegypti Sesac cū mille ducētis currib⁹: &
lx. millib⁹ equitū: ac vulgo cui⁹ nō erat nume-
rus in Iudęā superueniēte. extinctā eo cū Liby- ij.Paral.xij.
co exercitu Trogoditis & Aethiopib⁹ ciuitates
munitissimas in Iuda capiēte. extinctā: vel vt
miti⁹ loquar interruptā, illo sublatis thesauris
dom⁹ dn̄i & dom⁹ regis, cūctisq; suprascriptis
cū opima pda in regnū ꝓpriū cōcedēte. Q̄ꝫ si
quinto anno regni Roboam filij Salomonis
ista facta sunt: falsum est quod de psalmis ve-
ridicis Salomoni adaptare voluistis. Orietur
in diebus ei⁹ iustitia, & abūdātia. p. d. a. Luna.
Nam iustitia & ante ipsum ex parte: & post
ipsum maxime orta est: & pacis abundan-
tia quę diebus ipsius blandius Iudęos demul-
serat: quinto anno Roboam filij eius extincta
est. Taceo discessionē decē tribuum a Roboā. iij.Reg.xij
Taceo bella pene cōtinua inter vtrūq; regnū:
qd̄ peccatis iudaicis promerētibus: do simpli-

ci duplex factū fuerat.hoc eſt, Iudę & Iſrael. Continua vero vel pene cōtinua ab ipſo videlicet Roboam rege Iuda,vſq; ad Salmanaſar regē Aſſyriorum. Sub quo ne his tam diuturna prolixius extēderetur: ipſo decē tribus de duodecim Hebręę ſtirpis tribubus captiuante factum eſt. Hęc ſi vera ſunt,quę vera non eſſe nulla quātalibet illa fuerit iudaica peruerſitas negare poteſt:claret vidētibus, perſpicuū eſt & cęcis:non eſſe dictum a ſpiritu prophetico de illo veſtro Salomone. Orietur in dieb⁹ eius iuſtitia,& abundātia pacis. Et illud quia illi Salomoni congruere nō poſſe perſpicuum eſt: legite verſum ſequentem. Et dominabitur a mari vſq; ad mare:& a flumine,vſq; ad terminos orbis terrarum. Et quis non videat: hoc ad Salomonē pertinere non poſſe? A quo mari,vſq; ad quod mare dominatus eſt:cui⁹ regnum breuibus Syrię terminis coartatū eſt? Q̃ſi dixeritis:a lacu Aſphaltico,quod iuxta idioma linguę veſtrę,mare vocatur:qđ quantum ad ſitum Paleſtinę occidentale dicitur:& a nobis Tyrrhenum vel mediterraneum vocatur,illum regnaſſe:breuiore q̃ fuerit ſpatio regnum ei⁹ arctabitis. Locus & eñ ille,in medio Galilęę eſt:& ipſe Salomon a riuo Aegypti,qui vltra lacum illum aliquo dierum ſpatio interiacente fluit,vſq; ad maris mediterranei proxima loca:regnaſſe dicitur. Non igitur terminus regni eius fuit a mari vſq; ad mare. Sed nec a flumine,vſq; ad terminos orbis terrarum. Dicuntur eñ termini orbis terrarum: vbi finitur orbis terrarum. Sed vniuerſis gentibus notum eſt:Salomonem illum,nō ſolum dominatū non fuiſſe vſq; ad terminos orbis terrarum:ſed longe infra breuius terrę ſpatiū regnaſſe:q̃ multos reges orbis terrarum. Innumerabiles eñ olim reges fuerunt:qui cū non regnarent ſuper vniuerſum orbem terrarum: anguſtias illi⁹ Salomonici regni vicerūt,multa amplitudine regnorum ſuorum. Clarū eſt ergo cunctis,quia nō eſt dominat⁹ Salomon ille a mari vſq; ad mare:neq; a flumine vſq; ad terminos orbis terrę. Procedite hic,& duobus tm̄ verſibus intermiſſis:tertium legite. Et adorabunt eum omnes reges:omnes gentes ſeruient ei. Nunquid illi Salomoni? Non,nō, non:clamat orbis terrarū. Nam non dico paucis:ſed nulli vſpiam regum Salomonem adoraſſe leguntur. Q̃ omnes gentes ei ſeruierint, nec reſiſtendum eſt:quia q̃ nō ſeruierint:Sole clarius eſt. Percurrite pſalmum,& vel legite vel audite:quod poſt paucos verſus ſequitur. Sit nomen eius benedictum in ſecula. Cuius nomen? Iuxta vos,Salomonis. Relegite omnem ſcripturarū ſacrarum ſeriem, & vix aut nuſq̃ de alicuius hominis nomine:hoc vel ſimile quid dici,ſit nomen eius benedictum in ſecula:inuenietis. De ſolo enim deo, de ſolo nomine dei:hoc ſcriptura dicere conſueuit. vt eſt illud. Benedictum nomen maieſtatis eius in æternum. Et nos qui viuimus,benedicimus domino. Et benedictus dominus deus Iſrael:qui facit mirabilia ſolus. Et his multa ſimilia. Vnde hoc quod dicitur. Sit nomen eius benedictum in ſecula:non de illo Salomone,tm̄ homine,ſed de aliquo pluſq̃ homine:accipi neceſſe eſt. Hoc lucide indicat,qđ ſequitur. Ante Solem permanet nomen eius. Hoc eſt. Sit nomen eius benedictum in ſecula.quod eſt. Ante Solē permanet nomen eius. Nunquid Salomonis nomen ante Solem permanſit? Nunquid Salomon Solem præceſſit? Nunquid ante ipſum creatus eſt? Nunquid ante ipſum nominatus eſt? Videtis adhuc nō ſolū impiū,ſed & blaſphemū eſſe:quęlibet iſta de Salomone ſentire? Nec vos pter eat ſequēs verſiculus. Et bñdicētur in ipſo:oēs trib⁹ terrę. In quo? In Salomone? Non decet nos manifeſtiſſimis imorari:qđ me,qđ oi diſputatore tacēte:falſiſſimū eſſe,facillimū eſt comprobari. Quid poſt? Oēs gētes magnificabūt eū. Quē? Salomonē? Nec hic tēpus occupandū eſt:qđ nec eſſe,nec fuiſſe:vniuerſis notū eſt. Quęrite ergo o Iudęi,quęrite aliū:de quo iſta oia poſſint intelligi.de quo diuinū pſalmū ſcriptum eſſe:poſſit apte ꝓbari. Et quē inuenire poteritis? Nullū certe nullū:plane nullū,etiā ſi pēnis ad aſtra volare poſſetis:q̃ Chriſtū dñm noſtrū deū noſtrū velitis,nolitis:etiā dñm veſtrū:deū veſtrū. De ipſo iſta ſcribūtur,iſta ſentiūtur,iſta prędicātur. Hoc quō? Quia nulli poſſunt aptari,niſi homini deo. Nō ſoli homini, nec ſoli deo,ſed vt dictū eſt,nō ſeparatim:ſed ſimul homini deo. Nullus aūt niſi Chriſt⁹ inueniri pōt,ſimul de⁹ & homo. Sed pſalmi verba ſupraſcripta,nulli cōgruere poſſunt niſi homini deo. Nō igitur de quolibet alio ꝓlata ſunt:niſi de Chriſto Et hoc demōſtrādū eſt. De⁹ inqt iudiciū tuū regi da,& iuſtitiam tuā filio regis. Qui ergo fili⁹ regis eſt:vobis etiā hoc cōfitētibus:vtiq; homo eſt. Et noſtri quidē,per regem & filium regis,Chriſtū noſtrū intelligūt:qui in quātum filius dr̄:dei patris vnicus eſt.inquantū iudiciū & iuſtitiā a deo accepit:hois fili⁹ eſt. Sed cedo ad pręſens intellectui veſtro:& de filio Dauid,hoc ſcriptū eē cōcedo. Nā ſi de filio Dauid hoc dictū eſt:vtiq; de hoie hoc dictū eſt

Pſalmo cxiij.

Sed ꝙ nec de Salomone,nec de aliquo filiorũ
Dauid,qui ei in regno tẽporaliter ſucceſſerũt:
ſequentia Pſalmi quę pręmiſſa ſunt,intelligi
poſſint:iam ꝓbatum eſt. Vnde neceſſe eſt ali-
quẽ inueniri,qui iuxta hunc veſtrũ intellectũ,
quo pſalmi huius primum verſum exponitis:
Dauid filius ſit:& de quo non pars pſalmi:ſed
Expoſi- integer pſalmus poſſit exponi. Sed nolite la-
tio catho- borare:nolite fruſtra cor veſtrũ diuerticula fal
lica. ſa quęrendo angere. Eſt Chriſtus noſter,eſt in-
quã ſolus Chriſtus noſter ſcđm carnẽ fili⁹ Da-
uid.hoc eſt,de ſtirpe Dauid. Sic eñ & vos vo-
catis filios,nõ ſolũ eos qui a patrib⁹ ſuis geniti
ſunt:ſed & illos qui poſt plurimas ſucceſſiões,
de ipſorꝫ progenie exorti ſunt. Hoc ergo mo-
do Chriſtus Dauid ſiue hominis fili⁹ eſt:& de
ipſo ſcđm hoiem:iam dictus verſiculus ſcript⁹
eſt. Sunt & alia quędã,quę iuxta hoc ꝙ homo
eſt:in euiſdẽ pſalmi ſerie ſcripta ſũt. Quę qñ
Salomoni(vt ſupradixi)adaptare conamini:
excludũt vos,repellunt vos ab hoc ſenſu:teſti
monia iã ꝓlata. Ea,quia de quolibet tñ hoie
accipi nequeũt:de Chriſto hoie ac deo:iſta vos
accipere cogunt. Nã vere inquãtũ deus eſt,ꝑ-
manet cũ Sole:quia nullus ei finis eſt. Perma
net & ante Lunã,quia & oẽm creaturã pręce-
dit:& nihil eo prius eſt. Orta eſt in dieb⁹ ei⁹ iu-
ſtitia:quę oẽs in ſe credẽtes iuſtificat:& abun-
dãtia pacis:quę pacis filios futurę paci ſociat:
& hoc donec auferat Luna.i.donec finiat hu
mana mutabilitas:& ſuccedat beatę paci ęter
nitas. Dñatur a mari vſq; a mare:quia infra
orbẽ Oceani,quo tota terra cingitur:nõ ſolũ ꝑ
deitatis potẽtiam,ſed & per fidẽ chriſtianam:
aut ex toto,aut ex parte:in oĩbus linguis & gẽ-
tibus dñatur. Hoc ipſi cernitis:hoc ipſis ocu-
lis & aurib⁹ cõprobatis:& a flumine,vtiq; alio
nullo q̃ Iordanis,a quo ſuũ baptiſmũ inchoãs:
& in vniuerſas gẽtes diffundẽs,peruenit domi
nando:vſq; ad vltimos terminos orbis terræ.
Adorant eum oẽs reges terrę:qui aut ex maxi
ma parte,ſynechdotice oẽs intelligentur:aut
quia etiã ipſi Ethnicorꝫ reges:eum vt omniũ
poſt deum,maximum venerantur. Oẽs gẽtes
ſeruiunt ei,quia præter vos qui ab hoc nomi-
ne gentium a Propheta excluſi eſtis:omnes
gentes aut vniuerſaliter/aut particulariter in
ipſum credunt:ipſi ſeruiũt:ipſi obſequuntur.
Eſt nomen eius benedictum in ſecula:vt dei,
vt redemptoris,vt ſaluatoris:qđ & ipſi ab om
ni lingua quotidie frequẽtari,continue bene-
dici,aſſidue celebrari auditis. Ante Solẽ per-
manet nomen ei⁹:quia omne creatum abſq;
aliquo principio antecedit nomen deitatis &
maieſtatis eius. Benedicẽtur in ipſo omnes tri
bus terrę:q̃a quę vſq; ad ipſum Chriſtũ primi
parentis maledicto ſubiacebant:per ipſum
benedici & ſaluari meruerunt. Omnes gẽtes
magnificant eum,omnes vtiq;,omnes pro
certo:magnificãt eum:omnes omnino:præ-
ter Iudęum. Qui quoniã de numero iſtarum
gentium non eſt:& a benedictione omnium
tribuum terrę excluſus eſt:& ne cum omnibus
gentibus ipſum magnificare mereatur:repul-
ſus eſt. Quia igitur hęc aliter accipi nequeũt:
quia verax ſcriptura,non niſi hoc ſenſu ſtare
poteſt:neceſſe eſt vos o Iudęi,linguã blaſphe-
mam mutare:neceſſe eſt tot tantiſq; auctori-
tatibus preſſos:Chriſtum non ſolum homi-
nem,ſed & deum verum a modo cõfiteri. An
non ſufficiunt tot tantaq;, vt Chriſtum no-
ſtrum confiteamini dei filium:confiteamini
& deum? Superfluum iam videri poſſet:pluri
ma quę reſtant,de lege aut prophetis:adhuc
exempla proferre. Q; ſi veſtra vel vobis vilue
runt:vel magis aliena teſtimonia placẽt:au-
dite & de medio gẽtiũ prophetantẽ Sibyllam,
vt etiam per os gẽtilis fœminę ſpiritus dei cõ-
terat inimicos dei. Solet hic idẽ ſpiritus dei
hoc aliquãdo facere:& lingua gẽtili propheti-
ca vel diuina proferre. Fecit hoc ꝑ Iob iuſtũ:
non Iudęum ſed Idumęum. Fecit & per im-
pium Balahã:qui inter alia quę prædixit futu
ra:etiã ſolennẽ & notã de Chriſto protulit pro
phetiam. Videbo eum inquit,ſed nõ modo: Numeri.
intuebor illũ:ſed nõ prope. Orietur ſtella ex Ia xxiiij.
cob:& exurget virga de Iſrael. Et poſt quędã.
Heu quis victur⁹ eſt:qñ iſta faciet deus? Quid
ergo de Chriſto dixit Sibylla? Quale Chriſti Teſtimo-
deitati teſtimoniũ prębuit? Audite,& mulieri niũ Sibyl-
falſorum deorũ nomina execranti, Chriſtiq; lę de Chri
deitatẽ tam conſtãter & aperte fatẽti:cedite. ſti deitate
De Chriſti eñ paſſione inter plurima quę ꝓ-
phetice dixerat loquẽs,hęc ait. In manus in-
fidelium poſtea veniet. Dabunt autẽ deo ala
pas manib⁹ inceſtis:& impurato ore exſpuẽt
venenata ſputa. Dabit vero ad verbera ſim-
pliciter ſanctũ dorſum, & colaphos accipiẽs
tacebit:ne quis agnoſcat,q; verbum vel vnde
venit,vt inferis loquatur:& corona ſpinea co-
ronetur. Ad cibum autẽ fel:& ad ſitim acetũ
dederunt. Inhoſpitalitatis hanc monſtrabunt
menſam. Ipſa eñ inſipiẽs,deum tuũ nõ intel-
lexiſti:ludentẽ mortalium mẽtibus:ſed ſpinis
coronaſti:& horridũ fel miſcuiſti. Tẽpli vero
velum ſcindetur, & medio die nox erit tene-
broſa nimis in tribus horis,& morte morie-
tur, tribus diebus ſomno ſuſcepto: & tunc

ab inferis regreſſus, ad lucem veniat primus:
reſurrectionis principio reuocatis oſtẽſo. Hęc
Sibylla dixit de Chriſto: multo ante Chriſtum
tẽpore. Cuius verba ſuſcipiẽda non eſſe: dicere
non poteritis: quia licet carnis propaginẽ non
traxerit a populo dei: eadẽ tñ ſenſit, & profeſ-
ſa eſt: quę continet & fatetur lex dei. Audebi-
tis ergo gens miſera, deinceps Chriſtum nega
re deum: cum audiatis & per Prophetas ve-
ſtros, & per Gẽtilium ora: non Idola, ſed vnũ
deum colentiũ: tam aperte, tã lucide, tã pręcla
re: nec ſemel tñ, ſed millies vocari deũ? Iam
natum & cœlo ac terrę imperantẽ, negabitis
deum: cũ necdũ natum, cum ante multa ſecu
la, tot veraces teſtes: totiẽs & totiẽs fateantur
deum? Negabitis deũ: quẽ & in Euãgelio Chri
ſtianorũ, & in templis prophanis Paganorum:
ipſi quoq; demones quibus iam deteriores fa
cti eſtis: vt diuina fatebãtur deum?

❡ Capitulum. III. q Chriſtus nõ ſicut Iu-
dęi putant, tẽporalis rex: ſed ęternus ſit &
cœleſtis.

SEd quia iam de his ſatis eſſe poteſt: tertio
ſuprafatę diuiſionis loco, aduerſus alium
ſtultiſſimi erroris veſtri ſpiritũ: ſapiẽtię diui
nę ſermo pcedat, & quãtũ in hac parte deſipia
tis: oſtẽdat. Etenĩ quia Chriſtũ a Prophetis re
gem vocari auditis, quia regnum eius in ſcri-
pturis legitis: putatis eum tẽporalẽ regẽ futu-
rum: & more Dauid, Salomonis, ſeu aliorum
regum: in Hieruſalẽ, Iudęa: vel Galilęa: tẽpo-
raliter regnaturum. Somniatis eum ſup terre
num ſoliũ Dauid ſeſſurũ: gentibus oĩbus, aut
pene omnib⁹ imperaturũ: Iudęos a tanta tãq;
diutina captiuitate liberaturum: de vniuerſis
eos locis aut nationib⁹ reuocaturũ: & vndiq;
cõgregatos, ad illam veſtrã: cui ſoli ſemp bru-
ti homines ſuſpiratis, antiquę repromiſſiõis
terram: reducturũ. Proponitis inde vobis in-
numera ſcripturarum exempla: & quicquid
in eis de talibus longe alio intellectu dictum
eſt: deprauato ſenſu, ac terrenarum rerũ amo-
re ſepulto, ad id quod ſolum deſiderare con-
ſueſtis: beſtialiter retorquetis. Paſcitis infeli-
ces animas veſtras inani ſpe: & dum pertina
citer terrenis bonis & pereuntibus inhiatis,
cœleſtia & æterna quę inceſſanter cunctis pręter
vos gentibus a Chriſto aſſidue & promit-
tuntur & dantur, abijcitis. Rapiunt alij quoti-
die regnum cœlorum: vos fęces ſolũmodo car
nales, ſemper eruditi amare: fruſtra præſtola-
mini regnum terrarum. Inde eſt q ea quę de
æterno Chriſti regno, propheticis vocibus pręř
dicta ſunt: huic vanæ ſpei veſtræ coaptare co
namini. vt eſt illud Hieremiæ. Ecce dies ve-
niunt dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid ger-
men iuſtum: & regnabit rex & ſapiens erit: &
faciet iudicium & iuſtitiam in terra. Et de re-
ducenda captiuitate veſtra, poſt pauca. Et nõ
dicent vltra: viuit dominus qui eduxit filios
Iſrael de terra Aegypti: ſed viuit dominus qui
eduxit & adduxit ſemen domus Iſrael de ter
ra aquilonis, & de cunctis locis in quib⁹ diſper
ſi erant: & habitabũt in terra ſua. Hæc quidẽ
de Hieremia pponitis Sed & ſimile quiddã
de Ezechiele proponere poteſtis. Ecce ego di-
cit dominus, aſſumam filios Iſrael de medio
nationum ad quas abierunt: & cõgregabo eos
vndiq; & adducam eos ad humum ſuam. Et
faciam eos in gentem vnam in terra, in mon
tibus Iſrael & rex vnus erit omnib⁹ imperãs.
Et infra. Et ſaluos eos faciam de vniuerſis
ſordibus ſuis in quibus peccauerunt: & mun-
dabo eos. Et erunt mihi populus, & ego ero
illis deus: & ſeruus meus Dauid rex ſup eos:
& paſtor erit vnus omnium eorũ. Sunt & alia
plura ſimilia iſtis, quę ſicut ſplẽdore ſuo vos il-
luſtrare potuerunt: ſic culpis veſtris hoc promę
rentibus, carnales oculos veſtros lumen ſpiri-
tuale non ferẽtes excęcauerunt. Q diu igitur,
o Iudęi, hic bouinus intellectus cordibus ve-
ſtris inſederit: nec ſcripturas dei videre, nec
Chriſtum agnoſcere, nec a falſitate auerti, nec
ad veritatẽ conuerti: conatu aliquo poteritis.
Abijcite ergo, ſi mihi creditis, ſenſum: cũ quo
ſemper non ſenſati ſed inſenſati apparebitis:
& ſumite intellectum, quo veritatem agnoſce
re, quo Chriſtum ſuſcipere, quo regem & re-
gnum, non quale ſentitis, ſed quale ſentiunt
ſcripturę: mereamini adipiſci. Hoc ſi nõ vul-
tis: ſed in inſania ſolita permanere decerni-
tis, & magis ſcripturas ſenſui veſtro applica-
re: q̃ ſenſum veſtrum ſcripturis inclinare diſ-
ponitis: audite eas vobis reſiſtentes: & peruer
ſo intellectui veſtro contraria proponentes.
Ac primum quiſquis es inter prophanos hoſ
acerrimus diſputator: procede, exere vires: &
deo loquenti, ſi potes, repugna. Vis certe Chri
ſtum carnalem regem: Chriſti regnum pręſto
laris terrenum. Reſponde ergo deo, per Pro-
phetam loquenti. Dicite filiæ Sion. Ecce rex
tuus venit tibi manſuetus. Quis eſt rex iſte?
Forte dauid, forte Salomon, forte aliquis prę
tentorum regum Iuda vel Iſrael. Sed non po
tes o Iudęe hoc dicere. Quare? Quia hoc pro
hibet tempus Prophetæ. Et quis eſt hic Pro
pheta? Zacharias. Et quo tpe fuit hic Zacha-
rias? Poſt omnes reges Iuda: poſt vniuerſos p-

Argumẽta Iudæorũ ad pbãdũ regnũ Meſſię tẽporale eẽ.
Hie. xxiij

Ezechiel. xxxvij.

Primo refellit opio Iudęorũ auctorite pphetę
Zach. ix.

teriti temporis reges Iſrael. Nam tẽpore Da-
rij factum eſt ad ipſum verbum domini: ſicut
narrat ſeries prophetiæ ipſius. Dari⁹ vero hic:
Chaldaici regni cum Cyro ſubuerſor, & capti-
uitatis Iudaicæ, quæ p̃ Nabuchodonoſor fa-
cta fuerat: dimiſſor extitit. Omnes autẽ reges
Iſrael vel Iuda: ante illam Babylonicam capti
uitatẽ regnauerũt. Conſtat igitur: quia de nul-
lo eorum qui iam & p̃ceſſerant, & defecerant,
dictũ eſt: Ecce rex tuus venit tibi manſuetus.

Obiectio prima.

Q̃ ſi mihi Ariſtobolum quẽdam oppoſueris,
qui longo poſt Zachariã ꝓphetã tẽpore: Dia-
dema Iudaici regni ſibi impoſuit. Reſpõdeo,

Reſpõſio

non hoc de illo ſenſiſſe Prophetam, qui cõtra
phas / deiq; p̃ceptum: cum ſacerdotio & regnũ
inuaſit. Q̃d q̃a eo indign⁹ erat: vix anno vno
obtinuit. Nec enim poterat diu principari: qui
a deo ꝑ tam illicita re meruit reprobari. Si ve-
ro Herodem ꝓponas: nec de illo hoc dictũ eẽ,

Obiectio ſecunda.

manifeſtũ ẽ. Propheta enim ſic loquit̃. Ecce
rex tuus, venit tibi mãſuetus. Sed Herodem

Reſpõſio

non Iudæum, ſed alienigenam fuiſſe, nõ mã-
ſuetum, ſed immitem, ferocem, crudelẽ, vxo-
ris, filiorum inſup occiſorem extitiſſe, hiſtori-
co ipſorum Iudæorum Ioſepho ſcribente: cer-
tum eſt. Si vero alios eius filios, Archelaum,
Herodẽ, vel cæteros patrij regni Tetrarchas
obijcias, notum eſt, iam dicto hiſtorico referẽ-
te, Archelaum ſtultum regem regno pulſum
ab Auguſto: apud Viennam conſenuiſſe. He-
rodem vero cum Herodiade ſua, a Gaio Au-
guſti tertio ſucceſſore exilio dãnatum: in Hiſ-
paniæ partibus, infelicẽ vitam miſerabili mor
te finiſſe. Notum eſt, & cæteros qui non toti
Iudæorum regno, ſed certis partibus principa
ti ſunt: vix vſq; ad excidiũ Hieruſalem, & to-
tius Hieroſolymitani regni ꝑduraſſe: & tandẽ
Veſpaſiano & Tito totã illã terrã vaſtantib⁹,
vario exitu interiſſe. ❡ Sed forte, vt etiam no-

Obiectio tertia de quodam riſu digno.

uum riſum de te toti mundo exhibeas: in illo
noſtri temporis aſinino rege ꝓphetiam hanc
completam dices, qui in Aphricæ partib⁹ / cõ-
tra noui nominis regẽ, videlicet de Marroch,
inſurrexit. Qui cauſa nephandæ, hoc eſt, Ma-
humeticæ ſectæ, illius ꝑditæ gentis infinitam
multitudinẽ ſibi adiungẽs: cum ante plebeius
eſſet, paulatim in maius peſſimo ꝓfectu ꝓfe-
cit: ac ſæpe cum iam dicto rege dimicans, fre-
quenter ſuperior in prælijs factus eſt. Et quo-
niam primis ꝓuectus ſui diebus, vt facili⁹ ſi-
bi ſtultum populum ſimulata humilitate con
ciliaret: aſino inſidere ſolitus erat: aſinorũ rex
vulgo vocatus eſt. Talẽ huius famam cum Iu-
dæi accepiſſent: ſtatim in ſpem animos erexe-
runt: & plures ex ipſis, regem illum ſuum quẽ
ſup aſinum aſcẽſurum ꝓpheta iam dictus præ
dixerat: veniſſe dixerunt. ❡ Quid agis / o Iu-
dææ! Nõne erubeſcis! Nõne confunderis hæc

Confutatio.

dicta a tuis! Talis eſt ſpes tuorum, tam vana,
tam ſtulta, tam ridiculoſa expectatio Iudæo-
rum. Quis digne poterit tantam ꝑditorũ ho-
minum inſaniam deridere! Execrãdi erroris
hominem, doloſum, crudelem, non aliquorũ
hominum tñ, ſed multorum populorum occi
ſorem: regem mãſuetum, regẽ mitem, regem
benignum: Iudæi interpretati ſunt. Cur ſaltẽ
non attẽderunt, q̄ nec de terra, nec de regno
q̃d quondam fuerat Iudęorum: nec de ip̃a ſal-
tem vltima ſtirpe ꝓceſſerat Iudęorum! Vides
certe q̄ lõge ꝓiecti ſunt huiuſmodi homines
a facie dei: qui nullo cuiuſlibet labore, quæ ve-
ra ſunt: qui tam leuiter ſequunt̃, quæ falſa ſũt.
Et quoniam ea ſolum de cauſa, vt ꝓdigioſos
homines oſtẽtui facerẽ, hoc inſerui: ſuccedant
ſequẽtia. Nam his omnibus excluſis, conſtat:
de nullo horum a deo ꝑ Prophetam dictum
filiæ Sion, hoc eſt, Iudæis. Ecce rex tuus venit
tibi manſuetus: ſedens ſup aſinam. Quẽ vero
regẽ hic ꝓmiſſum accipis, vl' accipe potes: niſi
Chriſtum! Nam iam dictis regibus excluſis,
nullus alter rex ſupeſt: de quo iſta ꝓphetam di
xiſſe poſſit ꝓbari: niſi Chriſtus. Vnde neceſſe
eſt inuictæ veritati te cedere & non de quoli-

Exponẽda eſt propheta de Chriſto, ſed ſpiritu aliter.

bet alio rege, ſed de Chriſto, filiæ Sion dictum
eſſe. Ecce rex tuus venit tibi mãſuet⁹. Sed / vt
ſupra p̃miſſũ ẽ regẽ vis Chriſtũ carnalẽ, tp̃alẽ,
more magnorum regum in ſublimi ſolio reſi-
dẽtẽ: purpura, gemmis, auroq; renitentẽ, diui-
tijs exuberantem, hoſtes ſibi armis & viribus
ſubijciẽtem: latius cunctis Iudæorum, vel gen
tium gẽtibus imperantem. Sed non talis rex
Chriſtus: non tale a ꝓpheta dicit̃ regnũ Chri-
ſti. Hoc quomodo! Audi. Mox enim (vt Pro-
pheta p̃miſit, Ecce rex tuus venit tibi manſue
tus: addidit. Ip̃e paup, & aſcendens ſup aſinã,
& ſup pullum filium aſinæ. Attẽde Iudæe, ex-
ꝑgiſcere: intellige ꝓphetã tuum. Quid dicit!
Ipſe paup, & aſcẽdens ſup aſinam: & ſup pullũ
filiũ aſinæ. Quis eſt iſte, & rex, & paup! Quis
eſt iſte, & rex, & aſcẽdens ſup aſinam! Quis ẽ
iſte, & rex, & aſcẽdẽs ſup pullũ aſinæ! Quid re-
gi, & paupertati! Quid regi, & aſinę. Expone:
quomodo rex ſecundum te ditiſſimus, paup
a ꝓpheta dicat̃: quomodo nõ ſup ſupbum &
ſpumeum equum, ſed ſup aſinam & pullum
filium aſinę: aſcenſurus ſcribatur. Nam equis,
vel ſaltẽ mulabus, vel burdonib⁹ vehi, regum
ac potẽtum eſt: aſinis vel aſinab⁹, pauperum

& egentium eſt. Dic ergo, loquere: iunge iuxta
intellectum tuum, regẽ & pauperiem: abundã
tiam & pœnuriam: ſublimitatẽ & vilitatem.
Sed non potes. Procede ergo, & lege ſequẽtia.
Diſperdam quadrigam ex Ephraim, & equũ
de Hieruſalẽ: & diſſipabitur arcus belli. Quis
eſt iſte rex, tam pauper: vt paupertate multa
cogatur aſcẽdere ſup aſinam & pullum aſinę.
tam pacificus: vt in aduẽtu ſuo diſpdat quadri
gam ex Effraim, & equum de Hieruſalem: &
diſſipet arcum belli? Quem regẽ adeo in re-
gno ſuo florentem, & ſecurũ inuenire poteris:
vt multa pacis ſecuritate quadrigas, & equos
abijciat, & arcum belli, hoc ẽ, omnia bellica in-
ſtrumẽta contẽnat? Nõ eſt hæc, non ẽ hęc pax
alicuius regis, vel regni terreni. Relege ipſius
Salomonis tẽpora, & inuenies eum: nõ ſolum
quadrigas, equos, arma bellica quę repperit,
de Hieruſalem vel Iſrael non abieciſſe: ſed po
tius i immẽſum modum auxiſſe. Quod ergo
a tam pacifico rege, in tam pacato regni eius
tẽpore factum non eſt: aliquando ab aliquo re
ge terreno poſſe fieri credẽdum eſt? Sed proſe-
quere. Et loquet pacẽ gentibus, & poteſtas ei9
a mari vſq; ad mare: & a fluminibus vſq; ad fi
nes terræ. Quid & hic dices? Cõpara rurſum
iam dicti regis pauptatẽ: & hãc quã legis ipſi9
poteſtatem. Paup ait, iſte dominabitur a ma-
ri vſq; ad mare & a fluminib9 vſq; ad fines ter
ræ. Et quæ ẽ tam monſtruoſa pauptas, q iſte
pauper dicitur: qui dominatur a mari vſq; ad
mare? Quę iſta tam prodigioſa poteſtas: vt do
minãs a mari vſq; ad mare, adeo pauper ſit:
vt cogat aſcendere ſup aſinam, & pullum fi-
lium aſinæ? Sed quid totiens replico: quę cla-
riſſima ſunt? Non eſt mirum. Iudæo loquor,
ſurdo loquor, ſaxeo loquor. Aut igit Iudęe: in-
ueni mihi regẽ pauperem: inueni mihi domi-
nantẽ a mari vſq; ad mare: & egeſtate nimia
aſcẽdentẽ ſup aſinã, & pullũ filiũ aſinę, qđ nõ
potes: aut ſuſcipe Chriſtũ noſtrum regẽ, & do-
minãtẽ a mari vſq; ad mare. quia Deus omi-
potẽs ẽ: pauperẽ & aſcendentem ſup aſinã &
pullum aſinæ: quia verus homo ẽ, qđ ſolũ po-
tes. Qui cum eſſet Deus, non tm̃ homo ppter
homines: ſed ppter eoſdẽ, paup homo factus ẽ
Hoc, quomodo aſinam aſcẽderit, quomodo
ſedẽs ſup eam vel pullum eius: ad filiam Sion
hoc eſt, veſtrã tunc Hieruſalẽ in pximo paſ-
ſurus venerit: lege Euangelium noſtrum: & p
illud abſq; inuolucris pbare poteris: veridicũ
fuiſſe pphetam tuum. Sed forte more tuo lucẽ
Obiectio Iudaica. fugiens, tenebras quęrẽs: veritate explicari ab
errore nolens, falſitate implicari dæmonico
quo ageris inſtinctu eligẽs: dices. Quid me ſu-
per rege & aſina vrgere vis? Quid mihi regẽ
& pullum aſinæ obijcis? Nonne multi poten-
tes, nonne multi diuites: aſinis vel aſinabus,
aſinorum vel aſinarum pullis vecti leguntur?
Nõne liber Iudicũ refert Iahir Galaaditẽ, qui Iudic. x.
iudicauit Iſrael. xx. & duos annos, habuiſſe
xxx. filios ſedẽtes ſup. xxx. pullos aſinarum?
Nonne ex eorundẽ Iudicum numero legitur Iudic. xij.
Abdon filius Aelel Pharatonites, habuiſſe. xl
filios, & . xxx. ex eis nepotes, aſcẽdentes ſuper
lxx. pullos aſinarum? Nec potes negare, filios
vel nepotes tantorum Iudicum, qui de toto Iſ
raelis populo iudicabant: eiq; ante reges, regũ
vice principabãt: diuites fuiſſe, nec inopia cõ-
pellẽte, ad iter agẽdum aſinarum pullis vſos
fuiſſe. Hoc ſi verum eſt, nõ valet obiectio tua,
qua cõtra nos agis: non poſſe ex verbis pphe-
ticis quẽlibet terrenum accipi regẽ, ac ſimul ſu
per pullum aſinæ aſcendẽtem. Ad quod ego.
Nolo inquã, conqri: te ſup his a me vrgeri. Vr Reſpõſio
geo, vrgeo plane, immo & purgeo: vt aduertas
pcul eſſe a ſenſu pphetico intellectum tuum,
quo & regẽ tẽporalẽ quęris: & eum ſup aſinam
vel pullũ ei9 aſcẽſurũ nõ diffiteris. Nec tibi ſuf
fragari poterũt centũ quos enumeraſti filij vel
nepotes Iudicũ Iſrael, quos ad hoc adduxiſti:
vt & diuites fuiſſe oſtẽderes: & qa pullis aſina-
rũ quo libuit, deuecti ſũt: nõ eẽ verũ, qđ de rege
nr̃o pbare intẽdim9, cõprobares. Et noui eq-
dem, nec adeo immemor ſum ſacræ ſcriptu-
ræ, vel vſus humani: multos potẽtes ac diuites
vectos eẽ, vel vehi potuiſſe aſinabus, vł pullis
earum. Recordor certe magni patris tui Abra
hæ, qui & diues fuiſſe legitur: & aſinũ ſibi ſtra
uiſſe. Q diues fuerit, habem9 teſtẽ Damaſcũ
ſeruũ eius: cuius erat cognomẽ Eliezer. Verba
eius ſunt loquẽtis ab Laban: & ad reliquos con
ſanguineos gñis Abrahę. Seruus (inquit) Abra Geñ.
ham ſum: & dominus bñdixit domino meo xxiiij.
valde. Magnificatuſq; ẽ: & dedit ei oues & bo-
ues, argẽtum & aurũ, ſeruos & ancillas, came-
los & aſinos. Hæc (inquam) quæ prolata ſunt:
oſtẽdunt, q diues fuerit. Q vero aſinum ſi-
bi ſtrauerit: audi, & de eodem de quo iſta ſunt
Geneſis libro. Nam quãdo a deo immolatio-
ne filij, fides eius tẽtata ẽ: legit. Igitur Abrahã Geñ. xxij
de nocte cõſurgẽs: ſtrauit aſinum ſuum ducẽs
ſecum duos iuuenes: & Iſaac filium ſuum No
ueram hæc anteq̃ de his tecum Iudæe agerẽ.
Noueram, & Axã filiam Caleph diuitis homi Iudicũ. j.
nis: aſino inſidẽtẽ ſuſpiraſſe, ac dixiſſe patri.
Terram auſtralẽ & arentẽ dediſti mihi, iunge
& irriguã. Sed nec illa quæ a te obiecta ſunt:

nec illa q̄ obiectioni tuæ a me adiuncta ſunt
in aliquo ſaltē in modico tibi ſuffragant̄. Obij
Solutio obiectionum. cis filios Iudicū diuites fuiſſe:& tamē aſinab⁹
inſediſſe. Addo & ego velut ꝑ parte tua agēs,
Abraham diuitem/aſinum ſibi ſtrauiſſe: diui
tis hominis filium ſup aſinū reſediſſe: nec ta-
men ex ꝓpoſitis te aliquid ſenſui tuo cōſonās
effeciſſe. De nullo enim horum legit̄, de nullo
ſcribit̄: ꝙ rex fuerit, ꝙ paup extiterit, ꝙ pau-
ptate multa ſup aſinam vel pullum eius aſcē-
dere ad iter agēdum compulſus fuerit. Aliud
eſt, aliud plane eſt: ſi antiquorum diuitū qſq̄,
vel vſu tēporis, vel fortuito motu animi: q ve-
lut ex adipe diuitiarum ꝓdiēs: familiaris eſſe
diuitibus ſolet: aſino interdum, aut ſæpe vehi
voluit. Aliud, vtrum quilibet antiquorum vel
modernoꝝ rex ſimul & paup: cogēte vt dictū
eſt, pauptate: talib⁹ vehiculis vſus intelligi poſ
ſit. Quocunq; ergo te conuerteris: non patet
exitus. Aut enim fateberis regē: & remouebis
pauperē. aut ſi pauperē dixeris: regē nomiare
nō poteris. Qd vtrūq;, vt veraciter fateri poſ-
ſis, ac cœleſtis ſcripturæ ſenſui conſonare: abij-
ce Iudaicum animum, obſtrue os blaſphemū:
& aſſumpto Chriſtiano intellectu, Chriſtū re-
gem æternum ex deitate: pauperē hominem
ex aſſumpta ꝓ hominibus humanitate: & cor
de crede ad iuſtitiam: & ore confitere ad ſalu-
Scdo autoritate. Eſa.lij. tem. Sed fiat hinc rurſum tranſitus, ad Eſaiā.
Audi qd ſimile & ipſe dicat. Ecce inquit itelli
get ſeruus me⁹, & exaltabit̄, & eleuabit̄, & ſub
limis erit valde. Quis loquit̄ p Prophetā? vtiq;
Deus. Ecce (ait) intelliget ſeruus me⁹. Sed mul
ti ſunt ſerui eius. Ab illis tamē hunc diſtiguit:
cū dicit. Exaltabit̄, & eleuabit̄, & ſublimis erit
valde. Sed multi a deo exaltati ſunt, & eleua-
ti, & ſublimes facti. Quomodo ergo a multis
iſtis ſeruus iſte dei ſecernet̄? Procede. Sicut ob
ſtupuerunt ſup te multi: ſic inglorius erit inter
viros aſpectus eius: & forma ei⁹ inter filios ho-
minum. Quid tanto Prophetæ reſpondebis
Iudæe? Mēdacem eū nec audes cogitare. Ve-
rum eſt ergo, quod dicit. Reſpondes. Verū pla
ne. Quis eſt igitur ſeruus iſte dei, exaltatus, ele
uatus, & ſublimis valde: cuius econtrario aſpe
ctus inter viros inglorius eſt: cuius forma ſine
gloria inter filios hominum ē? Quære, labora:
dic ſi quid potes. Lege tamē adhuc. Iſte aſper
get gētes multas. Sup ipſum cōtinebunt reges
os ſuum. Quis eſt hic rurſum, qui dicit̄ aſpge-
re gētes multas: & ſup quem dicunt̄ reges cō
tinere os ſuum? Certe ille idē, qui dictus eſt ex-
altatus, & eleuatus, & ſublimis factus. Et quis
iſte tantus, tam potēs, tam magnus: vt & gen
tes multas aſpgat: & ſup ipſum contineant re
ges os ſuum? Plane non ſolū magnus, ſed ma-
ximus: non ſolum potēs, ſed potētiſſimus: cu-
ius magnitudinē reges pauētes: cuius potētiā
admirantes: continēt ora, loqui non audent:
expectant velut maioris nutum: ſuſtinent ve-
lut dominantis imperium. Hic tamen ille eſt:
cuius aſpectus inter viros iglorius dicitur: cuius
forma inter filios hominum abiecta prædica-
tur. Quæris fortaſſe quid reſpondeas: & quali
ter mētiri, & cœleſte oraculum in ꝑuerſum in-
terpretari poſſis, laboras. Sed nuſq̄ patet tibi
adit⁹ anguſtias euadēdi: neq; lux cœleſtis Ae-
gyptiorum tenebrꝭ offundi, vel fuſcari poteſt.
De quo enim regum, de quo principum, hæc
tam diuerſa, tam contraria: interpretari pote-
ris? Quis ē ex omnibus quos fingere vales: ex-
altatus & inglorius, eleuatus & inglori⁹? Subli-
mis valde, & inglorius? Quis ē hic tantus, tāq;
tremēdus: vt coram ipſo reges loqui nō aude-
ant: cuius tamē formam, filij hominum contē
nāt? Et qa noui te nihil ſup his ſacris verbꝭ, quo
ſenſum iſtum rationabiliter ꝑuertere valeas,
inuēturum: compellens vi rationis ad nos re-
dire. & quis iſte ſit, de quo tam contraria ſcri-
bunt̄: inquirere. Merito, ſicut & inter hæc pro-
phetica verba ſcribit̄, multi ſup hunc de quo
tam vana dicunt̄, obſtupuerunt: ſed nō omes
ſicut tu, increduli ꝑmāſerūt. Obſtupuerūt qdē
miraculū ſingulare: ſed ipō ſtupore ſuo, nō oēs
quidem, ſed multi conuerſi ſunt ad Chriſtum:
dei ſuumq; ſalutare. Hūc quippe, non alium: Expoſitio vera.
hunc plane Chriſtum noſtrum, non alterum:
intellexerūt exaltatum, eleuatum, & ſublimē
valde factum. & rurſum aſpectum ei⁹ inter vi-
ros inglorium: & formā eius contemptibilē in-
ter filios hominum. Exaltatum, eleuatū, ſubli
mem valde factum. quia (vt ait Apoſtolus nr̄)
Deus in homine quē aſſumpſerat, eum exalta Pſal.ij.
uit: & dedit illi nomen quod ē ſuper omne no
men: vt in nomine Ieſu oē genu flectat̄, cœle-
ſtium, terreſtrium, & infernorum. aſpectū ei⁹
inglorium: & formam contēptibilē inter filios
hominum. quia (vt idē præmiſit) factus ē obe
diens vſq; ad mortem: mortē autē crucis. Sup
ipſum continent reges os ſuum: quia ſummi
reges vel principes orbis, ora ad ſilēdum dau-
dētes: aures ad audiendum aperiētes: audiūt
eum, vt principē principum, obtemperant ei,
vt regi regū: obſequunt̄ ei, vt domino ✠ domi Als ✠ dominātiū.
norum. Vñ quia de nullo mortalium iſta dici:
quia in nullo hominum tam contraria reperi-
ri poſſunt: Chriſtum noſtrum in verbis illis
neceſſe ē te ſētire, agnoſcere, ſuſcipe, Nec illud Obiectio.

qđ fortaſſe obijcere poſſes: pterire nos potuit, multos regum vel principum, pri⁹ magnos & ſublimes fuiſſe: ac poſtmodum a principatus potētia, vel regni gloria: diuerſis caſibus exci-
Respõſio diſſe. Sed recordare: quia ſermo de Chriſto ē, quē tu nunq̄ miſerū, ſed felicē: nūq̄ ſubditum, ſed dominantē: nunq̄ inglorium, ſed glorioſū futurum eſſe contēdis. Q d vt excludat̃: vt in Chriſto non temporale regnum, ſed ęternum intelligat̃: vt non humana, ſed diuina gloria in eo aduertat̃: iſta ppoſita ſunt. Nam credo te non adeo inſanire: vt hæc pphetica verba: ab ipſius pphetæ tēpore, ſup aliquo regum Iuda: vel cuiuſlibet gētis rege, coneris exponere.
Obiectio alia. Sed fortaſſis hæc vel regi Manaſſe, filio Ezechiæ, captiuato: ac poſt modum in regnum reſtituto: vel Ioſiæ ab Aegyptijs interfecto: vel Ioachin, ſiue Sedechię in Babylonē ductis: Iudaica verſutia coaptare conaberis. Hi em̄ ſoli de regibus Iuda: poſt tēpora hæc pdicentis pphetæ: a regni gloria vidētur excidiſſe. Sed fruſtra id conaberis. Nunqd enim Manaſſes rex
Solutio. impi⁹, ſeruus dei dicit̃? Nam hoc præmiſſum eſt. Ecce intelliget ſeruus meus. Nunquid idololatra, nunquid prophanus, nunquid ille qui (vt legit̃) multo nimis ſanguine inoxio imple-
iiij. Reg. xxj. uit Hieruſalem vſq; ad os: ſeruus dei dicit̃? Et vocatur quidē alio in loco Nabuchonoſor rex peſſimus ſeruus dei, non quia bonus fuit: ſed quia volūtati dei, licet nō laudanda volūtate, cōtra gētes impias dimicās: deſeruiuit. Sed Manaſſen, licet pœnituerit: ſeruum dei ſcriptura dei non nominat: nec q aliquid militaris exercitij deo impenderit: narrat. Non igitur Manaſſes ſeruus dei dictus ē. Inde apparet: q ſcriptura hæc, de ipſo plata non eſt. Sed nec ipſi, nec Ioſiæ, nec reliquis: verba tam ſublimia, tā ſolēniter plata, totienſq; repetita congruūt: vt exaltati, vt eleuati, vt valde ſublimes dicātur. Nam licet reges fuerint, ſuperant tamē verba pphetica eoꝝ magnitudinem: ſuperant ſublimitatē. Nec illud etiam alicui eorum cōuenit: qđ ſeqt̃. Sicut obſtupuerūt ſup te multi. Quis enim obſtupeſceret, rege quolibet exaltato ac poſt humiliato: eleuato & deiecto: ſublimato, & de ſublimitate depoſito? Hoc enim vſitatū eſt. hoc de regibus & potētibus conſuetū. Non autē de re ſolita, obſtupere homines ſolent. Rē igitur illam, ſup quam obſtupuiſſe multi a ppheta dicunt̃, ſingularē, mirabilē, inuſitatam eſſe: neceſſe eſt. Hoc ſi verum ē: nec de captiuatis, nec de occiſis, nec de quolibet infortunio affectis regib⁹, vel cuiuſlibet dignitatis hominibus: hoc dictū eſt. Sed & illa quis nō videat,

nec iſtis, nec aliquibus Iudæoꝝ regibus conuenire: Iſte aſpget gētes multas: & ſup ipſum continebunt reges os ſuum? Et ne illa quæ clara ſunt, frequēti replicatione obſcurent̃: breuiter dico. Si de nullo regū Iſrael, vel Iuda. ſi de nullo prſus Iudæorū, qui vſq; ad hæc noſtra tēpora fuerunt: ſcriptura hæc intelligi poteſt: tūc de nullo alio, niſi de Chriſto a pphetis pdicto: accipi poteſt. ¶ Reſtat igit̃, vt hæ pphetica voces: de Chriſto tm̄ accipiāt̃. Nec tamē de Chriſto a vobis fallaciter expoſito: ſed de Chriſto a nobis veraciter intellecto. Non de Chriſto tēporaliter dominante: ſed de Chriſto æternaliter imperante. Non de Chriſto regnante more regum in terris: ſed de Chriſto more dei pſidente vniuerſis quæ in terris ſunt, & in cœlis. Qui & ſeruus dei a ppheta ſcribit̃: qa exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiēs: & ſublimis valde, om̄i creaturæ pſidens, & inglori⁹: ignominioſæ paſſioni ſe ſponte ſubmittens. Qui aſpgit gētes multas: quas vbiq; baptizari, ſacra baptiſmatis vnda præcipit. Sup ipſū continent reges os ſuum: quia vbiq; ei nō tm̄ alioꝝ rum: ſed & ipſoꝝ regum tumor obedit. ¶ Aduerte ergo Iudęe, qđ dicit̃: intellige ſcripturam q̄ loquit̃: crede Chriſto qui pdicatur: erubeſce tuam incredulitatem: Imitare gētium fidem: de quibus idē ppheta, ſtatim ſubdit. Quia quibus non ē narratum de eo, videbunt: & q non audierunt, contēplati ſunt. Hinc ad ea quæ ſequūt̃, feſtina. & licet id plene oſtēderit q̄ pmiſſa ſunt: Chriſti regnū, carnale, vl' tēporale, nec fuiſſe, nec futurum eē: rurſum ex ſequentibus agnoſce. Et vt plixitatis (quātum materies aſſumpta pmittit) tędium fugiam. quicquid in
Eſaia legit̃, a verſu illo, cui⁹ initiū ē. Quis credidit auditui noſtro. vſq; ad illum. cuius ē principium. Lętare ſterilis quæ non paris. totū tibi ppono. Credo, q de nullo alio multa illa plata ſentis: niſi de Chriſto. Cui em̄ cōgruere pōt, qđ Propheta ait. Brachium domini cui reuelatū eſt: niſi Chriſto? Cui congruere poteſt, Gn̄ationem eius quis enarrabit: niſi Chriſto? Cui cōuenire poteſt, q iniquitatē non fecerit, nec dolus fuerit in ore eius: niſi Chriſto? Cui adaptari poteſt: Iuſtificabit ipſe iuſt⁹ ſeruos meos multos, & iniquitates eorum ipſe portabit: niſi Chriſto? De quo credi poteſt, Oblatus ē: quia ipſe voluit & nō apuit os ſuum: niſi de Chriſto? Hūc em̄ tm̄ de quo tāta dicuntur: non de cōmuni quorumlibet hominum numero, ſed ſupra omnē hominem eē: quis non videat? Da enim mihi ſi potes, præter Chriſtum, aliquē: qui brachiū domini, hoc eſt, virt⁹ domini dici debeat. Da

Nota in Eſaia quę dicuntur de Chriſto.

quælibet: cuius gñatio aut non enarrari poſſit. da hominẽ qui iniquitatẽ non fecerit, nec dolus fuerit in ore eius. da quempiam qui ipſe iuſtus exiſtens, alios multos iuſtificet: & iniquitatem eorum portet. Da ſi quem habes, qui oblatus ſit: quia voluerit: & non aperuerit os ſuum. Nam ꝗuis tu Chriſtum tuum non intelligas niſi hominẽ. ſunt tamẽ ex parte iſta quæ dicũtur: ſupra hominẽ. Vide enim, & nõ Iudaice, ſed iuſte iudica. vtrum brachium domini, hoc eſt, virtꝰ domini homo: & tñ hõ accipi poſſit. Deus enim virtus hominis: non hõ virtus dei dicitur. Hæc plane vox, hominis ad deum ẽ. Pſal.xx. Domine: in virtute tua lętabiť rex. Qꝛ ſi rex qui alios potẽtia & dignitate ꝓcellit: virtus dei non eſt: immo ipſe in virtute domini lętať: claret, ꝙ is qui brachium domini diciť: nõ ſolum inferioribus, ſed & ipſis regibus principať. Cũ vero audis, gñationem eiꝰ quis enarrabit. nõne intelligis, ꝙ eiꝰ gñationẽ, ab humana & cõmuni ſecernit? Et quidẽ ſolius dei eſt, noſſe: qͥliter corpus humanum ex ſuſcepta materia cõpingiť in vtero matris. ſed tñ patet oibꝰ: quo vſu gñatio carnalis ꝓcedat. Quod igitur omnibus notum ẽ, quod neminem latere poteſt: ſingulare & velut inenarrabile facit ꝓpheta. Nõ ergo tibi videť, ꝙ ille cuius gñatio in tantũ ab humana ſecerniť: vt etiam inenarrabilis dicatur, non ſolum homo: ſed & ſupra hominẽ eſt? Si vero verbum ꝓpheticum, etiam de illa ſublimiore, & æterna dei filij a deo patre gñatiõe accipiať: multo magis inde Chriſtus, non ſolum homo: ſed & ſupra hominem eſſe ꝓbabitur. Nam illa de patre gñatio: multo plus admirabilis, longe amplius inenarrabilis: ꝗ̃ illa de virgine eſt. Quid inde conijcis, qd ęſtimas cum audis de eodem dicentẽ Prophetam. Qꝛ iniquitatem non fecerit: nec dolus fuerit i ore eius? An non recordaris verborũ illorum, non eſt mũdus ſup terrã a peccato, nec infans vniꝰ diei? Qui ergo iniquitatẽ non fecit, in cuiꝰ ore dolus non fuit: non tibi videť hominem exceſſiſſe, non tibi videť ſupra hominem eſſe? Attẽde & illud. Iuſtificabit ipſe ſeruus meꝰ multos: & iniquitates eoꝝ ipſe portabit. Qui ergo iuſtꝰ dicitur, qui iuſtificare multos ſcribiť: qui iniquitates eoꝝ portare ꝑdicatur, qd ſolius dei ẽ: vide ſi ſolum mõ hõ, & nõ plus homine: iuſte intelligi, credi, vel accipi poteſt. Hoc cui obſcurũ eſt: abſqꝫ alicuius ſapiẽtis contradictione, non hõ: ſed pecus eſt. Illud quoqꝫ qd legis, oblatus ẽ: quia ipſe voluit. nonne communẽ hominum numerum excedit? Quis enim hominũ ſponte moritur: quis volẽs occidiť? Hæc idcirco pręmiſi: vt quicquid ꝓpheta in ſerie iam dicta loquiť: non niſi de Chriſto accipi poſſe credatur. Conſtat enim: quia hæc de homine dicuntur. Sed quia hominẽ illum, ſupra hominem eſſe neceſſe ſit: ex iam dictis colligitur. Nullus aũt hominum præter Chriſtum: ſupra hominem inueniť. Et quoniam tu Iudæe, nullum Chriſto maiorem eſſe poſſe cõfirmas: quia vnum hominem maiorẽ alijs, te tuus ꝓpheta cogit fateri: neceſſe ẽ, vt hũc qui maior cũctis diciť: nõ niſi Chriſtum ſentias. De Chriſto igiť, hęc vniuerſa dicunť. Et quia hæc vniuerſa de Chriſto dicunť: reſtat ꝓbare, qd ꝓpoſitum fuerat. vtrũ regnum Chriſti terrenum, & temporale eẽ: vt vt tu Iudæe arbitraris, exiſtimandum ſit. Percurre ergo prophetam. Non eſt ſpecies ei, neqꝫ decor. Et vidimus eum, & non erat aſpectus. Et deſiderauimꝰ eum deſpectum, & nouiſſimum virorũ: virum dolorum & ſciẽtem infirmitatem. Et quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus. Vnde nec reputauimꝰ eum. Quid hic regium ſonat? Quid hic regale videť? Vbi aurum? vbi purpura? vbi gẽmea corona? Vbi argẽteum ſolium? vbi potẽtia, & faſtus imperantis? Non eſt ei ſpecies, non ẽ decor, non eſt aſpectus. Deſiderať tamen deſpectus: nouiſſimus ẽ viroꝝ, vir eſt doloꝝ, vultus eiꝰ abſcõditus ẽ: nec ipſe reputatus eſt. Proſequere, & nõ cũcta, ſed quædã, breuitatꝫ gratia excerpe. Et nos putauimꝰ eum quaſi leproſum. & ꝑcuſſũ a deo, & humiliatum. Ipſe autẽ vulneratꝰ eſt ꝓpter iniquitates noſtras: attritꝰ ẽ ꝓpter ſcelera noſtra. Et poſt aliqua. Sicut ouis ad occiſionẽ ducetur. & paucis verbis interpoſitis. Qui abciſus eſt de terra viuẽtiũ. Et tãdem. Tradidit in mortẽ animam ſuam: & cum ſceleratis reputatus ẽ. Quid dicis Iudæe? Nonne obſtupeſcis? Coactus es iam vi rationis: iſta de Chriſto ſentire. Vbi ergo in his vniuerſis, temporale regnum eius inuenis? Vbi gloriam regnantis aduertis? Nunquid lãguores ferre, dolores portare, regnare ẽ? Nũquid putari leproſum, putari a deo ꝑcuſſum, putari humiliatum, regnare ẽ? Nũqd vulnerari, occidi, tradi in mortem, cum ſceleratis reputari, regnare eſt? Taceo reliqua. Quid agis? Nondũ Chriſti regnũ, terrenum, vel temporale eẽ non poſſe, cognoſcis? Cognoſcis plane: ſi homo es. Et quia hoc clarum ẽ: claris diu immorandum non ẽ. Audi ergo ipſum in his obprobrijs cõſtitutum, ad hæc vulnera, ad hanc occiſionem ductum: in mortẽ a ſeipſo traditum. Regnum (inqt) meũ non ẽ de hoc mundo. Si ex hoc mundo eẽt regnum meum, miniſtri mei vtiqꝫ decertarent: Ioã.xviij.

Hic applicatur Probatio ex Eſa.liij regnum Chriſti nõ eſſe tẽporale.

vt nō traderet Iudæis. Deſine ergo iam Chri
ſtum tēporalem regē: regnum eius terrenū pu
tare. Nam non conueniunt, nec ſimul eē que-
unt, ſublimitas & abiectio, glīa & ignominia,
potētia & imbecillitas, regnum & interit⁹. In-
tellige Chriſtum, non hoc vſitato regum mo-
re regnare: ſed cœlo & terrę ac toti creaturę, nō
ſolum vt regem: ſed vt deum ac dominū im-
perare. Agnoſce regnum eius, non paucorum
annorum quantitate: ſed omnium ſeculorum
beata infinitate gaudere: a quo ſemp excludit
negator Iudæus: ad qd ſemp admittit, Chri-
ſtum confitēs Chriſtianus. Nec ignoro equidē
quid in ſynagogis Satanæ, auribus pditorum
ſerpens vetuſtus inſibilet. non me latet: q̄ tam
lucidæ veritatis anguſtijs coartati: nequā ma-
Iudaica fabula de Chriſto. giſtri, auditoribus venena infundant. Dicunt
enim: put a quibuſdam audiui, circa Veſpaſia
ni tempora, ſuum Chriſtum natum: & Romā
neſcio qua arte tranſlatum. Ibi eum a canibus
dilaceratum & corroſum, in cryptis vel ſpecu-
bus ſubterraneis latere: & corroſionis illius do-
lores ac vulnera: p peccatis vel iniquitatib⁹ Iu
daicis tolerare. indeq; dictum eſt, Vulneratus
eſt ppter iniquitates noſtras: attritus eſt ppter
ſcelera noſtra. Victurum aūt, & hos dolores in
illis terræ viſceribus toleraturum: donec diſpo
ſito a deo tēpore, inde exeat: & Iudæos de vni
uerſis gētibus congregans: ad primum ſuæ re-
promiſſionis terræ locum, reducat. Tunc im-
pleri omnia, quæ de Iudæorum futura felicitate:
a Prophetis pdicta ſunt. tunc illum ſuū Chri-
ſtum multis gentibus imperaturum. tunc pacem
abſq; alicuius inquietudinis timore futuram.
tunc eos in ſummis delitijs, & gloria victuros
affirmant. Hunc olim cuidā ex ipſis, magno
ſuorum doctori: in habitu mēdici, & miſeri ap
paruiſſe teſtant. Cumq; is cui apparuerat, tan-
tam apparētis vilitatē ac deformitatē abhor-
reret: mutatum ſubito in ſpecioſi hominis for
mam: veſteſq; viliſſimas in pcioſa indumēta
conuerſas. Iactāt inſup, vna manu eum mox
ptēdiſſe lapidem ſapphirum: altera iaſpidem
& ei cui apparebat dixiſſe. Quid miraris? En
ego, en ego, ille veſter Chriſtus: tā diu a vobis
expectatus: in pximo eſt vt veniam: ppe ē vt
appaream. Reducā eīm vos de omnib⁹ gētibus
congregabo de vniuerſis terris: & adducā vos
in terram veſtram. Tunc implebit in vr̄a Hie
Eſa. liiij. ruſalem: qđ ſcripſit Eſaias. Paupcula, tēpeſta-
te conuulſa, abſq; vlla conſolatione. Ecce ego
ſternam p ordinem lapides tuos: & fundabo
te in ſapphiris. Et ponam iaſpidē, ppugnacu-
la tua. En ſapphirus, in quo fundanda ē Hie-
ruſalem: en iaſpis, de quo veſtræ ciuitatis ſunt
ppugnacula cōſtruēda. O cōſolatio: o ſpes am- Confutatio & exclamatio contra fabulam dictam.
plectenda: o felicitas, abſq; ſcrupulo expectan
da. O humani gn̄is fęces, talia vos leniunt, ta-
lia mulcent, talia p Chriſto Antichriſtum: vo-
bis p̄ſtolari ſuadēt? Vere Satanas de vobis, vt
homines de ſimijs ludit: vere vt iumentū vi-
liſſimum, chamo ſtultitiæ quo vult trahit: ve-
re vt pater mēdacij, multa vobis pmittit: vt cū
cta ſubtrahat, ſōnia dat: vt res auferat, fabulis
paſcit: quos Chriſto pane angelorū hominūq;
defraudat. Et quid dicam? Deficiūt verba ad
tam pfundam ſtolidorum hominum ſtultitiam
confutādam. Ecce caninum Chriſtum nobis
pfertis: & qui a Iudæis occiſum erubeſcitis: ca
nib⁹ hoc imponitis. Nec iſtud nos diffitemur.
Vere a canibus, vere ab imūdis, vere ab obla-
trātibus corroſus vt dicitis, & vt nos fatemur:
occiſus eſt Chriſtus. Audiat ipſe Chriſt⁹, i Pſal
mo Circundederunt me canes multi: conciliū Pſal. xxi.
malignantium obſedit me. Foderunt manus Canes Iudæi.
meas & pedes meos. Nonne canes fuiſtis: qñ
canum more ſanguinē ſitiſtis: ac nimia rabie
pene linxiſtis, dicentes. Sāguis eius ſuper nos Matthæi xxvij.
& ſup filios noſtros? Nonne latraſtis: quādo iu
dici ſcelus veſtrum execrāti, & declinare conā-
ti: toties & toties inclamaſtis Crucifige, crucifi
ge eum? Sed vt de his canib⁹ a qbus rabiei vr̄æ
ſimilitudo tracta eſt, loquar: nunqd a canibus
ad mortem quilibet duci poteſt? Nam loquit
de Chriſto Eſaias. Sicut ouis ad occiſionē du- liij.
cetur. Ducere enim hominum eſt, nō canum:
ducere hominum eſt, nō beſtiarum: ducere ra-
tionalium eſt: nō irrationalium creaturarum.
Patet ergo, quia nō ab huiuſmodi canib⁹, ſed
a Iudæis longe his deterioribus, Chriſt⁹ ad oc
ciſionem ducēd⁹: a ppheta pdictus ē. Et quo-
niam fere idē ē, vel aduerſus nugaciſſimas fa-
bulas, & primo auditu contēptibiles, ſe quenq̄
diſputando effundere: vel inanē aerem crebr̄
ac validis ictib⁹ feriēdo vires laſſare: ſufficiat,
quod dictum ē. Ad illud redeat ſermo, ppter
qđ de Iudaicis fabulis: quibus plus cūctis erro-
neis hominibus abundant: iſtud aſſumptum
eſt. Eſt autē illud qđ pbare ſermo intenderat.
immo qđ iam tam auctoritate q̄ ratione pba
uerat, Chriſtum temporalē regem intelligi nō
debere, Chriſti regnum terrenum & finien-
dum accipi nō oportere. Sufficere quidem poſ
ſunt omni homini, ad huius rei certitudinem
quæ p̄miſſa ſunt. Sed quia cum Iudæo, qui ne
ſcio vtrum hō ſit: mihi ſermo ē. Adhuc aliqua
addēda ſunt. Neſcio plane, vtrum Iudæ⁹ hō
ſit: qui nec rationi humanę cedit: nec auctori-

tatib⁹ diuinis.& ꝓprijs adquieſcit. Neſcio in-
quam, vtrum homo ſit: de cuius carne, nõdũ
cor lapideum ablatum eſt: cui non datum eſt
cor carneum: in cuius medio nondum poſit⁹
eſt diuinus ſpiritus, ſine quo ad Chriſtum nũq̃
cõuerti poteſt Iudæus. Redi ergo ad certamen
Iudæe, & q Chriſt⁹ rex tẽporalis, q Chriſti re-
gnum, terrenum, vel tranſitoriũ eſſe non poſ-
ſit: auctoritatib⁹ ꝓprijs nõ alienis aduerte. Po-
Tertia probatio. teſtas eius ait Daniel, poteſtas æterna quę nõ
auferet: & regnum eius qđ non corrumpetur.
Dañ. vij. Cuius eius? Nonne Chriſti? Si dubitas: attẽde
ꝑcedentia. Aſpiciebã donec throni poſiti ſũt:
& antiquus dierũ ſedit. Veſtimentũ eius quaſi
nix cãdidum: & capilli capitis eius, quaſi lana
munda. Thronus eius: flammæ ignis. Rotę ei⁹:
ignis accenſus Fluuius igneus rapiduſq; egre-
diebat a facie eius. Millia milliũ miniſtrabãt
ei. Et paucis verbis interpoſitis. Aſpiciebã er-
go in viſione noctis: & ecce cum nubib⁹ cœli,
quaſi filius hominis veniebat. Et vſq; ad anti-
quum dierum ꝑuenit: & in conſpectu eius ob-
tulerunt eum. Et dedit ei poteſtatem, & hono
rem, & regnum: & omnes populi, tribus ac lin-
guæ ipſi ſeruient. Et ſtatim qđ ꝑmiſi, ſubiun-
ctum eſt: poteſtas eius poteſtas æterna. & reli-
qua. Quis eſt hic antiquus dierũ? Quis eſt hic,
qui quaſi filius hominis in nubib⁹ cœli venie-
bat? Quis eſt qui vſq; ad antiquum dierum ꝑ-
uenit: & in cõſpectu eius oblatus eſt: & cui iam
dicta omnia data ſunt? Dic Iudæe: ſi quid ha-
bes. An poteris ꝑ antiquum dierũ quẽq̃ finge-
re: niſi deum? An quẽlibet dare poteris, cui mil-
lia millium miniſtrent, cui decies millies cen-
tena millia aſſiſtant: niſi Deum? Rurſum quem
intelliges quaſi filium hominis, venientem cũ
nubibus cœli: niſi Chriſtum? Quẽ ad antiquũ
dierum ꝑueniſſe, & in cõſpectu eius oblatum:
niſi Chriſtum? Cui datam poteſtatem, hono-
rem, & regnum, & cuncta quæ ſequuntur: niſi
Chriſto? Scrutare ꝑ ſingulos homines infinitã
humani gñis maſſam: & vide quis ex vniuer-
ſis filijs hominum, poſſit intelligi tantus: tam
ſublimis fili⁹ hominis. Cũq; de aliquo hoc ne-
ceſſe ſit accipere filio hominis: attẽde ſi pręter
Chriſtum, talis tantuſq; quiſq̃ dici poſſit: filius
hominis. Memento ſimul & illorũ, quæ ſupra
cõceſſiſti: nullum de filijs hominum eſſe poſſe
Chriſto maiorẽ. Attẽde & illud, q ſi hæc ver-
ba ꝓphetica, de alio q̃ de Chriſto ſenſeris: iam
alium Chriſto maiorem fateberis. Nam neceſ-
ſe eſt: vt homo cui tant⁹ honor a deo confert,
maior omni homine eſſe credat. Hoc incõue-
niens, ſi fugere vis: vrgeris, vt excluſis alijs: de

ſolo hæc dicta cõfitearis. Probatum eſt ergò,
vt mihi videt, hunc filium hominis nulli aliũ
a quolibet ſentiri debere, q̃ Chriſtum. Chriſtũ
autem ſecũdum nos redemptorem & Saluato
rem noſtrum Ieſum: ſecũdum te, illum quem
(vt iam dictum eſt patres tui inaniter ſõniaue-
runt. & quem deridenda tua tuorumq; expe-
ctatio: fruſtra pręſtolat. De hoc igit Chriſto, di
ctum eſt. Poteſtas eius, poteſtas æterna q̃ non
auferet: & regnum eius, qđ nõ corrumpetur. Ecce tõ ex auctoritate ſcripta.
Sed poteſtas ęterna, regnum incorruptum: in
terris eſſe non poteſt. Audi Pſalmum tuum
deo loquentem. Initio tu domine terram fun
daſti: & opera manuum tuarum ſunt cœli: Ipſi
peribũt. Si cœlum perit, ſi terra perit, vbi Chri
ſtus rex temporalis & terrenus regnabit? Si ter
ra deficit, regis terreni poteſtas: quo æterna eẽ
poterit? Si terra i qua iuxta intellectum tuum
regnaturus eſt, finit: quomodo regnum ei⁹ nõ
corrumpet? Aut ergo fac ne terra pereat: vt re-
gnum Chriſti tui in ea ſemꝑ ſubſiſtat: aut ſi cũ
pereunte terra, & regnum eius perit: ſcito te lõ
ge eſſe ab intellectu ꝓphetæ, qui de Chriſto di
cit. Poteſtas eius, poteſtas æterna quæ non au
feret: & regnum eius qđ non corrũpet. Auſcul
ta rurſum & Ezechielem, ſimile quid dicentẽ.
Habitabunt ait, ſup terram, quam dedi ſeruo Quarta probatio.
meo Iacob, in qua habitauerunt patres veſtri.
Et habitabunt ſuper eam ipſi, & filij eorũ vſq; Ezechie.
in ſempiternũ: & Dauid ſeruus me⁹ princeps xxxvij.
eorum in ꝑpetuum. Et ꝑcutiam illis fœd⁹ pa-
cis: pactum ſempiternum erit eis. Quid & ad
iſta dices? Expone mihi Dauid expone, & ꝑ-
petuum principatum Dauid. Nonne añ quin-
gentos fere q̃ iſta dicerent annos: Dauid mor
tuum legis? Quomodo ergo ille cui⁹ regnum
iam ꝑceſſerat, qui illud morte finierat, princi-
paturus. quomodo regnaturus dicit? Nam &
in eadem verborum ſerie, ab eodem ꝓpheta,
qui nunc princeps dicit: rex quoq; pauloante
vocat. Et erunt ait mihi popul⁹, & ego ero eis
Deus, & ſeruus me⁹ Dauid, rex ſuper eos: & pa-
ſtor vnus erit omnium eorũ. Quis eſt, quis eſt
iſte Dauid: qui a ꝓpheta iſto poſt multos mor-
tis Dauid annos nato, & princeps, & rex, & pa
ſtor vnus regni Iudaici futurus dicit? Sed no-
ui: quia de nullo hoc, niſi de Chriſto, quantali-
bet Iudaica peruerſitas interpretari poteſt. Quia
et Chriſtus de ſtirpe, immo de ipſa domo, &
familia Dauid naſciturus erat. quia more Da
uid licet pluſq̃ Dauid, & aliter q̃ Dauid in iu-
dicio & iuſtitia, omniq; equitate, ſup populum
ſuum quem a peccatis & hoſtib⁹ cũctis ſaluat:
regnatur⁹ erat; Dauid dicit: & populo ſuo prin

Hieremi. xxx. cipaturus ſcribitur. Vnde Hieremias. Nō domi
nabuntur ei amplius alieni: ſed ſeruiēt domino
deo ſuo: & Dauid regi ſuo, quem ſuſcitabo eis:
Quomodo in ppetuum? Quomodo in ſempi
ternum? Ita eñ vt dixi, ibi ſcriptum ē. Dauid
ſeruus meus: princeps eorum in ppetuum. Et cō
tinuo. Percutiam illis fœdus pacis: pactū ſem
piternum. Si carnale regnum intelligis, ſi ter
renum principatum expectas: dic qualiter in
terra non æterna, in mundo finiendo: Dauid
iſte regnare poterit. Quæ cum pſentia iſta finiē
da ſint, quæ æterna eſſe non poſſint: audi & aliū
pphetam. Nō erunt (inquit) in memoria prio

Eſa. lxv. ra, neq; aſcendēt ſup cor. Quæ ſi nō erūt in me
moria priora, ſi non aſcēdent ſup cor: vtiq; re
gna terrena, vtiq; principatus mortalium: nō
ſolum non pmanebunt, non ſolum non ſubſi
ſtent: ſed nec erunt in memoria: nec aſcēdēt
ſup cor. Hoc quoniam irrefragabile ē, quoniā
his contradici inuicta veritatis ratione obuiā
te nō poteſt: miror ſi amodo temporalis regni
cogitatio, ſi deinceps terreni principatus, quā
tum ad Chriſtū ſpectat, expectatio: in cor tuū
aſcenderit. ſi te ppedire ab intelligendo vero
& æterno Chriſti regno potuerit. Et vt multi
plici ratione victum Iudaicum cor: deſipere iā
ceſſet, & ſapere incipiat: dic vtrum reſurrectionē
humanæ carnis credas: vtrum cōfitearis. Sed
noui, quia credis: noui, quia cōfiteris. Hoc eñ
& a tuis tam antiquis q̄ modernis doctoribus
habes, & hoc te credere: apta & multiplex di

Reſurrectio futura pbatur ex ſcripturis. uinæ ſcripturę auctoritas cogit. Vnde habes i
Pſalmis. Caro mea requieſcet in ſpe. Quæ ſi in
ſpe: certe aut alia, aut reſurrectiōis. Sed in qua
alia ſpe caro requieſcere poteſt: niſi reſurrectio

Pſal. xv. nis? Quid eñ aliud caro mortua ſperare pōt:
q̄ viuificationē? Quid exanimis, niſi anima
tionē? Quid ea quæ iā cecidit: niſi reſurrectio
nem? Requieſcit igitur humana caro: in ſpe reſur

Eſa. lxvj. rectionis. Habes & in Eſaia. Veniet omnis ca
ro, vt adoret corā facie mea: dicit domin'. Le
ge illam in qua hoc ſcriptum eſt, pphetię par
tem: & inuenies pphetam ibi ſentiſſe, etiā car
nis reſurrectionē. Vnde & de impijs poſt pau
ca verba ſubdit. Et erūt vſq; ad ſatietatē viſio
nis, omni carni. Qui impij vſq; ad ſatietatē vi
ſionis omni carni eſſe nō poſſunt, niſi omnis
caro tunc viueret: niſi omnis caro animata eſ
ſet: niſi videndi tormenta malorum, etiam p
carnis oculos poteſtatē haberet. Habes & in

Ezechie. xxxvij. Ezechiele. Ecce ego aperiam tumulos veſtros
& educā vos de ſepulcris veſtris popul' meus:

Iob. xix. & inducam vos in terram Iſrael. Et in Iob. In
nouiſſimo (ait) die, de terra ſurrecturus ſum: &
in carne mea videbo deum. Hinc ſcio: quod re
ſurrectioni carnis, contradicere nequeas. Sed Rō ex ſuppoſitione reſurrectiōis & ppetuitatis regni Chriſti.
illam reſurrectionem, caſus pcedit: illam viuifi
cationem, mors puenit: illam corporum anima
tionem, exaniatio præit. Quod quia negare non
puales, maxime cum hoc quotidie cernas: dic
quibus Chriſtus carnalis rex tuus, cūctis iam
mortuis, imperaturus: dic quō & ipſe mortu'
iam mortuis dominaturus ē. Dic ſup quos re
gnaturus: ipſo & omnibus in fine mundi extī
ctis. dic inquā, quibus tūc principaturus eſt. Nā
regnum eius ppetuum, principatum ei', ſicut
a ppheta audiſti: neceſſe eſt eſſe æternū. Has
anguſtias euade, ſi potes: de hoc laqueo educ
pedem: ſi puales. Aut enim in terreno Chriſti
tui regno, æternitatem abſq; vlla interpolatio
ne oſtēdes. aut ſi finem mūdi, & rerum corpo
ralium cum ipſis hominibus defectum, nega
re non potes: nobiſcum non in terris, ſed ali
bi æternum Chriſti regnum intelliges. Nec ad
ea quæ carnis reſurrectionem ſequuntur: confu
gere te pmittā: vt vel in illis Chriſti tui regnum
futurum, ſōniare audeas. Quādiu eñ carnale
eius regnum intellexeris: tā diu ſcripturæ ſan
ctæ auctoritate, a regno tam inſtanti q̄ futuro
pariter excluderis. Quid enim tam ſtolidum pe
cus (pter Iudæum) inueniri poterit: quod poſt car
nis reſurrectionem, carnalem vitam, carnalē
regem, carnale regnum ſentiat? Hoc dicēs, hu
manæ carnis veram eſſentiam non excludo:
ſed ſtatum carnis longe alium futurum eē de
monſtro. Hoc ſi tu in fœce carnis & ſanguinis
educt': qui carnem poſuiſti brachiū tuum, ca
pere non potes: quid ad me? Audi ſcripturam: &
non meam, ſed ei' ſeqre ſententiam. Audi, &
ne vel poſt ipſam vniuerſalem humanæ carnis
reſtaurationē: Chriſti regnum, quale aliorū re
gum ſolet eſſe ſuſpiceris: aduerte. Nō erit (inqt
Eſaias) tibi Sol ad lucēdum p diem: nec ſplen Eſa. lx.
dor Lunę illuminabit te. Sed erit tibi domin'
Deus tuus, in lucē ſempiternam. Et alibi. Ocu Eſa. lxiiij
lus non vidit Deus abſq; te: quæ præparaſti di
ligentibus te. Et Zacharias. Veniet dominus Zacha. xiiij.
Deus meus, omneſq; ſancti cum eo: & erit in
die illa non erit lux, ſed frigus & gelu. Et erit
dies vna quæ nota eſt domino: non dies, neq;
nox. Quid ad iſta dices? Finge ſi quid potes.
Oſtende terrenæ Hieruſalem regnum, Chri
ſti tui carnale imperium: abſq; Sole vel luna,
abſq; die vel nocte. Dic, vtrum de regno illo ſic
intellecto, ſentire valeas (quod dictum ē) Ocu
lus nō vidit Deus abſq; te: quæ pparaſti * dili A's * his qui diligunt te.
gentibus te. Si nullius oculus pter diuinum, vi
dere potuit ea quæ pparata ſint diligētib' deū:

nunqd tuus? Nũqd alicuiꝰ? Vides ergo, q̃ bre‑
uiter, q̃ lucide: omnẽ carnalis regis, imperij ter
reni, gl'iæ mũdanæ cogitatũ: condẽnat? Nã in
his tam paucis verbis: nõ ſolũ Hieruſalẽ terre‑
na, non ſolũ Iudæa vel Galilęa, nõ ſolũ qd plꝰ
eſt, Syria tota: in cuius pte Iudaicũ regnũ olim
viguit: ſed & ipſe totꝰ orbis terrarꝫ excludit̃: &
ne in toto ipſo Chriſti regnũ: vel ſanctorꝫ eius
glorificatio ſentiri valeat: p̃dicat̃. Q̃ ſi nec in
hac finiẽda vita, nec in illa q̃ hanc ſequit̃ æter‑
na: Chriſti regnum quale ſentire cõſueſti inue‑
nire p̃uales. emoli iueteratã duritiẽ, abijce cor
lapideũ, aſſume cor carneũ: & Chriſtũ noſtrũ i
hoc mundo p deitatis inuiſibilẽ potẽtiã, p fidẽ
& gratiam: in futura vita regnare cognoſce, p
manifeſtam gloriam. Certe ſi cum homĩe, nõ
cum pecude, mihi ſermo eſt: inſpice diligenter.
& ſi dei gratia iuuerit, aduertes: legis, ꝓpheta‑
rum, totiuſq; canonis tui finalem cauſam, nul‑
lam aliam eſſe: q̃ beatam, q̃ ſanctis ꝓmittitur
æternitatẽ. Quid enim? Tot tantaq;, tã inſoli‑
ta, tam miranda, tam p̃dicanda opa: ſolũ mo‑
do p breui, p miſera, p mortibus innumeris
ſubiecta vita: a deo facta eſſe, æſtimas? Nũqd
decem famoſis plagis Aegyptus pcuſſa: Pha‑
rao cum ſuis ſubmerſus: quotidiana p. xl. an‑
nos mannæ pluuia: columna nubis p diem, &
ignis p noctem: carneus coturnicum imber: la
tex de cautibꝰ: Iordanis diuiſio ac refluxꝰ: obe
dientia Solis: mortuorum reſuſcitatio: tam ſo‑
lennia iuncta oraculis ꝓphetarum miracula,
multaq; ſimilia. nũqd (inquã) iſta oĩa: p tãtillo
immo p tam nulla carnali ac miſera vita fa‑
cta ſunt? Nunqd vt tu tm̃ Iudæe, ventrẽ eſcis
varijs & carnibus farcires: iſta facta ſunt? Nun
qd vt tu tm̃ iebriareris, & iebriatꝰ ſterteres: iſta
facta ſunt? Nunqd vt tu tm̃ voluptatibus ope‑
ram dares, libidinibꝰ diffflueres: iſta facta ſũt?
Nunquid vt tu tm̃ diuitijs abũdares, auro, ar‑
gẽto, multiſq; theſauris arcas impleres: ſuper‑
bo dominantis faſtu, ſup ſubiectos te extolle‑
res: iſta omnia facta ſunt? Abſit, abſit hoc ab
humanis mentibus: lõge ſit ab animis ratiõis
capacibus: ꝓcul recedat a cunctis deum ſcien‑
tibus. Non ſuſcipit hoc ratio, cõtradicit & ipſa
iuſtitia: vt homo qui cunctis irrationalibꝰ crea
turis a creatore p̃latus eſt, licet de quibuſdam
hoc contingat, in vniuerſis gñis ſui compare‑
tur iumẽtis: & ſimilis fiat illis. Nam ſi ita eſſet,
ſi hæc bona carnalia ſolummodo, deus homi
ni conferret: quid plus boue, quid aſino, quid
quolibet verme viliſſimo: homo miſerrimus
poſſideret? Ab æterno enim ad æternitatem
creatus. q̃uis culpæ ſuæ merito ad tempus eã

Beatitudo ęterna eſt finis omnium

Nota nõ propter hãc miſerã vitã eẽ facta miranda dei & ſãctorũ opera.

amiſerit: ſpem tamen recuperandi non perdi
dit. Hinc eſt, qd lactans te velut puerum deus:
& carnalibus beneficijs ad ſpiritualia, tempo‑
ralibus paulatim nutriens ad æterna: bona ti‑
bi tranſitoria primo tempore cõtulit: vt his in‑
ductus, legem dei ſeruare diſceres. & inde pro
ficiens: ad ſperanda atq; amanda cœleſtia &
æterna tranſires. Hæc æternitas, illorꝫ tã ſub‑
limium miraculorum cauſa extitit: vt populꝰ
ille rudis, hinc beneficiis illectus: inde mirãdis
operibus ꝓuocatus, cõditori obedire cõſueſce‑
ret & ad beatam ęternitatem a qua cõtumax
exciderat: obediẽdo rediret. Et quia nouis ho‑
minibus in ipſius mundi nouitate exortis, &
diuinarum rerum om̃ino ignaris, ſimul om̃ia
ꝓfundẽda non erant: rarius æternitas hæc in
Pentatheuco vel Heptatico legitur, frequẽtius
a ꝓphetis commẽdatur: frequẽtiſſime, immo
aſſidue p Chriſti Euangelium prædicat̃: Sed
quouſq; Euangelio adquieſcas: nõ eſt rationa‑
bile de Euangelio contra te rationem ꝓferre.
Sed audi tuos, quos non audire nõ potes. Au‑
di ipſum Iacob magnum patrẽ, & Patriarchã
tuum: audi eum bñdicentem Ioſeph filio ſuo.
Bñdictiones (ait) patris tui confortatę ſunt, be‑
nedictionibus patrum eius: donec veniret de‑
ſiderium collium ęternorum. Audi & ipſum
Moyſen, quid ſimile dicat: benedicens tribui
Ioſeph. De benedictione domini, terræ eius.
Et paucis verbis interpoſitis. De vertice anti‑
quorum montium, de pomis collium æterno‑
rum. Qui ſunt hi colles æterni? Nam æternos
colles, vel æternos montes: noſtra hæc terra
non habet. Si enim ipſa (vt ſupra ſcripta ra‑
tio compręhendit) peritura eſt: quomodo col‑
les eius æterni eſſe poterunt? Si ipſa tota perie
rit: quomodo pars eius ſubſiſtet? Pereunte er‑
go terra: peritur ſunt, & colles. Inde eſt, quod
colles eius æterni dici non poſſunt. Qui ſunt
igit̃ colles æterni? Q̃diu terrenꝰ fueris, q̃diu
in terra æternos colles quęſieris: nõ inuenies.
Attole animos: quęre ſuper cœlos. Ibi non ſo‑
lum colles æternos: ſed etiam perpetuos mõ‑
tes, inuenies. De quibus Pſalmus. Illuminans
tu mirabiliter, a montibus æternis. Qui ſunt
hi, non eſt meum docere. Contra hoſtem ago,
non diſcipulum inſtruo. Si credideris, intelli‑
ges. Si non, nec iſta, nec alia dei ſacramẽta co‑
gnoſces. Recordare: quid item Dauid de hac
æternitate loquatur. Cogitaui dies antiquos,
& annos æternos in mẽte habui. Sed ſicut de
collibus dixi: annos æternos finiendo in tem‑
pore reperire non poterís. Q̃d enĩ tẽpus finiẽ
dum, quod anni hominũ defecturi ſint: & ipſe

Eternitas ex ſcripturis ꝓbatur.

Geñ. xlix

Deutero. xxxiij.

Pſal. xxv.

Pſalm̃. lxxvj.

Pſal.cj. alio loco,deo loquẽs:indicat. Tu autẽ idẽ ipſe
es:& anni tui nõ deficient.Qd nõ diceret, nõ
hoc quaſi aliquod ſingulare ꝓponeret: ſi ãnos
humanos non deficere ſciret. Hoc indicant &
pręcedẽtia verba:quibus res humanas peritu
ras eẽ monſtrauerat:quibus res diuinas ſemp
manſuras ſubiunxit. De hac ęternitate,nõ in-
fra hoc cœlum & hanc terram futura: audi &
Eſa.vlti. Eſaiam. Sicut cœli noui & terra noua quę ego
facio ſtare coram me,dicit dñs:ſic ſtabit ſemẽ
veſtrum & nomẽ veſtrũ. Quę verba:& hoc cœ
lum & hanc terram trãſitura docẽt. & noui cœ
li ac nouę terrę nomine:nouũ futuri ſeculi ſta-
tum deſignãt. Quę de⁹ facit ſtare corã ſe:quia
qualẽ ſtatum poſt finẽ mũdi cuncta ſortitura
ſunt.nõ vt prius iam amittẽt:ſed eum pſeue-
ranter ac ſine fine retinebũt. Percurre vniuer-
ſos ꝓphetas,& hanc ęternitatẽ frequẽter præ-
dicari:ſolẽniter cõmẽdari inuenies. Auerte igi
tur animũ a tranſeuntibus,ſepara cor a peritu
ris,& huius felicis æternitatis,Chriſtũ nr̃m au
ctorẽ & regẽ crede. & in hoc eius regno ęterno:
fide Chriſtiana,& opibus fidei aſcribi labora.
Talẽ enim regẽ Chriſtũ Chriſtiani itelligim⁹:i
talẽ credimus:talẽ adoram⁹,& ad eius tale re-
gnum:ꝑ gratia & viribus ꝑtingere feſtinam⁹.
Ad hoc regnum:nos quidẽ Iudęos tali pacto
Iudęi oẽs inuitamus. Sed ipſi quantũ in eis ẽ:nos, oẽſq;
ñ Iudęos de gẽtibus ortos repellunt. Dicunt eñ ſibi tm̃,
a ſalute re deum loquutum ſibi legẽ datã,ad ſe miſſos ꝓ
pellunt. phetas:Chriſtũ inſup poſt oẽs mittendũ:eiuſq;
regnum nõ niſi ad Iudæos ꝑtinere, affirmãt.
Sed ſicut ſtultum fuit,putare: ꝓ rebus ſolũmo-
do pſentibus & perituris,deũ tanta, tanq; mi-
randa opa feciſſe:ſic nõ minus ſtolidum & pe
culiare ẽ,ſentire: vniuerſitatis auctorem gẽtib⁹
poſtpoſitis:de Iudæis tm̃ curaſſe, nulliq; ꝓter
ipſos:ſpem ad vitã reſpirandi dediſſe. Nõ ita
ſenſit,cui de omnib⁹ cura ẽ deus:nec tã arctis
limitibus ſuã miam clauſit:vt pauxillũ tumul-
tuoſæ/ac ſibi ingratæ gẽtis eligẽs·gẽtium infi-
nitatẽ abijceret.& velut ad ſe nõ ꝑtinentes: ꝑ
erroꝝ deuia,ad ꝑditionis ꝓfunda:ꝑpetuo de-
labi ꝑmitteret. Decebat eum,qui om̃e morta-
lium genus condiderat:omniũ cõgruo tp̃e mi
ſereri.& Iudæis nequitia ꝓpria vrgente repul-
ſis:plenitudinẽ gẽtiũ ad ſalutẽ larga benignita
Non ſol⁹ te vocare. Q; ſi more tuo Iudęe,etiã cõtra iſta
Iudę⁹ ele garrire pſumis:& peculiarẽ te a deo vocari po-
ct⁹ ꝓbaẽ pulũ iactas.audi rurſum ſcripturã tuã:& nõ te
ex ſcriptu ſolũ a deo electũ, vel vocatũ agnoſce. Relege
ris. verſum Pſalmi tui,deo loquẽtem. Omnes gẽ-
ps.lxxxv tes quaſcũq; feciſti:veniẽt & adorabunt coram
te dñe. Nunqd deinceps de te ſolũ:deũ curare
iactabis? Prędicit gẽtes adoraturas deũ. Nec
ſolum hoc:ſed & oẽs gẽtes. Et vt nulla gens ab
hoc intellectu excipi poſſit. q̃uis ſufficeret, qđ
dictum ẽ. Oẽs gentes:addidit,quaſcunq; feci-
ſti. Certũ ẽ autẽ oẽs gentes factas a deo,nec ali
quã poſſe reperiri:nõ factã ab ipſo. Nulla ergo
gẽte excepta:oẽs gẽtes ventur æ:om̃es gẽtes deũ
adoraturæ,ſcribũẽ. Vnde habes & in Pſal. Re- Pſal.xxj.
miniſcenẽ & cõuertenẽ ad dñm: vniuerſi fines
terrę. Et adorabũt in cõſpectu ei⁹:vniuerſæ fa
miliæ gẽtiũ. Nonne hoc ſolũ Pſalmi teſtimo-
nii, etiã ſine alijs:ad gẽtiũ vocationẽ demon-
ſtrãdam,ſufficit? Audi & inter multa ſimilia: Eſa.lxiiij
deum ꝑ Eſaiam. Quęſierũt me,qui antea nõ
interrogabant.inuenerũt qui non quæſierunt
me:& dixi. Ecce ego,ecce ego:ad gẽtem q̃ nõ
inuocabat nomen meum. Quid dices? Vides
deum feſtinantẽ:vt ad gentem ſe non inuocã
tem,tranſeat? Properantis eñ & valde feſtinã
tis verba ſunt:ecce ego,ecce ego. Et vere iam
ſic factum eſt:vere iam ſic impletum eſt. Inuo
cans ſola voce deum,Iudæus reprobatus ẽ:gẽ
tium populus deum neſciẽs,electus eſt. Attẽ-
de vtrũq;,attẽde inquam,vtrũq;:& audi aper
tiſſime ꝑ Malachiam,& Iudæos reprobari: &
gẽtes eligi. Non ẽ mihi voluntas in vobis ait Mala.j.
dominus exercituum,& munus nõ ſuſcipiam
de manu veſtra. Ab ortu enim Solis vſq; ad oc
caſum:magnum ẽ nomen meum in gẽtib⁹:&
in omni loco ſacrificaẽ,& offerẽ nomini meo
oblatio mũda. Sed hoc tp̃e Malachię nõ erat.
Nã tot⁹ tũc orbis,ꝓter paucos Iudęos:nõ crea
tori,ſed creaturæ ſeruiebat:nõ deo, ſed idolis
ſacrificabat. Qđ ergo tp̃e illo factũ nõ ẽ:tp̃e ali
quo implẽdũ fuit. Pręſens quidẽ tp̃s in ꝓphe-
tia legiẽ:ſed futuꝝ intelligiẽ. Hunc vel ſi parũ
doctus es:ſcripturarũ tuaꝝ eẽ morẽ agnoſces.
Qđ igiẽ illo tp̃e ꝑdicẽtis ꝓphetæ nõ fuiſſe, ꝓ-
baẽ:hoc iſtis Chriſtianæ fidei diebus, impletũ
agnoſciẽ. Magnum ẽ plane nunc,magnum ẽ
vere nomen dei,& Chriſti eius in gẽtib⁹:& ab
ortu Solis vſq; ad occaſum.omnis lingua cõfi-
teẽ:quia dñs Ieſus Chriſtus in gl̃ia ẽ dei patris. Philip.ij.
Sed & de hoc qđ ſubdiẽ,in oĩ loco ſacrificaẽ &
offertur nomini meo oblatio mũda. Quid di-
cam? Quid dicã & inde:munus nõ ſuſcipiã de
manibus vr̃is? Nõne tẽplũ vr̃m iã ab antiquo
ſubuerſũ ẽ? Nõne altare ſuffoſſũ? Nõne ſacrifi-
cia ſubtracta? Nonne holocauſta ſublata? Hic
certe lis Iudaica deficit:hic prius ceruicoſitas
idurata ſuccũbit. Vides Iudæe.qđ negare nõ
potes:vides qđ more tuo aliter & aliter interp
tari non puales. Vide ergo & illud q̃uo in om-
ni loco offertur deo oblatio munda. Vide ex-

ſtructas per vniuerſum orbem Chriſti Eccleſias: altaria in omni loco ſacrata: agnũ dei quẽ in cruce peremiſti: ī eiſdem Eccleſijs ſuper eadem altaria omnipotenti patri inceſſanter ꝓ mundi ſalute offerri. Cernis tu his omnibus hæc prophetica verba completa, hoc eſt, munus non ſuſcipiam de manibus veſtris: & illud in omni loco offerẽ nomini meo oblatio munda. Ceſſa igitur amodo tam iſulſe deſipere: vt ſpretis alijs, te ſolum electum dicas. abiectis alijs: te ſolum aſſumptum æſtimes, cum e diuerſo audias eum: te ſpreto, alios elegiſſe: te repulſo, alios aduocaſſe: te te abiecto, alios aſſũpſiſſe. Vt igitur & hoc capitulum ſuo fine concludam: aut ſcripturas tẽporale Chriſti regnũ abnegantes abijce. aut ſi non audes: regnum Chriſti noſtri ſempiternum ſuſcipe.

¶ Capitulum quartum, in quo probatur Chriſtus: non ſicut Iudæi deſipiunt adhuc venturus eſſe: ſed iam certo & præordinato tẽpore, ad mundi ſalutẽ veniſſe.

QVantum iam & peneultimum contra te Iudæe mihi bellũ reſtat. de quo mihi qui priores contulit: facilẽ vt æſtimo palmam dabit. Non deerit mihi vt ſpero, ad te perimendum, ſi viuere nolueris, gladi⁹ Goliæ, quo te proſtrato, in plenam tui pernitiem vtar: vt blaſphemum caput Mucrone: quo cõtra deum accinctus proceſſeras: reſecem. Hac enim quæ ſola pene reſtat pugna finita: vltra ſpirare ceſſabis, hoc prælio conſummato: nũq̃ & nuſq̃ mutire audebis. Eſt autem cauſa vñ hic præſens conflictus agendus eſt hæc. Dico ego Chriſtum a ꝓphetis prædictum iam veniſſe, negas tu & dicis, non: ſed eſſe vẽturum. Dico ego, venit: dicis tu, veniet. Incumbit ergo mihi: vt qd propoſui probẽ. Et ne diu differam, ne diu te ſuſpenſum teneam: audi: Audi inquam, non quemlibet Prophetã: ſed ip̃m magnum ꝓphetarum patrem magnum prophetam, immo magnum patriarcham Iacob.

Prima probatio, quod Christ⁹ iã venerit.

Audi illum, de cuius ꝓgenie ac nomine gl̃iaris: a quo Iſrael diceris: a quo vtinam ſicut nomine ſic & re: vir deum videns vocerę. Si ergo vir videns es, vide, intellige: aduerte, qd dicit.

Geñ. xlix

Non auferẽ ſceptrum de Iuda, & dux de fœmoribus ei⁹: donec veniat, qui mittẽdus ẽ. Et ipſe erit expectatio gentium. Eia, quid vltra q̃runtur ambages? Quid ſubterfugia? Nõ ẽ qua euadas. Nã ſi hoc de Chriſto dictũ eſt: aut ſceptrũ mihi regale de Iuda, ſiue de Iudæ fœmorib⁹ ducẽ oſtẽdes: aut Chriſtũ iam veniſſe cõcedes. Sed qd de Chriſto dictũ ſit: null⁹ vt æſtimo, Iudęus cõtradicit. Contuli aliquando de hoc ſermone cũ quibuſdã Iudęis. qui hunc nõ de alio q̃ de Chriſto ꝓlatum, ſe ſentire: atq; in hãc ſententiam omnes Iudęos cõuenire, dixerunt. Quod ſi quis ex illo perfidorꝫ numero, tantæ ꝓphetici ſermonis euidẽtię ſe reſiſtere poſſe deſperans: de quolibet altero illud interpretari, voluerit, irrito fallẽdi labore vict⁹: deficiet. De quo eñ p̃ter Chriſtũ, tã ſingularia, tã ſolẽnia verba accipi poſſunt? De quo ꝓphetarꝫ p̃ter Chriſtũ, de quo regum p̃ter Chriſtum, accipi poteſt: donec veniat, qui mittẽdus eſt? De quo itelligi poteſt præter Chriſtum: ipſe erit expectatio gẽtium? Cũ eñ oẽs ꝓphetæ a deo ſint miſſi quis erit iſte de quo ſingulariter dictum ẽ: donec veniat q̃ mittẽdus eſt: niſi Chriſtus? Nouerat certe ſanctus Patriarcha, hoc miſſionis nomen: cõmune eſſe omnium ꝓphetarꝫ. Quod ergo cõmune eẽ ſciebat: hoc de vno ſpecialiter ꝓferebat. Cuius miſſio, niſi maior propheticis miſſionibus eſſet: non eam vt ſingularẽ ſingulariter protuliſſet. Quã quia ſingulariter ꝓtulit, eũ quẽ mittendum eẽ dixit: maiorẽ omnibus miſſis vel mittẽdis, oſtẽdit. Maiorẽ vero cũctis mortalibus Chriſtũ: etiã tu Iudęe fateris. Cõſtat igitur quia qd de illo q maior eſt oĩbus, dictũ eſt: non niſi de Chriſto, quẽ & ipſe ꝓfiteris maiorẽ: accipiẽdũ eſt. Quis vero p̃ter Chriſtũ: dici potuit expectatio gẽtiũ? Nõ ẽ paruũ qd ꝓferẽ: non eſt paruus de quo res tãta ꝓferẽ. Magnũ, cũctiſq; maiorẽ hũc eẽ, neceſſe ẽ: qui a gẽtibus expectari dicẽ: qui futurus expectatio gẽtium p̄dicaẽ. Non eſt plane de vulgo, nõ eſt de cõmuni hominũ numero: in quo & Iudaic⁹ pricipat⁹ defectũ, & gẽtium ſaluandarꝫ expectatio: ſumit exordiũ. Vide Iudęe, ne forte idẽ ſit: qui a patriarcha dicẽ expectatio gẽtium: & a ꝓpheta ſtare ſcribẽ in ſignũ populorꝫ. Hęc quippe verba ſunt Eſaię. In illa die radix Dauid qui ſtat in ſignũ populorꝫ: ip̃m gẽtes dep̄cabunẽ. Quẽ ergo Iacob a gẽtib⁹ dixit, expectãdũ: hũc Eſaias ab eiſdẽ gentibus dixit, adorandũ. Scrutare totũ textum diuinę ſcripturę: & de quolibet Iudęorꝫ vel gentiũ rege, de quolibet Iudęorꝫ vel gẽtium principe: talia vel ſimilia dicta eẽ, oſtẽde. Sed ſcio, quia deficies: noui, quia p̃ter Chriſtum: nullũ, cui iſta cõgruere poſſint: iuenies. Et quia hoc ꝓſpicuum ẽ ad ꝓpoſita reuertere: & qui Chriſtum nõdũ veniſſe aſſeris iuxta patriarchę tui ſentẽtiã, ſceptrũ de Iuda, vel ducẽ de fœmoribus eius, oſtẽde. Ad hoc quippe te cogit: ꝓphetica vox. Aut enim vt dictum eſt, Chriſtum, veniſſe nobiſcum fateberis. aut ſi veniſſe, negas: regem vel principem de tribu Iuda, demonſtrare cogeris. Nam vt noſti per Chriſtum,

Eſa. xi.

Primo probaẽ ex prophetia, quod iã venerit

Expoſitio verborum prophetiæ.

ſceptrum quo regum ſolummodo inſigniri ſolet dextera rex: per ducis nomen, inferioris dignitatis princeps, per fœmur Iudæ poſteritas eius ſignaſ. Produc igitur mihi de propagine Iudæ regem: aut ſi hoc nõ potes, ſaltem oſtẽde ducem. Sed nõ ego' vt aliquid ridendũ ponam, regem illum ſuſcipiam, quẽ quidã tuorũ apud Narbonam Gallię vrbem. alij apud Rothomagum ſe habere fatenſ. Non ego (inquã) quemlibet i Gallia, quemlibet in Germania, quemlibet in Italia, ſeu in remotis Orientis, Aphricæ, aut Aquilonis partibus, vel vbilibet habitantẽ Iudęũ: ꝓ rege Iudæoꝝ ſuſcipiã. Nõ ſuſcipiam Iudęum ꝓ rege Iudæoꝝ: niſi habitãtem & regnantem in regno Iudęorum. Iudęorum antiquum regnum illud eſſe nõ ignoras: vbi Dauid, vbi Salomon, vbi reliqui Iudęoꝝ reges olim regnauerũt. ad qd tu inueterato iã gemitu ſuſpiras: & a quo te exulẽ, nunq̃ finiendis lamentationibus deploras. Nolo mihi nomen regis maneꝑtendas: nolo, etiã ſi de ipſa tribu Iuda ortus ſit: quẽlibet mihi de tuis obijcias. Nolo ſolo nomine regẽ. nolo nec de ipſa ſtirpe, ſine regni potẽtia regẽ. Et o animæ, varijs Satanæ phantaſijs deluſæ. quæ quia de rebus non poſſunt: de rerum vanis nominibus gloriantſ. Sequunſ vmbras corporũ: nihil ſolidum præ manib⁹ habẽtes. & dum more canũ fluuiales imagines captant, eſcam q̃ iam dentibus ꝓ pſſam mandere poterant: oris inconſulto hiatu amittunt.

Als. ꝓ preſſam.

Nunquid ꝓ felice miſerũ: nunquid ꝓ indigena captiuum: nũquid ꝓ rege ſuſcipere debeo ſeruũ? Nam non dico regem, non dico ducem, ſaltẽ vel vnum in toto orbe: mihi abſq; ſeruitutis ꝓbro oſtẽde Iudęũ. Quę enim gẽtes: Iudæis non imperant? Quibus populis Iudæi non ſeruiunt? Q̃d gen⁹ hominum: non eos vt viliſſima mancipia cõculcant? Vere ſicut olim eis in Deuteronomio interminatus ẽ Deus. cum quantum ad religionẽ, cunctorum populorũ caput extiterint: nũc in caudam omniũ gẽtium conuerſi ſunt.

Deutero. xxviij.

Qui nihil ſibi tutum alicubi arbitrantes, etiam nõ metuẽda timentes: atq; ad omnes rerum euẽtus ſuſpẽſi: vt fr̃icida Chain, vagi & ꝓfugi ſunt ſup terram. Pendet aſſidue' vti iam nominato libro ſcriptum eſt, vita eorũ ante ipſoꝝ oculos, & multa vi formidinis tremefacti: nõ credunt vitæ ſuæ.

Deutero. xxviij.

Dabis ergo mihi Iudęe: de talium numero regẽ? dabis ꝓ rege exulem? Produces ꝓ rege ſeruum? Propones ꝓ duce mancipiũ? Dices in talibus adhuc manere ꝓphetiã. Non auferetſ ſceptrũ de Iuda, & dux de fœmoribus ei⁹? Et qm̃ clarum ẽ, q̃d abſq; regia dignitate, vano regis nomĩe gloriari. puerile ac ſtultum ẽ, ſi fateri non vis Chriſtum iam veniſſe: cum regio nomine regalis quoq; potẽtię regẽ oſtende. Si non potueris: ſaltem ducem Iudęorum exhibe Sed quoniam Chriſto aduenientę, & regni gloria, & ducatus potentia prorſus apud Iudæos perijt: intellige Chriſtum veniſſe, quem Iacob mittẽdum, quem ante multũ iã tẽporis a deo credimus & dicim⁹ miſſũ. Et miſſũ q̃dẽ iã docui: quo vero tꝑe docui, nõdũ probaui.

Secundo tꝑs aduẽtus Chriſti mõſtraſ.

Sed hoc lucide: ꝓphetia pręmiſſa demonſtrat. Eo quippe tempore Chriſtum dixit mittendum, quo ſublatis regibus vel ducibus: principatus eſſet Iudaicus auferẽdus. Rimare ergo mecum generationis Iudæ ſeriẽ: & quando regnum vel ducatum trib⁹ Iude ceſſaſſe cognouens: tunc Chriſtum veniſſe agnoſce, tunc adora, tunc ſuſcipe Quãuis autem ipſum Iudam dum viueret: digniorem fratribus extitiſſe. q̃uis tribum ipſius inſigniorẽ cæteris fuiſſe, quibuſdam priuilegijs ſcriptura non taceat: regnum tamẽ eius vel principatus, a Dauid maxime cœpit: & ad Chriſti vſq; tẽpora perdurauit. A Dauid ergo primo rege tribus Iudæ, numerare incipe. & quod exinde ſceptrum de Iuda & dux de fœmore ei⁹ non defecerit: agnoſce. Diſcurre per ſingulos, & Salomone, Roboam, Abia, Aſa, numeratis: per ſubſequentes vſq; ad Ioachim, vel Sedechiam. vltimum ante captiuitatem Babylonicam tribus Iudæ regem. perueni. Inde ꝑ Salathiel, & ei⁹ filiũ Zorobabel, templi dei reparatorem. primũq; poſt regiam dignitatem de tribu Iuda ducem, ac per eos quos Iudaicæ antiquitatis relator Ioſephus & ipſe Iudæus, deſcribit: vſq; ad Herodẽ curſum continua. Cũq; vniuerſos duces illos, qui populo Iudaico, toto illo tempore principati ſunt, de tribu Iuda propaginem traxiſſe cognoueris: vide q̃d in iam dicto Herode, nõ tm̃ regnum: ſed & ducat⁹ de eadem tribu defecerit. Si legiſti: recole. ſi non legiſti: lege & diſce, toto illo tempore q̃d a Zorobabel vſq; ad Herodem, medium extitit, nunc ducũ, nunc regum. frequentius vero pontificum nomine: de prædicta tribu Iudæ deſcendentes: principatum Iudaicum obtinuiſſe.

Obiectio

¶ Q; ſi dixeris/ eos q̃ pricipati ſunt a Zorobabel vſq; ad Herodem, non poſſe ex hiſtorijs liquido comprobari, originem de tribu Iuda traxiſſe:

Reſpõſio

reſpondeo. Et ſi hoc ex hiſtorijs aperte nõ colligitur: tamen ex iam dicta prophetia, quæ cũctis huiuſmodi hiſtorijs ꝓcellit: lucide cõprobaſ. Licet enim Ioſephi vel aliorũ hiſtorię: de qua Iudęorum tribu prædicti principes genus traxerint:

nominatim non expreſſerint tñ qđ nõ affir-
mant:nullatenus negant. Supplet ergo pleniſ-
ſime qđ deeſt hiſtorijs ꝓphetia:quia lõge ma
iori fide dign⁹ eſt ſpũs dei in ꝓphetia loquẽs:
q̃ ſcriptor quilibet, more humano quæ ſibi vi-
detur/deſcribẽs. Quod ergo ſcriptor hiſtoriæ
tacuit:ſpũs dixit. qđ illi defuit: Deus suppleuit.
Vt ergo dictum eſt, a Zorobabel vſq; ad Hero
dem, nunc ducum, nunc regum, nũc pontificũ
nomine: Iudæis, ex tribu Iuda genus trahen-
tes principes ꝑfuerunt. Qui licet illicite pontifi
catũ, q̄ ſcilicet Leui filijs lege debebatur, am-
bitioſe inuaderent: Iudæis tamen toto illo tẽ-
pore, hoc vel illo dignitatis nomine principa-
ti ſunt. Nam quando Perſis vel macedonib⁹
quoq; imperio ſubiacebãt, ꝓhibẽtib⁹: nomine
vel faſtu regio vti non poterãt: vel ſimplici du
catu, vel ſacerdotij honore, Iudęis pſidebant.
Hoꝝ ſi vis etiã nomĩa noſſe: audi. Zorobabel
principi Iudę: Ioachin fili⁹ Ieſu ſacerdotis ma
gni: qui i Aggęo ꝓpheta legiť. Pontificij hono
re ſucceſſit. Huic: Heliaſu, Heliaſu: Ioiada, Io
iadę: Ioannes, Ioanni: Iudas, Iudæ: Onias, O-
niæ: Eleazarus, Eleazaro: alter Onias, Oniæ:
Simon, Simoni: tertius Onias, Oniæ in prin-
cipatu abſq; ſacerdotio: Iudas Maccabęus. Iu
dæ, & in ducatu, & in ſacerdotio: eius frater
Ionathas, Ionathæ in vtroq;: Simon frater v-
triuſq;. Simoni: Ioãnes, Ioanni: Ariſtobolus.
Hic prim⁹ poſt Sedechiam, diadema regium
aſſumens: & honorem ſibi pontificalem reti-
nens: vno tñ (vt ſupra dictum eſt) anno: popu
lo pręfuit. Ariſtobolo Alexãder (vt ille rex pa-
riter & ſacerdos) ſucceſſit. Poſtquã, etiã alexan
dra, vxor ei⁹ principata eſt. De hinc, duo iam
dicti Alexandri & Alexandræ filij: in pontifi-
catu Hyrcanus: in regno Ariſtobolus ſucceſſe-
runt. Ariſtobolo a Pompeio Romano conſule
victo ac vincto, Romãq; tranſmiſſo: Herodes
a Iudæ vel Iudæoꝝ genere prorſus alien⁹, in-
terfecto iã fratre Ariſtoboli hyrcano: iuſſu Ro-
mani ſenatus, regnũ Iudæorum obtinuit. Cre
de tuo Ioſepho, qui ipſum Herodem, ex patre
Idumeo, qui Antipater dicebať: matre Arabi
ca, quæ Cypris vocabať: ꝓgenitũ ſcribit. Quo
Herode regnum Iudaicum obtinẽte: Chriſtũ
natum non ſolum vox Euangelica ꝑdicat, ſed
iam dicti Ioſephi hiſtoria: ac multorum, tam
Chriſtianorum, q̃ Paganorũ relatio certa de-
clarat. Ab illo ergo Herodis tempore: vſq; ad
ad hunc in quo iſta conſcripſi, milleſimum cẽ-
teſſimum quadrageſimum quartum annum:
adhibito omĩ conatu tuo, ſaltem ducem vnũ,
ne dicam regem, vel de Iuda, vel de qualibet

Contra hoc. j. Mac. ij. Marathi-as pr̄ Iu-dę Macca-bęi diciť ſacerdos. igiť de tri-bu Leui.

Genealo-gia princi-pũ Iudęo-rũ a tranſ-migratio-ne Baby-lonis vſq; ad Chri-ſtum.

Nota an-nũ in quo tractatus iſte cõſcri-ptus eſt.

Iudæorum tribu, ſi potes: oſtende. Nonne idẽ
tuus refert Ioſeph⁹, qđ defuncto Herodi prio,
Archelaus ei⁹ filius, in totius Iudaici regni pri
cipatum: Romani Cęſaris præcepto ſucceſſit?
Nonne illo amoto, alij ipſi⁹ Herodis filij, vel
ſanguinis ꝓximi: in idem regnum per Tetrar-
chias, vel diuiſiones multiplices ſucceſſerunt?
Nonne & hi omnes a Natiuitate Chriſti, vſq;
ad vaſtum & vltimum Hieroſolymitanæ vr-
bis, totiuſq; Iudaici regni excidium: vix annis
lx. prĩcipati ſunt. Exinde poſtq̃ terra illa olim
a deo data Iudæis, Iudæos vniuerſos velut i-
utilia pectoris purgamenta exſpuit: eoſq; per
vniuerſum orbem terrarum diſſeminans, pe-
dibus omnium gentiũ cõculcandos expoſuit:
noſti qđ nõ ſolum ad regnum vel principatũ
aliquem aſpirare, ſed nec etiam ab ignominio
ſa ſeruitute reſpirare: modo quolibet potuerũt
Quid igitur reſtat? Hoc plane. Aut enim (vt ſu
pra iam dictum eſt) ſceptrum regium vel du-
catus honorem, ex Iudæ ꝓgenie adhuc ꝑma-
nere mõſtrabis: aut tã ablato ſceptro de Iuda,
ac duce de ipſius fœmore: Chriſtum iã veniſ-
ſe fateberis. Nec id ſolum, Nam neceſſe ẽ te:
aut cuncta q̃ de diuinis libris vel veracibus hi-
ſtorijs ꝓtuli, ratiõabiliter improbare: aut ſi hoc
non potueris, Chriſtum ſub Herode rege na-
tum fuiſſe fateri. Sed vere: & vt, etiam lippien
tibus & cęcis oculis clarum eſt: nulla Iudaica ꝑ
uerſitas, nulla cuiuſlibet erroꝝ inſania: tam ro
buſtę veritati reſiſtere poteſt. Concidat igiť ri-
diga ceruix, obmuteſcat lingua blaſphema: &
mundi Saluatorem Chriſtum, nõ quaſi eum
qui nõdum venit, venturũ expectet: ſed ſicut
eum qui iam claro aduentus ſui lumine mun-
dum irradiando ꝑfudit, adoret. Quid de his
omnibus tibi videť, Iudæe? An tanto diuina-
rum ſententiarum aggere: Iudaicum in te cor
nondum obrutum eſt? An quicq̃ damnãdę ꝑ-
fidię, adhuc ſuper eſt? Sum fortaſſe alijs nimi-
us, dum tuam ſuſpectam habens duritiem:
plus forte iuſto videor, in loquendo profuſus.
Tendat ergo ad finem oratio: & in vltimo ꝓ-
phetarum, rem diu productam cõcludat. Ve-
ni ergo poſt alios, & tu nulli præcedentium ꝓ-
phetarum inferior Daniel. & quid de Chriſti
aduentu tibi a deo per Gabrielem reuelatum
ſit: prome. Explica cuncta inuolucra, declara
obſcura: reſera clauſa. Coge Iudæos confiteri,
qđ negatur: & non eis ſolummodo Chriſtum
venturum, ſed & ipſum quo venturus erat
tẽpus, enarra. Et ne ipſorũ obſtinate tergiuer-
ſationi aliquod diffugiũ pateat, vel loc⁹ vſpiã
cauſandi ſuperſit: ipſos eis a tp̃e tibi oſtenſo

viſionis vſq; ad Chriſtũ enumera. Audite ergo Iudęi Prophetã dei,& cum lapillis vel ipſis manuum veſtrarum digitis:a Daniele vſq; ad Chriſtum annos propheticos computate.
Tertia probatio, ꝙ Chriſt⁹ iã venerit ex Dañ. ix. Nolite iam vltra citraq; Chriſtum quęrere:certiſſimum aduentus ipſius annũ tenete. Audite igitur Gabrielem, Danieli loquentem. Daniel animaduerte ſermonem,& intellige viſionem. Septuaginta hebdomades adbreuiatę ſunt ſup populum tuum,& ſup vrbem ſanctam tuã:vt cõſummetur pręuaricatio & finẽ accipiat peccatũ,& deleatur iniquitas:& adducaſ iuſtitia ſempiterna,& impleaſ viſio & ꝓphetia:& vngaſ ſanct⁹ ſanctoꝝ. Scito ergo & aĩaduerte ab exitu ſermonis:vt iterũ ędificetur Hierl'm, vſq; ad Chriſtũ ducẽ:hebdomades ſeptẽ,& hebdomades ſexaginta duę erũt Et rurſus ędificabiſ platea & muri,i anguſtia temporꝫ. Et poſt hebdomades ſexagita duas occidetur Chriſtus:& nõ erit eius populus qui eũ negaturus eſt. Et ciuitatẽ & ſanctuarium diſſipabit populus cũ duce vẽturo:& finis ei⁹ vaſtitas. Et poſt finem belli:ſtatuta deſolatio. Cõfirmabit autẽ pactum multis hebdomada vna:& i dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificiũ:& in templo erit abominatio deſolationis. Et vſq; ad cõſummationẽ & finem pſeuerabit deſolatio. Quid agitis Iudęi? Ecce non ſolum annũ aduẽtus Chriſti:ſed & paſſionis ac mortis eius tẽpus, veſter Propheta deſcribit. Nec iſtud tñ,ſed & quicquid vobis ex illo tẽpore contigit. Qđ ciuitati veſtrę, qđ ſanctuario, qđ toti iudaicę ſtirpi vſq; in hodiernũ accidit:prędicere vel deſcribere non omiſit. Redite ergo ad annoꝝ numerũ,& ab hac Danielis viſione vſq; ad Chriſtũ:nõ ſolũ tempus & ipſum in quo nat⁹ eſt:accipite annũ. Sed ne forte moderni relatoris verba vobis vileſcãt: accipite eundẽ numerũ nõ a moderno,ſed ab
Tertulianus. antiquo & doctiſſimo viro Tertuliano. Cui,licet de noſtris fuerit,nõ credere nõ poteritis:cũ ex principũ tpe,& veraciũ hiſtoriarũ fide:ab eo veritati cedere coacti fueritis. Audite ergo
Vide cõputationẽ hebdomadarũ. ipſum. Vnde(inquit)oſtẽdim⁹,quia Chriſtus venit intra.lxx.hebdomades? Numera a primo anno Darij:qm̃ ipſo tpe oſtẽdiſ Danieli viſio ipſa. Dicit eñ ei. Intellige & cõijce,a ꝓphetatiõe ſermonis reſpõdere me tibi hęc. Vnde a primo anno Darij debemus computare,qñ hãc vidit viſionẽ Daniel. Videam⁹ anni quõ impleantur:vſq; ad aduẽtũ Chriſti. Darius regnauit annis decẽ & nouem. Artarxerſes.xlj. Ochus qui & Cyr⁹ annis.xxiiij. Argus anno.j. Alius Darius,qui & Męduis nominatus eſt,

annis.xxij. Alexander Macedo annis.xij. Deinde poſt Alexãdrũ,qui & Mędis & Perſis regnauerat,quos deuicerat:& in Alexãdria regnũ ſuũ firmauerat:qñ & noĩe ſuo eã appellauit.poſt eũ regnauit illic in Alexãdria Sother, annis.xxxv. Cui ſucceſſit Philadelph⁹ regnãs annis.xxxviij. Poſt hunc Euergetes regnauit annis.xxv. Deinde Philopator,ãnis.x.&.vij. Poſt hunc Epiphanes,annis.xxiiij. Itẽ alius Euergetes,annis.xxvij. Sother,ãnis.xxxviij. Ptolemę⁹,annis.xxxviij. Cleopatra annis.xx mẽſibus.v. Itẽ Cleopatra conregnauit Auguſto,annis.xiij. Poſt Cleopatram, Auguſt⁹ alijs annis.xliij.imperauit. Nam oẽs anni Auguſti fuerunt numero.lvj. Videmus autẽ,quoniã in quadrageſimo & primo anno imperij Auguſti:qui poſt mortẽ Cleopatrę imperauit,naſciſ Chriſtus. In ſupvixit idẽ Auguſtus ex quo nat⁹ eſt Chriſt⁹,annis.xv. Et erũt reliqua tpa ãnoꝝ in die Natiuitatꝭ Chriſti in annũ Auguſti.xlj. poſt mortẽ Cleopatrę,anni.ccccxxxvij.& mẽſes.v. Vñ adimpleſ.lx.duæ hebdomades & dimidia,quæ efficiunt annos.cccc.xxxvij.menſes ſex in die Natiuitatꝭ Chriſti. Et manifeſtata eſt iuſtitia æterna:& vnctus eſt ſanctus ſanctorum,id eſt Chriſt⁹:& ſignata eſt viſio & ꝓphetia:& dimiſſa ſunt peccata,quæ ꝑ fidẽ nominis Chriſti omnibus in eum credentib⁹ tribuunſ. Quid eſt autem ſignari viſionẽ & prophetiam? Quoniam omnes ꝓphetæ nunciabant de ipõ,ꝙ eẽt vẽturus:& pati haberet. Igitur qm̃ adimpleta ẽ ꝓphetia ꝑ aduẽtũ eius: ꝓpterea ſignari viſionẽ & ꝓphetiã dicebat. qm̃ ipſe ẽ ſignaculum ꝓphetaꝝ: oĩm adimplẽs oĩa q̃ retro ꝓphetę nunciarunt. Poſt aduẽtũ eñ & paſſionẽ eius:iã nõ viſio neq; ꝓpheta eſt:qui Chriſtũ nunciet eſſe vẽturũ. Et poſt paululum Videamus(inquit)qđ aliæ.vij.& dimidię hebdomades,q̃ ſunt ſubdiuiſæ in abſciſione priorũ hebdomadaꝝ:in quo actu ſint ĩpletę. Poſt Auguſtũ eñ qui ſupuixit poſt natiuitatẽ Chriſti:anni.xv.efficiunſ. Cui ſuccedit Tyberi⁹ Cæſar:& imperiũ habuit annis.xxij.mẽſibus.vij. diebus.xxviij. Hui⁹ nonodecimo imperij anno patiſ Chriſtus, annos habẽs quaſi.xxxiij. cum patereſ. Itẽ Gaius Cæſar, qui & Caligula: annis tribus,mẽſibus ſeptẽ,diebus.xiij. Tyberius Claudius,annis.xiij.mẽſibus.vij.diebus xx. Nero,annis octo,mẽſibus.ix.diebus.xiij. Galba,mẽſib⁹.vij.dieb⁹.xxviij. Otho,mẽſib⁹ iij.diebus.v. Vitelli⁹,mẽſib⁹.viij.dieb⁹.xviij. Veſpaſian⁹,ãno.j.impij ſui debellauit Iudęos: & fiũt anni numero quiquaginta duo, mẽſes ſex. Nã imperauit,ãnis.x. Atq; ita i diẽ ſuę ex-

pugnationis: Iudæi impleuerūt hebdomades
ſeptuaginta p̄dicatas a Daniele. ¶ Quid iſto
Iudęi errori veſtro, qd obſtinationi nephādæ:
immo qd inſanię condēnandæ reliqui ē? Ecce
numerꝝ annoꝝ exponēte ac diſtinguente ve-
raci & docto viro: cernitis ab anno quo hęc vi
ſio pphetæ reuelata eſt, vſq; ad vltimā ciuita-
tis ac regni veſtri euerſionē: infra ſeptuaginta
hebdomades. Hoc eſt. ccc. nonaginta annos
cōſummatā p̄uaricationē, finem accepiſſe pec
catum, deletam iniquitatem, adductā iuſtitiā
ſempiternam, impletā viſionē & pphetiā: &
vnctum ſanctum ſanctoꝝ. Hoc quō? Profer-
te ſi quid habetis: & oſtēdite quando aut qua-
liter vel p quē, infra hoc p̄ſcriptum tēpus: hæc
tanta, tam admirāda, tam amplectēda cōple
ta ſint. Dicite: quomodo cōſūmata p̄uaricatio
ſit, qūo peccatū finē accepit, qūo infra eūdem
terminū adducta ſit iuſtitia ſempiterna, quo-
modo impleta viſio & pphetia: & tandē quis
fuerit, qui eo tp̄e p̄dicatur vnctus, ſanctus ſan

Hic oſtē-
dif nſlicō
uenire al-
teriaChri
ſto.

ctoꝝ. Et his quidē diebus (ſicut ſupra alterius
ſentētię cauſa dictum eſt) fuerunt quidā qui cū
diademate qd aſſumpſerunt: fortaſſis etiā re-
giam ſibi vnctionem adhibuerunt. Prim⁹ ari
ſtobolus, dehinc ei⁹ ſucceſſor Alexander. rur-
ſum Alter Ariſtobol⁹, ac poſtmodū Herodes
vel Archela⁹. Sed nūqd Ariſtobol⁹, ſanct⁹ ſan
ctoꝝ? Nunquid Alexander, ſanctus ſanctoꝝ?
Nunquid Archelaus, ſanctus ſanctoꝝ? Nōne
(vt refert ſæpedictus Ioſephus) hoꝝ omnium
ſcelerata exordia, deterior proceſſus: ac peſſim⁹
exitus ſecutus eſt? Nemo ergo ex illis, ſanctus
ſanctoꝝ. De nullo ergo iſtoꝝ: pphetę ab ange-
gelo dictū ē, q̄ vngēd⁹ ē ſctūs ſctōꝝ. Neceſſe ē
ergo vos infra has. lxx. hebdomades aliū q̄re-
re. de quo dictū poſſit accipi: vngaf ſctūs ſan-
ctoꝝ. Neceſſe ē inſup vos: aut oſtendere q̄liter
eodē tp̄e pctm̄ finē acceperit, q̄liter iuſtitia ſem
piterna adducta, q̄liter viſio & pphetia ipleta

Applicaf
hic pphe-
tia Chri-
ſto.
Ioan. j.

ſit: aut ſi hoc non poteſtis: ab alijs q̄rere qūo fa
ctū ſit. Nihil igiſ reſtat: niſi vt vnctū ſanctū ſā
ctoꝝ, Chriſtū dn̄m nr̄m intelligatis: q vnctus
ſcdm hoiem ab oipotēte patre ē oleo exultatio
nis: & ſctūs ſanctoꝝ eſt: qa p̄ conſortibus ſuis.
Nec em̄ illi ſicut alijs ſanctis ad mēſurā ē dat⁹
ſpūs: vt ſanct⁹ ſanctoꝝ eēt. Nec id tm̄, vt ſan-
ctus ſanctorum eſſet: ſed vt in ſuper ſanctificā-
dos omnes eodem ſuo quo infuſus eſt ſpiritu,
ſanctificaret. Quando vero finē accepiſſe pec-
catum: quando deletam iniquitatē infra heb-
domadas ſæpedictas accipere poteritis: niſi
vel qn̄ ab ipſo p baptiſmū ſuū omniū baptiza-
torum, vel baptizandorū peccata laxata ſunt,
vel quādo ab eo diſcipulis dictum eſt. Accipi-
te ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis pec-
cata, remittūf eis? Quid & de tam lucida paſ-
ſionis ac mortis Chriſti p̄nunciatione dicetis?
In quo em̄ clarior apparet mortē Chriſti Euan
geliſta referēs, q̄ Propheta prædicēs? Poſt heb-
domades (iquit) lxii. occidef Chriſt⁹. O miſerā
da pfidoꝝ ſurditas: o deteſtāda ipioꝝ cęcitas.
Cur ad tantū ppheticæ vocis tonitruū, nō ex-
pgiſcens? Cur ad tantū angelici Solis fulgorē:
oculos nō aperis? Audis angelū loquētē: vides
pphetā ſcribentē. Poſt hebdomades. lxii. occi-
def Chriſtus. Quid agitis? Quid dicitis? Ecce,
ne p. lxx. annoꝝ hebdomades, id eſt, p quadri
gētos nonaginta annos, liber vobis daref va-
gādi excurſus: poſt. lxii occidēdū Chriſtū. & an
gelus dicit: & ppheta ſcribit. Sexagita ergo ac
duabus p̄miſſis, quid de. lxx. hebdomadibus
ſup eſt? Octo vtiq;. Vrget igitur vox pphetica,
vt infra illas octo hebdomades, Chriſtum paſ
ſum, Chriſtum confiteamini occiſum. Sed de
illis octo: dimidia hebdomada, iuxta iam no-
minati auctoris Computum: ipſa Natiuitatis
Chriſti die completa eſt. Reſtāt igif ſeptem &
& dimidia. In quarum enunciatione ſumpto
ab eadem Chriſti Natiuitate principio, cōplen
tur hebdomades quatuor, additis quintę heb-
domadis annis quinq; & dimidio. id eſt æta-
tis Chriſti vſq; ad ipſius paſſionē, annis trigin
ta tribus, & dimidio. Sup eſt ergo de hac quin-
ta hebdomade, annus & dimidius, tranſacta
Chriſti paſſione. Quo anno & dimidio adiun
ctis duab⁹, q̄ de ſeptē ſupraſcriptis ſup ſunt heb
domadibus, fiūt anni. xv. & dimidi⁹. Quib⁹
xv. annis & dimidio, addita media illa q̄ poſt
vii. ſuperat hebdomade, continēte tres annos
& dimidiū fiūt anni. x. & ix. Vñ pſpicuū eſt ha
rū. vii. hebdomadaꝝ ac dimidię numeꝝ. ſic
cōpletū: & Chriſtū ifra eaſdē hebdomadas. x.
& ix. annis eius paſſionē ſubſequentib⁹ paſſū.
Si ergo adnumerenf hæ. vii. hebdomades, &
dimidia. infra quas Chriſtū paſſū pbauimus,
quas etiā exordiū habere: ab ipſa Natiuitatis
Chriſti die dixim⁹. ſi inquā hę. vii hebdoma-
des & dimidia, cū alijs. lx. duab⁹, & dimidia,
q̄ Chriſti Natiuitatē p̄ceſſerūt, annumerētur:
ſeptuaginta hebdomadarum ab angelo Ga-
briele, vel ppheta Daniele prędictarum: ſum-
ma implebitur. Infra quas ſecūdum p̄miſſam
tēporū diſtinctionē: conſūmata eſt p̄uaricatio,
finē accepit peccatū, deleta iniqtas, adducta
iuſtitia ſempiterna, ipleta viſio & pphetia: &
vnct⁹ ſanct⁹ ſanctoꝝ. Infra q̄s iſup & ille ſan-
ct⁹ ſctōꝝ, q vnct⁹ hoc ē Chriſt⁹ dr̄. occiſus ē: &

Iudaicus populus,q eum ore blaſphemo nega
uit:ab eo reprobatus eſt. Hoc ſi tibi obſcurũ vi
det:audi idẽ apertiꝰ. Impletis vt iam dictum
eſt,ab anno huius propheticę viſionis,vſq; ad
Chriſti Natiuitatẽ.lx. duabus hebdomadibꝰ
& dimidia:nõne de ſeptuagenario hebdoma
daꝝ numero,ſeptẽ hebdomades & dimidia
ſup ſunt? Negare nõ potes. Et quot anni in ſe-
ptem hebdomadibus,& dimidia numerãt?
Vtiq;.l.duo,& dimidius. Nam certũ eſt,ꝙ ſi-
cut ſemp hebdomades dieꝝ:ſic in hac ꝓpheti
ca viſione,ꝑ ſeptenariũ numerum hebdoma
des computãt annoꝝ. Sũma igit ſeptẽ hebdo
madaꝝ,& dimidię cõplet annos quinquagin
ta duos,& dimidiũ. Hi ergo quĩquaginta duo
anni & dimidiꝰ:a die Natiuitatis Chriſti,vſq;
ad integrã ſeptuaginta hebdomadaꝝ comple
tionẽ,ſup ſunt. Numera igit Iudęe,q̄ ſubtiliꝰ
poteris:& inuenies infra hos.l.duos annos,
& dimidiũ:triginta iã & tribꝰ annis elapſis,&
dimidio,Chriſtum paſſum,immo vt ꝓpheta
tuus loquit,occiſũ. Trigita ergo tribꝰ annis,&
dimidio ſubtractis de quinquaginta duobus,
& dimidio:remanent anni decẽ & nouẽ. His
decẽ & nouẽ annis poſt Chriſti paſſionem ſeu
mortẽ cõpletis:integer ſeptuaginta hebdoma
daꝝ a Daniele ꝓdictaꝝ numerus inuenit:&
infra has vnctus ſanctꝰ ſanctoꝝ:infra has idẽ
vnctꝰ,id ẽ Chriſtus occiſus:ĩfra has deleta ini-
q̃tas:manifeſtata iuſtitia ſempiterna:impleta
viſio & ꝓphetia:Sole fulgẽtius declarat. Q; ſi
Obiectio de enumeratiõe prędicta. adeo hiſtoriaꝝ peritꝰ es:vt obijcias Tertulia-
nũ annos Claudij Cęſaris oĩno reticuiſſe,& in
annoꝝ illiꝰ tp̄is numero a q̃buſdã alijs hiſtori
cis diuerſum eẽ:reſpõdeo. Nihil hoc,ad ꝓpoſi
Reſpõſio tã rẽ. Diſſideãt a paſſiõe dñi in annoꝝ nume-
ro ꝓut libet hiſtorici:cũ cõſtet lucide ꝓbatum
iuxta ſæpe dictam Danielis ꝓphetiam,infra
ſeptuaginta hebdomades Chriſtũ natũ,Chri-
ſtũ paſſũ,deletã eẽ iniq̃tatẽ,apparuiſſe iuſtitiã
ſempiternam:& prorſus vniuerſa ſalutis hu-
manæ ſacramenta,in ipſo & ꝑ ipſum cõpleta.
Sed licet hoc dicam,licet quoddam falſũ exẽ-
plar de principali Tertuliani libro exceptum,
annos Claudij Cæſaris in annis Cæſarum(vt
quõdam legi)reticeat:ipſe tamen Auctoris li-
ber,vbi nullus Cæſarum ab Auguſto vſq; ad
Veſpaſianum & Titum intermiſſus eſt:ſicut
nullum eoꝝ vt ſibi inuicẽ ſucceſſerunt,nume-
rando excipit:ſic integrum quibus imperioꝶ
fuerunt annorum numerum caute deſcribit.
Vñ q̃a ſemp purior ẽ aqua fontis q̄ riui:magis
credẽdũ eſt ſollicito ad veritatẽ inueſtigãdã au
ctori,q̄ negligẽter aliena trãſcribẽti cuilibet ex-
ceptori. Vt igitur(o Iudæi)ad debitum poſitaꝝ
rum ſententiarum finem citiꝰ accedam:opor
tet vos,neceſſe eſt vos:aut alium vnctum,ali-
um ſanctum ſanctorum,aliũ plane Chriſtũ:
eo iam dictarum hebdomadarum tẽpore,eo
earundem hebdomadarum anno occiſũ oſtẽ-
dere:aut noſtrum vnctum,noſtrum ſanctum
ſanctorum,noſtrum Chriſtum,redemptorẽ &
Saluatorem ſuorum:nõ a quibuſlibet,ſed a pa
tribus veſtris eiſdem diebus crucifixum:& ipſo
tormento crucis occiſum:nobiſcum ſuſcipere.
Et quia probatum eſt poſt quĩquaginta duas
hebdomades,infra ſeptuageſimam Chriſtũ
occiſum:quia & ipſa hebdomada qua occiſus
ſcribitur,oſtẽſa eſt:& ipſe quo occiſus eſt annus
declaratus eſt:nolite,nolite,ſi ſanum ſapitis,
alium vlterius Chriſtum quęrere:nolite alium
expectare. ¶ Aduertite & illud qđ ſeqtur i ꝓ-
phetia,& in ea quidem prædictum,ſed clariꝰ
in vobis impletum legite:non erit eius popu-
lus,q eum negaturus eſt. Vere iam non eſtis
eius:vere q̄diu inueterata inſania in vobis mã-
ſerit:nõ eritis eius. Non eritis eius,nõ eritis vt
olim ꝓprij:ſed eſtis & eritis alieni. ſicut de vo-
bis in Pſalmo Deus loquitur. Filij alieni men- Pſal.xvij.
titi ſunt mihi,filij alieni inueterati ſũt:& clau
dicauerunt a ſemitis ſuis. Et impletum eſt in
vobis,qđ talibus in noſtro etiam Euãgelio ipſe
minatur. Qui negauerit me corã hominibus: Matth.x.
negabo eum coram angelis dei. Negaſtis eũ:
quando occidiſtis,negaſtis eum:quando lapi
dem qui iam factꝰ ẽ in caput anguli. reproba- Pſal.cxvij.
ſtis,negaſtis eum:quando Iudici dicẽti. Regẽ
veſtrum crucifigam:reſpõdiſtis. Nõ habemus Ioan.xix.
regẽ niſi Cæſarẽ. Hinc agnoſcite prædictũ de
vobis ab angelo,dictũ a Propheta:nõ erit eius
populus,qui eũ negaturꝰ ẽ. Nec prætereat vos
illud,qđ ſtatim ſubdit. Et ciuitatẽ & ſãctuariũ
diſſipabit populus cũ duce vẽturo:& finis eius
vaſtitas. Et poſt finem belli:ſtatuta deſolatio.
Nonne hæc omnia:patres veſtri experti ſũt?
Nonne hæc omnia:proprijs oculis contẽplati
ſunt? Nonne ſtatim his ſeptuaginta hebdo-
madibus finitis,veniens Romanus populus
cum duce Veſpaſiano,eiuſq; filio Tito:regnũ
Iudaicum deſtruxit? Nonne vrbes vniuerſas
euertit? Nonne ipſam regni veſtri caput Hie-
ruſalem,& eius ſanctuarium diſſipauit? Nõ-
ne ſuccendit? Nõne ad ſolum vſq; diruit? Nõ-
ne vniuerſum Iudæorum populum:vario di-
uerſarum miſeriarum exitu,condemnauit?
Nonne pręter innumeros alios,in ipſa veſtra
principali vrbe Hieruſalem tempore obſidio-
nis inuentos tricies centena millia,aut occi-

dit,aut captiuauit? Hæc vaſtitas finis fuit ci-
uitatis veſtræ:finis fuit ſanctuarij veſtri.Hũc
finem iuxta prophetica dicta ſtatuta deſola-
tio ſequuta eſt. Sed fortaſſe deſolatio breuis,
deſolatio paucorũ annorũ.Non,non.Et quid
dico,non? Audite Prophetam ipſum:audite
angelum Prophetę loquētem.Vſq; ad cõſum
mationem & finē,perſeuerabit deſolatio.Nõ
erit inquit breuis,non erit parui temporis:nõ
erit aliarum deſolationum ſimilis.Nõ erit ſi-
milis oppreſſioni ęgyptiacę:nõ erit ſimilis ca-
ptiuitati Babylonicę:nõ erit ſimilis Aſſyriorũ,
vel Macedonũ,ſiue quarũlibet gentiũ ſubiu-
gationi.Nam oēs illas,aliqua poſt non multũ
tēporis ſequuta eſt releuatio. Hanc vero no-
uiſſimã deſolationē,pēr mille iam ac centum
annos,nulla ſaltem parua ſequuta eſt conſo-
latio.Et quid dico nõ eſt ſequuta? Dico qđ pl⁹
eſt:imo nullo vnq̃ deinceps tp̄e ſequetur.Au-
dite intente Prophetam. Vſq; ad cõſummati-
onē & finem:perſeuerabit deſolatio.Vſq; ad
quã cõſummationē? Vſq; ad quem finē? vtiq;
vſq; ad cõſummationē rerum:vſq; ad finem
mundi.Quid igitur adhuc Chriſtũ phantaſti-
cum ſomniatis? Quid adhuc Chriſtũ falſum:
imo nullum ſperatis? Quid libertatem terre-
nam,adhuc vobꝫ reddēdã ſuſpicamini? Quid
ad repromiſſionis antiquę veterem terram:
reditum pręſtolamini? Audite,capite,aduerti
te:Gabrielem loquentem,Danielem ſcriben-
tem.Vſq; ad cõſummationē & finē,perſeue-
rabit deſolatio. Probatum eſt igitur/o Iudęi
(vt arbitror)quadriphari̇a diuiſione,Chriſtũ
a Prophetis multipliciter pręđictum,aut prę-
dicatũ:dei filium intelligi oportere.Nec dei fi
lium more quorundã hominũ,qui ꝓpter ali-
quam a deo ſibi datam gratiam,filij dei di-
cti ſunt:ſed ꝓpter ipſam naturalem ex eſſen-
tia patris generationē,eſſe dei filium. Proba-
tum eſt ipſum dei filium,eſſe etiã deum.Nec
de numero illorũ deorum,de quibus legitur,
deus deorũ,dñs loquutus eſt:ſed vere ſicut lu-
men ex lumine,ſic deum verũ de deo vero.
Probatũ eſt eundē Chriſtum nullo modo ter-
renũ vel carnalē regē ſentiēdum:nec regnũ
eius tēporale credēdum. Nam oſtenſum eſt
non cõgruere terrenũ principatũ deo:nõ con
uenire peritura ęterno.Probatũ eſt Chriſtũ iã
veniſſe:nec eũ qui iã venit quaſi qui nõ vene-
rit a Iudęis vel quibuſlibet alijs expectãdum
eſſe.Cũ iſta oia/o Iudęi,& auctoritatib⁹ ſacris,
& rõnibus inuictis ꝓbata ſint:quid ſuſtinetis?
Si ſcripturis veſtris fidē datis:auctoritatib⁹ cre
dite.Si rõnales aut rõnabiles eſtis:rationi ad-
quieſcite.Q; ſi etiã curioſi,quia iuxta Apoſto — i.Cor.i.
lũ noſtrũ Iudęi ſigna petũt,miraculis hęc vni- — Pſal.lx-i
uerſa cõfirmantibus credite. Nolite iã extolle- — Vltima p
re in altũ cornu veſtrũ:nolite loqui aduerſus — batio ꝓce
deum iniquitatē.Nolite de miraculis legis ve — dētiũ poſt
ſtrę tp̄e factis gloriari:nec ea vel aliqua de cau — auctorita-
ſa Euãgelio Chriſti ꝓponere.Magna quidē & — tes rõnes
multa fuerũt iudaicę legis miracula,ſed lon- — ꝓ miracu-
ge maiora & incõparabiliter plura miranda — la.
chriſtianę fidei opa.Nã vt de miraculis ipſis,
quę numero cõprehēdi nõ poſſunt taceã,ipos
miraculorũ factores a principio chriſtianę gra-
tię vſq; ad noſtra tp̄a quis explicet? Quis ex-
plicet tot tantoſq; ab ipſis dñi Chriſti dieb⁹ ꝑ
totũ orbē diffuſos:qui diuinis ac ſtupēdis ope
ribus ſupbã mundi ceruicē calcarũt:eãq; humi
litati chriſtianę fidei ſubdiderũt? Cõfer Moy
ſen tuũ Iudęe,nõ dico Chriſto,ſed ſaltem ſi
audes,ei⁹ Apl̄o Petro:& videbis quis cui in
talib⁹ ꝓponi debeat,quis quē potētibus mira-
culis exſuperet.Diuiſerit ille deo iubēte rubrũ
mare:pluerit manna de nubibus:produxerit
aquã de rupe,& quędã ſimilia,magna quidē
ſed pauca.Sed quid iſta ad Petrum? Taceo ꝙ
dęmonib⁹ imperauerit:ꝙ mortuos ſuſcitaue-
rit:ꝙ vniuerſa morborũ gñа,nõ ſolũ iuſſu,ſed
& ſola corpis ſui vmbra:ſępe curauerit:ꝙ mi-
rãda oia quęcũq; voluit & ꝑut voluit fecerit.
Ea tñ quę ꝑ innumeros diſcipulos ad diuer-
ſas mundi partes cauſa ſerēdę fidei directos
opatus eſt:q̃ memoria recolligere,q̃ lingua po
terit effari? Nã nõ dico paucos,nõ dico mul-
tos:ſed dico populos ipſos a peſtib⁹ varijs ere-
ptos:a morbis diuerſis curatos:mortuos non
ſolũ triduanos vel q̃triduanos,ſed quadrage-
narios,diſcipulorũ Petri virtute ſuſcitatos:So
lē fixũ,mõtes trãſlatos,maria ſciſſa, calcatas
vndas,elemĩta victa:qñ enarrare ſufficiã? Sed
fortaſſis ſolũ Petrũ inter Apl̄os ſignis talibus
emicuiſſe putabis.Nõ hoc Petro ſoli dictũ eſt:
ipſis oib⁹ duodecim ei⁹ coapoſtolis a Chriſto
iniunctũ eſt.Infirmos(ait)curate:mortuos ſuſ — Matth.x.
citate:leproſos mundate:dęmones eijcite.Et — Lucę.x.
itē.Ecce dedi vobis poteſtatē calcãdi ſup ſer-
pētes & ſcorpiones.& ſupra oēm virtutē ini-
mici.Ac ſupra.Nolite gaudere:quia ſpũs vo-
bis ſubijciũtur.Et alibi.Si habueritis fidē:ſicut — Mat.xvij
granũ ſinapis,& dixeritis mõti,trãſi in mare:
trãſibit.Nec ſublimis iſta tantaq; miraculorũ
poteſtas,duodecim ſolis Apl̄is vel his qui ei
mortaliter in carne adhęſerũt:data eſt.Audi
quid de vniuerſis vere credētib⁹ a Chriſto iã
paſſo,mortuo,ac ſuſcitato:dicat.Signa autē
eos qui crediderint:hęc ſeq̃ntur.In noie meo — Mar.vlti.

dęmonia eijciēt, linguis loquētur nouis: ſerpē-
tes tollent. Et ſi mortiferū quid biberint: non
eos nocebit. Sup egros manus imponēt: & bñ
habebūt. Nō ē Iudęe numer⁹ xp̄ianorꝝ ſigno-
rū: nō eſt nūer⁹ mirādorꝝ xp̄ianę fidei operū.
Infinit⁹ plane eſt numer⁹ operū: īfinit⁹ nume-
r⁹ opantiū. Pręter Moyſen, Ioſue, Gedeonē,
Sāſonē, Samuelē, Eſaiā, Heliā, Heliſęū, Ionā,
miris opibus inſignitos: paucos habet lex tua:
innumerabiles miraculorꝝ exhibitores fides
habet & habuit chriſtiana. Quid igr̄ vltra ſu-
ſurras? Quid muſitas? Da tandē, da manus
Chriſto, quē dei filiū, quē deū, quē regē ęternū
quē iam certo & lōge ante p̄dicto tp̄e veniſſe:
tot auctoritatib⁹ ſacris, tot rōnibus indubijs,
tot tantiſqꝫ pdigiorꝝ ſignis: pbaſti. Noli vltra
cōqueri legē moyſiacā a Chriſto mutatā: quia
ſicut deus eſt, qui illā dedit: ita de⁹ eſt, qui hāc
euāgelicā teneri mandauit. Non alter & alter
deus: alter illā, alter iſtā: ſed idem ipſe de⁹ Chri-
ſtus, qui priorē illam anteq̄ p carnē hoībus ap-
pareret, Iudęis tradidit: ipſe iā factus homo,
vt hāc ſecundā nouā & vltimā obſeruarēt: vni-
uerſis tā Iudęis q̄ gentibus imperauit. Qui ſi
deus eſt, vtiqꝫ qđ pręcipit tenēdum eſt. Sed au-
ctoritatibus, rationibus, ac miraculis: de⁹ eſſe,
pbatus eſt. Sequitur ergo: vt qđ dixit, ratū ha-
beatur: qđ p̄cepit, vt dei pręceptū ſeruetur. Si
igitur deo cōtraire refugis: neceſſe eſt te Chri-
ſti dei mandata ſuſcipere: neceſſe eſt te ei⁹ (ſua-
Matth.xj ui vt ipſe loquitur) iugo: colla diu multum ꝫ
olim ſupba ſubmittere. Nō erit tibi ſi Chriſtū
deū agnoſcis, vltra nobiſcum inueterata quę-
ſtio: nō vetuſta velut ſpretę legis tuę querela:
ꝙ circūciſionē chriſtianus abijciat, ꝙ Sabbatū
cōtemnat: ꝙ legalibus ſacrificijs nō inſeruiat.
Fruſtra Videbis & intelliges, licuiſſe deo cōgruētia ſin-
miraꝛ Iu- gulis tp̄ibus diſpenſare: & nunc iſta, nunc illa:
dę⁹ deū p alijs & alijs: nunc ſingulis, nunc plurib⁹, nunc
varietate oībus: pro ſibi ſoli ad integrū nota rōne: perſo-
tēporꝝ di- narū, cauſarū, tēporum: diſpēſare. Aduertes ſi
uerſa p̄ce- bene pſpexeris: deū nō ſolo chriſtianę gratiæ
piſſe. tp̄e noua mandaſſe: cum agnoueris eum ab
ipſo humanę creaturę principio ſcripturis tuis
atteſtātibus, ſimilia ſępe feciſſe. Nōne noua
& quę ante nō dixerat dixit, qñ peccātis hois
Geñ.iij. reatum puniens: ait. Maledicta terra in opere
tuo, in laborib⁹ comedes eam cunctis dieb⁹ vi-
tę tuę. & reliqua? Nōne noua & quę ante nō le-
gitur pmiſiſſe cōceſſit, qñ poſt deletū diluuio
Geñ.ix. mundū, Noe loquut⁹ eſt: oēs piſces maris ma-
nui veſtrę traditi ſunt: & oīne quod mouetur
& viuit, erit vobis in cibum. Et ſtatim. Quaſi
olera virētia tradidi vobis omnia: excepto ꝙ
carnē cum ſanguine nō comedetis? Qui & no-
uam legē de qua viqꝫ ad tempus illud reticue-
rat promulgans: adiunxit. Sanguinē eñi aia-
rū veſtrarū requirā de manu cunctarū beſtia-
rū, & de manu hominis. De manu viri & fra-
tris eius: requirā animā hois. Quicūqꝫ fuderit
humanū ſanguinē: fundetur ſanguis illi⁹. Ad
imaginē quippe dei, factus eſt homo. Nonne
noua & de quibus prorſus ante ſiluerat præce-
pit: qñ Abrahę patri noſtro ſcđm fidē infixit
dicēs. Hoc eſt pactum qđ ſeruabitur inter me Geñ.xlvij
& vos, & ſemen tuum poſt te, circuncidet ex
vobis omne maſculinū, & circuncidetis carnē
pręputij veſtri: vt ſit in ſignū fœderꝭ inter me
& vos. & cætera quæ ſequuntur? Nonne no-
ua & quæ per tot ſecula celauerat mandauit:
quando Sabbatum, quando initia menſium,
quando ſolennitates multiplices, quando ſa-
crificia multiformia: & vt breuiter multa
concludam: quando totum corpus legis, de
qua magis ſuperbire q̄ ędificari ſoletis: ver-
bo ſcripto ꝫ per Moyſen patrib⁹ veſtris dedit?
Et quis facile cuncta enumeret, quę diuinitas
ſaluti hominum conſulēs: nō ſimul ſed paula-
tim vel vniuerſaliter vel pticulariter, per mul-
tos non eodē ſed diuerſis temporibus: ſeruari
mandauit? Si ergo toties deus ante hominem
Chriſtum hominibus noua ac diuerſa manda-
uit: quid mirum ſi idem Chriſtus in eadē per-
ſona homo ſimul & deus, quę magis diebus
iſtis cōgruere mortalibus vidit: pręcepit? Sed Obiectio
fortaſſe dices. Noua quidē ſępe deum præce- de imuta-
piſſe probaſti. Sed legē ad vltimum per Moy- tione legꝭ
ſen datam: mutandam & finiendam eē: nec veteris.
probaſti, nec probare potes. Probo inquā. Ac Rñſio.
primum Eſaiam ppono. Quo mihi multitu- Eſa.j.
dinem victimarum veſtrarum: dicit dñs? Ple-
nus ſum. Holocauſta arietum, & adipem pin-
guium, & ſanguinem vitulorum & agnorum
& hyrcorum nolui. Et infra. Incenſum abomi-
natio eſt mihi. Neomeniam & Sabbatum &
feſtiuitates alias non feram. Iniqui ſunt cœ-
tus veſtri. Calendas veſtras & ſolennitates ve-
ſtras: odiuit anima mea. Sed forte irati atqꝫ
indignantis dei verba hæc eſſe dices: nec vni-
uerſa iſta eum reprobare, niſi cauſa peccato-
ris tunc populi contendes. Sed audi eum nul-
la præmiſſa irarum cauſa, loquentem in pſal-
mo. Non accipiam de domo tua vitulos: Pſal.xlix.
ne ꝫ de gregibus tuis hyrcos. Et poſt quædā.
Nūquid māducabo carnes taurorꝝ: aut ſāgui-
nē hyrcorꝝ potabo? Quib⁹ ſacrificijs reprobatꝭ,
quid malit vel quid eis p̄ferat: ſubdit. Immo-
la deo ſacrificium laudis. & ſeq̄ntia. Audi &

Malach.j. Malachię teſtimonium,quod ſuperi⁹ alia de
cauſa propoſui. Non eſt mihi voluntas in vo-
bis dicit dñs exercituum:& munus nõ ſuſci-
piam de manu veſtra. Audi & illud cui refra-
gari nõ potens:& quo ꝓlato,obmuteſcere cõ-
pellens. Audi certe deum pollicẽtem:ſe noua
pręcepta daturũ:& teſtamẽtũ vetus,teſtamẽ-
Hieremi. xxxj. tum Moyſaicum:nouo & ęterno Chriſti teſta-
mẽto ĩmutaturũ. Ecce dies veniunt dicit dñs:
& diſponã teſtamẽtum domui Iuda:nõ ſcdm
teſtamẽtum qđ dedi patribus eoꝝ,qñ appre-
hẽdi manũ eoꝝ vt educerẽ eos de terra Aegy
pti. Sed teſtamẽtũ nouum diſponam eis,dan
do leges meas in mẽtibus eoꝝ:& in cordibus
eoꝝ ſcribam eas. Qui & ſupbiam veſtram de
talibus gloriantẽ humilians & confundẽs per
Ezechiel. xx. Ezechielẽ loquitur. Ego dedi eis pręcepta nõ
bona,& iudicia in quibus non viuẽt: & pollui
eos in munerib⁹ ſ:eis:cum offerrẽt omne,qđ
aperit vuluam,ꝓpter peccata ſua. Quid igit̃?
Nonne omni die clarius ꝓbatum eſt ꝙ noua
mandata frequẽter mundo deus tradidit:&
ipſam Moyſi legẽ mutandam eſſe prędixit.
Hoc agnoſce Iudęe factũ per fidẽ chriſtianã
impletum per legem euangelicam:& tandiu
viguiſſe teſtamẽtum vetus tranſitorium:quo
uſq; perueniretur ad nouum & æternum.
Obiectio ꝙ lex vetus eẽt ꝑpetua. Sed vt acutiore prout tibi videtur ſagitta: Iu-
daica pharetra exhauriaſ. ꝓduc iam illam,&
quãtũ poteris virib⁹ in nr̃am (vt ſũme exoptas)
necem emitte. Et quid ẽ inquis illud:ꝙ tã fre-
quenter in lege nobis data Deus iterat,ꝙ tam
ſæpe replicat:legẽ ipſam nullo vnq̃ tempore fi
niẽdam,ꝙ pcipit ſacrificiis,cultibus diuerſis,
omniq; ritu ibi deſcripto:a nobis ꝑpetuandã?
Quid eſt certe,ꝙ de agni immolatione præci
Exo.xij. pientis dei verba leguntur in Exodo. Habebi
tis hanc diẽ in monumentum:& celebrabitis
eam ſolẽnem domino in gñationibus veſtris
cultu ſempiterno? Quid ẽ & illud,qđ de eadẽ
re in eodẽ libro ꝓxime ſcribit̃. Cuſtodi verbũ
iſtud legitimum tibi,& filiis tuis vſq; in æter-
Leuiti.vj. num? Nonne & liber Leuiticus idem aſtruit?
Referens eñ & diſtincte ꝓferens multiplicia
de diuerſo ſacrificioꝝ gñe mandata dei:inter
ſerit hęc. Tollet ſacerdos pugillum ſimile,quę
comſperſa eſt oleo:& totum thus qđ ſup ſimi-
lam poſitum eſt: adolebitq; illud in altari. In
nonumentum odoris ſuauiſſimi domino. Et
quibuſdam interpoſitis:ſubdit. Legitimũ ſem
piternum eſt. In gñationibus veſtris:de ſacrifi
ciis domini. Rurſus poſt aliquanta. Vinum &
omne qđ inebriare poteſt,non bibetis tu & fi-
lii tui quãdo intratis tabernaculũ teſtimonii,
ne moriamini:quia pceptum eſt ſempiternũ
in gñationes veſtras. Itẽ cum de primitiis ſege
tum deo offerendis,idem liber Leuitic⁹ age- Leuiti. xxiij.
ret:addit. Eodẽ die quo manipulus conſecra-
tur:cedetur agnus immaculatus anniculus in
holocauſtum domini. Et libamẽta offerentur
cum eo,duæ decimæ ſimilæ conſperſæ oleo
in incẽſum domini,odorẽq; ſuauiſſimũ. Liba
quoq; vini quarta pars hin. Ac verſu intermiſ
ſo. Præceptũ eſt inquit ſempiternũ in gñatio-
nibus cunctiſq; habitaculis veſtris. Et poſt
pauca. Faciens (ait) & hyrcũ ꝓ peccato: duoſq;
agnos anniculos in hoſtias pacificorum. Cũq;
eleuauerit eos ſacerdos cum panibus primitia
rum coram domino:cedẽt i vſum eius. Ac ſta-
tim. Et vocabit̃ hunc diẽ celeberrimum, atq;
ſanctiſſimum. Omne opus ſeruile nõ facietis
in eo. Legitimum ſempiternum erit in cũctis
habitaculis & gñationibus veſtris. Hũc ſequẽs
liber Numeri:quiddam ſimile ad legis noſtrę
æternitatẽ ptinens:ſubiungit. Die Sabbati of-
feretis duos agnos anniculos immaculatos,&
duas decimas ſimilæ oleo conſperſæ in ſacrifi
cio:& liba quæ rite funduntur per ſingula ſab-
bata in holocauſtum ſempiternum. Nec mul
tis interpoſitis,de ſacrificiis primę diei mẽſis
ſeptimi agens:ait. Offeretis & hyrcum ꝓ pec-
cato,qui offertur in expiatione populi,præter
holocauſtũ calendarũ,cũ ſacrificiis ſuis. Et ho
locauſtum ſempiternum cum libationibus ſo
litis,eiſdem cerimoniis offeretis : in odorem
ſuauiſſimum incenſum domino. Cum ergo
toties & toties legis noſtrę ęternitas commen
detur:quid mutatam eſſe aſſeris, quid præ-
dictũ fuiſſe qđ mutaretur affirmas? Sed audi
adhuc expreſſius de libro Deuteronomii te-
ſtimoniũ:& ex illo ſaltẽ,nullo eã tpe mutari
debuiſſe vel debere:cognoſce. Loquens enim
Moyſes in iam dicto libro patrib⁹ noſtris,hęc
ait. Ponite hęc verba mea in cordib⁹ & in ani
mis veſtris:& ſuſpẽdite ea ꝓ ſigno in manib⁹:
& inter oculos veſtros collocate. Docete filios
veſtros:vt illa meditentur. Et quibuſdã inter-
miſſis. Vt multiplicẽtur (inquit) dies tui:& filio
rũ tuoꝝ in terra quã iurauit dñs patribus tuis
vt daret eis q̃diu coelũ imminet terrę. Quid
his euidẽtius ad legis noſtrę perpetuitatẽ de-
monſtrandam dici potuit? Audi & de eodem
Deuteronomii libro mandata legiſlatoris no
ſtri:& ex his vtrũ ſaltẽ in aliquo lex noſtra mu-
tanda ſit:aduerte. Non addetis (ait) ad verbũ
qđ vobis loquor:neq; auferetis ex eo. Et illud
alibi in eodem libro:poſt multiplices quę pre-
cedunt maledictiones:velut in clauſulã earũ-

dem maledictionū ſubiunctū. Maledict⁹ qui
nō pmanet in ſermonib⁹ legis huius:nec eos
Rñſio. opere perficit. Et dicat oīs populus Amen. Ve
rū eſt Iudęe, verū eſt plane vt video, qđ de te
ij. Cor̃.iij tuiſq; ait Ap̄ls noſter. Q̃diu legitur Moyſes
velamen eſt poſitū ſuper cor eor̃. Verū eſt &
illud qđ Chriſtus nō veſter ſed noſter, poſt lu-
Ioan.ix. men cęco nato donatum:ait. In iudicium ego
in hūc mundum veni:vt qui nō vidēt videāt:
& qui vidēt cæci fiant. Nā ecce oculi veſtri deū
olim vidētes excęcati ſunt:gētium oculi vſq;
ad Chriſti tp̄a clauſi:ab eo aperti ſunt. Tenen-
tes (inquit) oēs legē neſcierunt me. Tenet certe
legē Iudęus, & deū ignorat:legit eandē Chri-
ſtianus:& ex ea deū agnoſcēs adorat. Sed redi
ad ꝓpoſita Iudęe. Obieciſti quicquid fortius
obijcere potuiſti:vnde legē Moſaicam perpe-
tuam debere eſſe oſtēderes:& vnde qđ de mu
tatione eius dictum fuerat velut inuincibili ra
tione quaſſares. At ego interrogo. Sententię
quas ad legis tuę ęternitatem comprobandā
ex pentatheuco obieciſti, a deo per Moyſen ꝓ
latę ſunt? Vtiq; reſpondes, a deo. Inde proſe-
quor. Sentētię quas ad legis tuę imutationem
demōſtrandam ex Prophetis protuli, a deo p
ipſos prolatę ſunt? Nec iſtud (vt ęſtimo) immo
(vt optime noui) negas. Hoc ſi ita eſt, quāta in
verbis diuinis iuxta tuum intellectū appareat
diſſonantia: manifeſtū eſt. Et vt clarius elu-
ceat qđ dico: de obiectis a te ſacrę ſcripturę te
ſtimonijs, vnū pro oībus, hoc eſt, omniū vice
aſſumam. Habebitis inquit de⁹ de imolatio-
ne agni paſchalis agēs, hanc diē in monimen
tū & celebrabitis eam ſolennē dn̄o in gn̄atio
nibus veſtris cultu ſempiterno. Aſſumo & de
his quę a me ex aduerſo ꝓpoſita ſūt, vice vniu-
erſor̃ vnum de Hieremia teſtimoniū. Ecce
dies veniunt dicit dn̄s, & diſponam teſtamen
tum domui Iuda:nō ſcđm teſtamētum quod
dedi patrib⁹ eor̃ qn̄ apprehēdi manū eorum
vt educerē eos de terra Aegypti. Sed teſtamē
tum nouū diſponā eis, dando leges meas in
mētibus eor̃:& in cordibus eor̃ ſcribam eas.
Audiſti Iudęe. Vide, attēde, verte oēs te te in
facies. & cōtrahe quicquid ſiue animis ſiue ar-
te vales. Negare nō potes, imo hoc vt & ego
fateris, illud a deo per Moyſen:illud ab eodē
per Hieremiā prolatum. Fac ergo, fac (inquā)
ſi vales:ne ille quē fidelem legis in verbis ſuis
Pſalm̄.v. de quo frequēter & legis & cantas, ꝙ pdat oēs
qui loquuntur mēdaciū. ne plane & ipſe in ver
bis ſuis mēdax appareat:ne mēdacibus quos
ipſe perdere ſcribitur, aſſocietur. Hanc em̄ rē
tam nephanā, tam blaſphemā, de illo & ſi nō

aduertis:ſentire videris. Et quid dico ſentire
videris? Immo hoc aperte profiteris, qn̄ hinc
deum legē perpetuā dediſſe:hinc eundē ꝙ fi-
nienda eſſet, prædixiſſe fateris. Elige certe,
elige de duobus qđ volueris alterum. Nam ſi
verum eſt quod de legis iuxta iudaicum intel-
lectū ęternitate per Moyſen dixit:falſum eſt
quod de eius imutatione per Hieremiā prędi
xit. Si verum eſt ꝙ iuxta Hieremiam mutan-
da fuerit:falſum eſt ꝙ iuxta Moyſen eā deus
perpetuā eſſe pręceperit. Qđ quia de deo ſen-
tire impium (vt noſti) ac deteſtabile eſt:aut diſ-
ſolue, ſi potes, obiectum nodum ſenſu iudai-
co:aut ſi nō potes, qđ vere nō potes:adquieſce
ſano ac veraci intellectui chriſtiano. Audi er-
go iam, nec doceri erubeſcas:quia ſup omnia
ſtultum eſt malle errare q̄ diſcere:malle ꝓprijs
tenebris obfundi:q̄ lumine, licet alieno, pfun
di. Aduerte nō potuiſſe deum verba ſibi con-
traria vel in inuicē aduerſa proferre:vt hinc le
gem quā tradebat, iuxta tuū intellectū ęternā
eſſe diceret:inde rurſum finiēdam eſſe prędi
ceret. Nō plane vt ęternam, ſed plane vt fi-
niēdam legem tibi tuiſq; tradidit. Quō certe,
quō legē traderet non finiēdam in mūdo:cū
ſuis omnibus vel Iudęis vel gētibus ſuo & cer
to qđ deus nouit tēpore finiēdo? Quō (inquā)
lex data eſt abſq; fine:in orbe qui nō caret fi-
ne? Quō lex ęterna data eſt non ęternis:quō
data eſt, nō ſolū paulatim morituris:ſed qnq;
omnino defecturis? Nam ſi (vt longe ſupra ſi-
mili de cauſa præmiſi) cœlum & terra iuxta
pſalmi tui verba peritura ſunt:cui nō pateat,
qđ nec ſacrificia iudaica:nec rit⁹ multiplices:
nec vniuerſa tandē in lege illa iuſſa vel deſcri
pta:ſup eſſe poterunt? Sed forte de verbo cau-
ſaberis, forte tuo more ſono literę adhęrebis.
Contendes pertinaciter, vocari in ſcriptura il-
la legē perpetuam:vocari legē ęternā. Sed re- Eternū & ꝑpetuum ęquiuoca
cordare ſi audiſti, diſce ſi non didiciſti:ęternū
non ſemper intelligi abſq; termino:perpetuū
nō ſemp accipi abſq; fine. Habes hoc in libro
Regum ſecūdo. Factū eſt inquit, in nocte illa, ij. Reg. vij
& ecce ſermo dn̄i ad Nathan dicēs. Vade &
loquere ad ſeruum meū Dauid. hęc dicit dn̄s.
Nunquid tu ędificabis mihi domū ad habitā
dum? Et aliquātis verſibus interpoſitis. Suſci-
tabo inquit, ſemen tuum, poſt te, qđ egredietᷣ
de vtero tuo:& firmabo regnum eius. Ipſe ędi
ficabit domū nomini meo. Et ſtabiliam thro
num regni eius vſq; in ſempiternum. Et poſt
quędam. Fidelis erit domus tua, & regnū tuū
vſq; in ęternum:ante faciem meam:& thro-
nus tuus erit firm⁹ iugiter. Quid ad hęc dicis?

Nōne iam inueniſti ſempiternū cum termi-
no?nōne inueniſti æternū cum fine?Stabilio
(inquit)thronū regni ei⁹ vſq; in ſempiternum.
Cuius eius?Plane iuxta iudaicū,hoc eſt,carna
lē intellectū tuū,Salomonis,vel ei in regno iu
daico ſuccedētiū regū. Vides adhuc hoc ſem-
piternū ante ſecula multa finitū?Finitum ve-
re eſt,ipſo aduētu Chriſti dñi noſtri:ex quo &
a quo temporalis thron⁹ filiorꝫ Dauid ſubuer
ſus eſt:nec vltra in ſempiternū reſtaurandus
eſt. Quid & de ſeqnti qđ ꝑpoſitū eſt,teſtimo-
nio dices?De illo inquam teſtimonio. Fidelis
erit domus tua,& regnū tuū vſq; in ęternum?
Nunquid domus Dauid.i.poteſtas Dauid,fi
delis deo manſit poſt ipſum,& hoc in ęternū?
Nōne adhuc vigēte regno Dauiticę ſtirpis in
Iuda,adeo quorūdam regum infidelitas vel
peruerſitas notaꝛ:vt de quibuſdā eorꝫ verax
ſcriptura teſtetur:tot annis ille vel ille regna-
uit:fecitq; qđ malum eſt in cōſpectu dñi?Nū-
quid fidelis deo Iorā?Nunquid fidelis Acar?
Nunquid fidelis Sedechias?Nūquid in Ma-
naſſe filio Ezechię idolatra profano,deteſtā-
do domus Dauid vel regnū eius deo fidele ꝑ-
manſit?Et vbi eſt iam illud tuū cōtra qđ ago
ęternū?Nam ſi ęternū,quō nō dico qñq;,ſed
quō tam cito finitū?Quid vltra iam exiges?
Audis ſtabiliēdum thronū Dauid vſq; in ſem
piternū:cum ante mille annos ceſſauerit.Au
dis fidelem futuram domū eius vſq; in ęter-
nū cū?vt memoratos ꝑtereā in ipſo Salomo-
ne eius filio Idola colēte.fidelitas illa quę vo-
catur ęterna,defecerit.Et vt multiplici aucto-
ritate,ęternitatē ſępe pro finito tpe ex libris
nō alienis,ſed tuis,poni conuincā. Audi quid
ſimile de eadē re deo decātet ipſe Dauid. In-
troducens eñ deum de ſe loquentē:ſic ait. Po-
nam in ſeculū ſeculi ſemen eius,& thronū ei⁹
ſicut dies cœli. Et infra poſt aliquot verſus.Se
mel iuraui in ſancto meo,ſi Dauid mētiar:ſe-
men ei⁹ i ęternū manebit. Ac ſtatim. Et thro-
nus eius ſicut Sol in cōſpectu meo:& ſicut Lu-
na perfecta in ęternū. Et quid neceſſe eſt,etiā
iſta ſigillatim notare? Certum eñ eſt,patens
eſt:negari nō poteſt,verbis illis quę leguntur.
Ponam in ſeculū ſeculi ſemen eius.vel illis.Se
men eius in ęternū manebit.aut illis. Thron⁹
eius ſicut Sol in conſpectu meo,& ſicut Luna
perfecta in ęternū. Nequaq̄ ęternitatē ſignari
infinitā:quā & ex parte videmus finitā,& ex
toto nouimus finiendā. Ex parte videmus fi-
nitā,quia regnū & tpalem thronū filiorꝫ Da-
uid:a longo(vt iam dictum eſt)tpe ſubuerſum
cernimus:& ipſum ſemen,hoc eſt,ſucceſſionē
Dauid,ſaltem cum ipſo mundi termino fini-
ri:nemo qui dubitet. Et hęc quidē exēpla quę
ad probandā ęternitatē finitam,de Regum li
bro & Pſalmis protuli:de ſemine Dauid,de re
gno ſeminis Dauid:chriſtiano ſenſu de Chri-
ſto accipimus:eoq; intellectu ſicut thronū.i.re
gnum eius terrenū negamus:ſic nō tempora
le,ſed abſq; vllo fine ęternū oĩmode affirma-
mus. Sed quia tecū ago,qui ab intellectu iſto
longe es:tuo te ſenſu cōuenio:& ęternitatē in-
finitā in verbis illis accipi nō poſſe:oſtendo.
Eternum eñ,hoc eſt,infinitū non poteſt dici
regnū qđ iam periit:ſemen Dauid.i.ſucceſſio
regnātiū poſt Dauid perpetua dici nō poteſt:
quę nō ſubſiſtit. Vis adhuc Iudęe plura his te
ſtimonia,quibus ęternitas nō vt ſic dicā,ſem
per demōſtretur ęterna. Audi poſt illa quę au-
diſti,quid Moyſes tuus:imo magis noſter:de
vendito in ſeruū Hebręo,præcipiat. Nam pię
miſſis quibuſdā,quę quia ad rem de qua agit
non pertinēt,pręternitto:ſubdit. Si autē di-
xerit nolo egredi,eo q̄ diligat te & domū tuā, Deut.xv.
& bene ſibi apud te eſſe ſentiat:aſſumes ſubu-
lā & perforabis aurem eius in ianua domus
tuę:& ſeruiet tibi vſq; i ęternū. Audi & aliđ de
eodē libro Deuteronomii,de quo & iſtud pręs-
cedens aſſumptum eſt. Scribēs eñ Moyſes iu
dicium ſacerdotum,a populo & ab his qui of-
ferunt victimas:adiungit iſtud. Ipſum enim
(ait)elegit dñs deus tuus de cunctis tribubus
tuis,vt ſtet & miniſtret nomini domini ipſe &
filii eius vſq; in ſempiternū. Simile huic & in
Paralipomenon primo reperies. Separat⁹ eſt j.Paralip.
(inquit)Aaron,vt miniſtraret in ſancta ſancto- xxiij.
rum:ipſe & filii eius in ſempiternum:vt adole
ret incenſum dño ſcdm ritum ſuum:ac bene-
diceret nomini eius in perpetuū. Sed nūquid
ſemper neceſſe mihi erit,toties & toties vel re
ſerare quę aperta ſunt,vel illuſtrare quę clara
ſunt?Quid eſt qđ dixi?Mirum certe videtur,
ſed verum eſt. Nam quę cunctis aliis patēt:ti-
bi ſoli clauſa ſunt:quæ cunctis aliis clarent:ti-
bi ſoli obſcura ſunt. Claret eñ cunctis,notum
eſt vniuerſis:ſeruū Hebræū nec aure perfora-
ta,nec aure illæſa:dño ſuo ſeruire in æternū:
nec ſacerdotē electū a deo vel filios ei⁹ deo mi
niſtrare potuiſſe in ſempiternū. Nam & ſeruo
moriēte:neceſſe fuit ei(vt ſic loquar)mori ſer
uitium:& deficiēte ſacerdote vel filiis ei⁹:eorꝫ
neceſſario oportuit deficere miniſterium. Ex
his vniuerſis coniice,aduerte,intellige:verba
hæc.æternum.perpetuū,ſempiternum:non
ſemper poni ad deſignandū aliquod infinitū,
ſed aliqñ ad demonſtrandū tpale aliquod &

finitũ. Inde eſt & illud cui vel reſiſtere, vel in
cõtrariũ peruertere ſi potueris: verecũcta ſa-
ne intellecta: inſane interpꝛtari poteris. Audi
ergo cãticũ ipſi⁹ Moyſi, Aaron, Mariç, totiuſ-
q; gẽtis tuç quç Iſrael vocabatur. Notũ eſt can
ticũ nõ tñ tibi tuiſq;: ſed etiã orbi terrarum.
Trãſmiſſo enĩ iam rubro mari, Pharaone ſub-
merſo, Aegyptiis extinctis laudib⁹ diuinis hoc
a cantãtibus additũ eſt. Dñs inquiũt) regna-
Exo. xv. bit in çternũ & vltra. Nũquid hoc çternũ pro
infinito accipitur? Si pinfinito accipiť: vt quid
ei vltra additur? Infinitç enĩ æternitati quid
addi põt? Quid plane, quid vltra illã eſt? Aut
igitur remoue hoc vltra, & itellige hic çternita
tẽ infinitã: aut ſi illud vltra remouere nolueris:
accipe illud qd ibi legitur çternũ: licet valde p
lixũ: tñ p finito poſitũ. Quia ergo aliter hinc
exire nõ potes: quia aliter pedẽ de hoc laqueo
educere nõ prævales: agnoſce hoc de quo agi-
tur çternũ, pro imenſa licet finita tpis quãtita
te ſcriptum: ſed cũ illi additur vltra: oportere
intelligi abſq; vllo fine vel termino ſempiter
nũ. Preter has ſacras ac ſupra poſitas auctori-
tates, eſt nõ ſolum diuinus, ſed etiã humanus
& cõmunis mos iſte loquẽdi: quo nõ infinitas
ſed quædã maior minorve tpis plixitas deſi-
gnatur. Hũc modũ ab vniuerſis pene aſſidue
frequẽtari: etiã ſi negligẽter aurẽ loquẽtib⁹ ad-
moueris: aduertes. Quis enĩ loquẽtũ in ver-
bis frequẽter hoc non iterat. Semp te dilexi,
ſemp te diligã: ſemp illũ odiui, ſemp odiam:
ſemp hic pauper erit, ſemp & hic diues: ſemp
ille mẽtitur, ſemp hic loquitur: ſemp hic tacet:
& mille ſimilia? Cũq; in ppria ſua ſignificatio
ne, hoc de quo loquor acceptũ, nil minus ſi-
gnificet q̃ çternum infinitum: qui tñ illud pro
ferunt, nullam in eo intelligunt infinitatem:
ſed (vt ſupra dixi) longam plus minusve, ſed
tamen finitam, temporis quãtitatem. Hinc
eſt illud latini noſtri. Seruiet æternũ, qui par-
uo neſciet vti. Hinc & illius. Sedet, çternumq;
ſedebit Infelix Theſeus. Quo verius fine, ſe-
quentiſq; principio, licet eius quçdam mala
æterna, hoc eſt, ſine termino prolator intelle-
xerit: q tñ æternum, hoc eſt, abſq; fine ſeſſu-
rus eſſet: omnino non ſenſit. Inde magn⁹ ille
apud Latinos. Vix e conſpectu Siculç telluris
Virgil⁹. in altũ Vela dabãt lçti: & ſpumas ſalis çre rue
bant: Cum Iuno æternum ſeruans in pecto-
re vulnus. hçc ſecũ. Me ne incepto deſiſtere
victam? Item idem. Tanton potuit compelle
re motu Iuppiter æterna gentes in pace futu-
ras? Sed prolator horum verſuum, nec vulnus
in pectore Iunonis cõtra Troianos iratç, çter-

num abſq; termino ſenſit: nec gẽtes futuras
in æterna, hoc eſt, infinita pace manſuras, qđ
fieri nõ poterat: intellexit. Sũt adhuc plura de
his exẽpla: ſed vt çſtimo ſufficiũt iſta. His oĩ-
bus Iudçe probatum eſt, ad legis tuç infinita-
tem probandã: fruſtra te tot çternitatis nomi
na pduxiſſe, cum cõſtet & auctoritatibus ſa-
cris & humani vſus exẽplis: æternitatis nomi
ne non ſemp res infinitas, ſed qñq; etiam fi-
nitas ſignari. Sed forte tu ad hæc. Aeternita- Obiectio.
tis quidẽ nomen, qñq; pro finito tempore ac-
cipi, ex præcedẽtibus probas: ſed q aliqñ etiã
pro infinitate accipiatur: non negas. Non ne-
go inquam) ſed prorſus cõfirmo. Ergo inquis
vtrũq; concedis. hoc eſt, q çternitatis nomen
quãdoq; pro finito accipiatur tẽpore: quãdoq;
etiã pro infinitate. Verum eſt, inquam. Si igi-
tur inquis) verũ eſt. q pro vtraq; ſignificatio-
ne, hoc eſt, finita vel infinita, æternitatis no-
men ſæpe ponatur: vnde cogis, vnde pbas, q
ad legis iudaicç infinitatẽ oſtẽdendam a me
prolata teſtimonia, magis finita eſſe debeãt q̃
infinita? Probo (inquã) & ad iſtud cõcedẽdum Rñſio.
neceſſario argumẽto impello. Qđ vt breuius
fiat & clari⁹: redeãt rurſum ad mediũ illa duo
quç ſuperius poſita ſunt: vnũ a me, aliud a te.
A me verba Hieremiç: a te verba Moyſi. Hie
remiç illud eſt. Ecce dies veniũt dicit dñs, &
diſponã teſtamẽtum domui Iuda: non ſcdm
teſtamẽtum qđ dedi patribus eorũ, qñ appre-
hẽdi manũ eorũ: vt educerẽ eos de terra ægy-
pti. Sed teſtamẽtum nouũ diſponam eis, dan-
do leges meas in mẽtibus eorũ: & in cordibus
eorũ ſcribam eas. Moyſi illud eſt. Habebitis
(inquit deus de immolatione agni paſchalis
agens) hanc diem in monumẽtum, & celebra
bitis eam ſolennem dño in generationib⁹ ve-
ſtris cultu ſempiterno. Hçc duo (vt ſupradixi)
ex aduerſo ſibi inuicem oppoſita: & iuxta in-
tellectum tuũ omnino cõtraria ſunt. Qđ enĩ
vna ex his duabus ſententijs affirmat: altera
negat. Affirmat Moyſes çternã, hoc eſt, iuxta
te nũq̃ finiẽdã legẽ. Affirmat Hieremias mu
tandã, hoc eſt, aliã nõ iuxta modũ vel ritum
prioris dandã. Vides adhuc alterũ ex his duo
bus ſtare non poſſe? Vides niſi aliter ſenſeris,
aut Moyſen fallacẽ: aut Hieremiã? Vnde ne
tã ſolennes & famoſi veritatis miniſtri men-
daces appareant: neceſſe eſt aut Hieremiam
ſic exponi, vt legis iuxta tuã ſentẽtiã infinitas
mõſtretur: aut Moyſi verba ſic accipi, vt quod
de mutatiõe legis Hieremias ptulit: verũ eſſe
pbeť. Sed in Hieremiç verbis quis Iudaicus,
quis Chriſtianus etiã valde pſpicax ac linceus

(vt dr̄ oculus:aliud q̄ dictū eſt rimari poterit?
Quid aliud ſentire q̄ qđ abſq; nubilo,abſq; te-
gmine,abſq; figurarū inuolucris pdunt?Pro-
dunt vtiq; hoc,manifeſte denunciāt hoc,qđ
nō iuxta teſtamētū a patrib⁹ datū diſpoſitur⁹
eſſet de⁹ aliud teſtamētū.Qđ plane nouū vo
cat:quia vetus p̄ceſſerat.Quid ergo aliđ,quid
certe aliud in teſtamēto veteri accipe poteris:
niſi iudaicā legē q̄ p̄ceſſerat:& in teſtamēto no
uo chriſtianā,quę ſequutura erat?Cū hoc ita
ſit,cū in his Hieremię verbis nihil aliud q̄ qđ
dictū eſt intelligi poſſit:nec in aliā quālibet par
tē quolibet aſtu iudaico retorqueri:cogeris Iu-
dęe ad Moyſi trāſire ſentētias:& illa ęternita-
tis vel ppetuitatis noīa quę p̄miſſa ſunt:nō p
infinitate,ſed pro finito tpe eſſe poſita:mecū
ſentire.Hoc modo accipe dictū illud quod de
agno paſchali ppoſuiſti:hoc mō de multipli-
ci ſacrificiorū varietate:hoc modo de Sabbati
cultu:hoc modo de ipſa quę(vt noſter dn̄s di-
cit)nō a Moyſe eſt,ſed ex patrib⁹ circūciſione.
Hoc modo(inquā)intellige,hoc mō expone:
vbicūq; in cōſimilib⁹ legis tuę locis æternita-
tis nomē ſcriptū iueneris.Cūq; ibi ęternū pro
finito tpe intellexeris:nec Moyſen Hieremię
nec Hieremiā Moyſi cōtrariū inuenies:& le-
gē quā finiendā eſſe Hieremias p̄dixit:finitā
agnoſces.Finitā dico(vt quidā magn⁹ ex no-
ſtris ait)nō q̄tū ad modū agēdę vitę,ſed quā-
tū ad modū ſignificādę vitę.Nā quātū ad mo
dū agēdę vitę ptinet quod lex vetuſta Iudęis:
hoc & Euāgeliū Chriſtianis imperat:& vnuſ-
quiſq; noſtrū p gratia & virib⁹ ſeruare cōten-
dit.Nā diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo
& pximū tuū ſicut teipm.& nō habebis deos
alienos corā me.& honora patrē tuū & matrē,
& nō occides,nō mœchaberis,nō facies fur-
tū,nō loqueris cōtra proximū tuū falſum te-
ſtimoniū:& nō cōcupiſces domū pximi tui:
nec deſiderabis vxorē eius:nō ſeruū,nō ancil-
lam,nō bouē,nō aſinū:nec oīa quę illi⁹ ſunt:&
ſimilia rectę fidei:honeſtis morib⁹,ac ſanctę
vitę cōgruentia:ſicut Iudæo p̄cepta ſunt:ſic &
chriſtiano p̄cipiūtur.Vnde quātū ad hunc mo
dū agēdæ vitæ,lex de qua agitur finita nō eſt.
Quātū vero ad modū ſignificādæ vitæ,prius
finita eſt.Nā circūciſio carnalis q̄ ſpūalē præſi
gnabat:Sabbati requies q̄ aliud innuebat:ſa-
crificia quadrupedū,volucrū,ſimilę,vini,olei,
& ſimilia q̄ vnicū & ſupremū Chriſtianorū ſa-
crificiū p̄mōſtrabāt:ſicut vmbra corpi,ſicut ſi-
gnāſ ſignato ceſſerūt.Vnde q̄tū(vt dictū eſt)
ad illa oīa collū gētis durę ceruicis p̄mēta:ab
illo qui dixit,Iugū meū ſuaue eſt,& onus meū

Lex vet⁹ euacuata eſt quo ad cerimonialia & iudicialia: ſed non quo ad moralia.

Math.xj.

leue eſt.populo libertatis indulta ſunt:& ne iu
go iā inutili grauaref:oīno finita.Q; ſi tātope
hoc de quo ſermo eſt,æternitatis verbo oble-
ctaris:& eo legē tuā abſq; fine adhuc pbare co-
naris:muta itellectū:& abſq; fine iuenies eter-
nū tuū.Muta(inquā)intellectum,& qđ ego fa-
teor de teſtamēto nouo,fatere & tu de veteri.
Dico ego teſtamētū a Chriſto datū:& nouum
eſſe & æternū.Nouū,quia tuū antiquius eſt.
Aeternū quō?Nūquid baptiſm⁹ a Chriſto cō-
ſtitutus æternus eſt?Nūquid ſacrificiū ab ipſo
ſuis traditū æternū eſt?Nunquid & alia ſacra-
mēta Chriſtianis tradita,æterna ſūt?Nūquid
& multa alia Euāgelij mādata,æterna eē poſ-
ſunt?Nō ſunt æterna,quia ſicut de tuis dixi,
cū mūdo finiēda ſunt:& tn̄ ſunt æterna,quia
æternorū p̄paratiua ſunt.Finiūtur illa,ſed vita
ad quā ducūt nō finitur æterna.Dic ergo,ſed
dic ex fide:crede ad iuſtitiā,cōfitere ad ſalutē:
tuā taliter poſſe accipi legē eſſe æternā:quia
hui⁹ chriſtianę gratię p̄uia & p̄mōſtratrix exti
tit:q̄ ſola vere p Chriſtū ad vitā beatā & ęternā
pducit.Hoc ſolo ſenſu ęternū legis tuę de quo
egiſti,poteſt intelligi abſq; fine:nullo aūt alio,
niſi cū fine.¶Sed ne quid obiectorū a te indiſ
cuſſum vel idiffinitū remaneat:accipe & ɔtra
illa vltia tua,rn̄ſum noſtrū.Oppoſuiſti nobis
Moyſen loq̄ntē iter cętera patrib⁹ tuis.Vt mul
tiplicētur(inquit)dies tui & filiorū tuorū in ter-
ra,quā iurauit patribus tuis,vt daret eis q̄diu
cœlū iminet terræ.Ad qđ ego.Q; diu cœlum
iminet terræ,promiſſa eſt iuxta intellectū tuū
ſtirpi iudaicæ poſſeſſio terræ illi⁹:q̄ partim per
Moyſen,partim p Ioſue,primis illis Iudęis di
ſtributa eſt.Sed adhuc tn̄ cœlū iminet terræ:&
Iudæis iā a multo tpe terra illa ablata eſt.Sed
dices.Hoc idcirco,quia mādata ſibi a deo tra-
dita neglexerunt.Et quid hoc(inquā)ad me?
Vere fateor,ꝙ quia mādata dei neglexerūt:
imo quia ſemp deo rebelles & cōtrarij extite-
rūt:quia idolatræ,quia pphani,quia prophe-
tarū occiſores,quia ad implēdā mēſurā patrū
ſuorū,ipſi⁹ Chriſti ſaluatoris mūdi,& cōdem-
natoris ſui,nequiſſimi crucifixores fuerunt:a
deo piecti,& tā ab illa terra q̄ ab oī pſperitate
mūdana & felicitate æterna excluſi ſunt.Nā
illud qđ addidiſti p̄cepiſſe Moyſen,nō adde-
tis ad verbū qđ vobiſ loquor,neq; auferetis ex
eo:nōne mirū & mirū valde eſt,ꝙ hoc quaſi
p te faciēs opponis?Quis em̄ noſtrorū aliquid
vnq̄ addidit ab verbū legis tuæ:quis aliquid
dempſit?Immo ſeruam⁹ libros intactos:ſer-
uamus incorruptos:& ſicut p Moyſen ſcripti,
& p fidos interp̄tes ad vniuerſarū gētiū liguas

Teſtamētū vet⁹,ſicut & nouū poſſet dici æternū in aliquo ſenſu

Reſpōſio amplior ad p̄cedētia obiecta.

de Hebraica trãſlati puenerũt:ita vt dictũ eſt)
cõſeruãtur. Nihil eis additur:nihil imminui-
tur. Habet ergo Latinus, habet Grec⁹, habet
Barbar⁹ de libris illis quicqd tu Iudee habes:
ſcribimus qđ ſcribis:legim⁹ qđ legis:ſed ſcripta
vel lecta nõ ex toto intelligim⁹ vt intelligis:nõ
ex toto accipim⁹ vt accipis. Sequeris tu qñq;
in illis litterã mortificãtẽ:ſequor ego ſemp in
illis ſpiritũ viuificãtẽ. Rodis tu corticẽ, edo ego
medullã Nec literę teginẽ vbi eſt abiicio, nec
litera tectũ ſalutis myſteriũ cõtemno. Hoc mo
do literã accipiẽs, auctorẽ literę ſpiritũ magis
ſequẽs:nihil vt dixi ad verbũ legis tuę adiicio,
nihil demo:ſed magis Iudęũ nec legis ſuę lite
rã ſequẽtẽ, nec ſpũm diuinũ in litera agnoſcẽ-
tẽ, arguo, corripio:ac veritati adquiſcere nolẽ-
tem:cõdemno. ¶ Poſt hæc duo ſic abſoluta,
de tertio & in tribus vltimo nobis minaris:&
niſi Iudęi efficiamur, diuino maledicto nos
eſſe ſubiectos:oſtendere conaris. Maledictus
(inquis) qui nõ pmanet in ſermonib⁹ legis hu
ius:nec eos ope pficit:& dicet oĩs popul⁹ amẽ.
Hoc maledictum (o Iudęi, nõ ſup Chriſtianos
eſt:ſed ſup vos & ſup filios veſtros. Neq; eñi
nos Chriſtiani ex gentibus de Iudęis fuimus:
nec iugũ legis iudaicę nobis impoſitũ eſt. Sub
iecta fuerũt colla populi durę ceruicis, qui ali-
ter domari ad ſeruiẽdũ deo nõ poterat:pcẽ-
ptis legis Moyſiacę. erecta eſt in libertatẽ tẽpo
ri cõgruã, per Chriſtũ noſtrũ ceruix fidei Chri-
ſtianę. Ea de cauſa nihil ad ſe ptinere iudaicũ
maledictũ Chriſtian⁹ intelligit:qa ſicut muta
ta tpa, ſic & mutata pcepta cognoſcit. Sed qa
modo quo ſuperi⁹ dictũ eſt, aut agẽdę ſcilicet
vitę, aut ſignificãdę, legẽ veſtram noſtrã credi
mus, noſtrã dicim⁹:neceſſe eſt nos ei⁹ maledi
ctiones cauere & bñdictiões optare. Cauem⁹
aũt, imo oĩno vitam⁹ ei⁹ maledictiones:ſi iu-
xta ei⁹ decreta vitã agim⁹. hoc eſt, nõ ꝯcupiſcẽ
do, nõ occidẽdo, nõ furtũ faciẽdo, nõ falſum
teſtimoniũ phibẽdo, & reliqua ſimilia obſer-
uãdo:quę & vetus ſcriptura ſeruari pcepit:&
nouę gratię Euãgeliũ teneri multo magis im-
perauit. Vitamus ei⁹ maledictiones, ſi nõ ſi-
gnificãs ſed ſignificatũ, hoc eſt, ſi nõ carnalẽ
circũciſionẽ, ſi nõ carnale Sabbatũ, ſi non car-
nalia ſacrificia:ſed ſpũales virtutes, q̃ illis car-
nalib⁹ ſacramẽtis deſignatę ſunt:obſeruam⁹.
Hoc igit̃ vtroq; modo vel agẽdo q̃ apte pręce
pta ſunt, vel implẽdo q̃ ſub ſacramẽtoꝝ vela-
mine ſignificata ſunt: nõ ſubiacet legis male-
dicto Chriſtian⁹, falſoq; ſe impetitũ a Iudæo
demõſtrat:dũ his modis in ſermonib⁹ leg̨ ſe
pmanere declarat. Nõ ergo tangit illũ vel in
modico, maledictio illi a te obiecta Iudęe:ſed
te poti⁹ reſpicit:tibi ſe totã ingerit:qui nec ſpũ
libertatis vt Chriſtiani in ſermonib⁹ legis tuę
pmanes:nec ipſa ſeruili & carnali cõditiõe, vt
primi Iudęi, eos ope ex maxima pte adiples.
Aduerte igit̃ nõ Chriſtianũ (vt iã dictũ eſt) ſed
te, illi maledicto quod ei obiecisti ſubiectũ:de
quo Moyſes. Maledict⁹ oĩs qui nõ pmanet in
ſermonib⁹ legis hui⁹, nec eos ope pficit:& di-
cet oĩs populus amen. His vniuerſis eo res p-
uenit:ne vltra audeas legẽ p Moyſen datã, iu-
xta intellectũ quẽ hacten⁹ habuiſti credere p-
petuã:nec audeas pfiteri æternam. Agnoſce Lex vet⁹
hoc inquã factũ p Chriſtũ:qui auctor noui & a Chriſto
ęterni teſtamẽti, multa in eo p̃terq̃ ſe vſus an- mutata
tiquus habuerat: auxit, minuit: ac mutauit. eſt.
Auxit, qñ dixit. Niſi abũdauerit iuſtitia veſtra Matth. v
pluſq̃ Scribarũ & Phariſſęoꝝ:nõ intrabitis in
regnũ cœloꝝ. Et addidit. Audiſtis qa dictum
eſt antiquis:nõ occides. Qui aũt occiderit, re⁹ Matth. v
erit iudicio. Ego aũt dico vobis, qa oĩs q iraſci
tur fratri ſuo, reus erit iudicio. Et ſeq̃ntia. Rur
ſum. Audiſtis, qa dictũ eſt antiquis:nõ mœ-
chaberis. Ego aũt dico vobis. qa oĩs qui vide-
rit mulierẽ ad cõcupiſcẽdũ eã:iã mœchat⁹ eſt
eã in corde ſuo. Ac deinde. Audiſtis, qa dictũ
eſt antiquis:nõ periurabis. Ego aũt dico vob̨:
nõ iurare oĩno. Ac poſt modũ. Audiſtis, qa di
ctũ eſt:oculũ p oculo & dentẽ p dente. Ego au
tẽ dico vobis:nõ reſiſtere malo. Sed ſi quis te
pcuſſerit in dexterã maxillã tuã:prebe illi &
alterã. & reliqua q̃ lectio Euãgelij noſtri indi-
cat. Audiſtis, qa dictũ eſt. Diliges pximũ tuũ,
& odio habebis inimicum tuum. Ego autẽ di
co vobis. Diligite inimicos veſtros:benefacite
his qui oderũt vos & orate p perſequẽtibus &
calũniantib⁹ vos. & reliqua, q̃ cœleſtis illa ſcri-
ptura recitat. Qñ hæc Chriſt⁹ pcepit:vtriq; ſu-
pra leg̨ ãtiquę pcepta:plurima auxit. Minuit
vero, qñ p Aploſ ſuos in quib⁹ loq̃batur, ea q̃
ſubſcripta ſunt cõſtituit. Nã ſic ſe habet eorũ
Epſa. Apñ & ſeniores fr̃es, his qui ſunt Antio Actu. xv.
chię & Syrię, & Cilicię, fratrib⁹ ex gentib⁹:Sa-
lutẽ. Et verſu interpoſito. Viſum eſt (inquiũt)
ſpiritui ſancto & nobis, nihil vltra vobis im-
ponere oneris, q̃ hæc neceſſario, vt abſtinea-
tis vos ab imolatis ſimulacroꝝ, & ſanguine,
& ſuffocato, & fornicatione. A quib⁹ cuſtodiẽ-
tes vos:bene agetis. Qñ hęc pauca ſeruari mã
dauit:de multiplicitate legaliũ pceptoꝝ multa
imminuit. Mutauit aũt:qñ p circunciſione ba-
ptiſmum, pro Sabbati ocio requiem a pecca-
tis:pro innumeris panum, ſimilę, vini, qua-
drupedum, volucrum, ſacrificiis:ſolum purũ,

innocentem, immaculatum agnum dei: hoc eſt ſeipſum: omnipotenti patri pro vniuerſorum ſalutę, quotidie offerri cõſtituit. Iuſſit iſta: & quia deus eſſe probatus eſt, auctoritate diuina que voluit imperauit: & quæſtiones infidelium de mãdatis ſuis dubitantium, amputauit. Hoc enim inter alia iudęis mirantibus, & ſtultiſſime conquęrentibus: quod verbo curando multorũ incommoditates, ſabbatis operaretur: reſpondit. Fili⁹ hominis, domin⁹ eſt, etiam ſabbati. Qui vero ſabbati domin⁹ eſt: vtiq; deus eſt. Non enim niſi de⁹: dñs ſabbati eſſe poteſt. Vnde cõſtat, quod qui dñs & de⁹ ſabbati eſt: dominus & deus circũciſionis eſt: dominus & deus ſacrificiorum, immo omniũ rerũ eſt. Sicut ergo licuit omniũ rerũ domino & deo: quãdo voluit nõ ęxiſtentia creare: quando voluit iam creata in alias & alias ſpecies commutare: ſic ei licuit archanis: ſibiq; ſoli notis iuſtitiæ cauſis: leges nõdum datas hominib⁹, quibus voluit & tẽpore quo voluit ꝓponere: & rurſum quibus voluit & quando voluit: eaſdẽ augere, minuere, vel mutare. Quieſce igitur iudęe, de mutatis ꝑ Chriſtũ Moyſi legibus ſcandalizari: quia idem deus qui per hominẽ Chriſtũ hominib⁹ apparuit, quãdo voluit præcepta legalia pri⁹ nõ exiſtẽtia promulgauit: quãdo voluit, eadẽ iã tradita cõmutauit. Nec deiceps per illam tantũmodo veterẽ & iam finitam legẽ iuſtificari: quẽlibet potuiſſe aſſeras: cum & ante illã, & eius tẽpore præter illam, & etiã poſt illam: iuſtos vocari multos inuenias. Nõne (vt ad priora ſęcula redeã) abſq; circũciſione, abſq; ſabbati cultu, abſq; aliquo legis veſtræ ſibi impoſito ritu, Abel cordis innocentia, & ſimplicis ſacrificii puritate deo placuit? Nõne, abſq; circunciſione, abſq; ſabbati cultu, abſq; multiplici legis noſtræ onere: ambulauit Enoch cum deo, & nõ apparuit: quia tulit eum deus? Nõne abſq; circunciſione, abſq; ſabbati cultu, abſq; multiplici legis iudaicæ onere, de magno viro Noe ſcriptũ eſt. Noe vir iuſtus & perfectus in generatiõe ſua fuit: & cũ deo ambulauit? Nõne & ipſi deus loquitur: te vidi iuſtũ corã me in generatione hac? Quid dicã & de ipſo de quo precipue gloriari ſoletis: patre Abraã? Nonne & de ipſo abſq; oibus illis premiſſis, ſabbato legalibus pręceptis: ante ipſam quoq; circũciſionem: dictũ eſt. Credidit Abraam deo, & reputatũ eſt ei ad iuſticiam? Quid & de poſteris ei⁹ yſaac, ſiue, iacob, & reliquis vſq; ad Moyſen? Nõne & ipſi ſola circũciſionis, ſed maxime iuſticiæ obſeruantia, abſq; reliquis oib⁹ legis poſt datę decretis, deo placuere: & ipſi duo cũ antecedente ſe Abraam, ſingulare ac glorioſum patriarcharũ nomẽ meruere? Hoc quidẽ ante legem. Iã vero lege data vel proxime danda: video Iob non iudæũ, ſed a iudæorum genere pœne alienum: abſq; circũciſione, abſq; ſabbati cultu, abſq; oñi legali inſtituto, voce diuina ſimplicẽ, rectum, timentem deũ, recedẽtem a malo: vocari. Cerno & Balaam, abſq; circũciſione, abſq; multiplicibus Moyſi pręceptis: deo colloqui, deo obedire, dei afflatu, m͡lta ſaluti humanæ famulatura prędicere. Qui licet ceciderit, licet caſum ſuum & preuiderit & predixerit, ex eo tamẽ quo caſu ſuum memorat: ante eũdẽ caſum ſe ſteriſſe declarat. Vnde licet in iuſticia nõ permanſerit: auditor tamẽ ſermonũ dñi: nõ niſi ex aliquo iuſticię merito eſſe meruit. Cõſpicio & regũ plurimos: itueor alienigenarũ gentium nõ paucos: ipſo legis tempore abſq; circũciſiõe, abſq; ſabbati cultu, abſq; moyſiacis inſtitutis, deũ colere, iuſticiã ſectari, abſq; eadem, iuſticię conſeruatione iuſtificari. Qui q̄uis in canõe iudaico nõ legantur: ex veracibus tamẽ hiſtoriis tales fuiſſe probãtur. Sed quorſum iſta? Vt cernẽs ante legem atq; ſub lege, ſine legis operibus multos deo placuiſſe: gloriari velut de legis tuę ſingularitate deſinas: & vetuſtum quod inde aſſumpſiſti iactantię ſupercilium deponas Nec propter hoc ſolum, ſed vt inſup aduertas: quod ſicut & ante legẽ & ſub lege, ſine legalibus obſeruantiis: titulo iuſticię plurimos conſpicis honorari: ſic & poſt legẽ nõ ſolum plurimos, ſed & vniuerſos ſola chriſtiani euangelii gratias

Marginal notes: Abſq; vęteri lege multi fuere iuſti. — Geñ.iiij. — Gene.v. — Gene.vj — Geñ.vij — Geñ.xv. — Numer. xxiiij.

Sine gr̃a legis euã gelicę nl' lus iuſti= ficatur.

poſſe intelligas iuſtificari. Hoc quippe ẽ nouũ illud teſtamẽtũ, de quo iam ſupra audiſti: deum & prophetam loquẽtem. Ecce dies veniunt dicit dñs, & diſponã teſtamentũ domui iuda, nõ ſecũdũ te= ſtamentũ quod dedi patrib⁹ eoꝝ, quan= do eduxi eos de terra ęgipti. Aut igitur oſtende aliud teſtamentũ datum a deo, nõ ſcd̃m illud veſtrum teſtamentũ quod datũ ẽ ab eo: aut ſuſcipe hoc noſtri euã= gelii teſtamẽtum, quod vere datũ eſt ab ipſo. Quod non eſt ſcd̃m illud, quia eſt pluſq̃ illud, non eſt ſcd̃m illud, quia illud terrenũ eſt: iſtud cœleſte, nõ ẽ ſcd̃m illd̃: quia illd̃ tpale: iſtud vero ẽ, abſq; dubio ſempiternũ. Non q̧ ſcriptura illa euãge lii data a Chriſto, vel q̃ in eo pręcipiun= tur, manere debeant inęternum, ſed q̧ gloria quę a Chriſto promittitur ſeruan tibus euangeliũ, nullo rationabiliter ob uiante, maneat inęternũ. Simili argumẽ to, & cuncta quę ſupra de Chriſto diffu= ſius ſunt dicta: concludo. Aut eni alium de quo vniuerſa illa veraciter accipi poſ ſint: neceſſe eſt te producere, aut omnia de Chriſto noſtro eſſe dicta: nobiſcũ ſen tire. Sed forte obijcis: et ſi ego nullũ cui

Obiectõ

ſuprafcriptę ꝓpheticę voces congruere poſſint, ꝑducere valeo, qua me tu ratio= ne Chriſtũ tuum potius q̃ quẽlibet aliũ in illis propheticis vocibus intelligere

Rñſio do. cẽs prio auctori= tatibus xp̃m no= ſtrũ eſſe veꝝ meſ ſyam.

cogis? Magna vtiq;, Magna inq̃ ratione ad hoc ſentiẽdum te ego compello. Sed anteq̃ ratio illa ponatur auctoritas pre= cedat. Interrogas cur magis de Chriſto noſtro, q̃ de quolibet alio cuncta illa ſu= pradicta accipiam: & cur te ad ea ſuſci= pienda compellam. Idcirco plane Chri= ſtum noſtrũ, non aliũ, in omnib⁹ illis pro pheticis vocibus intelligo, & intelligen= dũ ſuadeo, quia de ipſo non de alio ver ba illa prolata agnoſco, vel vt verbi cau ſa, aliqua de innumeris ad ip̃m ꝑtinenti bus, excerpã: de nullo alio niſi de illo in

Eſa. xj.

telligi põt, qd̃ propheta tu⁹ dicit: & qd̃ eccleſia noſtra frequẽtat. Ecce virgo cõ cipiet & pariet filiũ: & vocabitur nomẽ eius emanuel. Nulla enim virgo vel con cepit / vel cõceptura eſt / vel peperit / vel paritura eſt filium: niſi ſupercœleſtis & perpetua virgo Maria Ieſum xp̃m dñm noſtrum. De nullo alio niſi de illo accipi

Numeri xxiiij.

põt, orieẽ ſtella ex Iacob: & exurget ho= mo de iſrael. Nõ eni cometes qui regna mutare dicit, vel quodlibet prefulgidũ ſi dus, Chriſto noſtro ſcd̃m carnem de iſ= rael exurgente ortum eſt: ſed ſtella ſyde ribus cũctis ſplendidior, ipſiuſq; ſolaris fulgoris ęmula, nõ cuiuſlibet: ſed ipſius

Ezechi. xxxvj.

tantũ natiuitatẽ ꝑſagans: eluxit. De nul lo alio hominũ niſi de illo accipi poteſt, effundã ſuper vos aquam mundã, & mũ dabimini ab oibus iquinamẽtis veſtris. Ipſe eni non alius aquã mundam, & oia inquinamẽta peccatorum mundantẽ ſu= per omnes effudit, quãdo diſcipulis pre cepit. Docete omnes gẽtes baptizantes

Eſaye xxxv.

eos in nomie pr̃is & fi. & ſpi. ſan. De nul lo alio niſi de illius tẽpore accipi poteſt, tunc aperientur oculi cęcorum / & aures ſurdorum patebunt: tunc ſaliet, ſicut cer uus claudus, & aperta erit ligua mutoꝝ. Eius enim tẽpore, ei⁹ virtute, eius pręce pto, tam ꝑ ipſum q̃ per innumeros alios idem donum ab ipſo accipientes: cæcis viſus, ſurdis auditus, claudis greſſus, mu tis lingua reddita eſt: & infinita omniũ generum vł ſpecieꝝ miracula facta ſunt.

Eſa. liij.

De nullo alio, niſi de illo accipi põt: ipſe vulneratus eſt ꝑpter iiquitates noſtras: & liuore ei⁹ ſanati ſum⁹. Nullus eni ꝑter ipſum vulneratus inuenitur propter ini= quitates hoim: nullius liuore niſi ipſius: ſanitas reſtituta eſt hominib⁹. Null⁹ pręter ipſum oblatus eſt, quia voluit: nullus pręter ipſum ſicut ouis ad occiſionẽ du=

pſal. xv.

ctus ẽ, quia voluit. De nullo alio niſi de illo accipi põt, non dabis ſanctum tuum

Act. ij.

videre corruptionẽ. Vt eni ait Petr⁹ apo ſtolus noſter, loquẽs ſicut & ego iudæis: nec Dauid qui hic loquitur, nec aliquis hominũ vel ſanctorũ ſepultus: pręter eũ dem Chriſtũ noſtrũ: carnis euadere po=

Oſee. vj.

tuit corruptionẽ. De nullo alio niſi de il= lo accipi põt, viuificabit nos poſt duos dies, die tertia ſuſcitabit nos. Nã nullus mortuus præter ipſum triduana ſępultu ra quieſcens: ipſa die tertia cum carnis proprie reſurrectiõe, & tũc plurimos ſan ctorum ſuſcitauit, & in fine ſeculi omnes

pariter tã bonos q̃ malos, vel ad vitam.
vel ad mortẽ ꝑpetuã ſuſcitabit. Sed nec
de quolibet alio, idẽ ꝓpheta ſubiunxit:
quaſi diluculũ ꝑparatus eſt egreſſus eiꝰ
Egreſſus quippe eiꝰ de ſepulcro ad im=
mortalem vitam, quaſi diluculum fuit:
quia ipſe ante ſolẽ,primo lucis initio re
ſurrexit:ſicut & euangelium noſtrum,&
Pſal.lvj. ipſe in Pſalmo loquitur. Exurgam dilu=
culo.Nec hoc ſolum,quia tranſituræ re=
ſurrectionis ſuæ luci,ſempiternam adiũ
xit:& ea vetuſtas mortalium tenebras il
luſtrauit.De nullo alio niſi de ipõ accipi
ps.lxvij. poteſt. Aſcendens in altum, captiuam
duxit captiuitatem:dedit dona homini
bus. Nec enim ſola diuinitas proprie in
altum aſcendere dici poteſt quę ſemper
tam i alto q̃ in imo,& vbiqȝ eſt.Sed & de
illo iuxta verba apoſtoli noſtri dictũ eſt.
ephe.iiij Aſcendit:quia primo deſcẽdit in inferio
res partes terrę:indeqȝ humana carne aſ
ſumpta. Idem qui deſcendit ipſe & aſcẽ
dit ſuper omnes cœlos:vt adimpleret om
Eſa.xj. nia.De nullo alio niſi de illo dictum eſt:
Erit radix ieſſe,& q exurget regere gen
tes:in eũ gentes ſperabũt. Quod magis
videndo proprijs oculis:q̃ aures pręben
do ſcriptis ꝓpheticis aduertere potes.
In ipſum eni Chriſtũ noſtrũ, qui de ſtir=
pe Ieſſe ortus eſt:ſicut tibi totꝰ terrarum
orbis indicat:gẽtes ſperant,ipſum depre=
Iob.xix. cantur:ipſum adorãt. De nullo alio niſi
de ipſo dictum eſt: ſcio ꝙ redẽptor meꝰ
viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurre=
cturus ſum:& in carne mea videbo deũ
Redemptor enim non poteſt dici:niſi q
redimit.Iob vero nullus redemerat,nul
lus redempturus erat:niſi hic dei filius,
hic de quo ſermo eſt Chriſtus. Quẽ pro
redẽptione ſui ac mũdi precium corpo=
ris & ſanguinis ſui daturũ pręſciens:re=
demptorem ſuum vocat, deũ nominat
& eum in ſua carne iam reſuſcitata,i die
Deuter. nouiſſimo ſe viſurum affirmat. Hęc vni=
xv. uerſa & multa ſimilia:quia de nullo alio
niſi de Chriſto accipi poſſunt:de ipſo di
cta credimus:in ipſo atqȝ per ipſum,ex=
cepto hoc vno & vltimo quod in mundi
defectu implẽdum reſtat:impleta noui=
mus,& vt eadem credant ac ſentiãt:iu=
dæis incredulis ſuademꝰ. Audiſti iudęe
qua auctoritate:immo quibus auctorita
tibꝰ,cũcta illa quæ pręmiſſa ſunt de nul
lo alio niſi de Chriſto dicta credat & in
telligat chriſtianꝰ:audi & qua ratiõe cui
vel libens vel inuitꝰ cedere cogatur iu=
dęus.Et qua maiora ratiõe hoc tibi per Scdo ſua
ſuaderi poterit:q̃ diuinis illis imenſis & deſ rõni
infinitis miraculis? Quis eni humano in bus pro
tellectu vigens,nõ videat:quod tot tan xp̃o nr̃o
taqȝ a Chriſto & ꝑ chriſtianos facta mi=
racula,fieri nullo modo poſſent: niſi vir
tute diuina?& ille quidẽ ſe dei filium,ſe
deũ,ſe regẽ æternum,ſe xp̃m a ꝓphetis
prędictũ eſſe fatebatur. Quæ ſi falſa eſ= Rõ optia
ſent:non ſolũ nulla eum ſigna ꝓſequerẽ
tur,nulla eum miraculorũ efficacia co=
mitaret:ſed potius qđ vel cogitare ſcelꝰ
eſt:vt mẽdax,blaſphemus,& impius:dã
naret.Ac cũ iſta oĩa de ſe prędicauerit:
cum iſta de ſe credentes,velut oĩpoten=
tes miraculorum operatores effecerit:ſi
cut & ipſe loquitur,oĩa poſſibilia credẽ
tur:clarũ eſt, perſpicuũ eſt: ꝙ quicquid
de ſe credi docuit,abſqȝ ſaltẽ minima du
bitatione credendũ eſt: quicquid pręce
pit fieri,abſqȝ refragatione aliqua ſeruã
dum ẽ. Sed vt,quicquid poſſes obijcere Obiectõ
ipſe mihi obijciã: dices fortaſſis miracu quę fieri
la illa,aut nulla fuiſſe,aut magica. Si di poſſet.
xeris nulla fuiſſe,ſi dixeris ea ficta a no=
ſtris:cito reſpõdeo: tuoqȝ te ſermone cõ
uenio. Si miracula quæ a Chriſto vel ꝑ
chriſtianos facta dicũtur,quia non vidi
mꝰ,nulla vł ficta eẽ aſſeris: & nos quoqȝ
ea quæ per Moyſen, Ioſue, vel reliquos
iudæos facta leguntur,quia non vidiſti:
nulla vel ficta eſſe aſſerimꝰ. Nullam eni
tu maiorem afferre potes certitudinem,
de iudaicis miraculis: q̃ nos de chriſtia
nis.Nam ſicut tu libros habes iudaicos,
in quibus illa inſcripta ſunt, ſic & nos li
bros habemus chriſtianos, in quibꝰ iſta
relata ſũt:hac ergo rõne, aut nega xp̃ia
na miracula,& nos negabimus iudaica,
aut cõfitere xp̃iana miracła, & nos fate
mur iudaica. Sed quia tu ſignis illis li=
cet nõ viſis,ſola librorũ a pr̃ibꝰ traditorũ
lectione fidem accõmodas:cogeris vt &
nos libris a maioribus noſtris nobis tra

ditis fidem prębere cõcedas, & inſuper
quia nos tuis aſſentim⁹:tu quoq; noſtris
aſſentias. Credimus nos prophetis tuis:
crede & tu apoſtolis noſtris. Crede au=
tem hac ratione, quod quicquid illi de
Chriſto & ad Chriſtũ ptinentibus rebus,
futurum eſſe dixerunt:hoc totum iſti mũ
do impletum,abſq; diminutione aliqua
oſtenderũt. Nõ igitur hoc modo Chriſti
miracula nulla eſſe, non hoc modo ficta
eſſe a noſtris: probare poteris. Sed rur=
ſum nulla eſſe vł ficta:quo alio modo ꝓ
bare valebis,cum nõ partes orbis quaſ=
libet,ſed ipſum pœne orbem vniuerſum
legibus chriſtianis ſubiectum eſſe vide=
as? Iacet iam ſubſtrata Chriſto mũdi ſu
perbia, & totus mundanæ gloriæ faſt⁹:
dãnati ab hominib⁹, & crucifixi ignomi
niæ ſeruit. Adorat crucem eius,quã pri⁹
vel videre horrebat: & qđ ante ſtultum
putauerat,nunc omni ſua ſapientia lon=
ge ſapientius eſſe nõ dubitat. Potẽtiam
illam ſuam, qua cuncta terrena domare
cõſueuerat:Chriſto qui dei ẽ virt⁹ agni=
to:infirmã cognoſcit,& ex ipſo q dei ſa=
pientia eſt, ſuam metiens: eam vt ſtultã
contẽnit. Quomodo igiẗ Chriſtiane (vt
ſic loquar) inſipientiæ ſapiẽtiam ſuam,
ĩfirmitati fortitudinem ſuã, ignobilitati
nobilitatẽ ſuã, ignominiæ gloriã ſuã ſpõ
te ſubieciſſet:niſi mirandis,ſtupendis,&
ante inuſitatis operibus:hoc ei pſuaſum
eſſet? Conſtat ergo falſum eſſe qđ obie=
ctũ eſt,chriſtiana miracula nulla eſſe vel
ficta. Sed forte adhuc iudaica ſubterfu=
gia quęrens:oppones. Quid vis cogere, — *Obiectõ aliaq̃ miracula ñ eſſent neceſſaria.*
mundum nõ niſi miraculis in Chriſtum
credere potuiſſe:cum ante Chriſtum pœ
ne totus:immo aliquo tempore tot⁹ ido
latriæ ſeruierit:nec ad illam idolatriam
ſignis aliquibus,ſed errore proprio con=
uerſus fuerit? Cõcedo inquã ſine ſignis, — *Rñſio*
pręter quedã vana ac dęmõica: quibus
quandoq;,licet raro,conceptus error:in
ſtultorum hoim cordibus fouebatur:mũ
dũ aliquando idolatriæ ſuccubuiſſe,ſed
eo tempore deteſtando cultui manus da
re cepiſſe: quo nouiter a deo in parẽtib⁹
primis,de paradiſo eiectus:in hanc erro
ris ac cęcitatis vallem exul a facie dei
proiectus eſt. Vbi merito iniquitatis ſuę
paulatim auctoris ſui oblitus: vi tamen
innatę rationis,diuinitatem alicubi eſſe
non incertus,ſed vbi eſſet quęrẽda igna
rus:eam vel in laudatis hominibus, vel
in eorum imaginibus, vel in pulchris ac
ſuis vſibus cõmodis creaturis quæſiuit,
& ſic pro creatore ea quę ille creauerat:
diuinitatis cultu colere aſſueuit. In hono
re enim humanæ naturæ cum eſſet:non
intellexit, ſed tam in diuina cognitiõe:
q̄ in propria conuerſatione:comparatus
eſt iumẽtis inſipiẽtibus: & ſimilis factus — *p̄.xlviij.*
eſt illis. Noſti ipſe:ſi tamẽ ſcripturarum — *Cã idola*
tuarum ſollicitus inſpector fuiſti:verum — *trię quæ*
eſſe quod dico, nec aliam cauſam tanti — *fuerit.*
erroris fuiſſe:niſi quod ſopita in eo rati=
one,ac nulla quæ rationem eius ſuſcita=
re poſſet adhuc data lege:dixit vt inſipi — *Pſal.xiij*
ens in corde ſuo,non eſt deus. Vnde mi=
rum non fuit,ſi pars mundi:aut tot⁹ mũ=
dus eo tempore facile decipi potuit. At
econuerſo Chriſti vel Chriſtianorum iã
eruditis tẽporib⁹:lege iudaica ante duo
milia fere annorumdata, philoſophicis
ſcholis:& tam diuinarũ q̄ humanarũ re
rum ſtudijs vbiq; feruentibus:ac tam na
turali lege q̄ ſcriptis legibus vigore hu=
mani ingenii vel ſcientiæ reflorente:im
poſſibile fuit falli homines,& ita vniuer
ſaliter Chriſtiane fidei ſe ſubmittere:&
fidem, mores,ac vitam:ad vnius homi=
nis imperium,abſq; imenſis prodigiis &
ſignis:in aliud & contrarium cõmutare.
Nõ igitur valet:quã ꝓpoſuiſti obiectio. — *Obiectõ*
Sed vereor attritæ frontis notam cun= — *tertia de*
ctis duriciem:ne ſolita impudentia rur= — *ſecta ma*
ſus ꝓcedat:& dicat. Si Chriſtiana tem= — *humeti=*
pora iam erudita,nec falli,nec ſine mira — *ca.*
culis credere potuerunt:quid quod poſt
Chriſtum quingentis annis elapſis, Ma
humetica hæreſis cõſurrexit:& tam ne=
faria ſecta,nullis parta miraculis: tãtas
orbis partes infecit? Nonne illa tempo=
ra erudita fuerunt:& tamen nulla erudi
tione obſtante:tanto errori ceſſerũt? Ad
hoc primũ reſpondeo, aliud eſſe partes
orbis:aliud totũ orbẽ cuilibet errori ce=
dere:& idcirco aliter de particulari er=
rore:aliter de vniuerſali ſentiri debere.

Nullum eni(pręter humani generis prin cipia quæ ſupra tetigi) tempus fuit: aut futurum eſt: quo tenebræ luci, quo veritas non ſit admixta errori: et q̄uis iuxta euangelium noſtrum. Lux in tenebris luceat: & tenebræ eam nō cōprehendant, & ſi non ſunt vniformia: ſunt tamen contigua. Partes ergo aliquas (vt dictū eſt) mundi, error aliquis inficere poteſt: totū mundum non poteſt. Potuit ergo ſicut & alii multi errores, aliquas mundi partes inficere: totū non potuit occupare. Fides vero Chriſtiana, non more errorum particulas, vel ptes mundi ſibi ſubdidit: ſed vt veritas a ſumma veritate, quæ Chriſtus eſt diriuata: totum ſibi orbem ſubiecit. Totum vero orbē dixi, quia licet Gētiles, vel Sarraceni ſuper aliquas ei⁹ partes dominatū exerceant: licet Iudęi iter Chriſtianos & Ethnicos lateant: non eſt tamen aliqua vel modica pars terræ, nō tirreni maris: nec ipſius oceani remotiſſimæ inſulæ: quę vel dominantib⁹ vel ſubiectis Chriſtianis non incolātur: vt verū eē appareat: quod ſcriptura de Chriſto ait. Dominabitur a mari vſq; ad mare: & a flumine vſq; ad terminos terræ. Vel illud Apoſtoli noſtri, Vt ī nomine Ieſu omne genu flectatur. Si igitur Mahumeticus error aliquam terrarum partem poſt legem a Chriſto datā corrupit: quid ad ꝓpoſita? Multæ enim hęreſes poſt legē Moyſi ſurrexerunt in populo Iudęorum, multæ poſt Chriſti euāgelium: orte ſunt in orbe chriſtianorū. Licet igitur tēpora in quibus hereſis hęc conſurrexit, erudita fuerint: non tamē in toto orbe, ſed in aliqua eius parte, peſtis illa conualuit: & more (vt iam dixi) aliarū hęreſum, velut magni corporis mēbrum aliquod corrupto humore infecit. Vnde nulla eſt cōparatio huius diabolicæ falſitatis: ad diuinam euangelii veritatem, quoniā illa quoſdam q̄uis multos: hęc autem (modo quo dictum eſt) obtinuit vniuerſos. Sed tu his Chriſtianis temporibus deceptos illos neq̄ deceptori ſine miraculis crediſſe opponis: & hoc ad noſtra euacuanda miracula affers. Inducis a ſi̅li, ſic iſtis eruditis tēporib⁹ ſine miraculis potuiſſe decipi Chriſtiāos: ſicut eiſdem eruditis cōtigit tam miſerrimę falli abſq; miraculis ſarracenos. Sed non valet hęc inductio: eneruis prorſus eſt hæc ſimilitudo. Nam probo, eiſdē eruditis temporib⁹ & Sarracenos ſine miraculis errori ceſſiſſe: & Chriſtiāos Chriſto abſq; miraculis neceſſaria nō crediddiſſe. Impoſſibile enim fuit: vel hos de quib⁹ ſermo eſt, vel quoſlibet alios: doctis illis temporibus abſq; aliqua certa cauſa vel illiciente, vel cōpellēte, ab inueterato vel innato vſu potuiſſe auerti: & ad inſolita & noua cōuerti. Cauſa autem ad noua illa vel illiciens vel compellens (niſi fallor) alia nulla extitit: niſi aut auctoritas, aut ratio, aut miracula, aut vis, aut voluptas: vel ſimul omnia, vel horum aliqua. Sed quod ſupra miracula pro ratione pono, nunc rationem a miraculis diſiungo: nemo miretur, Ibi eni idcirco dixi vim rationis miracula obtinere: quoniā ſicut ratio ad aliquid credendum, mentē rationabilē trahit: ſic miracula ad id quod perſuadere intendunt: vice ratiōis cōpellunt. Hic autem ea ab inuicem ſeparo, & vnicuiq; quod ſuum eſt reddo, vt & nomine rationis, intellectus rationabilis, vel mente tacitus, vel verbis expreſſus ſentiatur, & miraculorum vocabulo: mirandorum operum inſignis potentia exprimatur. Hæc igitur duo ſic accepta, & iam dictis tribus adiuncta: ſunt (vt præmiſſum eſt) quinq;: auctoritas, ratio, miracula, vis, & voluptas. Harū cauſarum, quæ perditos illos ad ſuſcipiendum nouū errorem, vel illicere potuerūt, vel cōpellere: perſcrutare. Remoue igitur pri⁹: quæ erroris illorū cauſa ipſis teſtibus nō fuerunt. Nam qđ ratio eos nulla illexerit, teſtes ſunt ipſi: teſtis & erroris ipſius magiſter. Ait enim ī libro ſuo nec nominādo: deū ſibi introducēs loquentē. Si quis tecum diſceptare voluerit: dic te faciē tuā eiuſq; ſequaces ad deum conuertiſſe, qđ agendo tā legum ſcientes q̄ illiterati: bonam legem ſequētur. Sin autē: tuum eſt, mea pręcepta gētibus ſolūmodo patefacere. Itē. Si quis tecū de lege certamen inire voluerit: dic ei anathema, & irā dei

Marginalia: Ioh.j. — Fides xp̄iana totū orbē: mahumeti caue ro ſolū partē orbis ſibi ſubiecit. — p̄.lxxij. — Phil.ij. — Rn̄.ij. — Cauſe credēdi noue legi. — Aſtutia diabolica mahumeti.

talibus ſolūmodo cōminare. Vel iterū. Nolite diſputare cum legē habentibus. Melior eſt enī cedes: q̄ lis, & plura huiuſmodi. Quod vero nec miraculis aliquibus eos ꝓuocauerit: ſic iterum quaſi dei voce ſibi loquitur. Tu quidē nequaq̄ ad eos cū dei miraculis manifeſtis venies: qm̄ ea velut odioſa ac ſibi cōtraria reijciūt. Itē. Niſi ſcirem⁹ eos tibi nō creditu ros, ſicut nec alijs crediderūt: darem⁹ tibi ſigna & prodigia, & ſepe idem repetit. Hec duo idcirco neceſſario remouētur: quia hoc ipſum, vt dictū eſt: tam ipſi q̄ hæreſis eorum auctor fatet. Remanēt igitur cauſæ quib⁹ ꝓbantur decepti, auctoritas, vis, & voluptas. Auctoritatē nomino, nō eā quę diuina eē potuerit: ſed eam quā diuinam eſſe, mēdax & fallens auctor confinxit, & quā ab auctore mendaci & fallente: pro diuina, ſeductus ab eo popul⁹ ſtultus ſuſcepit. Vim dico: de qua in iādicto libro idem p̄ſumptor loquitur. Nō ſum miſſus: niſi in virtute gladij. Itē ad ſuos. Quouſq; potentiores oībus efficiamini, prędatores & expugnatores eſtote. Et niſi me ꝓphetam a deo miſſum confeſſus fueris: diripiam omnē ſubſtantiā tuā: vxorē & filios tuos, ac filias captiuitati ſubijciam: & te ipſum interficiam. Et multa in hunc modū. Hoc nāq; tam ipſe dum vixit: quā principat⁹ eius ſucceſſores feciſſe leguntur, & velut hoc ſibi ex diuino mandato iniunctum ſeruantes: quos potuerunt violenter armis & viribus, ſectæ nefarię ſubiecerūt. voluptatē dico, cui maxime nequā deceptor frena laxauit: & cui pręcipue, ſicut omnib⁹ notum eſt: gens miſeranda inſeruit. Leguntur inde multa ab eo cōſcripta: in quib⁹ ſunt & iſta. Deus (inq̄t) leuiter vobiſcum agit: quoniā in fide ſarracenorum nihil eſt aliud q̄ trāquillitas & requies, & nō vult deus a vobis quod difficile eſt: ſed quod facile. Item. Tunc comedes, & bibes, & concumbes per totam noctem: vſq; quo diſcerni poſſit filū album a nigro. Item. Sint tibi vxores ad minus quatuor. Concubinarū vero, quā tūcunq; potueris, & mille talia? Profitentibus ergo libris & actibus ipſorum, auctoritate, vi, & voluptate: ad ſuſcipiēdam execrandi nominis ſectam: aut illecti, aut compulſi ſunt, ratione vel miraculis non ſunt. Vides Iudæe, quod erudito tempore alijs de cauſis gens illa ſeducta eſt: miraculis non eſt? Vides illud propter quod iſtud velut a ſimili induxeras: quod Chriſtianus orbis abſq; ſignis imenſis: ad xp̄m conuerſus non eſt Hoc enim ſimiliter, nō ſolum probabili ſed & neceſſario argumento: oſtendam. Propono ergo tibi, eaſdem quas iam ꝓpoſui cauſas: & ex eis neceſſario chriſtiana miracula probo. Redeant igitur ad medium, auctoritas, ratio, miracula, vis & voluptas. harū vel omnes vel aliquę: ad ſuſcipiendam fidem chriſtianam: orbem terrarum aut illexerūt, aut compulerunt. Sed ſicut ſuperius factum eſt: remoueantur illa quibus mundus ad nomen chriſtianum ſuſcipiendum: nec illectus nec compulſus eſt. Auctoritate illectus non eſt, quia licet Moyſaicā vel ꝓpheticam auctoritatem: ſicut vere diuinam nunc veneretur: non tamen anteq̄ in Chriſtum crederet, eam venerabatur. Agnouit quidē poſtq̄ ad fidem chriſtianam conuerſus eſt, cūcta quę in Chriſto vel eius eccleſia cōpleta cernit: ſcripturarum illarum auctoritate predicta: ſed anteq̄ conuerteretur: ignorabat ea ſpiritu prophetico pręnunciata. Nō acquieſcebat ſcripturis illis, vtpote peregrinis nec iudæorum legem aliquid ad ſe pertinere putabat. Non igitur literarum illarum auctoritate ante factum eſt: vt in Chriſtū crederet: ſed quia pri⁹ in Chriſtum credidit: earūdem ſcripturarum auctoritatem ſuſcepit. Sed nec ex paternis traditionibus, nec ex maiorum ſuorum auctoritate, ad fidem hanc conuerti potuit, a qua ſemp toto niſu, libris, minis, ac penis: q̄diu conceſſum eſt, eum error antiquus retraxit. Hinc manifeſtum eſt: quod nulla cuiuſlibet auctoritate, mūd⁹ ad fidem Chriſti conuerſus eſt. Sed nec ratione: quia (vt ipſa doctrina Chriſtiana loquitur) cum apud eam magnum ſit meritum fidei, nō habet ea fides meritū: cui humana ratio prębet experimētum.

Cāſe tres credendi mahuticę inſanię.

Ad legē xpi quē nō traxit auctoritas.

Ad legē xpi non traxit rō.

Et quidē quędā in ea humanā ſequi rationem videntur, iuxta quā ait ſuis apoſtolus. Parati omni poſcenti vos reddere rationē, de ea quę in vobis eſt ſpe: ſed ſunt lōge plura, quę nullo mētis intuitu comprehendi: nulla humanorū ingeniorum viuacitate valeant penetrari. Scrutati ſunt magni quidam ſęcularis philoſophiæ magiſtri, per ea quæ facta ſunt, inuiſibilia dei, & pene cuncta quæ de diuina maieſtate Chriſtianus prędicat: curioſus philoſoph⁹ inueſtigat. Inde eſt, qđ (vt quidā noſtrum ait) in principio erat verbum: & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, & quędā ſequentia: ſicut euangeliſta ſic & Philoſophus ✠ ſcribit: ſed verbum caro factū eſt: nullo mētis acuminę comprehendit. Nam altiſſimam humilitatem qua verbū dei dignatum eſt caro fieri: ſuperbus animus comprehendere neſcit. Sola illud humilium deuotio, ſpiritus dei gratia ducente: intelligit. Vnde & ſaluatoris noſtri verba ſūt, patri deo loquētis. Abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Sunt inde & illa magni apoſtoli noſtri verba, qui reprobatos iudęos, qui electas a Chriſto gētes cernēs & cauſam intelligere volens nec valens, exclamat. O altitudo diuitiarum ſapiētię & ſcientię dei: q̄ incomprehenſibilia ſunt iudicia ei⁹, & inueſtigabiles vię ei⁹. Conſtat igiť iudęe, ipſo xp̄o & apoſtolis eius confitētibus, orbē terrarum ad fidē chriſtianā: humana nō eſſe ratiōe cōuerſum. Sed nūquid vi vt eādem Chriſti fidem ſuſciperet: ab aliquo cōpulſus eſt? Hic plane, diu imorandum nō eſt. Non eſt, inq̄ hic imorandum, vt oſtēdatur homines ad ſuſcipiendā chriſtianam legē: a nullo fuiſſe compulſos. Nullaten⁹ eni compulſi ſunt vt ſuſciperēt: qui mille modis coacti fuiſſe probātur: ne ſuſciperēt. Inde terrores, inde tormenta, inde carceres, inde ignes inde gladios paſſi ſunt: nec tamen vniuerſa mortiū genera perpetiētes: ab illa deterreri, aut retrahi potuerunt. Teſtis eſt infidelis mūdus, totas maliciæ ſuæ vires, diu cōtra eos fruſtra inſumens, teſtis & ipſa tellus xp̄iano ſanguine vbiq; īfecta: & martyrū Chriſti ſacris corporibus adoperta. Nō eſt igitur mundus: vi aliqua ad fidem Chriſti compulſus. Sed nūquid voluptate illect⁹ eſt? Et quid voluptuoſum iudęe, i lege xp̄i? Nōne ipſe ſuis dixit, in mundo preſſurā habebitis? Nōne apoſtol⁹ eius ait. Oēs qui volūt pie viuere in Chriſto Ieſu: perſecutionem patiuntur? Nonne quicquid vſpiam voluptatis eſſe poteſt: gladius Chriſtianus precidit? Affluunt hic q̄ plurima euangelicę legis exempla, quæ ne tediū legentibus īportē, pretereo: & tn̄ d e multitudie illa: qđā breuitatis cauſa excerpo. Voluptuoſe & ſupflue vult homo carnalis epulari: voluptuoſe & ſuperflue bibere & inebriari: contradicit xp̄s: & dicit. Videte ne grauenť corda veſtra in crapula & ebrietate, & apoſtol⁹ eius. Nō in cōmeſſationib⁹ & ebrietatib⁹. Voluptuoſe & libidinoſe vult homo carnalis viuere: nō ſolū actui, ſed & cogitatui voluptuoſo xp̄s obuiat: dicēs. Qui viderit mulierē ad cōcupiſcendū eā: iam mechatus eſt eā in corde ſuo, & in alio loco. Sūt Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerūt ꝓpter regnū cœlorum. Et admonendo alibi. Sint lumbi veſtri p̄cincti. Et Apl̄s. Nō in cubilib⁹ & īpudicitijs. Et itē idē. Fornicatio & oīs immundicia, non nominet in vobis. Voluptate ſpūali vult carnalis homo i inimicū vlciſci: reſiſtit xp̄s & dicit. Ego autē dico vobis, non reſiſtere malo. Volutate habendi tract⁹, vult carnalis homo auare cōgregare pecunias: terret xp̄s & dicit. Non poteſtis deo ſeruire, & māmone: & rurſum. Nolite theſauriſare vobis theſauros i terra, & alio in loco. Qui non renūciauerit omnibus quæ poſſidet: nō poteſt meus eſſe diſcipulus. Voluptate gloriādi vult carnalis homo ſuperbe alijs ſeipſum preferre: mōet xp̄s & dicit. Qui maior eſt in vobis: fiat ſicut iunior, & qui pręceſſor eſt, ſicut miniſtrator: & itē cōminans. Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur. Et videbā Sathanā: ſicut fulgur de cœlo cadentem. Viuēdi appetitu vel timore pœnarum inconſulto: vult homo carnalis ledendo iuſticiam, mortem fugere, tormenta vitare:

Marginalia: j. Pe.iij. — ✠ Scilicet plato vt dicit Aug. vij. li. cofeſ. — Mat. xj. — Rom̄. xj. — Ad legē xp̄i non traxit voluptas. — Io. xvj. — ij. thi. iij. — Lu. xxj. — Rom̄. xiij — Mat. v. — Mat. xix — Luc. xij. — Rom̄. xiij — Ephe. v. — Mat. v. — Mat. vj. — Mat. vj. — Lu. xxij. — Lu. xiiij — Luce. x.

Mat. v. hortatur Chriſtus, & ait. Beati eſtis, cum maledixerit vobis & perſecuti vos fuerint, & dixerint: omne malum aduerſum vos: mentientes, & de re ſimili. Nolite ti- Mat. x. mere eos qui occidūt corpus: & poſt hoc non habent amplius quid faciant. Claret igitur quod nulla mortalis vitæ, vel rerum voluptate: ad credendum Chriſto, mundus illectus eſt. Reſtāt ergo, quę medio ſupradictarum cauſarum loco poſita ſunt miracula. Si enim verum eſt, qđ nulla gens ad tenenda noua & inſolita: niſi aut auctoritate, aut ratione, aut miraculis, aut vi, aut voluptate, poſſit illici vel compelli: certum eſt: quia chriſtian⁹ orbis ad tenendam nouam ſibi & inſolitam Chriſti legē: abſq; aliqua harū cauſarum nō potuit illici, vel compelli. Sed verum eſt: qđ nulla gens abſq; aliqua ex iſtis, ad noua ſuſcipiēda, potuit illici vel compelli. Cōſtat ergo qđ orbis Chriſtianus, abſq; harum aliqua: vt in Chriſtum crederet: nec illectus eſt: nec compulſus. Sed rurſus probatum eſt, quod nec auctoritate, nec ratiōe, nec vi, nec voluptate, ad Chriſtū conuerſus eſt. Claret igiť: quod ſolis ad ſuſcipiendā xp̄i fidem miraculis: ſola gratia ſpiritus ꝓuocat⁹ eſt. Sed ne reſponſiones meæ tuis obiectionibus non ſuo ordine obuiare putentur: breuiter replico qđ obieciſti. Dixiſti enī Miracula quibus mūdum ad fidē Chriſti cōuerſum dicis: aut nulla ſunt, aut magica. Sed quod falſum ſit nulla fuiſſe, immo quod verum ſit multa & magna extitiſſe: iam plene vt æſtimo probatum eſt. Quod vero magica nō fuerint: adhuc ꝓbandum eſt. Chriſti enī vel diſcipulorū eius miracľa, vt ex ſubiectis patebit: magica nullo mō eē potuerť. Inſtas igiť mihi iudęe, vt & hoc oſtēdā. Oſtēdo (iq̄) magica eſſe nō potuiſſe: ſed fuiſſe diuia, Nā magicā nullus diſcere vel tradere cōſueuit: niſi literatus & doctus. Apoſtoli vero & primi diſcipuli Chriſti, quātū ad artes vel diſciplinas liberales vel magicas: attinet: oīno illiterati & indocti fuerunt. Sic enī de ipſis maiorib⁹ diſcipulis apud Act. iiij. vos legiť. Videntes iudęi Petri conſtantiā & Ioānis, cōperto qđ hoīes eſſent ſine

Miraculis & gr̄a ſp̄us tracti ſunt hoīes ad legē xp̄i.

Miracľa xp̄i non fuerť magica.

Probatō prima.

literis & idiotę: cognoſcebant eos, quia cū Ieſu fuerāt. Hoc quidē & eoꝝ officium quo pauperē vitā tranſigebant: demonſtrat. Nā quatuor ex ipſis ap̄lis: id eſt, iā dicti duo, additis Andrea & Iacobo piſcatores, Thelonearius alter: reliqui ex alijs vilibus officijs, xp̄o ignobilia mūdi vt ſuperba deſtrueret eligēte, aſſumpti fuerunt. Patet ergo, quia magica quæ ſine literis, aut non, aut vix diſci vel tradi pōt: nec ab ipſis, nec a xp̄o accepta, nec alijs p ipſos tradita eſt. Sed ne forte illi teratos noſtri tēporis hiſtriones: vel mimos, q quibuſdā p̄ſtigijs oculos intuētiū fallere conſuerunt: mihi opponas. Addo qđ magica, aut cū literis, aut ſine literis tradita: nō breue: ſed longū ad diſcēdū: tēp⁹ requirit. Exigit plane, nō ſolū dieꝝ vel mēſiū: ſed multa etiā annoꝝ plerūq;: ꝓpter ſui difficultatē ſpacia, quib⁹ rudis diſcipulus, Satanę diſciplinis paulatim imbui poſſit, & ex peſſimo ꝓfectu: tandē doct⁹ euadere. Hoc ꝓlixū ac nephariæ arti neceſſariū tēp⁹, apud xp̄i diſcipľos: qn̄ iudęe repire valebis? Nō enī multoꝝ quātitate annoꝝ: nō mēſiū. nec ſaltē dierū: eos ad mira op̄a facienda, a xp̄o erudiri neceſſarium fuit, quos verbi qđ ipſe erat æterni virtute, vt ea ꝓ velle facere poſſent: ſubito & velut ī momēto iſtruxit Hic ī euāgelio nr̄o, licet tu ei nō adquieſcas: ſcriptū ē. Cōuocatis Ieſus duodecī diſcipľis ei⁹, dedit eis p̄tātē ſpirituū imūdoꝝ: vt eijcerēt eos, & curarēt oēm lāguorē & īfirmitatē. Et itē eiſdē. Infirmos (ait) curate: mortuos ſuſcitate: leproſos mundate: dęmōes eijcite. Et q̄ mandata his breuiora? Qđ breue: ī quo tā pauca verba ꝓlata ſunt tēp⁹? Nōne hoc nō ſolū (vt dictū eſt) annos, nō ſolū mēſes: ſed nec ebdomadā, nec diē, nec horā ipſam itegrā occupat? Conſtat igiť, qđ magica ars, tā operoſa, tāti ſtudij, tā ꝓlixi laboris: hoc tā illo tp̄e, nec tradi a xp̄o: nec diſci potuit a diſcipľis. Qđ ſi forte & iſtud, quia in euāgelio legiť: nō verū ſed fictū eē cōtēdis: vide, conijce, aduerte: qa ſi aut ſcriptis aut verboꝝ p̄ceptis: tradita a xp̄o xp̄iāis ars magica fuiſſet: nullo mō toti⁹ orbis xp̄ianoꝝ multitudinē: hoc latere po

j. Cori. j.

Obiectō

Solutio.

Mat. x.

Ibidem.

tuiſſet. Nõ poſſet tãto vniuerſoꝝ cõſenſu diu ars nephãda celari: nec tã diuerſaꝝ gẽtiũ vel linguaꝝ: magni, eruditi, religioſi, deũ q; timentes chriſtiani homines: falli ſe tam diuturno tempore diabolica arte, ipſiſq; ethnicis execrãda: ſiuiſſent.

Alia probatio.

His præcedentibus duo adhuc ſubiungo: quibus chriſtiana miracula non ſolum probabilib⁹ ſed & neceſſario magica nõ fuiſſe oſtẽdo. Ac primũ illud ꝓpono. quod magica ꝓdigia. ſemꝑ falſa ſũt ac fallentia. Nihil verum exhibẽt, nihil ſolidum præſtant/ fallunt ſenſus humanos, & demonico miniſterio fingunt eſſe quod non eſt: videri quod non videtur: audiri quod non auditur. Imitantur au-

Ioã.viij.

ctorem ſuum, vt ſicut ipſe mendax eſt & pater eius: ſic ab eo progenita magica proles: nihil verum. ſed falſa cũcta prætendat. Hinc nõ homines, ſed falſas imagines hominum: hinc non quadrupedes vel volucres, ſed falſas imagines quadrupedum vel volucrum: hinc non repentia, ſed falſas imagines repentium: humanos ſenſus occultis præſtigiis fallens exhibet. hinc fontium, hinc fluminum, hinc arborum, hinc rerum omium phantaſmata: magica potentia humanis viſibus repreſentat. Emulatur in his ſathanas more ſuo ſuperba inuidia, auctorem naturæ: vt ſicut ille & noua quæ vult creat, et iã creata in alias quas vult ſubſtantias. vel ſpecies cõmutat: ſic iſte fallendi artifex, qa veraciter creare non poteſt: ſaltem creatarum falſa ſimulacra ad ſtultos homines decipiendos: cõfingat. Prodit vanitatem talium præſtigiorum, inconſtantia phantaſmatum confictorũ. quæ ſtatim vt apparent: more nebulæ vel fumi, receſſu fugaci protinus euaneſcunt, & quã nihil etiã dũ viderẽtur eſſent: oculis ſubito ſubtracta demõſtrant. At econuerſo Chriſti miracula, huius diabolicæ falſitatis prorſus ignara: diuina ſe eſſe: nõ inania & falſa cõfin-

Matthei xiiij.

gendo, ſed ſolida & vera exhibẽdo: oſtẽdunt. Non enim phantaſticum ſed verũ mare Chriſt⁹ pedib⁹ abſq; cuiuſlibet na-

Ioan.ij.

uis medio inſtrumento calcauit. non in phãtaſticum ſed in verum & bonũ vinũ aquas mutauit. nõ phantaſticos ſed veros oculos cęcis aut reſtituit aut donauit. nõ auditum ſimulatorium, ſed naturalem ſurdis: non ſimulatoriam ſed verã mutis loquelam conceſſit: non fallaciter ſed veraciter leproſos curauit: non fallaciter ſed veraciter demõia de humanis corporibus expulit. nõ fallaciter ſed veraciter vniuerſos hominũ lãguores curauit, mortuos quoſlibet ſuſcitauit: & tãdem non vt propheta quilibet: non vt magnus aliquis, ſed vt deus & domin⁹ totius creaturæ: cuncta quæ voluit fecit in cęlo & in terra. in mari & in omnibus abyſſis. Nec ſolũ ea fecit. ſed inſuper eãdem miraculorum potentiam. cũctis in ſe vere credentibus (quod non niſi deus poteſt) conceſſit. Nam quicũq; vel ante ipſum vel poſt: miranda quælibet feciſſe leguntur, creduntur, affirmantur: non propria ſed aliena virtute, ad ea facienda vſi ſunt: non humana ſed diuina potentia operati ſunt. Inde eſt. quod ea facturi: præces ſemper ad deum premittebãt. & eiſdẽ præcib⁹ impetrata, illa quibus famoſi facti ſunt: miracula faciebãt. Vnde legis de moyſe q̃uis tacẽte: anteq̃

Exodi xiiij.

rubrũ mare diuideret, anteq̃ pharaonẽ ſubmergeret: dictũ a Deo. Quid clamas ad me? Legis & Helyã anq̃ vel mortuũ

iij. Regũ xvij. & xviij.

ſuſcitaret, vel igne cœleſti ſacrificia deo oblata conſumeret, vel triennẽ ſiccitatẽ pluuijs irrigaret: oraſſe, genu flexiſſe nihilq; horum niſi præmiſſa oratione, feciſſe. Sic & de ceteris. Nullus enim eorũ aliquid taliũ operũ. ex ſe facere potuit: ſed quando fecit: ea a deo vt fieret, impetrauit. Quod ſi ex ſe nihil facere potuit: vtiq; nec alijs hoc præſtare ꝓualuit Si vero obieceritis dixiſſe Helyſeũ helyę

iiij. re. ij.

obſecro vt fiat ſpũs tuus duplex in me: recole quid ei Helyas reſpõdit. & agnoſces quod nihil ex ſe præſtare potuit. Nã quando dixit. ſi videris quando tollar a te: erit quod petiſti. ſi autem nõ videris: non erit: oſtendit alienum eſſe nõ ꝓprium, dei eſſe non ſuũ: vel miracula facere, vel poteſtatem huiuſmodi operum cuilibet dare. At Chriſtus non vt Moyſes, non vt Helyas, nõ vt quilibet

prophetarũ miracula,velut non ſua vir-
tute premiſſis precibus fecit.ſed vt deus
q̄uis & homo : & ea quando voluit pro-
pria diuinitatis potētia operatus eſt . &
quib⁹ voluit: largitate diuina , vt idem
facere poſſent:largit⁹ eſt.Et his vniuer-
ſis iudee apparet:nō magica , nō fanta-
ſtica , non falſa vel inania eſſe miracula
Chriſti:quibus ad fidem chriſtianā mũ-
dus cōuerſus eſt.ſed diuina,veracia, ſo-
lida:vtilia.Quod autē dixi vtilia: iterũ
diligēter attende. Eſt quippe illud vlti-
mum de duobus illis.quæ ſupra iā ꝓpo-
ſueram. & ex quibus Chriſti miracula.
non magica eſſe vel falſa . ſed diuina ac
veracia me probare.non probabili tan-
tum.ſed & neceſſarjo argumēto promi-
ſerā.Sola enim vere vtilitas miraculorũ
Chriſti,& ſi cuncta ſupradicta deeſſent:
ad idē probandũ ſufficeret. Nam clara,
certa,indubia:mirandorum operũ pro-
batio eſt ipſa eorum vtilitas . & vtrũ ex
deo ſint an nō:& negligenter attenden-
tibus manifeſtāt. Quicquid enim a deo
in terris de talibus fit : ſaluti hominum
militat.quicquid a ſathana de ſimilibus
fit:curioſę vanitati inſeruit,Diſcernit &
diuidit prorſus a diabolicis figmētis di-
uina miracula,vtilitas hũana:qua ſem-
per vacua ſunt ꝓdigia diaboli : cui ſoli
ſemp inſeruiunt miracula Chriſti.Quid
enim prodē,mortalium nō dico eternis.
ſed ſaltem præſentibus cōmodis:aerius
magorum volatus, phātaſticus fluminũ
curſus,riſus imaginum,figmenta ętatũ,
vmbrarũ prælia,momento temporis cō-
ſtructa męnia,altiſſimę turres erectę,vr-
bes maxime velut in ſomniorum fanta-
ſijs conſtructę:& prorſus his ſimilia.vni-
uerſa ſathanę fallacia fallentiaq; figmē-
ta? Quod vero dixi magica figmēta nec
præſentibus hominũ cōmodis prodeſſe:
ſicut intelligo , ſic a lectoribus intelligi
volo.Noui eni magos vel demonicorũ
prodigiorum quoſlibet vaniſſimos ſecta-
tores: dũ vel occulta quæ demonib⁹ ex
nature ſubtilitate,aut longiſſimo vſu no-
ta ſũt curioſis vel cupidis hominib⁹ re-
ferāt , vel viſus eorũ inanibus & fumeis
ſimulacris paſcunt : multa quandoq; lu-
crari.& vel ſibi vel his a quibus ad hæc
agenda inſtigantur: plurima ſæpe com-
moda cōparare . Non de his ego cōmo-
dis ago:nec lucra huius modi,inter hu-
manę ſalutis præſentia ſaltem cōmoda
numero.Sunt quippe iſta magis nocen-
tia.q̄ proficiētia:magis perdentia q̄ ſal-
uantia.Nō ago inq̄ de turpib⁹ac nefan-
dis magorum aut mimorum vel eis aſſen-
tantiũ vanis artib⁹ cōparatis cōmodis.
ſed de illis miraculis. q̄ aut eterne ani-
marum ſaluti famulantur aut quorũ ſal-
tem remedijs corpora humana curant.
Quis eni ęger,iſtis ſathanę fallacijs fal-
lentibusq; figmentis . vnq̄ curatus eſt?
Cui miſero:talib⁹ remedijs ſubuentũ ē?
Cui niſi populari riſui talia apta ſunt?
Quid:niſi ſtultorũ oculos paſcunt? Sed
proferes mihi magos egyptios , eoſq; ſi-
gna ſignis ſimilia moyſi:coram pharao-
ne feciſſe propones.Sed recordare moy-
ſi miracula:veracia nō fantaſtica vt ma-
gorum fuiſſe.memento populi dei vtili-
tatib⁹.qua prorſus caruere figmēta ma-
gica:inſeruiſſe.Fecit moyſes ſigna,intu-
lit iuſſu dei plagas ægyptijs:vt & rebel-
lis deo populus cũ rege perfido iuſte pu-
niretur:& gens tunc a deo electa, miſe-
ricorditer ſaluaretur. Sed non eadē vel
ſimilis cauſa portētorũ:nulla profectuũ
humanorum intentio in ipſis . quia ea
nō pro ſalute vel cuiuſlibet vtilitate fa-
cta ſunt:ſed pro ſacrorum emulatione ſi-
gnorum , & pro oſtentanda artis dete-
ſtandę peritia:cōficta ſunt.Caruere ma-
gica pręſtigia diuinorum ſignorum vti-
litate.ſemota ſunt omnino diuina mira-
cula:a dānabili curioſorum hominum
vanitate.Vides adhuc iudee, diſtantiā
inter ſigna & ſigna:miracula & miracu-
la:prodigia & prodigia?Diſcerne amo-
do, quod fortaſſe hactenus neſciebas.&
quæ ab humana ſalute vacare cognoue-
ris :intellige falſa. quæ eidem famulari
didiceris:agnoſce diuina . Nōne aduer-
tis,nec cęcum vnum,nec ſurdũ,nec mu-
tum , nec languidum aliquem : a mago
quolibet & peritiſſimo vnq̄ curatum: ne
dicam mortuum ſuſcitatum ? Defecit
circa iſta omnino . dęmonica poten-

Miracula xp̄i a p̄ſtigijs diaboli ſal⁹&vtilitas humana diuidit.

Miracula moyſi vera & vtilia nō magorũ.

tia pariter & volũtas: quia nec velle eis vnq̃ adfuit mortalibus conſulendi: nec poteſtas aliqua, fracta reparandi, vel corrupta medendi. At Chriſtus, & ꝑ eũ mundo tradita chriſtiana fides: iſtis & aliis infinitis & mirãdis operibus: nihil, nihil aliud ꝓrſus intẽdit: ad nihil aliud operam totam impẽdit, niſi vt & hic corpora curarẽtur, animæ iuſtificarẽtur: & poſt pręordinato ab ipſo ante oẽm creaturam tẽpore: totus & integer homo ab omni morte, corruptione, vel miſeria ereptus: beatitudini perpetuo angelicæ iũgeretur. Et quia hoc veritate vndiq; coartatus: negare iudęe nõ potes, quia plane miracula Chriſtiana non niſi ſoli humanæ ſaluti famulari probatum eſt: cõſtat ea nõ eſſe fallacia, ſed veracia: non eſſe magica, ſed diuina. Agnoſce igitur, geminę quę ſupra poſuiſti obiectiõi tuę, plene reſponſum. Quod eni nulla eſſe vł ficta Chriſti miracula dixeras, cõſtat falſum eſſe: quia probatum eſt multa fuiſſe Quod dixeras magica, claruit verũ non eſſe: quia probatum eſt, diuina oĩmode extitiſſe. Sed quid ego te ex pręteritis Chriſti miraculis: redemptorem noſtrũ, vere Chriſtũ & deũ eſſe, cõuinco: cũ ex mei temporis miris operibus, facili⁹ vel negantem conuincere: vel confitentẽ valeam cõfirmare? Prętermitto per millenarium annorum numerum, primo Chriſti, dehinc apoſtolorũ, vel aliorum diſcipulorum qui ei mortaliter adhuc viuenti adherebant: innumera ac precelſa miracula, ſepono infinitas ꝑ vniuerſum orbem martyrum Chriſti legiões: agmina confeſſorum, & vtriuſq; ordinis ſacerdotum, gręges monachorum, phalãgas heremitarum: quo℞ nõ modica pars cœleſtibus ſignis dum viuerent, effulſit. Hos inquã omnes prętereo, & quicquid mirandorũ operum mortaliter viuẽtes geſſerũt: ĩtermitto. Ad eorũ buſta vel ſepulcra venio, & quid beatitudinis vel glorie apud oĩpotentem & benignum auctorem ſuũ ſpritus eo℞ interim poſſideant: ex ipſorũ ſacris cineribus oſtendo. Reuolue Iudæe, & intente relege: oẽs tibi olim traditos veteris & ſacri canonis libros, & pręter heliſæi, ac cuiuſdam ꝓphetæ alterius oſſa: vſq; ad xp̃i noſtri paſſionẽ & mortem: per aliquẽ iudaicæ legis mortuũ, quãtũlibet ſanctũ mira aliqua facta demõſtra. Hoc quia nõ vales, cõuerte ocłos a legalib⁹ (vt ſic loquar) defunctis ad euangelicos mortuos, quãta Chriſtus per chriſtiano℞ ſuorũ cadauera, vel iam pene nullos cineres, operatus fuerit: ĩtuere. Aſpice populos orbis terrarũ, ad cuiuſlibet olim contẽptibilis Chriſtiani cõcurrentes ſepulchrũ: & ab illis ſępe qui quondam atrocib⁹ tormẽtis ꝑempti fuerant: periculorũ auxilia, omniũq; incõmodorum remedia poſtulantes. Aduerte eos, citius quã quilibet poſſet a viuente audiri: frequẽter a mortuis exaudiri, & a templis Chriſti, ipſorũq; receptaculis: optata bñficia reportare. Nolo multum labores. Aperi tantũ oculos, & vide illos qui cęci ad ſacra ingreſſi fuerant: videntes exire, ſurdos auditu, claudos greſſu, mutos ſermone reſtituto regredi, & tandem egros vniuerſos, depoſito apud eos moleſto langore: letari. Cerne ipſam quã ſemper exoſam ſpeciali odio habuiſti: ſuper cœleſtẽ ipſoq; ſole ſplendidiorẽ æternam virginẽ matrẽ Chriſti: conſpice, quis liuenti oculo, ſalutarem quã hucuſq; maxime execratus es: crucem xp̃i. Agnoſce apud loca in memoria ipſorum vel honore familiarius dedicata: frequentius ac ſolléni⁹ iſta vel maiora fieri, vt vnde magis ſcandalizaris: inde maxime confundaris, & vt ea quæ apud te maiore vileſcũt ignominia: maiore pre cęteris decorenť gloria. Concurrũt ad eadẽ loca inter innumeros diuerſis miſeriis affectos, horrendo ac tetro igne aduſti: & ſui multitudine eccleſias illas implentes: infra breue ſpacium, non ſolum tantũ bini vel quaterni: ſed ſepe & quinquageni, vel centeni curantur. Vidi ipſe quandã, naſo pri⁹ vſq; ad intimas faciei radices, ab illo peſtifero igne pereſo: viſione nocturna eo ad integrum recuperato: gaudentem. Vidi & alios: q multo℞ veraciũ teſtimonio, diu vł ſemp cęci fuerãt: virtute diuina lumĩe reſtaurato: vidẽtes. vidi & alia

Miracła quotidiana a ſãctis mortuis fieri ſolita: ſidẽ faciũt de lege chriſti.

Sed quanta ſunt illa ad illorum cõparationem: quæ a veracibus & fide dignis viris accepi: vel ab eis qui viderunt, vel ab his qui a vidẽtib⁹ acceperunt? Inter quæ & apoſtoli Iacobi peregrinus, fraude dęmõica a ſemetipſo occiſus: ab eodem apoſtolo aliquãtis poſt mortẽ interpoſitis diebus ſuſcitatus: & quid exutus corpore vidiſſet, & quod ſancti illi⁹ meritis ad corpus rediſſet: narrauit. Fugiũt mentẽ multiplicia Chriſti miracula, moderno tempore facta, tantaq; vt ſi & antiqua deeſſent, ad integrum Chriſtianę

Obiectiõ

fidei robur: ſufficere poſſẽt. Sed dices fortaſſis: chriſtianorum de Chriſto teſtimonium te admittere nolle. Quęro cauſam Reſpondes, vnãqq; ſectam ſibi fauere, & de talibus vel ſimilibus falli vel fallere

Rñſio.

poſſe. His ego ſubiungo. Si quis tam malus eſt, vt alios fallat: nunquid tam neq̃ eſſe poteſt, vt ſeipm̃ fallere velit? Illi vero ſeipſos fallerẽt: qui de miraculis Chriſti dicentes ſe vidiſſe quod nõ viderũt, audiſſe quę nõ audierunt: ſatagerẽt aut ſe inde in fide Chriſtiana cõfirmare, aut ad idem alios prodigioſo mendacio prouocare. Quod genus fallendi, vniuerſis id mecum conclamantibus: nec eſſe vnq̃ potuit, nec eſſe vnq̃ poterit. Puto autem, quod nec Sathanas ſeipm̃ fallere velit:

Ioh. viij.

cum tamen auctor falſitatis & pater ſit. Quod ſi pater falſitatis & mẽdacii, q̃uis fallere ſemper cupiat, falli non vult: longe minus proles ipſi⁹: nec ab aliquo, nec a ſe ipſa falli vult. Præter hęc: quicunq; vel mentitur, vel fallit: aut timore amittendi quod habet & amat: aut ſpe adipiſcendi quod nõ habet & amat: mentitur & fallit. Sed qui miracula Chriſti noſtro tempore facta, ſe vidiſſe vel audiſſe dixerunt: nequaq̃ vel ſi non dicerent, aliquid amittere timuerunt: vel quia dixerũt, lucrũ inde aliquod ſperauerũt. Claret igitur: quod nõ niſi vera dixerũt. Sed quid ego admirãda opera Chriſti, ꝑ diuerſas mundi partes facta: ſigillatim iudeo explicare laboro: cum innumera quidẽ: ſed longe pauciora pluribus mihi nota ſint? Lõge certe plura ſunt notis, ignorata miracula: ea tamen quæ indubia certitudine teneo: quæ libri quantitas, quæ voluminis magnitudo capere poſſet? Sed ſeponantur iſta, & ſuo tempori vel volumini reſeruentur. Vnum ſolummodo in fine operis cœleſte, ac publicum Chriſti opus, tibi iudæe propono: quod negare non poteris: quod orbe toto conclamante, ne tua te taciturnitas addicat, confiteri cogeris. Audiſti miracula diſcipulorum Chriſti, audiſti miracula matris Chriſti: audiſti miracula crucis Chriſti: audi & ſublime miraculum ſepulchri Chriſti. Non poteris de iſto dicere, hoc cõfinxiſſe Chriſtianos: cũ habeat teſtes: ipſos & Ethnicos & Sarracenos. Nullus enim fere vſpiam eſt, in toto orbe terrarum Chriſtianus: nullus Ethnicus, nullus Paganus: quẽ iſtud lateat, qui iſtud ignorare: aliqua locorum remotione: q̃uis lõgiſſima poſſit. Viſitat miſſo de cœlis annuo lumine Chriſtus ſepulchrum ſuum, & nõ qualibet alia, ſed ea qua in ipſo iacuit die, ſuperno illud fulgore illuſtrat.

Miraculũ ſepulchri xp̃i.

Oſtendit de morte ſua vitã: de tenebris ſpelei ſui lumẽ mundo infulſiſſe æternũ: vt ſpernens eius mortem perfidus confundatur iudęus, & fidelis ſaluetur: in eadem totam ſpem ſuam conſtituens Chriſtianus. Occupabant ante hos quinquaginta annos, hoſtes Chriſti cum ipſa diuina & regia Hieruſalem: templum & ſepulchrũ Chriſti, & ei principatu nephario dominabantur. Excubabant eidem ſepulchro domini, pauci orientalium gẽtium Chriſtiani: & raris occidentalibus admixtis, amore ſaluatoris, impiorũ duriſſimum iugum patienter ferentes: ſalutari ſpecui ſeruiebant. Inſtabat ſacratiſſimo loco, ſarracenorum illorum violenta cuſtodia: & non ſolum ab obſequentibus, ſed & ab aduenientibus, multo cum labore peregrinis, ac feruenti ad ſepulchrum redemptoris ſui deſiderio tractis perfidorum immanitas tormẽtis, ac verberibus quod poterat emungebat. Non ceſſabat & tunc lux cœleſtis in tenebris impiorum lucere: & de ſupernis & igne viſibili refulgente in terris, ſabbato ſancto paſchalẽ reſurrectiõis dominicã pręcedẽte: ſaluatoris irradiabat ſepulchrũ.

Tenebãt perſicos arcus ęgyptii, & vel ludo vel ſerio angelũ(vt dicebãt)diuini ignis baiulum: iactis ęthiopes ſagittis transfigere minabãtur. In tantũ certe incredulorum animos, tanta euidentia tã ſublimis miraculi euincebat: vt quod negare non poterãt, licet nefandis auſibus confirmarent. Si negaueris ergo Iudæe quod de hoc tanto miraculo fatent chriſtiani: nunquid negare poteris: quod inde confirmant totius orientis vel meri-
Geñ. iiij diei Ethnici / ac Sarraceni? Inflãmauit olim deus ſuper munera iuſti Abel: ſup hoſtiam vero impij Cain nõ inflãmauit.
iij. Reg. xviij. Miſit ignem de cœlis ſuper holocauſtum magni Heliæ: non miſit ſuper ſacrificia Bahal dęmoni preparata. Sic plane, ſic o iudæe: hoc noſtro tempore idem deus inter iudæorum vota & Chriſtianorum ſacrificia diſcernit: reprobat hoſtias veſtras, quas iam per longiſſimũ temp⁹ nec eſſe permiſit: ſuſcipit holocauſtum Chriſtianum, quãdo locum illum in quo quondam mortuus iacuit: agn⁹ ille qui ſemetipſum obtulit immaculatum deo: tantis ignis diuini miraculis, annuo recurſu honorat. Vt igitur breuiter o iudęe, diffuſi⁹ dicta recolligam, tam multiplici ſcripturarum auctoritate, q̃ euidenti miraculorum ratione: agnoſce probatum eſſe, tene certum eſſe Chriſtum dominũ noſtrũ, non adoptiuum, ſed eſſentialem eſſe dei filium, non nũcupatiuum: ſed verum eſſe deum, non tẽporalẽ: ſed regem eſſe ęternum, non quaſi eũ qui nõdum venerit expectandũ, ſed ſicut eum qui iam pręſcripto tẽpore venit ſuſcipiẽdũ & adorãdũ.

¶ Capitulum Quintũ De Ridiculis atq; ſtultiſſimis Fabulis Iudæorum.

Videor mihi Iudæe, tot auctoritatibus: tãtis rationib⁹ ſatiſfeciſſe me vt arbitror ſup his quę in quęſtiõe ꝓpoſita fuerãt, omni homini. Quod ſi oĩ homini: tũc & tibi: ſi tamen homo es. Hominem enim te profiteri, ne forte mẽtiar nõ audeo: quia in te extinctam immo ſepultam (quę hominẽ a cęteris animalib⁹ vel beſtiis ſeparat) rationẽ: agnoſco. At teſtat mihi de his & pſalm⁹ tu⁹: vbi hominem in brutum animal verſum deplorat. Homo (ait) cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus: & ſimilis factus eſt illis. p.xlviij. Hoc licet de vniuerſali homine: hoc eſt, de genere humano dictum: iuxta quẽdam intellectum accipi poſſit: de te tamen hoc ſpecialiter, de te hoc ſingulariter, in quo omnis ratio obruta eſt: dictum eſſe negare nõ potes. Cur enim nõ dicaris animal brutũ? cur nõ beſtia: cur nõ iumẽtũ? Adhibe tecũ bouẽ: vł ſi mauis aſinũ, quo nihil in pecoribus ſtolidi⁹ eſt, & ſimul cum eo quæcũq; dici poſſunt auſculta. Quid referet: quid diſtabit inter auditum tuũ & aſini? Audiet nec intelliget aſinus: audiet nec intelliget iudæus. An ego hoc primus dico? Nonne hoc idem ante multa ſecula dictum eſt? Nonne hoc idem, ſublimis propheta tuus teſtat? Aure (inquit) audietis, & non intelligetis: & vidẽtes videbitis: & nõ ✝ perſpicietis. Eſa.vj. ✝ Al's. percipietis. Vnde q̃uis te iumẽtum vel beſtiam eſſe: his ſacris auctoritatibus plene probatum ſit: q̃uis hoc in p̃cedentibus quatuor capitulis: & ſi tu his motus nõ es, & a me ſufficienter oſtenſum ſit: addat tamen & quintum capitulum: quo in lucem producto, nõ ſolum chriſtiãis, ſed & toti terrarũ orbi pateſiat, te vere iumẽtum eſſe: nec me dum iſtud affirmo: veritatis limitẽ in aliquo exceſſiſſe. Produco igitur portẽtuoſam beſtiam de cubili ſuo: & eam in theatro totius mundi, in conſpectu omniũ populorum ridendã propono. Profero tibi corã vniuerſis: o iudęe beſtia librũ tuũ, illũ inq̃ librũ tuũ, illũ Talmuth tuũ, illã ęgregiã doctrinã tuã: ꝓpheticis libris, & cũctis ſentẽtijs autẽticis pręferẽdã. Sed miraris cum iudæus non ſim: vnde hoc mihi nomen innotuit, vnde aurib⁹ meis inſonuit. Quis mihi ſecreta iudaica prodidit: quis intima veſtra & occultiſſima denudauit. Ille inq̃ ille: ille Chriſtus quẽ negas: illa veritas denudauit falſitatem tuam, diſcooperuit ignominiam tuam: quæ loquitur: nihil opertum quod nõ reueletur & occultum, quod non ſciatur. Mat.x. Illo certe libro tuo monſtrabitur: illo lucide oſtendetur: q̃ iuſto dei iudicio datus ſis in reprobum ſenſum: cum nullo

humanorum ſtudiorum labore, aſſenti=
re velis clariſſimę veritati: & tam facile
adquieueris tenebroſiſſimæ falſitati. Im
pleta ſunt in te tuoſq; ſimiles verba apo
ſtoli noſtri: qui dicit. Mittet illis deus
operationem erroris: vt credant menda
tio, vt iudicentur omnes qui non credi=
derunt veritati: ſed cōſenſerūt iniqtati.
Mirum plane, & pene incredibiliter mi=
rum: non credere homines (vt dictū eſt)
credibili & apertiſſimæ veritati: & cre=
dere incredibili falſitati. Sed econuer=
ſo mirum non eſt: ſi recedentæ omni
prorſus lucis veſtigio, denſæ olim ægy=
ptiorum tenebræ ab ægypto fugatæ iu=
daica corda occupant: quia iuxta vera
cem ſcripturam, non eſt cōuentio Chri=
ſti ad Belial: nec aliqua ſocietas luci cū
tenebris. Sed iam tenebræ ipſæ nudan
dæ ſūt: & electa ſcriptura tua Talmuth,
talmuth in medium proferenda. Quę ſecundū te
auctori= tuoſq; ſimiles tanta eſt, tantæq; celſitu=
tas apd nis ac dignitatis, vt deus nihil aliud fa=
iudæos ciat in cœlo, q̄ legere aſſidue ſcripturā
inſanie ſi illam: & de illa cum ſapientibus iudęis
milis. qui eam compoſuerūt conferre. Sed qđ
faciam? Si huic inſanię vel cęteris ſimi
libus reſpondere cępero: pene & ipſe in
ſanus videbor. An non iudicaretur inſa
nus: qui homini vel inaniā patienti, vel
impulſu dęmonis furioſo: quando alie=
na vel abſurdiſſima loquitur: reſponde=
ret? An non furioſus videret, qui cū hu=
iuſmodi homine in quo tota ratio ſepul
ta eſt: nihilq; niſi inania & ſtolida ꝓferē
te: velut rationabiliter diſputare cona=
retur? Sic plane: ſic de me credi poſſet:
niſi me ab hac ſtultitia: certa ratio excu
ſaret. Illa certa ratio, qua & ſi non omni
bus iudæis hac mea diſputatione pro=
deſſe: tamen fortaſſis aliquibus profice=
re potero. Licet enim a deo ad preſens
merito iniquitatis ſuę proiecti ſunt: nec
reuocandi, niſi quando iuxta prophe=
Eſa. x. tiam: pręmiſſa gētium multitudine: reli
quiæ iſrael ſaluæ fient: colligit tamē in=
terim aliquando ſuperna miſeratio, & a
maſſa perdita, ſegregat quoſdam licet
raros: apud quos hęc me a reſponſio vel
diſputatio vtilitatis effectu forſitan non
carebit. Qui fecibus iam dictis longo tē
pore apud iudæos infecti: ad Chriſti ec
cleſiam tranſeūtes: tali antidoto pleni⁹
defecari poterunt, & hac lectione, peſte
quā imbuti fuerant expurgari. Audi er=
go iudæe tuam tuorūq; inſaniam: & qđ
deterius eſt: blaſphemiam. Nam quā ſu
pra tetigi furioſorum inſaniā: pœna pec
cati eſt, ſed peccatum non eſt. Blaſphe=
mia vero, non ſolum intollerabile pec=
catum eſt: ſed & quantū ad hanc tuam
pertinet: pręcedētium peccatorum pœ=
na eſt. Neq; enim tam peſſime deſipuiſ=
ſes: niſi tuis tuorūq; patrum pręcedenti
bus peccatis vel criminib⁹: hoc meruiſ=
ſes. Deus (inquis) nihil aliud facit in cœ Confuta
lo: q̄ legere aſſidue ſcripturā Talmuth: tio dicti
& de illa cū ſapientibus iudæis qui eā iudæorū
compoſuerunt conferre. Ac primum in= de Tal=
terrogo. Vt quid legit deus in cœlo? Vt muth.
doctior fiat, vt diſcat quod ante ignora
bat: vel vt recordetur eorum quę oblit⁹
fuerat? Omnis enim lector his de cauſis
legit: vt vel diſcat qđ ante ignorabat:
vel recordetur eorum quæ oblitus fue=
rat: vel ex lectione aliquē inſtruat: vel
oblectet, vel arguat: & ſi qua ſūt alia, ad
lectionis proprietatem pertinētia. Sed
vt quod primū poſui proponam: nūquid
deus vt diſcat legit? An ei aliquid ſcien
tiæ vel ſapientiæ deeſt? Nonne de eius De⁹ oīa
non ſolum magnitudine, ſed & ſapiētia nouit.
legitur. Magn⁹ domin⁹ noſter & magna ps. cxlvj
virtus eius: & ſapientiæ eius non eſt nu
merus? Nonne & in eiſdem Pſalmis ei a
propheta dicitur. Omnia in ſapientia fe Pſal. ciij
ciſti? Nonne rurſum eidem deo idem ꝓ Pſalm.
pheta. Ecce domine tu cognouiſti om̄ia cxxxviij
nouiſſima & antiqua? Qui ſi omnia no=
uiſſima & antiqua: hoc eſt om̄ia vltima
& prima cognoſcit: vtiq; quæ media ſūt
nō ignorat. Nā & de illis ſequit̄. Impfe=
ctū meū viderūt oculi tui: & in libro tuo
oēs ſcribent̄. Sed ne putes hūc dei librū
Talmuth tuū eſſe, dic ſi potes: vtrū oēs
hoies vel qui fuerūt, vel qui ſunt, vel qui
futuri ſunt: in libro tuo illo ſcripti ſint.
Hęc ſunt eni verba Pſalmi. In libro tuo
oēs ſcribent̄. Sed certū eſt: quia nulla ar
te, nullo conamine, hoc oſtēdere ꝓuales:

ꝙ in illo tuo,de quo agiẗ libro:oẽs ſcri
pti ſint. Nõ igitur Talmuth iudaicũ eſſe
põt liber ille:de quo dicitur in libro tuo
oẽs ſcribẽtur. Audi & bonam mulierem
Suſannã,quę licet nõ ſit de canone tuo:
fuit tamẽ de populo tuo. Audi eam,vtrũ
deus aliquid ignorare poſſit: in oratiõe
Dañ.xiij propria profitentem. Dñe(ait)qui noſti
omnia anteq̃ fiant. Qui ſi omnia anteq̃
fiant nouit:vtiq; ea poſtq̃ facta ſunt non
ignorat. Non igiẗ vt aliquid diſcat de⁹:
legit Talmuth. Sed nec vt aliquorũ re=
cordetur:legit Talmuth. Audi prophe=
Eſa.xliiij tam tuum. Nunquit (ait dñs) poteſt mu=
lier obliuiſci filii vteri ſui? & ſi illa obli=
ta fuerit: ego tamen non obliuiſcar tui.
Recordare & verſus illius,cuius oblitus
Pſalm̃. cxxxvj. eſſe videris. Si oblitus fuero tui hieruſa=
lẽ:obliuioni detur dextera mea. Sed for
taſſis obijcies. Hoc deus multo quo erga
patres noſtros mouebatur affectu dixit.
Nec ego hoc iudęe nego:Sed ſi dilectio
antiquorum iudæorum fecit,vt hoc dice
ret:nõ tamen fecit te etiam concedente,
vt hoc mentiens diceret. Verum eſt ergo
ꝙ patrũ veſtrorum obliuiſci nõ poterat;
verum eſt qđ ciuitatis veſtrę Hieruſalem
obliuiſci non poterat. Sed nunqđ pręter
iudęos,quorũlibet aliorũ obliuiſci pote=
De⁹ oĩm meminit rat? Nõnc Iob q de canõe tuo eſt,deo lo
quitur dicens. Licet hęc cæles in corde
Iob.x. tuo:tamen ſcio quia vniuerſorum memi
neris? Qui ergo vniuerſorum memoriã
in corde ſuo cælat,vtiq; nullorum obli=
uiſcitur: vtiq; omnium aſſidue recorda=
tur. Nam ſi aliquo momento tẽporis vni
uerſoꝝ memoria apud ipſum periret:nõ
eam in corde ſuo eo quo periret tempo=
ris interuallo cælaret. Nemo enim cæla
re dicitur quod non eſt:ſed qđ eſt. Clarũ
ẽ igiẗ:itellectui nõ aliquoꝝ,ſed oĩm:nul
lo pacto nullorum hominũ,nullarum re=
Obiectõ rum: deum immemorẽ eſſe poſſe. Sed op
Geñ.viij ponis:quod i Geneſi ſcriptum eſt. Recor
datus eſt ergo deus Noe,& cunctorũ qui
erant cum eo in archa:& adduxit ſpiritũ
ſuper terrã,& iminute ſunt aque. Oppo=
Pſalm̃. lxxvij. nis & illud. Recordat⁹ eſt, quia caro ſũt:
ſpiritus vadens & non rediens, & ſubiũ=
gis. Quid ergo ſibi vult quod dicit:recor

datus eſt deus Noe:& recordat⁹ eſt quia
caro ſunt.ſi deus nullarum rerum obliui
ſcitur: nullarum recordatur? Interrogo Refelliẗ obiectio
& ego. Nunquid deus oblit⁹ fuerat Noe,
oblitus fuerat & omniũ qui erant cum eo
in archa:anteq̃ adduceret ſpiritum,& i=
minuerentur aquæ ſuper terram? Nun=
quid oblitus fuerat eius,cui⁹ archam in=
ter vniuerſos turbines, inter vẽtorum fu
rẽtium flabra,inter elementa rupta lege
naturę in inuicem acerrime compugnan
tia,ſub imbribus inordinatę profluenti=
bus,ſuper immenſum abyſſi pęlagus:in=
ter iſta inquã omnia: abſq; rectore,abſq;
velis,abſq; gubernaculis,abſq; oñi pror
ſus humanæ artis adminiculo: per inte=
grum fere annum gubernauit? Videtur
mihi iudæe,immo quod maius eſt,apud
me omnino conſtat:conſtat & apud om=
nes qui iudęi non ſunt:ꝙ nullo modo po
tuit deus obliuiſci eorũ/quorum ſe obli=
tum non eſſe,tam manifeſtis indicijs de=
clarauit. Vide & tu: vide ac iudica: ſed
iuſte. Vtrũ iter tot tãtaq; nauigatiõis vſi
bus repugnantia: archa Noe per vnum
totius orbis pęlagus: abſq; diuina manu
ſine arte humana enatare potuit: cũ nec
arctum fluuiolũ, breuis carina abſq; mul
to labore nautarum enauigare vel tranſ=
meare poſſit. Hoc ſi tibi clarum eſt,quod Nota de
nulli pręter te obſcurum eſt : cogeris cõ= recordatiõe dei.
fiteri non ideo dixiſſe ſcripturam deum
recordatum fuiſſe Noe: quod ei⁹ vel ad
punctum oblitus fuerit,ſed quod huma=
num loquendi morem ſacra ſeruans ſcri=
ptura:poſt aliqua quæ pręmiſſo Noe no
mine de qualitate diluuij ſubiunxerat:
qualiter de tantis periculis a deo erutus
ſit: congruenter meminit. Confitere er=
go ratione cogente: nullo tempore deũ
Noe vel eorum,qui cũ ipſo in archa erãt,
oblitum fuiſſe. Confitere & illud,quia cũ
dicitur,recordat⁹ eſt quia caro ſunt:ſpi=
ritus vadens & non rediens: non notari
deum obliuionis:ſed cõmendari miſera=
tionis. Quomodo enim credi poteſt obli
tus fuiſſe gentis illius, quos præter ſubli=
mia ac frequentia miracula: et conti=
nuis ſignis ac beneficijs illuſtrabat? Ta=
ceo,quod rubrum mare eis diuiſerit:qđ

aquam de rupe produxerit: quod quibuſdam alijs ſignis ſemel tantum factis eos clarificauerit. Nunquid non ab exitu iſrael de ægypto, domus Iacob de populo Barbaro, vſq; ad diuiſum Iordanē p annos quadraginta cœleſti māna quotidie præter ſabbatum de ſupernis fluente eos pauit: columpna nubis per diem, ignisq; per noctem, quando tabernacula figerent: quando erigerent, totius itineris menſuram & quantitatem per inuia & deſerta abſq; errore continue demonſtrauit? Non poteſt ergo dici vel ad modicum eorum oblitus: quorum ſe memorem aſſidue fuiſſe, non interpolatis: ſed ſignis quod maius eſt continuis oſtendebat. Nō igitur vt aliqua eorum quę obliti fuerat ad memoriam reduceret: tuū Talmuth De⁹ in cœlis o iudæe vel legebat vel legit. Vnde lucidum eſt: qđ neq; vt diſcat, neq; vt recordetur deus: vel illius vel alicuius lectionis ęget. Sed nec vt inſtruat ſicut magiſter diſcipulos: nec vt oblectet ſicut tragędi & comędi populos: nec vt arguat ſicut ſatirici repręhenſores prophanos. Sed quid de iſtis loquor? Ridicula ſunt hęc nec auditu ferēda: niſi tu inuitum me loqui, quod vel cogitare exhorreo: profunda ſtultitia tua iudæe vrgeres. Succedant ergo reliqua. Legit (inquit) deus in cœlis, librum Talmuth. Sed cuiuſmodi librum? Si talem quales quotidie in vſu legendi habem⁹: vtiq; ex pellibus arietum, hircorum, vel vitulorum: ſiue ex biblis vel iuncis oriētalium paludum: aut ex raſuris veterum pannorum, ſeu ex qualibet alia forte viliore materia compactos: & pennis auiū vel calamis paluſtrium locorum, qualibet tinctura īfectis: deſcriptos. Et o miſer tantæ neceſſitati omnipotentis ſapientiam addixiſti: vt neceſſe ſit ei ad diſcenda vel ad recordanda quęlibet, ſcedas viliſſimas cōſulere: & a pellibus vel biblis intelligentiam mendicare? Quomodo a iudæorum libris aliquid diſcere potuit: qui iudæis legem digito hoc eſt ſpiritu ſuo in tabulis lapidęis ſcriptā dedit? Quid potuit diſcere ab aliquo libro iudæorum: cum ipſe ſit auctor & legiſlator eorum? Sed rurſum faſtidio tam abiectiſſimis neniis reſpondere: ſed quia tu tam ſapiens his credis: non poſſum tacere. Nihil (inquis) aliud facit de⁹ in cœlo: niſi legere ſcripturam Talmuth. Hoc iam diſcuſſum eſt. Et quid ſequit? & de ea cum ſapientibus iudæis qui eam compoſuerūt conferre. Magna plane iudæorum dignitas, multa excellentia: ꝙ ſcripturam a ſuis compoſitam deus in cœlis dignatur legere: & de ea cum ſapientibus iudæis conferre. Sed quare confert deus de ſcriptura illa cum ſapiētibus iudæis? Vt doceat, aut vt diſcat? Collationis quippe humanæ mos eſt: vt qui de re aliqua cum aliquo confert: aut doceat, aut doceatur: aut vt exercitatior, promptior, aut ſegnior ad aliquid agendum reddatur. Conferens ergo cum iudæis deus de libro iam dicto: fit collatiōe ſua doctior: fit exercitatior: fit promptior: fit ſegnior? Reſpōde quod mauis. Si fit collatione ſua doctior: ſi exercitatior: ſi prōptior: contradicis prophetæ tuo: qui dicit. Quis cognouit ſenſum domini: aut quis conſiliarius eius fuit? Cōtradicis & illi qui ait. Quem docere voluiſti? Nonne eum qui fecit ſpiramentum? Vide ergo, conſidera, attende: quia fruſtra collatio illa in cœlis a deo cum iudæis fit: immo quod nunq̄ fit, cum deus conſiliariū, cum doctorem habere non poſſit. Quando enim dictum eſt quis conſiliarius eius fuit, non eſt quæſitum vt oſtenderet quis eſſet, ſed oſtenſum quod non eſſet. Sic & quando dictum eſt, quem docere voluiſti, nonne eum qui fecit ſpiramentum? monſtratum eſt admirando: nullo modo deum ab aliquo poſſe accipere documētum: cum ipſe cūctorum viuentium creauerit ſpiramētum. Quomodo enim quis deum poterit docere: ſine quo nec poteſt ſpirare? Quomodo deum docebit ſapiētiam: ſine quo nec ipſam potuiſſet habere vitam? Quod ſi abſq; deo non potuiſſet habere vitam: quomodo deo cōferret ſapientiam? Falſum eſt igitur toto mundo iudice: deum in cœlis aſſidue legere ſcripturam Talmuth: & de ea cum ſapiētibus iudæis conferre. Sed iam ſcriptura

Notetur Iudęorũ fabula ridicula de Talmuth

admirabilis a ſapiẽtibus Iudęis compoſita, in medium proferatur: & quãtum ſapientiã illiꝰ vniuerſi ipſeq; deus vere admirari debeant: videatur. Aliquando (inquit Talmuth) confe-rentibus Iudęis cum deo de eadem ſcriptura: incidit quęſtio de diuerſo genere leprarũ, quæ in libro Moyſi continẽtur: & de alopicia, & de quibuſdam alijs infirmitatibus. Vbi cum deꝰ diceret alopiciam lepram eſſe: illi autem econtra negarent: & fortiter diſputando ei contradicerent, nec poſſent vllo modo concordare: poſt longas contentiones, & iurgia grauiſſima, in hoc conuenerunt: vt quicquid inde Rabbi Neemias diceret: hoc pro vero haberetur. Erat autem Rabbi Neemias adhuc viuens in ſeculo: quem ſcilicet Iudęi magnum & ſanctiſſimum ſuper omnes magiſtros ſuos fuiſſe aſſerunt. Pręcepit ergo deus angelo percutienti, vt cito animam eius eijciens: in cœlum perduceret. Qui veniens inuenit eum legentem Talmuth, ſuprad.ctã ſcilicet ſcripturam, quam Iudęi adeo ſanctam dicũt, vt nemo dum eam legerit: mori poſſit. Mox ergo vt Rabbi Neemias angelum mortis vidit: ad quid veniſſet: interrogat. Dixit ſe pro eius aia veniſſe. Ille vero exhorreſcens, & mori timẽs, adiurauit eũ terribiliter per ipſum deũ & per ſanctam ſcripturam Talmuth, quam legebat: ne in eum mitteret manum: quia nullo pacto adhuc mori vellet. Angelo autem dicente: quia melius erat illi eſſe cum deo in cœlo & cum ſanctis Iudæis, & delectari in cœleſtibꝰ: & vt permitteret animam ſuam educi, nullatenus adquieuit: legens aſſidue Talmuth, ne poſſet interfici. Reuerſus itaq; angelus, hæc deo narrauit: dicens Rabbi Neemiam nullomodo mori velle, & aſſidue Talmuth legere: vnde nihil ei facere poſſet. Ego (inquit deus) dabo tibi conſilium. Redi cito ad eum: & fac ſup caput eius in aere turbinẽ magnũ: & quaſi commotionem grãdinis & lapidum. vt dum tremefactꝰ oculos a lectione Talmuth auerterit: ſic animam eius rapere poſſis: & huc adducere. Redijt angelus, & ita fecit vt deus pręceperat. Mox autẽ vt anima Rabbi Neemiæ in cœlum euecta, deum in throno ſedentem, & cum Iudæis de prædicta quæſtione diſputantem vidit: magna voce clamare cœpit. Munda eſt: munda eſt. Hoc eſt, victus es o deus, in quæſtione a Iudæis: quia Alopicia non eſt lepra ſicut dixiſti: ſed munda infirmitas. Tunc deus aliquantulum erubeſcens, & contra teſtimonium tanti viri nihil dicere audens: ſic Iudæis ſecum diſputantibus alludendo reſpondit. NAZA HVNI BENAI. Hoc eſt. Vicerunt me filij mei. Iam ego tecum Iudæe non ago. Non ſufficio, non præualeo: non inuenio verba congrua ad tantam inſaniam confutandam. Succedat loco mei Propheta tuus: immo iam nõ tuus, ſed noſter Eſaias. Quid dicis contra Iudæos, maxime Prophetarum? Audite (inquit) cœlum & auribus percipe terra: quoniam dominus loquutus eſt Filios genui & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum: & aſinus præſepe domini ſui. Iſrael autem me non cognouit: & populus meus non intellexit. Vęh genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini neq̃: filijs ſceleratis. Dereliquerunt dominum, blaſphemauerũt ſanctum Iſrael: abalienati ſunt retrorſum. Cum tanta dicas ex perſona dei contra tui temporis Iudæos o Propheta: cum tam acriter inueharis, cum tam ſublimiter in impios declames: quando adhuc ex parte Iudæi in deum recta fide credebant, quando eum confitebantur, quando aſſiduas hoſtias immolabant. Quid de iſtis diceres: ſi iſta audires? Quid diceres, ſi audires affirmare Iudæos: deum in cœlis cum mortuis Iudæis velut cum paribus diſputare? Quid diceres, ſi audires de generibus lepræ: aliam dei, aliam Iudæorum fuiſſe ſententiam. Deum aſſerere Alopiciam lepram eſſe: Iudæos econtra negare: & diſputando fortiter deo contradicere? Quid diceres, ſi audires hac de cauſa in cœlis poſt longas Iudæorum cum deo contentiones, & iurgia grauiſſima, vtriuſq; partis aſſenſu ad litem hanc dirimendam, electum iudicem Rabbi Neemiam: qui ſuper hac quæſtione inter deum & Iudæos deciſoriam ſententiam promulgaret? Quid diceres, ſi audires præcepiſſe Deum Angelo: vt animam adhuc in carne viuentis Neemiæ ſibi ad hoc iudicium faciendum afferret: illumq; ne ad moriendum ab Angelo cogi poſſet: aſſidua lectione Talmuth ſe ipſum defendiſſe? Quid diceres, ſi audires extortam tandem ab eo diuina fraude animam, & in cœlos euectam: cum deum in throno ſedentem, & adhuc cũ Iudæis de iam dicta quæſtione diſputantẽ offendiſſet: ſtatim clamare cœpiſſe, deum in propoſitione ſua mentitum: & a Iudæis ſuperatum? Quid diceres, ſi audires victum Neemiæ ſententia deum erubuiſſe: ſi audi-

Eſa.i.

dires contra iudicium tanti iudicis nihil auſum dicere fuiſſe: ſi audires etiam Iudaicam victoriam ore proprio confeſſum fuiſſe: dicendo. Vicerunt me filij mei? Credo ꝙ non poſſes patienter audire: deum vocari inſipientem, vocari mendacem, doceri ab hominibus, hominum iudicijs ſubdi: fraude humanas animas a corporibus euellere: & tot non ſolum deo, ſed & cuilibet ſapienti vel bono viro incongrua & indigna: de deo proferri. Audis enim eum a Iudęis inſipientem vocari, quando dicunt defuiſſe illi ſcientiam diſcernendi inter varietates humanorum morborum: idq; eos negare omnipotenti deo: quod concedunt cuilibet medico. Inſipientem plane vocant in ea parte: qua ei ſcientiam ſubtrahunt. Quid ergo inde tu dicis? Audio te certe huic Iudæorum ſententiæ more tuo libe-

Eſa.xl. ra voce reſiſtentem: cum dicis. Deus ſempiternus dominus, qui creauit terminos terræ: non deficiet neq; laborabit: nec eſt inueſtiga-

Iob.xxvj tio ſapientiæ eius. Audio & Iob. Nudus eſt inferus coram illo: & nullum eſt operimentum perditioni. Nam ſi tanta eſt ſapiẽtia dei (vt dicis) vt non ſit eius inueſtigatio: hoc eſt, vt a nemine inueſtigari poſſit: certũ eſt: quia nil eum latet. Q; ſi nil eum latet: nec cuiuſlibet morbi ſpecies eum latet. Sed iuxta tuam ſententiam, cui non credere nephas eſt: nil eum latet. Mentitur ergo Iudæus: qui dicat iam dictam morbi ſpeciem vtrum lepra eſſet an non: deum latuiſſe. Rurſum ſi nudus eſt inferus coram deo, ſi nullum eſt operimentum perditioni coram illo: non potuit hoc eũ latere: qđ dicit Iudæus eum latuiſſe. Si enim inferus, hoc eſt omnia quæ apud inferos ſunt vel fiunt, nuda ſunt conſpectui eius: nunquid aliqua eorũ quæ in terris ſunt vel fiunt, operta eſſe poſſunt oculis eius? An dæmonicos ſpiritus & humanas animas, quæ apud inferos detinentur/ & quæ circa eas aguntur videt: homines autem adhuc in terris poſitos, & in carne viuentes: & quæ in ipſis vel erga ipſos geruntur: ignorat? Hoc quia fieri nõ poteſt: quia plane fieri non poteſt, vt aliquid creatorem in creaturis lateat: quia quod fecit factor ignorare nõ poteſt. Iterum dico, te idem mecum pariter affirmante, mentitur Iudæus: qui auſus eſt dicere deum aliquid ignoraſſe. Et quid dicam? Cum Iudæo prius agebam: ſed nunc ad te ſancte Propheta, verba conuerti. Quare? Quia confundor loqui ſurdo: loqui inſano: loqui iumento. Sed tecum ſi non dedignaris de his me iuuat agere: quem noui de ſimilibus, & ſi non adeo inſanis: dum viueres ſemper egiſſe. Plenus tu ſpiritu dei: eorum amẽtiam deteſtabaris. Zelo aliquo dei licet longe poſt gradiẽs: deteſtabiliorem q̃ tuo tempore fuerat, eorum perfidiam: verbis quibus poſſum execror. An non eſt vltra omnem modum execrabile quod præmiſi? Nec minus execrãda, omni execratione digni ſubiungunt. Nõ ſufficit eis ſimplex blaſphemia: volumina maxima infinitis in deum blaſphemijs impleuerunt. Congregauerunt ab aliquãtis millibus annorum, in condemnatis peccatorib9 vaſtum impietatum pelagus: & ab ore venenati ſerpentis nephanda per tantum temporis venena colligentes: quantum poſſunt, quantum audent: ea quotidie in deum profundunt. Dixerant deum inſipientem: dicunt & mendacem. Nonne mendacem dicunt, quando fatentur eum de langore ſupra ſcripto dixiſſe quod non eſt: & negaſſe qđ

eſt? Sed deſtruit hoc ratio, deſtruit auctoritas, Prouerb.
deſtruit & ſapientia: quæ loquitur per Salo- viij.
monem. Veritatem meditabitur guttur meum: & labia mea deteſtabuntur impium. Iuſti ſunt omnes ſermones mei: non eſt in eis prauum quid neq; peruerſum. Recti ſunt intelligentibus: & æqui inuenientibus ſapientiam. Et quæ eſt hæc ſapientia, quæ loquitur per Salomonem? Nonne ipſe deus? Plane ipſe deus. Non enim ſicut aliud erat Salomon & aliud ſapientia eius: ſic aliud eſt

deus, aliud ſapientia eius. Nam & ſi abſq; ſa- Nota de
piẽtia eſſet Salomon. eſſet tamen Salomon. ſapientia
Non autem deus abſq; ſapientia eſſe poteſt, dei.
quia non eſt aliud ipſe, aliud ſapientia eius: ſed quod eſt deus, hoc eſt & ſapientia eius. Vnde vel ſi dicatur deus, vel ſi nominetur ſapientia eius: idem eſt: quia & deus ſapientia, & ſapientia deus eſt. Deus ergo loquitur. Veritatem meditabitur guttur meum: & labia mea deteſtabuntur impium. Veritatem ergo non mẽdacium meditabitur guttur dei, deteſtantur impium non iuſtum labia dei: ſed nullum rectius q̃ vos o mendaces Iudæi, qui mendacem conamini aſſerere ſapientiam dei. Et quia etiam iuſtus & verax homo: plærumq; & ſi non ex iniuſtitia, tñ ex inſcientia fallitur: q̃nq; inſuper ex ſubripiente iniuſtitia mentitur: ſubdit ſcriptura. Iuſti ſunt omnes ſermones mei: non eſt in eis prauum quid neq; peruerſum. Si ergo nõ aliqui, ſed omnes ſermones dei iuſti ſunt: ſi non eſt in eis pra-

tum aliquid:ſi non eſt peruerſum aliquid:fal-
ſum eſt/o Propheta,quod Iudę⁹ dixit quãdo
deum mẽdacem vocauit. Et ſequitur. Recti
ſunt intelligentibus:& ęqui inuenietibus ſciẽ-
tiam. Non eſt igitur mirum,ſi non ſunt recti
omnes ſermones dei,Iudęis:quia nõ ſunt re-
cti nõ intelligẽtibus:nec eſt mirum,ſi nõ ſunt
ęqui eiſdem Iudæis:quia non ſunt ęqui non
inuenietibus ſcientiam. Vnde quia non intel-
ligunt,quia non inueniunt ſcientiam Iudęi:
non poſſunt eis recti videri omnes ſermones
Pſalm̃.v. dei. Perdes ait Pſalmus deo,oẽs qui loquun-
tur mendaciũ. Videte miſeri:qm̃ a Prophetæ
colloquio ad vos redire compellor. Videte in-
quam,miſeri:in quãtum voſipſos baratrũ pro-
iecistis: quãdo per ſcripturam nephandã,cui
creditis:deum mendacem vocaſtis. Si enim
perdit deus omnes,qui loquuntur mẽdaciũ:
& ipſe deus loquitur mẽdacium:vtiq; perdit
deus etiam ſeipſum. Hoc quis ferat?Quis tol-
leret?Quis patiatur?Et quoniã ſi manifeſtiſ-
ſimis diu immoratus fuero: aerẽ fruſtra ver-
berare videbor:procedã ad ſequentia. Nonne
hæc iam dicta fabula tua o Iudee,poſtq̃ inſi-
pientię,poſtq̃ mendacij notam deo impoſuit:
etiam eum diſcipulatui hominum,ſubdidit?
Nonne diſcipulatui hominum ſubdidit,quã-
do didiciſſe eum a Neemia quod ante neſcie-
bat dixit?Portẽtuoſa ſunt hęc:& vltra omnes
laruales figuras ſtupenda. Miror,admirans
hęreo,mirari non ſufficio:qualiter hoc huma-
nus animus fingere,qualiter humana man⁹
ſcribere:qualiter humanum os potuit,vel au-
ſum eſt proferre. Timeo ipſe talia loqui,etiã
contradicens:& tu non times talia loqui,etiã
affirmans?Vereor ego iſta proferre etiam ad
inſtructionem:& tu non vereris iſta meditari,
ſcribere,dicere:ad tuam,tuorumq; perditio-
nem?Exequatur tamen ſermo quod cœpit.
Dicis vt dixi,doceri deum ab hominib⁹:ęter-
num mutuare ſapientiam a mortalibus:cœle-
ſtem a terrenis:ſummam ſapientiam ab inſi-
pientibus. Audi vtrũ reſiſtant,aut cedant,tã
peruerſę opinioni,omnes ſcripturę tuę:nõ p-
phanę,ſed ſacrę.Contra prophanas em̃,hęc ſa-
cris ago:impijs literis ex diuinis reſiſto. Audi-
ſti ſuperius de re ſimili,iuſti viri Iob teſtimo-
nium:quo deum contra nephandam hãc ſen-
Iob.xxvj tẽtiã tuam defendit:cum dicit. Quem docere
voluiſti?Nonne eum,qui fecit ſpiramẽtum?
Audi & ſimile de Pſalmis exẽplum:quo ſpiri-
tus dei cõtra te,tuoſq; inuehitur:quo inauditã
Pſal.xciij hãc de deo opinionẽ deteſtaẽ. Intelligite ait)
inſipiẽtes in populo:& ſtulti aliquando ſapite.

Quibus verbis vehementius indicare poſſet:
commoti & indignantis affectum?Inſipien-
tes inquit,intelligite:ſtulti aliquando ſapite.
Quid poſt?Qui plãtauit aurẽ,non audiet:aut
qui finxit oculũ,nõ conſiderat?Quid deinde?
Qui corripit gẽtes nõ arguet:aut qui docet ho-
minẽ ſciẽtiam?Hoc eſt. Qui corripit gẽtes nõ
arguet:aut qui docet hoiem,ſciẽtiam non ar-
guet?Audiſtis iſtd vltimũ Iudęi?Docet iuxta
Pſalmũ veſtrum deus hoiem ſcientiã:nõ do-
cet homo deũ ſcientiã. Vtar & ego verbis diui-
nis,contra vos. Inſipiẽtes intelligite:ſtulti ali-
qñ ſapite.Quid volo vos intelligere?Quid vo-
lo vos ſapere?Ruſum dico,ꝙ non docet ho-
mo deum ſciẽtiam:ſed docet deus hoiem ſciẽ-
tiam. Hoc ſi verũ eſt:nõ docuit Neemias ve-
ſter quẽ hoiem fatemini,deum ſciẽtiam. Nõ
ſufficit hoc ſolũ propheticũ verbũ Iudęe,ſepo-
ſitis alijs infinitis idem ſonantibus teſtimo-
nijs:ad probandũ ꝙ nõ poſſit ab homine de⁹
doceri?Noui,quia ſufficit. Sed audi adhuc.
Omnis(ait quędam ſcriptura tua)ſapientia a Eccli.j.
dño deo eſt:& cum illo fuit ſemper:& eſt ante
ęuũ. Q2 ſi omnis ſapiẽtia a domino deo eſt:ſa-
piẽtia vel ſciẽtia Iudęorum,qua nouerãt alo-
piciam lepram non eſſe,ab ipſo erat. Qđ ſi ab
ipſo erat:vtiq; eius erat. Quę ſi eius erat:qđ illi
ſciebant,ignorare nõ poterat. Sed hoc ita eẽ:
negare non potes. Falſum eſt ergo qđ putaſti:
fabuloſum qđ credidiſti. Et ne forte obijcias(ſi
tñ hoc obijcere noſti)nõ eſſe iã dictã ſentẽtiã
de ſummo Iudaicarũ literarum Canone:redi
ad Pſalmos:& vide quid alibi de re ſimili ſen-
tiãt. Mirabilis(ait Propheta ille)facta eſt ſciẽ-
tia tua ex me. Ex me inquit,iuxta idioma he-
braicũ:ſupra me,iuxta intellectum latinũ:hoc
eſt,pluſq̃ poſſim intelligere:pluſq̃ poſſim cape-
re:facta eſt mirabilis ſcientia tua. Et quid am-
plius?Et qđ dixerat exponit.& qđ nõ dixerat:
addit. Confortata eſt,& nõ potero ad eã. Vi-
de o Iudęe,cũ tantus vir,tantus rex,tãtus Pro-
pheta:ſciẽtiam dei mirabilẽ ſupra ſe eẽ dicat:
cum cõfortatam eſſe affirmet:cũ ſe nõ poſſe
ad illã ptingere aſtruat:Neemię tui ſciẽtia,nõ
ſolum ſcientiã Dauid tranſcẽdet:ſed & ipſius
dei ſcientiam ſuperabit?Credo,quia nõ aude-
bis Neemiam illum regi Dauid conferre:ne
dicam præferre. Q2 ſi non audes eum confer-
re regi tuo:quomodo eum præferes deo tuo?
Ceſſa ergo deſipere:& ridendam veſaniam a
corde tuo proijce. An non erubeſcis:ꝙ de ne-
phandis argueris?Non erubeſcis:ꝙ iam di-
ctum Neemiam etiam iudicem deo dede-
ris?Non erubeſcis:ꝙ eum qui iuſtus iudex

a Propheta dicitur: qui iuxta eundem iudicat orbem terrę in ęquitate, & populos in veritate ſua: iudicijs humanis ſubmiſeris? Si humanos oculos habes, non corporis ſed animi: reſpice, intuere, aduerte: quia ſi vera eſt ſententia prophetica, qua dixit deũ iudicaturũ orbẽ terræ, & populos eius in æquitate & veritate: falſum eſt ꝙ hominis iudicium implorauerit: falſum eſt ꝙ ſe ei ſubdiderit. Sed forte obijcies Iudicabit dixit Propheta, non iudicat: futurum tempus poſuit, non præſens. Vnde quia adhuc iudicium illud futurum erat, quando iſtud dictum eſt a Propheta: potuit interim iudicari ab homine. Sed ſi hoc dixeris, ſi nomine futuri temporis te ab hoc impedimento expedire volueris: audi deum iudicem etiã præſentis temporis, audi pręteriti: audi ſimul & futuri. Deſcendente deo ad perdendos Sodomitas & Gomorreos, occurrens ei Abraham: ait. [Geneſis. xviij.] Nunquid perdes iuſtum cum impio? Abſit a te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio: fiatq; iuſtus ſicut impius, Non eſt hoc tuum. Qui iudicas omnem terram, nequaq̃ facies iudiciũ. Recognoſcis Iudęe, nomen Abrahæ? Scio, quia recognoſcis, & ſuper omnia (vt arbitror) hominum nomina: tenacius mente retines. Præferes ergo tuũ Talmuth verbis Abrahę? Quid dixit Abraham? Qui iudicas omnem terrã, nequaq̃ facies iudicium. Ecce præſens tẽpus ponit Abraham: cum dicit. Qui iudicas omnem terram. Iſtud tamen pręſens, & præteritum intellectu continet: & futurum. Hoc eñ ſenſit Abrahã cum dixit: qui iudicas omnem terram: ꝙ omĩ tempore deus iudicaret omnem terram. Talis ſenſus eſt, & in Pſalmis. Qui ſedes ſuper Cherubin. & qui facis angelos tuos ſpiritus & qui regis Iſrael intende. & dñs regit me & in multis ſimilibus. Neq; eñ tunc ſolum quãdo hoc dictum eſt: ſedebat deus ſuper Cherubin: vel ſpiritus ſuos faciebat angelos: vel regebat Iſrael: vel regebat Dauid: & nõ ante nec poſt: immo & tunc, & ante, & poſt. Hoc ſenſit Dauid, quando iſta protulit: hoc ſenſit Abrahã, quando dixit. Qui iudicas omnem terram. Eſt igitur verbum hoc de quo agitur: in hoc loco in ſono præſens: in intellectu, præteritum, præſens & futurũ. Si ergo verum eſt, qđ Abraham dixit, deum omnẽ terram omni tẽpore iudicare: falſum eſt quod fabula finxit, eũ aliquo tempore, terreni hominis iudiciũ ſubiſſe. Sed credo ꝙ Abraham mẽdacem dicere formidabis. Q; ſi hoc formidaueris, ſi eum mẽdacem dicere nolueris: vtiq; deum humanis iudicijs addictum negabis. Vis adhuc præcedẽtibus addi aliquid? Fiat ſi vis: licet ex ſuperfluo. Eſto: magnus fuerit Neemias ille tuus: ſapiẽs, doctus: immo vt aſſeris legis doctor. Nunquid maior illo, de quo ait alia ſcriptura Canonis tui. Ecce deꝰ excelſus in fortitudine ſua: & nullus ei ſimilis in legiſlatoribus? [Iob. xxxvj.] Quæ & paucis verſibꝰ interpoſitis: ſubdit. Ecce deꝰ magnus, vincens ſcientiam noſtram: numerus annorum eius inæſtimabilis. Vide ergo, ꝙ licet magnꝰ ſcdm te legis doctor Neemias: non tamen maior deo, vel par ei: quia nullus ſimilis eſt ei in legiſlatoribus. Vides & illud, quia q̃uis ſapiens iuxta quod aſſeris, fuerit Neemias: non tamen in ſcientia maior deo, vel par illi: quia (vt verax ſcriptura loquitur) deus vincit ſciẽtiam noſtram: hoc eſt, omnem humanam ſapientiam. Iam illud quod auſa eſt commentari nepharia ſcriptura: deũ dolis quia aliter non poterat obſiſtente lectione Talmuth, Neemiæ animam extorſiſſe: & ſic ad faciendum inter ſe Iudęoſq; iudicium, ad cœlos per angelum euexiſſe: quis ferat? Ac primum, quis præter Satan docere, quis pręter Iudæum audire: ne dicam credere tam abſurda potuit: quod lectio Talmuth dei potentię pręiudicare, quod fabuloſa infernalis libri recitatio: voluntati vel mandato dei obſiſtere poſſet? Nunquid enim ſanctior o Iudęe, liber ille tuus, quinq; libris Moyſi? Nunquid ſanctior libris Prophetarum? Nunquid melior? Nunquid dignior? Et Moyſes tamen legiſlator & lector mortuus eſt & Prophetæ librorum ſuorum ſcriptores & lectores, mortui ſunt. Non potuit tutari a morte aliquem ex ipſis librorum tam ſacrorum lectio: & potuit lectio Tamulth, ne moreretur Neemias: dei obuiare iudicio? Vere præ maxima libri potentia, quæ a communi vniuerſorum ſorte, qua in vno homine omni homini dictum eſt. Terra es, & in terram ibis: [Geñ. iij.] quoſlibet ſe legẽtes, potens eſt excipere. Sed quia hoc nugaciſſimum eſſe conſtat: ad dolos diuinos venio. Redeunte angelo ad deum, & dicente Neemiam nullo modo velle mori: & ea de cauſa aſſidue Tamulth legere: vnde nihil ei facere poſſet. Ego (inquit deus) dabo tibi conſilium. Redi cito ad eũ: & fac ſuper caput eius in aere turbinem magnum, & quaſi cõmotionẽ grandinis & lapidum: vt dum tremefactus oculos a lectione Talmuth auerterit: ſic animã eius rapere poſſis: & huc adducere. Rediit angelus: & ita fecit, vt deus præceperat. O cõſilium diuinum, o conſilium, quo egẽs cõſilic ꝝ deitas:

nullum melius inuenire potuit. Nonne, vt ali-
quid Iudicem ſubiungam: deoque melius q̄ ipſe
ſibi conſuluerit conſulam: nōne certe aptius
fuiſſet, ineuitabiles humani corporis neceſſita
tes, quibus a lectione Talmuth retrahi coge-
retur expectare: q̄ ad denſiores dolos confu-
gere? Nam quātumlibet pertinax in lectione
eſſe diſponeret: & ſi non alia, comedendi ta-
men vel ſaltem dormiendi neceſſitas: poſt bi
duum triduumve: etiam omnino inuitum a
lectione auerteret. In quo temporis ſpatio an
gelus ad eum occidendum miſſus: non dico
vnam tm̄ eius animam rapere, & quo vellet
deferre: ſed etiam mille vel plures hominum
animas, ab eorum corporibus eruere poſſet.
Exo.xj. Fecit hoc olim angelus dei, Aegyptios percu-
tiēs: & ſub vna fere noctis hora, innumera pri-
iiij.Regū. mogenitorum millia occidens. Fecit & ſimile
xix. quid ſub rege Aſſyrio: quādo in caſtris eiuſdē
centum octoginta quinque millia, breui noctur
ni temporis momento dormientes vigilan-
teſve peremit. Facere potuiſſet hoc idem, qñ
Neemias ne moreretur lectione iam dicta cō
tra deum pugnabat. Congruentius plane fuiſ-
ſet, comedenti vel dormienti animam eripe-
re: q̄ grandinis vel lapidum turbine, a lectio-
ne tam ſancta & ſacratiſſima: lectorem perti-
naciſſimum abſterrere. Sed forte non poterat
pati moras deus, & litem grauiſſimam quęſtio-
nis propoſitę: citata ſapientis hominis ſenten
tia, finire properabat. Magna vere neceſſitas
iurgia cœleſtia pacificandi: ne forte diu protra
cta, maiora proceſſu temporis fierent: & deo
in ipſis cœleſtibus hoſtes publicos excitarent.
Hoc ne contingeret, puiſum eſt, vt Neemias
qualibet arte feſtinanter acceſſiretur: & per ipm
inter deum atque Iudęos pax perdita reforma
retur. Non arbitror tamen deum de terris
talem ad cœlos iudicem euocaturū fuiſſe: ſi
pręſciſſet eius iudicio ſe inferiorem: Iudęoſque
in lite diu protracta futuros eſſe ſuperiores.
Nam non pepercit ei Neemias, non adula-
tus eſt: ſed ſtatim vt raptus a corpe cœlos aſcē-
dit, deumque in throno ſedētem conſpexit: pla
ne vt conſtans & veritatis amator, nulliuſque
perſonam in iudicio accipiens: condemnatri-
cem dei ſententiam protulit, dicens de ſpecie
morbi, quam deus lepram putauerat, dixerat:
contenderat: munda eſt, mūda eſt. Cuius ver-
bi repetitio: hoc in ſenſu habet. Certum eſt, fi-
xum eſt, in propoſitione tua victum te a Iu-
dęis deus, quia eos vera dixiſſe: te conſtat mē-
titum fuiſſe. Quid igitur reſtat Iudęe? Quan-
doquidem hominem ſapientiorem deo inue

niſti, qñquidē iudicem iudici vniuerſorum
dediſti: deſcendat deus de ſede, cedat melio
ri: cedat ſapientiori. Hoc inquam neceſſe eſt.
Si enim quiſque ſapiētior deo inuētus eſt vtique qui
deus putabatur, deus nec erat, nec eſt. Sed non ſuf-
ficit deum condemnatum iudicio Neemię:
niſi condemnetur & propria confeſſione. La
ta inquit ſententia, erubuit deus: nihilque con-
tra tanti viri teſtimonium dicere auſus Iudę-
do reſpondit. NAZAHVNI BENAI. hoc
eſt. Vicerunt me filij mei. Quid reſtat? Ho-
minis iudicio victus, rubore indice victus, pro-
feſſione ppria victus: quid moras facit in ſo-
lio omnipotētię deus? Depoſitus eſt a Iudęis
deus, proiectus eſt a Iudæis: nec omnipotēs,
nec omnia ſciens probatur a maioribus, eoque
ſapientioribus Iudęis. Et noui quidem, quia
pluſq̄ furioſa, vel dæmonica verba iſta non
eſſent auctoritate vel ratione refellenda, ſed
condigna ſi poſſet fieri ſubſannatione & ex
ecratione conſpuenda. Sed quia iſta a vo-
bis o gens perdita & perdenda creduntur,
dicuntur, ſcribuntur: quis taceat? Quis ma-
nus: nedum verba contineat? Cum enim iam
per mille & centum annos ſub pedibus inge-
miſcatis quos ſuper omnia oditis Chriſtiano
rum: ludibrium facti, nō ſolum eorum, ſed &
ipſorum Sarracęnorum, omniumque ſimul gē-
tium ac dæmonum. Quis cōtinet manus no
ſtrorum a ſanguine veſtro: niſi pręceptū illius
qui vos abiecit & nos elegit dei, dicentis per Pſal.lviij.
Prophetam veſtrum, ne occidas eos? Vult enim Nota cur
ſeruari vos non ad honorem, ſed ad obpro- ſeruētur
brium: non ad veſtrū cōmodum, ſed ad mun Iudęi ali-
di ſpectaculum: vult ſeruari vos vt fratricidā qui.
Cayn. Qui cum deo increpanti eum poſt effu
ſum fraternum ſanguinē: diceret. Omnis qui
inuenerit me occidet me: audiuit. Nequaq̄ fiet Gen. iiij.
ita. Sed maledictus eris ſup terram, & vagus &
profugus eris ſup eā. Sic vos maledicti, ſic va-
gi, ſic inſtabiles eſtis ſup terrā: poſt effuſum a
vobis ſanguinē Chriſti, quātū ad carnē fratris
veſtri, quātū ad deitatē dñi veſtri: vt qd mor-
te deterius eſt, in pręſenti: longo obprobrio ho
minibus, in futuro: ſempiterno ſitis ludibrio
dęmonibus. Hęc certe vniuerſa: meretur neq̄
cor veſtrum, meretur blaſphemiis os veſtrum:
qd nō ſolum cōtinue in homines maledicta
euomit: ſed & in ipſum deū impia ac nephan-
da pfundit. Quid enim adeo impiū, quid ita ne
phādū: vt illud, qd a vobis dr̄ mēdax eſt deus,
victus eſt deus erubuit deus pfeſſus eſt ſe victū
deus? Sed q̄ mēdax nō ſit, ſupra pbatū eſt. Q
vero erubeſcere nō poſſit: cu pter vos obiecu-

rum eſt? Reatum enim aliquem, errorem ali-
quem, exceſſum aliquem fateri videtur: qui-
cunq; erubeſcit. Nam niſi hę, vel ſimiles cauſę
precceſſerint: impoſſibile eſt quépiam erubeſce
re. Vides adhuc Athleta meus, quid dixeris:
q̄ ſupbe, q̄ nequiter, q̄ ſtolide in cœlum os tuū
poſueris? Reatum, exceſſum, errorē, deo aſcri-
Pſal. xlix bere: quid eſt aliud q̄ furere? Exiſtimaſti ini-
que (ait deus,) q̄ ero tui ſimilis? Arguam te:
& ſtatuam contra faciem tuam. Qui ne vni
tm̄ Iudęo loqui videretur: oēs ſimul repro-
bos Iudęos arguit: cum ſubdit. Intelligite hęc,
qui obliuiſcimini deum, ne quando rapiat: &
non ſit qui eripiat. In quo verſu, iam dictam
Neemię veſtri fabulam penitus immo qđ ma
ius eſt: deſtruit. Dixiſtis enim deum, Neemię
animam angelico miniſterio rapere voluiſſe:
ſed ei Neemiam ipſum lectione Talmuth,
ne illam rapere poſſet reſtitiſſe. Vnde ſic vos
increpat: ſic fabulam veſtrā falſiſſimam eſſe
demonſtrat. Intelligite (inquit) hæc qui obliui
ſcimini deum. Quid verius? Nunquid non
obliti fuiſtis deum: quando tam indigna de
deo ſenſiſtis? Idcirco vobis dicitur: intelligite
hæc qui obliuiſcimini deū. Sed quid vos hor-
tatur intelligere? Ne quando rapiat: & non ſit
qui eripiat. Nolite (inquit) falli, nolite ſeduci,
nolite putare Neemiam vel aliquem cū ani-
mas rapere diſpoſuerit: ei poſſe obſiſtere. Cō
firmat hoc alio alterius Pſalmi verſu. Vbi cū
Pſal. lxxv dixiſſet. Vouete & reddite domino deo ve-
ſtro munera: adiūxit, cui deo. Terribili (iquit.)
Ac ſtatim. Et ei qui aufert ſpiritum princi-
pum. Sed forte ſpiritum principum tm̄ mo-
do aufert: non autem aliorum. Audite nō ſo
lum de principib⁹: ſed & de vniuerſis Iob deo
Iob. xix. loquentem. Scias quia nihil impium fecerim
cum ſit nemo qui de manu tua poſſit erue-
re. Non iſte vel ille de manu tua poteſt eru-
ere: ſed nemo prorſus de manu tua poteſt eru-
ere. Claret ergo ſępe dictum doctorem veſtrū
animam ſuam de manu dei arte qualibet
nūq̄ eruere potuiſſe. Sed vt ſupra poſui, quā-
do deum (o Iudęe,) erubuiſſe dicis: vel reatum,
vel errorem, vel exceſſum: eum incurriſſe fa
teris. A quibus ſi eum auctoritatibus vel ra-
tionibus defendere voluero: ſuperfluus vel ni
mius forſitan apparebo. Quis enim reatum,
errorē, exceſſum, deū poſſe incurrere ſentiet:
Pſal. lij. niſi forte inſipiēs, qui dixit i corde ſuo nō eſt
Iob. xxvj deus? Timeo & illud mihi dici: quod Iob re-
ſpondit amico. Cuius adiutor es? Nunquid
imbecillis? & ſuſtentas brachium eius, qui nō
eſt fortis? Nam pene idem eſt in tam claris la

borare: q̄ Solem ſerena die orbem fulgenti-
bus radiis illuſtrantem, claris oculis & vigilan
tibus digito demonſtrare. Idcirco quę omni-
no perſpicua ſunt, etiam ſi ea Iudęus obijciat:
breui vel nulla reſponſione prætereūda ſunt.
De talium numero ſunt & illa, quę finis fabu
lę cōtinet: cum deum victum aſſerit: cū ipſum
victum fuiſſe ore proprio confeſſum eſſe fin-
git: quando eum dixiſſe mētitur. Vicerūt me
filij mei. Quis enim preter Iudęum neſciat:
hoc nulla egere contradictione? Nulla ſane
eget contradictione: quod falſum eſſe notum
eſt omnibus perſpicua veritate. Cui enī obſcu-
rum eſſe poteſt, virtute vel ſapientia nō poſſe
deum vinci ab aliquo: cum totus orbis eū ab
antiquo audierit dicentem. Cui aſſimilaſtis
me, & adęquaſtis me, & comparaſtis me, & fe Eſa. xlvj.
ciſtis ſimilem? Et poſt pauca. Recordamini
prioris ſeculi, qm̄ ego ſum deus: & nō eſt vltra
deus: nec eſt ſimilis mei annuncians ab exor
dio nouiſſima: & ab initio quę necdum facta
ſunt dicens. Cōſilium meum ſtabit: & omnis
voluntas mea fiet. Et q̄uis (vt dictum eſt) deū
ab his derſoriis ineptijs defendere, ſuperfluū
videatur: ne quis tamen Iudęos ſemel tm̄ er-
raſſe, vel blaſphemaſſe (quod tolerabili⁹ eſſet)
exiſtimet: cauſa eſt, vt alios eorum de re ſimili
errores: ad publicum ſermo producat. Nam
facile in his tam multiplicibus blaſphemijs
lector aduertere poterit: q̄ longe proiecti ſint
a facie dei: qui tot tam indigna, tam abſur-
da, ſentire vel credere potuerint: de ſublimiſ-
ſima & incomprehenſibili maieſtate dei. Nā Nota ſtul
preter illa quę premiſſa ſunt (dicunt: & in ſuis tiam Iu-
imo Satanę ſynagogis docent,) q̄ quādo deus dęorum.
firmamentum hoc quod oculis noſtris cōſpi-
cuum eſt fecit: nō illud ex integro perfecit: ſed
cuiuſdā magni foraminis ſpatiū in ſeptētrio-
nali eius parte imperfectū reliquit. Cauſam
aūt cur hoc fecerit: valde congruam & ratio-
nabilem reddunt. Affirmant enī hac prouidē
tia iſtud eum feciſſe, vt ſi qñ procedente tēpore
aliquis exurgēs, deum ſe eſſe, deoq; ęqualem
diceret: deus illi iam dictā firmamēti imper-
fectionem obijceret dicens. Si deus es vt ego,
fac ſaltem ex parte: quod feci & ego. Feci ego
maiores firmamenti partes: fac & tu ſi potes
hanc, quam imperfectam ego reliqui partē.
Quid vltra queror o Iudęi, vos ſpirituali ocu-
lo non agnoſcere ſpiritualia: cum nec ipſo cor-
porali agnoſcatis corporalia? Certe corporale
eſt firmamētum, corporales & ipſi veſtrę car-
nis oculi: Quid ergo cauſę eſt, vt hoc clauſum
ſit ſolis Iudæis: cum pateat preter vos toti⁹

orbis oculis? Videt plane præter veſtrum om-
nis oculus: nec in aquilonali, nec in meridia-
na, nec in aliqua ſui parte imperfectum: ſed
omnibus ſuis partibus integrum firmamen-
tum. Redarguit ipſe aquilonalis ſemp ſuper
terram rutilans axis: tñ veſtri cõmẽtum mẽ-
dacij: qui axi meridiano nunq̃ viſibus huma
nis apparenti oppoſitus: nihil in illa cœli pla
ga imperfectum, vniuerſorũ (vt dictum eſt)
oculis, exceptis iudaicis, manifeſtat. Hoc quia
orbe iudice notiſſimum eſt: ad longe deterio-
Alia blaſ- ra blaſphemiarũ ludibria tranſitus fiat. Aſſe-
phemia. ritis enim deum ſemel omni die iraſci: & hoc
robuſto vt putatis Pſalmi teſtimonio, affir-
Pſal. vij. mare conamini. Deus iudex iuſtus/fortis/&
patiens: nunquid iraſcetur per ſingulos dies?
Et o beſtiæ, iam nec literam ſcripturarũ ve-
ſtrarum, quam ſolam ſequi videbamini aſſe
quentes: nunquid hoc affirmatiue vel enun-
ciatiue dictum eſt, & non potius modo inter-
rogatiuo negando prolatum? Nam ſic dictũ
eſt. Nunquid iraſcetur per ſingulos dies, tanq̃
dictum eſſet, non iraſcetur per ſingulos dies.
Relegite veſtrum Hebraicum idioma: & ita
ſe habere ſenſum literæ illius, ſi cæcitas Iu-
daica non obſtiterit: agnoſcetis. Licet eñ ſi-
mus Latini, nihil tamen nos veracium ſcri-
pturarum veſtrarum latere potuit: quos mul
torum in vtraq; lingua peritorum eruditio co
pioſa inſtruxit. Taceo q tam inſulſe, hoc eſt
humano more deum iraſci putatis. Q; ſi hoc
ſentitis: vtiq; mutabilem affirmatis. Si enim
vſitato hominum modo: nunc iraſcitur, nũc
pacatur, nunc gaudet, nunc triſtatur, nũc obli
uiſcitur, nunc recordatur: & reliqua ſimilia no
ſtro more aut facit, aut patitur. Propheta ve
ſter mẽtiẽ, qui de mutabilitate cœli ac terræ,
Pſal. cj. deiq; ſtabilitate diſputans: ait deo. Ipſi, hoc
eſt cœli & terra peribunt: tu autem perma-
nes. Et poſt pauca verba. Mutabis eos & mu
tabuntur: tu autem idem ipſe es. Si ergo deꝰ
permanet, ſi non mutatur: vtiq; nec eſſentia
nec affectu mutatur. Poſſetis eñ forſan ob-
ijcere, non mutari deum eſſentia: ſed mutari
affectu. Non mutari naturaliter: ſed mutari
accidentaliter. Q ð vtrumq; remouet: vtrũq;
excludit, & ſi millies id negetis, ſcriptura, cũ
dicit. Tu autem permanes: & cum dicit. tu au-
tem idem ipſe es. Nõ igitur more noſtro deꝰ
nunc iraſcitur, nunc pacatur. Additis ſupra
illa quæ iam dicta ſunt, eum prima diei ho-
ra iraſci: cauſamq; irę redditis talem: q in illa
hora, hoc eſt prima, reges iniquitatis exurgẽ-
tes, diademata ſibi imponunt: & Solem ado-
rant. Adiungitis, q ipſius horę qua iraſcitur
punctum nemo nouerit vnq̃: niſi Balaam fi-
lius Beor. Additis, & congruum ei in hac ſciẽ-
tia ſocium datis, Gallum ſcilicet, quem affir-
matis ſolum cum Balaam iam dictę horę pũ
ctum agnoſcere. Quid loquar? Vt ſupra faſ-
ſus ſum: neſcio quid ſatius ſit, reſpondere tã
inepiſſimis nenijs: an tacere. Nam reſponde
re ſuperfluum, tacere videtur incongruũ. Su-
perfluum, quia res propoſita ſtultam ſe abſq;
tegmine prodit. Incongruum, quia tacere cũ
ad reſpondendum ea propoſita ſit: non expe
dit. Et vt primo poſitus ſermo primus occur-
rat: q̃ auctoritas docuit, q̃ ratio pſuaſit: vt cre-
deretis deũ & iraſci, & quotidie iraſci & pria
diei hora iraſci? Quis eñ auctenticus legiſla-
tor hoc dixit: quis Propheta ſcripſit: quis eo-
rum qui in toto diuino Canone veſtro legun-
tur, hoc docuit? Proponite aliquem de vniuer
ſa illa multitudine veterum ſanctorum: qui
hoc vel ſcripſerit, vel docuerit, vel ſaltem ſen
ſerit: & concedo. Q ð ſi auctoritas vos deſti-
tuit, nec eius robore quæ dicta ſunt a vobis
munire poteſtis: vel ratione aliqua tam pro-
digioſam fabulam defendite. Q; ſi nec iſtud
habetis: quid reſtat? Quid reſtat inquam, ni-
ſi vt ſtultiſſimi homines cum deriſorijs fa-
bulis ſuis: cœlo ac terræ, angelis & homini-
bus oſtentui fiatis? Quis enim non videat: re-
mota cauſa effectum conſtare nõ poſſe? Sed
incumbit vt dicam quid nominem cauſam:
quid vocem effectum. Nam ſi cauſam re-
mouere potuero: & effectum pariter remoue
bo. Cauſam dico o Iudęi: eam quam ipſi pro
ponitis: q ſcilicet prima diei hora reges ini-
quitatis exurgentes, diademata ſibi impo-
nunt: & Solem adorant. Effectum, q iſta vi-
dens deus prima diei hora fieri: eadem pri-
ma diei hora iraſcitur: & quia quotidie iſtud
hora eadẽ videt fieri, quotidie iraſcitur. Qui
ſunt reges iſti iniquitatis: qui nunq̃ tertia ho
ra diei, nunq̃ quarta, nunq̃ quinta, nunq̃ ſex-
ta, nunq̃ alia aliqua: ſed ſemper prima diei
hora diademata ſibi imponunt: & Solem
adorant? Vere ſtudioſiſſimi ac præcipui cul-
tores iniquitatis: qui nullis regnorum ſuorũ
negotijs, nullis impedimẽtis retrahi poſſunt:
quin & quotidie, & eadem hora: & diadema-
ta ſibi imponent, & Solem adorent. Pacifici
omnino reges, regnaq; pacatiſſima: quę nihil
aduerſi timentia, nullis domeſticis aut ciuili-
bus vel extraneis tumultibus pulſata, quie-
tiſſimo ocio perfruuntur: & cultui prophano
irrequieti inſiſtũt. Plane (vt olim dictum eſt)

aurea ſecula, quæ tam concupiſcibile ac proli-
xum ocium regibus ſuis pręſtant: vt poſitis ar-
mis, ſepoſitis curis, religione propriæ intan-
tũ deuoti deſeruiãt: vt inter tam diuturna
temporum ſpatia: nec vnam diem, nec ean-
dem diei horam: prætereant. Et quidẽ quoſ-
dam orientis reges olim Solem adoraſſe au-
diui: ſed ꝙ quotidie, ꝙ ſemper prima diei ho
ra: ignoro. Sed rectiꝰ poſſem dicere: qa ſcio, ꝙ
nec quotidie nec ſemp prima hora diei. Bel-
licoſi enim fuerunt, & pene ſemper in armis:
vnde nec ſacris execrandis quotidie inſerui-
re, nec eandem diei horam ſemper ſeruare:
ipſa ratione docẽte valerent. Sed quid de an-
tiquis regũ erroribꝰ & cultibꝰ loquor, cũ hoc nõ
de præterito tm̃ tempore: ſed magis de præ-
ſenti & continuo Iudaica fabula dicat? Non
eñ de tranſactis ſeculis, ſed de inſtanti tem-
pore fabula loquitur: dicens quotidie prima
diei hora reges iniquitatis exurgere, diade-
mata ſibi imponere: & Solẽ adorare. Hoc de
his noſtris diebus ſentire q̃ incircunſpectum,
dicere q̃ mendoſum ſit: leuiter attendens ad-
uertet. Non eſt eñ iam rex in oriente, non eſt
in occidente, non in meridie, nõ in aquilone:
quibꝰ quatuor plagis totꝰ orbis deſcribit: q nõ
dico prima vel ſexta, ſed vel qualibet diei aut
noctis hora Solẽ adoret, non eſt qui creaturę
creatoris cultũ exhibeat. Nã de regibus Chri-
ſtianorũ, de regibus Sarracęnorũ: qui vel Chri
ſtiani vel Sarracęni toti pene mundo impe-
rant: de his inquam ꝙ Solem non adorẽt cer
tum eſt: de quibuſdam alijs licet pauciſſimis,
qui adhuc quibuſdam Paganis gentibꝰ prin-
cipantur: nunq̃ auditum eſt. Vnde iam ſatis
probatum conſtat: ꝙ nullus regum noſtri tem
poris Solem adorat. Hoc quia verum eſt: mẽ-
titur Iudaica fabula, quę dixerat Solem quo-
tidie prima diei hora: a quibuſdam iniquitatę
regibus adorari. Si eñ iam nullus regum ali-
quo tempore Solem adorat: certum eſt quia
nec quotidie, nec prima diei hora adorat. Qꝫ
ſi nulla die, nulla hora, aliquis regum Solem
adorat: falſum eſt & illud quod Iudęus ſubiun
xerat, punctum primę horę qua deus iraſci cõ
ſueuerat: Balaã ſiue Gallum agnoſcere. Ne-
q; eñ Balaam ſiue Gallus, ſcire poſſunt pun-
ctum horę illius quę non ſubſiſtit: neq; hora
diei illius dici poteſt: qui in nullo curſu tempo
ris eſt. Excluſa igitur cauſa, excluditur & effe-
ctus: quia non habet iam deus vnde iraſcatur:
cum nullus regum in orbe terrarum cultor So
lis inueniatur. Falſa ſunt ergo omnia quæ ab
aduerſa parte propoſita fuerant: vel ꝙ deus
quotidie iraſceretur, vel ꝙ reges iniquitatę ſi-
bi diademata imponerẽt: & Solem adorarẽt.
Iam cur tanta de vobis Balaã & Gallus me-
ruerint o Iudęi, prę cęteris hominibus & aui-
bus dei: miror & interrogo. Interrogo inquã,
cur tanta de vobis meruerint: vt his tm̃ duo-
bus nulliſq; alijs pręter hos duos: irę diuinę co-
gnitionem: ipſiuſq; horę qua deum iraſci dici
tis notitiam: tribuere voluiſtis. Magna plane
pręrogatiua, maximum priuilegium Balahã
& Galli: quo & ille omnes homines, & iſte ſu-
perat omnes aues. Mirum certe nobis mirũ
eſt, & vniuerſis præter vos, qui q̃m cuncta mi-
randa dicitis, nihil iam mirari poteſtis ſi Ba-
laham Moyſi, ſi Dauid, ſi Salomon, ſi Eſaię,
ſi cunctis Prophetis, ſi tandẽ cunctis ſapienti
bus & diuinis hominibus: in ſępe dictę horæ
cognitione præfertur. Nonne mirũ ſi Balaã
ei præfertur: de quo deus ad Aaron & Mariã.
Si quis fuerit inter vos Propheta dñi in viſio- Nũm.xij.
ne appebo ei, vel p ſõniũ loquar ad illũ, at nõ
talis ſeruꝰ meus Moyſes, ore eñ ad os loquar
ei, & palam nõ per ęnigmata & figuras dñm
videt? Nonne mirũ ſi & illi pręfertur, qui deo
loquitur Incerta & occulta ſapientię tuę mani Pſalm̃ l.
feſtaſti mihi? Nonne mirum ſi & illi præfertur
ad quem deus Dedi tibi inquit cor ſapiens & iij.Re.iij.
intelligens, intantũ: vt nullus ante te ſimilis
tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit? Nonne
mirum ſi & illi in cognoſcendis ſecretis dei Eſaię.vj.
Balaham præfertur qui & dominũ ſedentem
ſuper ſolium excelſum & eleuatum, & Sera-
phin ſtantia ſuper templum, & alis ſuis dei fa
ciem ac pedes velantia cernere: & Sanctus,
ſanctus, ſanctus clamãtia audire potuit? Sed
forte idcirco omnibus his vobis præferendus
videtur: quia & aliqua vera prædixit, & cum
aſella ſua confabulatus eſt. Sed nunquid cel- Numeri.
ſiora, nunquid diuiniora: nunquid plura præ- xxij.
dixit q̃ Prophetę? Nũquid quia ſemel cum ho
mine verbis humanis aſina loquuta eſt: præ-
fertur tantis tãq; mirandis ſignis: quę Moyſes
operatus eſt? Sed vt in aliquo vobis ſatiſfaciã,
ne forte me ſemper hoſtem eſſe cauſemini: cõ
cedo ꝙ etiam inferioris meriti vel Propheta,
vel diuinus, vel Ariolus Balaham: aliquid ſin
gularis gratię pre cæteris, licet maioris meriti
viris meruerit. Habuit ergo hanc gratiam: vt
horam vel punctum irę diuinę cognoſceret.
Hanc gratiam habuit: ſed q̃diu deo placuit.
Sed nũquid poſtq̃ diſplicuit? Nũquid habuit
hanc gratiam, poſtq̃ deo diſplicuit: poſtq̃ di-
ctum eſt ei ab angelo dei. Peruerſa eſt via tua, Nu.xxij.
mihiq; contraria. poſtq̃ rediens ad populum

ſuum, dedit contra populum dei peruer-
ſum conſilium. poſtq̃ a patribus veſtris o Iu-
dæi, non vt propheta dei honoratus eſt: ſed vt
in deum impius & vt hoſtis publicus interfe-
ctus eſt? Credo qđ non hic adeo deſipitis, non
adeo ratiōe humana caretis: vt impios homi-
nes maxime poſt mortem: dei ſecretis vel con
ſilijs intereſſe credatis. Hoc ſi verum eſt: quod
Balaam iræ diuinæ horam vel punctum quo-
tidie poſſit agnoſcere, falſum eſt. Iam qđ gal-
lum conſilijs diuinis admiſcetis, qđ ſecretorū
dei conſcium dicitis: videat mundus, iudicet
orbis terrarum. Videat & iudicet: ſi ad ſecreta
vel acta diuina agnoſcenda: gallus admitten-
dus eſt, ad quę vix aliquis hominum vnq̃ ad-
miſſus eſt. Sed quia mos Iudaicus eſt, abuti ſp
ſcripturis: ſicut ad quotidianam irā dei oſten-
dēdā illo ſupradicto Pſalmi verſu abuſi eſtis:
Pſal.vij. Deus iudex iuſtus fortis & patiens, nunquid
iraſcit̃ per ſingulos dies. fortaſſis & ad galli ve
ſtri ſingularem ſapiētiam demonſtrandā: ver-
Iob. ſu illo libri Iob abutimini, quo dicit̃. Quis po-
xxxviij. ſuit in viſceribus hominis ſapiētiam: aut quis
dedit gallo intelligētiam? Hic forte robur vr̄m
conſtruiſtis, hanc velut fortiſſimā Iudaici ſen-
ſus turrim, expugnari non poſſe p̄ſumitis: hic
galli p̄cellētem intelligētiam, intellectibus cun
ctorum hominum anteſertis Sed ſi unde pre-
ferend⁹ eſt gallus cunctis auium, pecorum &
hominum intellectib⁹. quia de eo legit̃. Quis
dedit gallo intelligētiam: quid ſentietur de ſen
ſu bouis, quid de intellectu aſini: de quib⁹ Pro-
Eſa.j. pheta ſcribit. Cognouit bos poſſeſſorem ſuū:
& aſinus p̄ſepe domini ſui? Quid dicet̃ de mi
randa quarundam auium ſollertia: de quibus
alter Propheta ait. Turtur & hyrundo, & cyco-
nia, cuſtodierunt tempus aduentus ſui? Quid
(vt de maiorum animalium diuerſis ac miris
intellectibus taceam) quid inquam, de apicu-
la, tam ſagaci labore & induſtria, mella confi-
ciente: quid de ipſa nullius pene corporis for-
mica ſentietis, dicetis: quam Salomon veſter
adeo prædicat: vt ad eius diſcendam ſapiētiā
etiam homines mittat? Quid certe de illa ſcri
Prouerb. bit? Vade ad formicam o piger, & conſidera
vj. vias eius. & diſce ſapientiam. & reliqua. Sed q̃
eſt hæc galli veſtri intelligētia? Vt prætermittā
ſpūalē intellectum, qui ad vos non ptinet: qui-
bus non ē datum noſſe myſterium regni dei.
Nota de hæc plane galli, de quo ſcriptura loquitur, intel
gallo. ligentia eſt: qđ omnes cernimus, qđ aſſidue vi
demus: vt cantibus ſuis vel diu intermiſſis, vł
frequentius iteratis, in nocturnarum p̄fundis
tenebrarum, p̄ximum lucis aduētum ſe qua-
dā naturali, & inſita intellectus viuacitate ſen-
tire denunciet. Nunquid quia hoc poteſt, quia
hoc intelligit: ſtatim ad conſilia dei agnoſcen-
da: ſtatim ad ignotam cunctis mortalibus iræ
diuinæ horam eum admittetis: ſtatim galli in-
telligentiam cunctorum, non ſolum hominū:
ſed & ipſorum angelorum ſapiētiæ pręferetis?
Præferant̃ ergo ſimiliter iſtis omnibus volu-
cres, quas ſupra exempli cauſa commemora-
ui, turtur, hirundo, & cyconia: pręferant̃ bos &
aſinus, p̄ferant̃ apes & formicæ & quæcunq̃
animalia aliquid præ cæteris ad quālibet intel
ligētiam pertinens ſpūale naturæ p̄priæ indi-
ditum habere videnī̃. Admittātur ſtatim & ij.Cori.xij
vſq; ad tertium cœlum, quo Apoſtolus noſter
& ſi non creditis, raptus eſt: rapiant̃, nec volu-
crem, aut quadrupedē vltra aliquid in diuinis
myſterijs lateat: poſtq̃ aliquid cuiuſlibet intelli
gētiæ p̄prium, iure naturæ ſibi præ cæteris vē
dicare potuerit Sed credo nullum eſſe rationa
le animal, non ſolum in cœlis, nō ſolum in ter
ris, ſed nec apud inferos: qui hunc Iudaicum
ſenſum non expuat, non derideat, nō execre-
tur Sufficiāt ergo iſta de iſtis. & vt p̄pheta ve- Ezechie.
ſter ait, ad verborum abominationes & blaſ- viij.
phemias longe maiores his vidēdas: quia tot
nephandis diu immorari tædet: celer tranſ-
itus fiat. Dicitis, & in cœleſti illa & veraciſſima Alia blaſ
ſcriptura veſtra Talmuth legitis: deum quoti phemia
die ſemel in die plorare, & ab eius oculis duas Iudaica.
p̄deuntes lachrymas: in magnum mare deci
dere. & has illum affirmatis eē fulgorē: qui tpe
nocturno cadere videt̃ de ſtellis. Fletus quoq;
ipſi⁹, quē deo aſcribitis cauſam: Iudæorū capti-
uitatem eſſe dicitis. Quin etiam p̄pter dolo-
rem, eum ter in die, vt leonem rugire. & ea de
cauſa cœlum pulſare pedibus more calcantiū
in torculari aſſeritis. More inſup columbę, quen-
dam ſuſurri ſonitum dare: & quaq; vice caput
mouere, & dolētis dicere voce. Heu mihi, heu
mihi. Vt quid domum meam in deſertum re
degi, & templum meū cremaui: & filios meos
in gētes tranſtuli? Heu patri, qui trāſtulit filios
ſuos: & heu filijs, qui tranſlati ſunt de mēſa pa-
tris ſui Dicitis etiam, qđ quidam doctorū ve-
ſtrorū hanc audierint vocē in quodam ruino-
ſo loco. p̄pterea qđ tanq̃ p̄urientes inuicē colli
dat pedes: & more dolētis manib⁹ plaudit. &
quia quotidie orat, vt miſericordia eius ſit ſup
iram eius: & vt eat in populo ſuo in miſericor-
dia. Quid expectas lector? quid p̄ſtolaris? Pu-
tas me de iſtis actuꝝ contra Iudęos? Abſit, vt
de iſtis contra illos agam. abſit, vt canibus im
pudentiſſimis & porcis ſpurciſſimis, velut ra-

tionis capacibus reſpondeam:& eos ſuper his
aliqua cuiuſlibet reſponſione dignos oſtendã.
An reſponſione mea, vel cuiuſlibet digni ſũt:
qui velut tantummodo ad blaſphemandum
deum nati:in pabulo igni æterno dati ſunt?
Qui & ſi eos canes vel porcos,vocaui:in nullo
exceſſi. Nam licet p hæc animalia in ſacris ſcri
pturis carnalis immũdicia ſoleat deſignari. q̃
tamen mala carnalia non ſuperat: tanta, tãq;
Mat.vij. totiens repetita blaſphemia? Nolo ergo contẽ-
tor eſſe verborum domini mei:vt margaritas
diuinas talibus beſtijs conculcandas, exponã.
Q d licet in ſuperioribus feciſſe videar: fuit ta-
men cauſa quã & ipſe p̃fatus ſum:vt & ſi non
omnibus,& ſi nõ multis,ſaltem paucis quos
aliquando ad deũ conuerti videmus, Iudęis:
qui hac peſte,aut imbuti fuerũt,aut imbui po-
tuerunt:mea hæc ſcriptura ꝓdeſſet. At qm̃ in
auditis intolleranda ſuccedunt,non eſt dignũ
vt ſic agatur cum iſta dicentibus:quaſi cũ ho-
minibus ratione vtentibus. Sunt equidẽ eorũ
infinitæ fabulæ:& traditiones a lege dei pror-
ſus alienæ:de quibus in Euangelio dñs Pha-
Mat.vij. ryſſæis. Reliquiſtis inquit, mãdata dei ꝓpter
traditiones veſtras. Longe tamen tolerabilio
res ſunt illę.quæ & ſi multa abſurda dicunt de
hominibus,aut de humanis rebus:res tamen
diuinas illibatas ſeruantes,non tangunt. Sed
prorſus illæ execrandæ,illæ nullomodo ſũt to
lerandę:quæ in tãtam ꝓrumpunt inſaniam,
vt ea de deo audacter p̃dicent:quæ aures hu-
manę vix tolerant. De quarum traditionum
numero:& iſtud eſt,quod recitatum eſt. Quis
ergo hæc dicentibus vel reſpondere debeat,vł
dignet̃? Quis reſpondere dignet̃ blaſphemæ,
ſtultæ,& impiæ voci:q̃ deum dicit quotidie ſe-
mel in die plorare:duas eius lachrymas in ma
gnum mare decidere,ter in die,vt leonem ru
gire,vt iratum,immo pene furentem, pedibꝰ
cœlum crebris ictibus pulſare:vt columbã ge-
mere,vt indignantẽ caput mouere,vt acriter
anxium inuicem manus,pedeſq; collidere:vt
miſere dolẽtẽ dicere. Heu mihi,heu mihi! Re-
ſponderem tamẽ(vt ſuperius feci ,ſi in omnibꝰ
his vel parum,quid ſani intellectus haberẽt:ſi
vel fletum,vel rugitum,vel gemitum, vel do-
lorẽ,q̃ iuxta literæ ſonũ horrenda deo blaſphe-
mia aſcribũt:ſi(inquã)aliquid hoꝝ iuxta ſcri-
pturæ ſacrę ſenſum exponerent. Nam licet fle
tum diuinum,licet columbinum quãtum ad
deum gemitum,nuſq̃ in veteri ſcriptura me
legiſſe recorder:lego tamẽ rugiẽtem,lego do-
lentẽ,lego vociferantẽ & qđ magis mirũ eſſet
ſi ſanus intellectus deeſſet:lego ſibilantem:le-
go ſtridẽtem. Rugiẽtẽ:vt in Amos. Dominus Amos.j.
de Sion rugiet:& de Hieruſalem dabit vocem
ſuam. Dolẽtem:vt in libro Iudicum. Clamaue Iudic.x.
runt filij Iſrael ad dominum:qui doluit ſuper
miſerijs eorum. Vociferantẽ:vt in Eſaia. Voci Eſa.xlij.
ferabit̃,& clamabit:& ſup inimicos ſuos cõfor
tabit̃. Sibilantẽ:vt in eodẽ. Sibilabit dominus Eſa.vij.
muſcę quę eſt in extremo fluminum Aegypti:
& Api quę eſt in terra Aſſur. Stridentem:vt in Amos.ij.
Amos. Ecce ego ſtridebo ſubter vos:ſicut ſtri-
det plauſtrum onuſtum fœno. Si in aliquo ho-
rum vł ſimilium.nam multa ſimilia in ſacris
literis de deo dicta,inueniũt̃:ſi plane i aliquo
hoꝝ Iudaicus ſenſus Chriſtiano,vel ſi hoc ab-
horrẽt,rationabili intellectu cõſonaret:reſpõ-
derem adhuc,vt prius feci Iudæis:nec cũ ipſis
loqui de talibus dedignarer. Sed cum nec me-
taphoram,nec allegoriam,nec aliquẽ de vſita
tis & multis loquẽdi modis. per quos oĩa iſta
digne deo adaptãt̃: Iudæi ſuſcipere velint.ſed
ſolam in his literam occidentẽ intelligant:qđ
loquerer? Quid deũ a ſtulto fletu,quid ab inſa
no rugitu,quid a miſero gemitu,quid a reliq̃s
monſtruoſis & furioſis illi obiectis moribꝰ ini-
aniter excuſarem? Quis enim neſciat ſanum
ſapiẽs,vel ſaltẽ non ex toto deſipiẽs,fletũ,rugi
tum,gemitum:& reliqua q̃ iam dicta ſũt por-
tẽtuoſiſſima,in deum cadere non poſſe: diui-
namq; naturam prorſus ab iſtis omnibus exi-
ſtere alienam? Quis ignoret naturam incorpo
ream,ſimplicẽ,incircumſcriptam:ab omni cor
poralium elemẽtorum complexione, vel com
poſitione lõgiſſime ſegregatam:cui nec capi-
tis,nec corporis,nec quorumlibet humanorũ
membrorum vlla ſimilitudo vel diſtinctio eſt:
ab his omnibus quæ illi deteſtandus Iudaicus
error importat:eſſe immunem. Nam qs flet
ſine oculis? Quis rugit ſine voce? Quis manꝰ
pedeſq; collidit:ſi non habeat? Quis tandem
abſq; quorumlibet membrorum inſtrumẽtis:
officia membrorum exercet? Taceo furorem
iraſcẽtis,triſtitiam dolẽtis,miſeriam clamanti-
tis. Heu mihi,heu mihi. Taceo qđ Iudaica ſa-
pientia omnipotentẽ fecerit impotentem:qđ
ſoluere volẽs diutinam Iudæorum captiuita-
tem non poſſit:qđ idcirco fleat,idcirco rugiat,
idcirco mugiat,idcirco gemat,idcirco doleat:
idcirco manus pedeſq; collidat. Nam heu mi-
hi dicere deum , quis vnq̃ excogitare: qs aſſe-
rere auſus eſt:præter Iudæum? Lego quidem
eum dicẽtem p Prophetam. Heu conſolabor Eſa.j.
ſup hoſtibus meis: & vindicabor de inimicis
meis. Sed illud heu,licet platum a deo: nõ eſt
dei,ſed hominũ:non ẽ dei,ſed eius inimicoꝝ.

Videant ergo inimici dei: q̃ abſurda imputēt
maieſtati dei. Nam heu mihi dicere, non ē ni-
ſi miſeri: heu mihi dicere, non ē niſi ppriā mi-
ſeriam deflere. Iudæ⁹ igitur cum heu mihi di-
cere deum dicit: vtiq; deum miſerum eſſe di-
cit. Miſerum autem deum, nō ſolum vocare:
ſed præter Iudæum, quis non exhorreat cogi-
tare? Et vere miſerum genus hominum, vere
gens de capite conuerſa in caudam omnium
gentium: qui deum quātum ad deitatis eſſen
tiam, ſibi velut hominē fingunt: qui eum per
humanorum membrorum diuiſionem diſtin
gūt. qui ipſis quaſi humanis membris officia
humana diſtribuunt: qui non ſolū humanos,
ſed etiam beluinos, geſtus, rugitus: & gemitus
deo aſcribunt. Non hoc ſenſit de deo Moyſes
eorum, non hoc dicit, non hoc i vltimo Pēta-
theuci ſui libro ſcriptum reliquit. Non vidiſtis
Deutero. iiij. (ait ille Iudæis) aliquam ſimilitudinem in die
qua locutus eſt vobis Deus in Oreb de medio
ignis. ne forte decepti faciatis vobis ſculptam
ſimilitudinē omnium iumentorum quæ ſunt
ſup terrā: vel auiū ſub cœlo volātium, atq; re-
ptilium quæ mouentur in terra: ſiue piſciū qui
ſub terra mouēt in aquis. ne forte oculis eleua-
tis ad cœlum, videas Solem & Lunā: & om̄ia
aſtra cœli: & errore deceptus adores ea & co-
las: quæ creauit dominus Deus tuus in mini-
ſterio cunctis gentibus, q̃ ſub cœlo ſunt. Et qd
potuit apertius dicere ſtulto populo: & ad om̄e
nephas cogitandum & credēdum ſemp para-
to? Vnde potuit homines illos apertius mone-
re, ne idololatræ fierēt: ne aliquam in dei natu
ra imaginem, aut ſimilitudinem maſculi vel
fœminæ, iumentorū vel auium, reptilium vel
piſcium: Solis, Lunæ: vel aſtrorum crederent?
Negauit plane in his verbis: nec prorſus intelli
gi pmiſit deum maſculum eē vel fœminam,
iumentum vel auem, reptile vel piſcē: Solem,
Lunam: vel aſtra. Non autem Moyſes prohi-
buiſſet Iudæos facere hoꝝ ſculptam ſimilitu-
dinē aut imaginē: ſi talem diuinæ naturæ co-
gnoſceret veritatem. Q đ quia phibuit: nullis
horum animalium vel animantiū: Solis, Lu-
næ, vel aſtrorum naturis: dei naturam ſimilē
intellexit. Quæ ergo auctoritas aut ratio con-
ſtat Iudęo. vt deum quantum (vt iam dictum
eſt) ad dei naturam ſpectat: hominem fingat,
vt humana membra ei aſcribat, vt humanos,
ſiue beluinos, geſtus vel affectus ei aſſignet. vt
eum ſicut leonem rugire: ſicut columbam ge-
mere dicat? Recordēt miſeri, ea de cauſa deū
pcepiſſe: ne aliquam quorumlibet animaliū
ſimilitudinem, artifices tabernaculi ſub Moy
ſe, artifices templi ſub Salomone: vel in taber-
naculo texerēt, vel in tēplo ſimul aut taberna-
culo ſculperent, funderent, pingerent, fabrica
rent: exceptis duobus Seraphin, quę in ſimili-
tudine quidē ex parte facta ſunt hominū: ſed
ad memoriam & reuerētiam angelorū. vt hoc
ſaltē aſpectu commoniti, intelligerēt duri Iu-
dęi: deum pferendum eſſe, nō ſolum terrenis
hominibus: ſed cœleſtib⁹, etiam virtutib⁹. Re- Exo. xxi.
colant & ipſum æneum ſerpētem fabricatum
iuſſu dei a Moyſe, longoq; poſtmodum tēpore
reſeruatum: fractū a bono rege Ezechia, ne Iu iiij. Reg. xviij.
dei qui nulla pene vera credebant, cūcta pene
falſa vera eē putabant: deum quandoq; ſerpē-
tem eē crederēt: cui iam ipſi ab aliquanto tem-
pore vt deo crediderāt: eiq; vt deo hoſtias im
molauerant. Excluſo igitur a deo omni corpo-
re, omniq; corporearum rerum ſimilitudine:
credo propoſitam Iudaicam fabulam, iam ex
integro interiſſe. Natura enim cui cum rebus
corporeis nihil commune ē: cui impotētia, do-
lor, miſeria, aſcribi non poteſt: ab omnib⁹ etiā
reliquis rerum corporalium affectionibus libē
ra eſt. Falſum eſt igitur: quicqd de talib⁹ a blaſ
phemis Iudęis ſupra propoſitum eſt. Sed iam
a lectoris colloquio, ad Iudæum redeo: vt qui
de obiectis deo blaſphemiis, quia indignū vi-
debatur cum eo agere nolui: de magnis quidē,
non tamē ad dei naturam ptinentibus errori
bus: more ſolito cum eo agā. Dic ergo Iudæe, Alia fabula de Og rege Baſan.
illud quod de Og rege Baſan. Talmuth tuū re
fert: verum eē putas? Noui, quia nō ſolum pu
tas: ſed & pluſq̃ legalia vel pphetica verba, veꝛ
eſſe credis. Veniat ergo illud qualecunq; ſit in
mediū: & clariſſima veritate pfulgeat, videat (
Og rex Baſan ait Talmuth) videns ingētem
exercitū Iſrael: ſexcenta ſcilicet & quatuor mi-
lia, & quingētos viros a triginta annis & ſupra
exceptis mulieribus & paruulis, qui supputa-
ri non poterant: molem inauditę magnitudi-
nis capiti ſuo impoſuit: & cum ea expeditionē
totam pſternere voluit. Hoc eo meditāte vpu
pa auis minima moli ipſi ſupſedit: & tam diu
roſtro ſuo eam contudit, donec foramine ma
gno iuxta quātitatē capitis eiuſdē regis facto:
moles caput tranſiliēs, ſup ipſius regis hume-
ros inſedit: quo facto, mole eadem ſup ei⁹ hu-
meros inſidente, & regis capite ſupra molem
eminęte: ne eam vltra poſſet deponere: ſubito
adaucti dentes longiſſimi prohibuerunt. Q đ
Moyſes intuens: cuius corpus decē cubitorum
fuit, & totidē virgæ ſuæ longitudo habuit: ere-
xit ſe in morē ſalientis decē cubitis ſup terram:
vt eum virga pcuteret in aliquo loco corporis,

Qui cum in tantum ſaltu eleuatus eſſet a ter-
ra: virgæ tamen ſummitas, qua eum intende
bat pcutere: nequaq̄ vltra attigere potuit: q̄ ad
eum nodum, quo crus pedi iungitur: & vulgo
cauilla vocatur. In quo cum Og regē Moyſes
pcuſſiſſet: continuo cadēs, expirauit. Hæc eſt
certe nobis: fabula veſtra Sed videte, quantū
ſtultiores vel ſapiētiores ſitis omnibus gētib⁹.
Finxerunt quidē multi antiquorum gentiliū,
multas & varias, de diuerſis rebus fabulas. ſi-
cut Eſop⁹ apud Græcos: Naſo apud Latinos.
Finxerūt vere multa & ridenda: ſed ea nec ipi
auctores fabularum, iuxta id qđ ſcripſere, ſen-
ſerunt: ſed vel rebus phyſicis, vel moribus hu-
Nota de manis: ea adaptari voluerunt. Indeē ꝙ Ath-
Athlante lantē cœlum ſuſtinere: Typheum gygātem &
Typheo. centimanū, hoc eſt cētum manus habentem:
montes montibus impoſuiſſe: ac de ſūmo eo-
rum contra cœlum, Iouemq; pugnaſſe dixe-
runt. Quē poſt diutinam, cōtra cœleſtes deos
pugnam: fulminibus Cyclopum a Ioue ictus,
depoſitum ac pſtratum: non tamē interēptū,
magnam Syciliæ inſulam, ne denuo ad conſe
renda cum dijs prælia reſurgere poſſet, ei im-
poſitam: indeq; frequētem terrę motum, inſu
lę accidere: eo qđ rurſus reſurgere, & ↄtra deos
pugnare nitaꝛ: aſſeruerunt. Sic & Orpheū mi-
ris cantibus, & inaudita citharę melodia, qđ
poſt ſe ſyluas currere mobiles, amnes ſtare: co-
egerit. Herculem aduerſus ydram multorum
capitum pugnaſſe: ſed p vno capite ab eo pcí-
ſo, cētum ſubito capita orta eſſe: ac tandē Græ
co igne immiſſo, mōſtrum illud cum lerna pa
lude: in qua morabaꝛ: cremaſſe ſcripſerūt. Hic
& filium Solis Phetontē, male, curr⁹ paternos
regentem: pene orbem ſuccendiſſe. filiā, eiuſ-
dem Solis Cyrcē: in lupos, leones, & tygrides,
diuerſiſq; gñis beſtias, herbis & carminibus ſo
cios Vlixis mutaſſe. draconē puigilē, vell⁹ au-
reum arietis aſſeruantē: homines in deos, fœ-
minas i ſtellas, vulpes, gallos, lepores, āſeres,
reliquaſq; beſtias vel aues, humanis verbis in-
uicem loquentes: multaq; in hunc modum ri-
dēda: literis tradiderūt. Sed licet hæc dixerit,
licet hæc ſcripſerint: longe tamē aliter vt dictū
eſt iſta, & ſenſerunt: & ab alijs ſentiri & intelli-
gi voluerunt. Homines enim erant, & rationa
biles, & licet a cultu diuino remoti, quē non dū
mundus cōphēdere poterat: ſapiētes. Quē
eorum in talibus fabulis intellectum, clare per
ſingula exponerē: niſi plus iuſto opus hoc pro-
trahere: & ad rem ppoſitam, hoc non ptine
re: viderem. Vnde valde mirum non eēt, ſi &
vos Iudæi fabulas haberetis: & earum intelle-
ctum in aliquā rem veracē & vtilē cōuerteretꝭ.
Nam habet hoc ipſa pagina verax & ſancta:
quæ quandoq; aliqua narrat: quorum quidē
textus, iuxta literam falſus eſt: ſed eorum itel-
lectus, verax & neceſſarius eſt. Inde in libro
veſtro qui Iudicum dicitur: legitis, qđ iuerūt li- Iudic. ix.
gna, vt vngerent ſup ſe regē: & qđ locuta fue-
rint ad oliuam, & ficum, & vitē: & ad ramnū.
Qđ iuxta literam verum non eē: qcunq; ligna
loqui non poſſe, nouit: agnoſcit. Qđ tamen iu
xta rei veritatē, quę ab inſenſibilibus frutectis
a quodam ſimili tracta eſt. quicunq; talē vſū
locutionis in omni ſcriptura frequētari nō du-
bitat: aduertit. Hinc doctus in his intelligit: p
vitē, & oliuā, & ficum: fructuoſa arbuſta, filios
Gedeonis p ramnum ifructuoſum & aſperū,
Abimelech fratricidam ſignari. Hic ſenſus,
& in alijs diuini canonis veſtri parabolis, ſępe
inuenitur: vt ē illa quā poſt commiſſum a Da-
uid in vxore Vriæ adulterium. Nathan ppheta
ta ei ppoſuit. Non enim verum fuerat ad lite
ram, qđ ei ipſe dixerat: vel de diuite & cētum ij. Reg. xij
ouibus eius. vel de paupere & vna oue ipſius:
vel qđ diues cētum ouibus ſuis pepciſſet: & de
vna pauperis oue violēter ſublata, hoſpiti ſuo
cœnam paraſſet. Verum tamē fuit, ꝙ ppheta
in verbis illis ſenſerat: Dauid diuitē, Vriam cō
paratione regis pauperē, vnam illius ouē: eius
vxorem, peregrinum hoſpitē: regis concupiſcē
tiam, de oue hoſpiti cœna paratam: mulierē il
licitæ concupiſcētiæ pſtitutam. Multa ſimilia
in hunc modum. Si ſic o Iudæi, fabulas vr̄as
interp̄taremini: ſi ſic eas ſapiēter intelligeretꝭ:
ſi ſic eas vtiliter exponeretis: & ſi nō laudarē,
non mirarer: Non laudarē: quia extra ſacrum
canonē veſtrum quicq̄ vos p auctētico ſuſcepiſ
ſe vel ſuſcipere: non approbo. Non mirarer:
ſi aliqua præter legē, pter pphetas, ſiue alios
vobis antiquitus traditos diuinos libros: ad
quālibet vtilē inſtructionē, etiam fabuloſo ve-
lamine tecta: vos approbare viderē. At cū his
omnibus careant fabulæ veſtræ, cū nihil pror-
ſus in eis vtile lateat: ſed totū ſtultū, totū impiū
totū blaſphemū appareat: non eſt in quo vobis
pcere debeat ſtylus me⁹: quia nec parcit, & ipſe
Deus. Superant enim Iudaicę fabulæ omnes
fabulas ſeculorum: quia qđ a ſeculis auditū nō
fuerat. hoc Talmuth Iudaicarum fabularum
facer textus enarrat. Et o ſtupēda Iudaicę gē-
tis a deo auerſio: qui ea ſub cultu diuino, cui ſe
deſeruire putāt: de creatore eiuſq; natura ſen-
tiunt: quæ nec ipſi idololatræ vnq̄ credere vel
fingere potuerūt. Completum ē in vobis & de
vobis, o pdita gēs: qđ Apoſtol⁹ natura veſter,

doctrina noſter:de talibus dicit. Erit tẽpus cũ
ſanam doctrinam nõ ſuſtinebunt:ſed ad ſua
ij. Ti. iiij. deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurien-
tes auribus. Et a veritate quidẽ auditum auer
tent:ad fabulas autem conuertent. Ecce vere
tẽpus illud: in quo hanc Apoſtoli ſententiã cõ-
pletam cernimus. Ecce tẽpus, in quo ſanã do-
ctrinam vos non ſuſtinere videmus. An dice-
tis vos ſuſtinere ſanam doctrinam:q lege dei
& ꝓphetis eius abiectis, peregrinas nenias cœ
leſtibus verbis ꝑfertis? Sed hoc facit prurit⁹ au
rium veſtrarum:quo faſtidientes vſitata: inaudi
dita amatis:& antiquorum ꝓteſi, nouos vobis
magiſtros coaceruaſtis. Vere coaceruaſtis, ve-
re magnum aceruũ magiſtrorum feciſtis ita vt
pene nullus videatur numer⁹ veterum:ad cõ
parationem magiſtrorum nouorũ. Sed quorum
magiſtrorum? Non vtiq; ſalutis, ſed perditio-
nis:non veritatis, ſed falſitatis. Vnde & ſequi-
tur Apoſtolus. Et a veritate quidẽ auditũ auer
tent:ad fabulas autẽ conuertent. Nonne ſic?
Vere ſic. A veritate(toto mundo teſte, auditũ
auertiſtis:ad fabulas autem vt dixeram)con
uerſi eſtis. De quibus eſt, & illa:quã tractandã
ꝓmiſeram:Og ſcilicet regis Baſan. Quid enim
magis fabuloſum, mendoſum/deriſoriũ, dici
poteſt:q̃ qd ſolus eius pedis ſolam altitudinẽ
trigita cubitorum fuiſſe:& legitis, & creditis? Hoc
quomodo? Quia longitudinẽ corporis Moyſi
decẽ cubitorum, longitudinem quoq; virgæ,
eius decẽ cubitorum:ipm Moyſẽ qñ ſũmitate vir
gę gigantẽ in iunctura cruris ac pedis pcuſſit:
a terra decẽ cubitis, ſaltu eleuatum fuiſſe: aſſe-
ritis. Ea de cauſa decẽ cubiti corporis Moyſi,
decẽ cubiti virgæ Moyſi, decẽ cubiti ſalt⁹ Moy
ſi. ſimul iuncti:triginta cubitos faciunt: exce-
pta ea longitudine:extẽſi brachij: quæ iter ca-
put euidẽ. & inferiorẽ virgæ ſummitatẽ, quã
manu tenebat:denotari poteſt. Hoc ſi verum
eſt:ſecundum humani corporis vſitatam mẽ-
ſuram. ſolum crus eius a pede vſq; ad ſurę pri
cipium/ vt minus dicam, centum & quinqua-
ginta cubitorum extitit. Vnde nec dubium ẽ,
qd eadẽ ſura quæ crure longior eſt:a genu vſq;
ad fœmoris iuncturam, (iuxta naturalẽ vt di-
xi)corporis dimẽſionẽ, ad minus ducẽtorum
cubitorum fuerit. Inde ſi iuſta dimenſio vſq;
ad ſummitatem ſpinæ, quæ collo adhęret, ꝓ-
cedat:pluſq̃ ducẽtos & trigita inuenies. & hoc
præter colli & capitis magnitudinem:in qbus
non minus octoginta repperies. qui ſimul iun
cti ſeptingentos cubitos, decem minus :perfi-
ciunt. Videtis igit Iudæi:q iuxta hanc nõ no-
ſtram, ſed veſtram dimẽſionem Og regis Ba
ſan ſtatura, vſq; ad ſexcẽtos nonagita cubitos/
in lõgũ ꝓceſſerit. iuxta quã etiã latitudo eiuſdẽ
vſq; ad cẽtũ viginti ꝑuenit. Quis ergo ꝑter vos
tale monſtrum vnq̃ inuenire potuit? Quis un-
quam præter vos commentari potuit: homi-
nem longum ſexcẽtis nonaginta cubitis, & la-
tum centum viginti cubitis? Contra quam ve
ſtram inſaniam:quia non ẽ diu diſputandũ,
ſed ridẽdum:cum tam clara ſit, vt nec cęcos la
teat:illud vnum tm̃ ꝓpono. Creditis Moyſi?
Noui, quia creditis. Quandoquidẽ ergo Moy
ſi creditis: quare tam abſurdam rem contra
verba Moyſi credere potuiſtis? Scribit quippe
ipſe in libro Deuteronomij, quem librum ſi lu
dęi eſtis:neſcire non poteſtis. Solus(inquit)Og
rex Baſan:reſtiterat de ſtirpe gigantium Mon-
ſtrat lectus eius ferreus, qui eſt in Rabath filio
rum Amon:nouẽ cubitos habẽs lõgitudinis,
& quatuor latitudinis:ad mẽſuram cubiti viri
lis manus. Solet autem ſemper lectus longitu
dine ac latitudine maior eſſe iacẽte. Qui ergo
lectum gigantis illius nouẽ cubitis longum, &
quatuor latum eſſe dixit:vtiq; aliquid eũ mi-
nus lecto in longitudine & latitudine habuiſ-
ſe oſtendit. Patet ergo q rex ille nec integris
nouem cubitis longus:nec integris quatuor cu
bitis latus, extiterit. Sed cõcedo qd nihil ei de
longitudine nouem cubitorum :neq; de latitu
dine quatuor cubitorũ defuerit. Nunquid lon
gior, aut latior lecto proprio fuit? Credo q hic
lis Iudaica conquieſcit. Falſum eſt igit, q tan-
tæ ꝓceritatis hominẽ illũ fuiſſe, dixiſtis. Nec
minus illud falſum ẽ:qd Moyſen ipſum decẽ
cubitis longum fuiſſe, dixiſtis. Non enim ve-
lut ꝓ monſtro inuſitato ſcripſiſſet:qd lect⁹ Og
gigãtis nouẽ cubitorum fuiſſet. Nã ſi ipſe decẽ
cubitorum fuit qua ratione lectum hominis no-
uem cubitorum mirari videt? Magis enim iure
mirari debere videret, ſeipſum hominẽ decẽ
cubitorum:q̃ lectum alterius hominis nouem cu
bitorum. Verum ne iſtud diutius q̃ oportet, pro-
trahã:ſic finio. Si Moyſi, lectum Og regis Ba-
ſan nouem tm̃ cubitos habuiſſe/dicẽti, creditis:
credo q non eũ lecto ſuo maiorẽ eſſe potuiſſe:
dicetis. Sed vt iam dixi noui vos in hac parte
credere Moyſi. Certum ergo vobis amodo eẽ
debet:non ſexcẽtorũ octoginta, ſed nouẽ ad
plus cubitorum:ſæpe nominati gigantis ſtatu
ram fuiſſe. Et vt ſequẽtia fabulæ attexã. quo-
modo potuit, licet maioris corporis q̃ nr̃a ſint
homo, tã inſolitæ & inuiſæ magnitudinis mo
lem capiti ſuo imponere: vt iactu eius ſexcen-
ta & quatuor millia armatorum, & quingẽtos vi-
ros Iudaici exercitus, exceptis innumeris mu

lientibus & paruulis: ſe pſternere poſſe putaret?
Ad hoc enim explendum, vt aliquid ip̄e fabu
lis veſtris ſimile dicam: aut olimpus ei in aera
ſubleuandus. aut noſter mons Iouis, licet quā
tum ad illum transmarinus: eius capiti impo
nendus, vel taurus Ciliciæ, vel aliquis montiū
Armœniæ. quæ ipſi magis pxima erat: eſſet
ſine dubio radicitus eruendus. Qui & ſi ſpem
victoriæ in mole ille poſuerat: fruſtra tātū exer
citum cōtra Moyſen, & populum dei pugna
turus pduxerat. De quo exercitu: ait ip̄e Moy
ſes. Occurrit eis Og rex Baſan. cum omi popu
lo ſuo pugnaturus in Edrai. Sed ecce moles tā
ta, ecce tam maxima: regio capiti impoſita.
Quid poſt? Quid dicit poſt, optima ſcriptura?
Vpupa inquit auis minima, moli ipſi inſedit
& tamdiu roſtro ſuo eam contudit, donec fo
ramine magno, iuxta quantitatē capitis eiuſ
dem regis facto: moles caput tranſiliens, ſup
ipſius regis humeros inſedit. In rebus ineffa
biliter mirandis: quid magis mirer, non inue
nio. Quid enim plus aut minus mirari debeo
vpupam auem paruulam, roſtro minore tātā
molem ad pforādum aggreſſam: tam diu eā
tutudiſſe, donec foramē in ea gigantei capitis
capax faceret: an hominis illius patientiam vel
virtutem, qui tantam molem ſuo capiti inſi
dentem, tam diu ſupportarit: donec auis mo
dica breui roſtro, paulatim inualidis ictibus: tā
enormis corporis, tam ſpiſſam duritiem pene
traret? Et hoc adeo, donec iuxta quantitatem
regii capitis, facto foramine: moles iam ſup ca
put conſiſtere non valēs: naturali pondere lap
ſa, miſeri hominis diffuſioribus humeris: quos
quantum ad eorūdem latitudinem, anguſtio
re foramine tranſire nō poterat: ne infra labe
retur, retēta eſt? Et quid ſequitur? Quo facto: mo
le eadem ſup eius humeros inſidente, & regis
capite ſupra molem eminente, ne eam vltra
poſſet deponere: ſubito adaucti dentes longiſ
ſimi pſiluerunt. Et lego quidem non Iudai
cam, ſed paganam fabulam: quæ dētes draco
nis ſatos, & de his Thebęos populos: non iner
mes, ſed armatos, cum galeis, loricis, clypeis,
& enſibus: & omni militari armatura ornatos
eſſe cōfinxit. Sed vt ſupra dixi in his & ſimili
bus Pagani fabulas non res geſtas ſe ſcripſiſſe
non dubitabant: nec eas veras eſſe, ſed aliqua
rerum iam geſtarū eas ſignificare, credebāt pa
riter & docebant. Nam qd de draconis denti
bus gentem iam dictam exortā eſſe dixerūt:
venenoſi & furentis animantis ſimilitudine,
pertinacem & infractum in malicia populū. intel
ligi voluerunt. Qd armatum ex terra pceſſiſ
ſe: bellicoſum & in armis ſemp futurum eē ſi
gnarunt. Si tale quid dentes gigantis vſi poſt
lapſam ſup eius humeros molem, o Iudæi, ſi
gnaſſent: ſicut ſupra p̄miſi, ferendum vtcūq;
eſſet. At cum nil myſticum in diuinis, cum nil
ſignificatiuū in rebus humanis, ſicut nec aliæ
fabulæ veſtræ: hæc fabula, vel in cortice, vel in
medulla contineat: quid dicam? Quid dicam
videns hominem quem vere ſomno pfundę
ſtultitiæ ſepulti ſomniaſtis: molem, immo re
gionem maximam ſup humeros ferentē: de
capite ſupra eminente, in menſæ magnitudi
nis pluſq̄ apri more dentes ptendētem, nec
humeris infra pſiluētibus, nec dentibus ſupra
obuiantibus: eam deponere valentem? Sed cur
tanta iuxta vos miracula tacuit Moyſes? Cur
tacuit tanta, qui licet multa & magna ſcripſe
rit: tn̄ multa minora ſcripſit? Cur tacuit vpupā
paruam: fragili roſtro ſupeſatam molem, tam
ſpiſſam: tam duram penetraſſe? Cur tacuit ad
auctos gigantis dentes? Cur tacuit, qd eum ſo
lus aggreſſus fuerit, quod ſtupendo ſaltu a ter
ra eleuatus fuerit: & eum leui tactu virgæ ad
terram deiecerit, proſtrauerit: extinxerit? Mirū Exo. vij.
q̄ ille qui eandem virgam coram Pharaone,
virtute diuina in draconem mutauit: qui eaſ
dem aquas Aegyptias in ſanguinē vertit, ma Exo. xiiij
re diuiſit, aquam de rupe pduxerit: hoc tā in Exo. xvij
ſigne miraculum reticuit. Non hoc certe reti
cuit, quaſi nolēs ſcribere qd factum eſt: ſed reti
cuit, ſicut nolēs ſcribere qd nunq̄ factū eſt. Nō
reticuit vitando ſcribere qd verum ē: ſed no
lendo ſcribere qd falſum eſt. Et quid dico, nolē
do? immo quod nūq̄ fuerat, quod inauditum
erat: ſcribere non valēdo. Et, quia p ſingula di
gne hoc execrari, nulla lingua ſufficit: feſtinet
ſermo ad ſimilia. Audiant noſtri, o Iudæi, ſa
cramenta veſtra, penetrent pfunda myſteria
veſtra: vt reueletur cunctis ſapiētia veſtra. Audi
ant ſequentia p̄cioſi libri Talmuth. Fuit apud Alia fabu
Iudæos vir quidam, qui apud ipſos nuncupa la & blaſ
tur Iozah Ben Leui: qd nos dicimus Ioſue filius phemia.
Leui. vir, vt aiunt religioſus, ac timens deum:
libro huic ab infantia ſua vſq; ad decrepitā ęta
tem vacās: vt ſic mortem poſſet effugere. Qd
cum videret dominus, volēs animā eius aufer
re: vt cum Iudæis amicis dn̄i, omni vita ſua
Talmuth ſtudentibus congratularetur: angelo
pcutienti p̄cepit, vt illuc iret. & illius animam
auferret. Statim angelus gaudens iuſſioni do
mini paret. Venit, ac ſupra tectum domus illius:
nō longe ab eo ſtetit. Eleuans autē Ioſue oculis
cum eum videret, qd p anima illius venerit:
ſtatim cognouit. Et ait. Quid quæris? Pro ani

ma(inquit)tua:me miſit dominus.At ille ait.
Fruſtra te miſit dominus:cum ego Talmuth
reuoluam & legam. Sed cõiuro te p librũ iſtũ:
vt non poteſtatem habeas,tollendi animam
meam Reuerſus autem angelus:nũciauit hęc
domino.Reuertere(inquit)ad eum domin⁹:
& dic vt veniat,gaudeat, epulet̃ nobiſcum:&
ſibi huc meli⁹ fore,q̃ illuc cognoſcat.Reuerſus
angelus:quid dominus ꝑciperet,nunciat. Nũ
cianti autem:Ioſue reſpondit,ſe nullomõ iuſ-
ſioni domini parere niſi ſibi petitionem quã
ab eo poſtulaſſet,concedere vellet ſub fœdere.
Qđ cum domino retuliſſet:quod peteret,q̃uis
inuitus, conceſſit. Angelus autem quod domi
minus conceſſiſſet:cito nunciat. Qđ audiens
Ioſue:dixit ſe clauſtra inferni,& paradiſi in vi-
ta ſua velle inuiſere. Aſcende(inquit angelus)
ſup me:& ducam te quocunq; volueris. Non
aſcendam(inquit Ioſue neq; vadam tecum:
niſi mihi gladium dederi:timeo eñ,ne me in
via interficias. Dedit autẽ ſtatim gladiũ Et cũ
aſcẽdiſſet:dixit.Quo vis ducã te?Reſpõdit. Ad
clauſtra inferni:vt poſtea delecter in viſiõe pa
radiſi. Quo deductus:plurimas vidit gentes,
ex omni natione,quæ ſub cœlo eſt Chriſtianos,
Amorreos,Iebuſeos,Eueos & Etheos,& Phe
rezeos, Moabitas, Ammonitas, Arabes: ac
Philiſtheos.Reges quoq; Pharaõẽ,Seon,Og,
& omnes alios q interfecti ſunt a Ioſue,Iabin,
& ducẽ ei⁹ Siſara.Eglon,qui interfectus eſt ab
Aioth,Nabuchodonoſor:& Olophernem du-
cem eius. Quorum damnationis cauſa,cũ ab
eo ſigillatim q̃reret:dixit Ioſue. Cur Chriſtia-
ni damnati ſũt?Ait. Tu neſcis?reſpõdit.Scio:
ſed a te audire deſidero:ait. Quia credunt in
filium Mariæ:& non obſeruãt legem Moyſi.
& maxime,quia non credunt Talmuth Cau-
ſam damnationis cæterarum gentium,vel re
gum,longum eſt enarrare:ſed tñ hæc eſt cau-
ſa.quia non credunt Talmuth:vel quia obpu
gnauerũt filios Iſrael. Erat autem Pharao p- Abi.ꝑ ſup
ſtratus iacens in inferno:caput ſubter limen
portæ inferni tenens:cuius portæ cardo fiebat
ipſius oculus. Porta autem ad introitum ani-
marum, circunquaq; vertebat̃: ſuper oculum
ipſius. Interrogauit vero Ioſue:cur tantam pa
teret̃ pœnam.Ad quem angelus. Quia afflı-
xit filios Iſrael ĩ terra Aegypti & poſt afflictio-
nem pſecutus eſt vſq; ad mare.Viſis omnibus
tormentis,quæ in inferno fiebant:duc(inquit)
me ad paradiſum. Erat̃ autem paradiſus vn-
diq; muro vallata. Ad quam cum eum dedu-
xiſſet:tali loco poſuit,vt vix videre paradiſum
poſſet.Duc me(inquit Ioſue)altius. Oculi eñ

mei obcęcati,& ſenſus hebetati ſunt:ex fumo
inferni. Duxit eum ſuperius aliquantulũ. Ad
quem Ioſue. Niſi me ſup murum poſueris:ita
vt loca delectabilia & aĩas ſanctas videre vale
am:ſcias q̧ non petitionẽ meã compleueris:
Poſuitq; eum ſup murum. Qui intro proſpici-
ens,plurimas vidit ſanctorum animas:patri-
archarum,ꝓphetarũ:& aliorũ quorũ facta deo
in vita ſua placuerant. Quorum inter cæteros
filiã Pharaonis excellentiſſimo throno reſidẽ
tẽ vidit. Interrogauit ergo Ioſue:quo ope,quo
ſeruitio:tantũ ꝑmiũ meruiſſet. Dixitq; angel⁹.
Eo q̧ Moyſen a morte ſeruauit,& nutriuit.& Exo.ii.
eum ſapientia Aegyptiorum docuit. Poſtea cũ
plurimos vidiſſet alios,qui præ cæteris hono-
rabant̃ interrogauit:quare tantam gloriã me-
ruiſſent. Reſpondit:qa iſti ſunt viri,qui ex cor-
de ſuo inuenerunt & compoſuerũt Talmuth:
& ſucceſſores eorum,qui ſtuduerũt Talmuth.
Dixitq; angelus:vt de muro deſcẽderet:reſpõ
dit. Adhuc magis videre volo. Qđ cum dixiſ
ſet p murũ ſe infra cum gladio ꝓiecit. Clama-
uit autem angelus ad eum. Decepiſti me. Re-
ſpondit. Sis deceptus, an non: non curo. Di-
xit:vt q̃ citius exiret. Ille vero cum iuramento
ſe non inde amodo exiturum:reſpondit. Quẽ
cum vidiſſent,qui paradiſum incolebant:mi-
rati ſunt hominem veſtitum,viuum:ſic para-
diſum introiſſe cum gladio. Quo cum ſedem
non repperiſſet,ſtetit:& ad filiam Pharaonis
acceſſit. Surge(inquit)vade:ecce pater tuus ad
portam eſt. Surrexit velociter:& ad portã pro-
perauit. Ioſue vero:ſedem illi⁹ ſtatim arripuit.
Cunq; illa patrem ſuum non inueniſſet,reuer
ſa eſt:& Ioſue ait. Cur mihi mentitus es? Non
(inquit)mentit⁹ ſum:pater enim tuus ad por-
tam inferni ẽ Cur(inquit)mihi locum meum
ſubripuiſti?ait quia ſic mihi dominus conceſ-
ſit:& me⁹ amodo erit. Interea angel⁹ ad deũ
reuerſus,quod acciderat:nunciauit. Dominus
autem,vt cito exiret:præcepit. Et cum hoc ei
angel⁹ ex parte dei imperaſſet:ait. Per ipſum
deum,& p ſanctum Talmuth:quia hinc vlte
rius non exibo Cunq; hoc eius iuramentũ an-
gelus retuliſſet:reuoluatur,inquit Deus, tota
bibliotheca:& ſi vnq̃ peieraſſe repertus fuerit:
oportet vt exeat. Sin autem:concedendum ẽ
ei vt maneat, vel ꝓpter eius religionem: vel
quia ſemp ſtuduit Talmuth. Reuoluta eſt bi-
bliotheca,eumq; mentitum fuiſſe vel peieraſ-
ſe:non eſt inuentum. Vnde dominus,vt inde
vlterius non exiret:conceſſit. Acceſſit autẽ ad
Ioſue angelus,& gladium ab eo quæſiuit:quo
homines vbicunq; eos inueniſſet:occidere cõ-

ſaeu erat. Reſponditq; Ioſue: non ſe illi gladiū
redditurum, niſi ſibi iuraſſet: vt ſic homines
non interficeret amodo. Reuerſus angelus ad
dominum: quid Ioſue diceret, nunciauit. At
dominus eius petitionē fieri, & ſi iuitus: voluit
Reddiditq; Ioſue angelo tali cōditiōe gladiū.
Longa fabula lecta eſt: & quæ vel p oculos legē
tium, vel p aures audiētium: eorū ora riſu, eo-
rum corda ſubſannatiōe replere potuit. Quis
enim riſum continere, quis ſubſannationem
reprimere poteſt: audiens ab hominibus, quæ
nec ab ipſis audire poſſet dęmonibus? Cui em̄
vnq̄ mortalium, qđ in hac vita poſſet non mo
ri: aliquis pſuaſit, vel pſuadere conat⁹ eſt? Cui
dixit: lege aliquid, dic aliquid, fac aliqd: & non
morieris? Hæc vos o Iudæi, hominibus cona
mini pſuadere: & ſupra nominata nepharida
ſcriptura, iam veſtris pſuaſiſtis. Affirmatis em̄
nullum morti poſſe ſubijci: qui literā libri Tal-
muth mediteꝛ, aut legat. De quorum nume-
ro: iſtum de quo fabula texitur, creditis fuiſſe
Ioſue ſcilicet filium Leui. Sed quid ego tam fa
bulam p ſingula pſequēs: lectori forte ꝓlixita-
te ſupflua, tędium importarē? Non igitur cun
cta pſequar, ſed aliqua ex hac ſpinoſa conge-
rie decerpēs: in æternam flammam cum ſuis
auctoribus merito cōcremanda ꝓijciā. Vnde
principium huius fabulæ inte mittendum cē
ſeo quia qđ hic de hoc Ioſue filio Leui legitur:
idem pene de Rabbi Neemia, in huius quinti
contra vos o Iudæi capituli fabula prima nar
raꝛ. Non ē igiꝛ reſponſio iteranda, quæ contra
ſimiles nugas fortaſſis ad vnguem ſupius eſt
deſcripta. Nā qđ vterq; ne moreꝛeꝛ, lectione
Talmuth deo, eiuſq; angelo reſtiterit: ſimilis
fabula eſt. In hoc tamē diſſimilis, qđ ad illum
occidēdum Deus fraude ꝑualuit: hunc autem
velut aſtutiorem multis licet exquiſitis dolis
decipere non potuit. Illum vt ſupra ſcriptū eſt
terrore aerij turbinis a lectiōe Talmuth ſemo-
uit: ſicq; in illo interuallo eius animam rapuit.
Iſtum in lectione ptinacē, & contra diuinas
& angelicas inſidias circunſpectum: cū nihil ei
aſſidue Talmuth legenti facere poſſet, viuere
inuitus pmiſit. Vnde ille velut ſecurus: ange-
lo ꝑcutienti, atq; dicēti, ꝓ anima tua tollenda
miſit me dominus: reſpondit. Fruſtra te miſit
domin⁹: cum ego Talmuth reuoluam & legā.
Vnde coniuro te p librum iſtum: vt non ha-
beas poteſtatē tollēdi animam meā. Et quis
Deus p eundē angelum remandauerit, vt ve-
niret, gauderet, epulareꝛ cum eo, quia melius
eſſet ei apud ipſum, q̄ in mundo: nō potuit ta-
men falli homo ſapiēs, nec fraudibus diuinis
in aliquo ceſſit. Sciens autē deum auidū mor-
tis ſuæ: timenſq; ne quandoq;, & ipſum quoli-
bet īgenio, ſicut Neemiam fefellerat, falleret:
aſtutiſſime deo inuito, doloſq; non præcauen
te, paradiſi ſibi habitationem ꝓuidit. Exorta
nāq; a deo cōditione tali, qđ nullo modo ei in
moriēdo pareret: niſi ſibi petitionē quā ab eo
poſtulare vellet, cōcederet: dixit ſe clauſtra in-
ferni & paradiſi anteq̄ moreꝛeꝛ velle inuiſere.
Hoc quale ſit, qualiter infinitam dei ſapientiā
humanis dolis euincere potuerit: videāt lecto-
res. Nā ego nihil inde agā. Fruſtra enim & ſu-
pfluo hoc facere vt puto, viderer: ſi deū Ioſue
potētiorē, ſi ſapiētiorē, ſi meliorē: oſtēdere labo
rarem. Nam non æſtimo adeo inertes eſſe &
ſtultos lectores, qui dę his ſermonē meum exi
gant: qui me talib⁹ nenijs reſpōdere debuiſſe
dicāt. Sed accedo ad id: qđ ſequiꝛ. Aſcende in-
quit, angelus ſup me: & ducam te quocunq; vo
lueris. Non aſcēdam inquit Ioſue, neq; vadā
tecum: niſi mihi gladium quē portas dederis.
Timeo enim: ne me in via interficias. Dedit
autē ſtatim gladium. Et cum aſcēdiſſet ille ſu
per angelum: dixit angelus. Quo vis ducā te?
Qui ait. Ad clauſtra iferni: vt poſtea delecter
in viſione paradiſi. Et de iſtis quid dicā? Vbi
ſunt humeri, vbi dorſum, vbi corp⁹ angelicū,
ſup quod homo ille aſcēdit: quo, veluti iumen-
to ad inferni horrēda, & paradiſi amœna vi-
dēda ſubuectus ē? Vbi ſūt & ipſæ angelicę alæ:
ſine quibus, qa nunq̄ eos pictos cernitis: idcir-
co his, eos nunq̄ carere putatis? Nunquid hi
qui ab omni elemētorum natura quātum ad
ꝓpriam eſſentiam attinet, ſeiuncti ſunt: q om
ni corporum complexione & forma carent:
corpora corporib⁹ terrenorum animaliū ſimi
lia, vel partes corporū habere credēdi ſunt? Nō
vtiq; hoc credēt homines: etiam ſi hoc putaue
rint beſtiæ. Sed & ſi angelus paratus obedire
deo: corpus quale eū habere putatis o Iudæi,
aptare voluit ad Ioſue ſubuehendum: non ta
men ille incautus extitit ad aſcendēdum. No-
luit plane ſuper angelum aſcēdere: niſi gladiū
quē ferebat, redderet: ne eum in via forte iter-
ficeret. Cautiſſimus nimium (vt dixi) homo,
& ad cauēdos dolos angelicos ſagaciſſimus:
qui metuēs ne forte contra pactum, quod cū
eo Deus fecerat, aliquid inſidiarum per ſuum
angelum aduerſus eum moliretur: non ei ſe
credidit, donec gladium ab eo ſuſcepit. Quo
accepto, velut ſecurus, qđ iam ab eo nō poſſet
interfici: ſuper nobile, pluſq̄ hominem deceat
iumentum aſcendit. Hæc ſi ita ſe poſſint ha-
bere: dicant legentes, iudicent audientes. Sed

ꝓcedo Angelico vehiculo duct⁹ ē ad iſferna. duct⁹ ē ad cernēda paradiſi amena Et qd poſt hæc? Quo:id ē pri⁹ ad ifernū deduct⁹: plurimas vidit gētes ex oi natiōe quę ſubcęlo ē: xp̄ianos, Amorreos, Iebuſeos, Eueos. Etheos & Fereſeos, Moabitas, Ammonitas: Arabes & Philiſteos. Reges quoq; Pharaonē, Sen, Og: & oēs alios q iterfecti ſūt a Ioſue. Iabi & ducē eius Siſara: Eglon qui interfectus eſt ab Aioth: Nabuchodonoſor & Olophernē ducem eius. Sed hic vos o Iudęi iterrogo: qui hos Reges & has gētes illi olim terræ veſtræ inimicas & cōtiguas i inferno vidit: Gallos. Hiberos, Aphros Germanos, Dachos, noricos Scythas: & vt nec orietales ꝑtereā. Perſas, Indos: & reliquas orbis gentes cur prætermiſit? Nūquid eorū ingentē multitudinem: in inferno non conſpexit? Nonne de talib⁹
Eccl'ſ xxxij. Ezechiel propheta veſter dixit. ibi Elā, ibi Aſſur, & ois multitudo ei⁹: i circuitu illi⁹ ſepulchra ei⁹. & m̄lta ſilia? Sed forte nō habuit tā ꝑſpicacē oculū vt ꝓpheta. vt poſſet cūcta corpalib⁹ oclis cernere: q̄ vidit ſp̄uali intellectu ꝓpheta. A q̄ opiniōe: nec ego diſſentio. Sed q potuit multos externos ibi videre: cur nō potuit & multos domeſticos ibidē agnoſcere? Qui Chriſtianos quos imprimus nominat, illic conſpexit: quare Dathan & Abiron. rebellem chorę & omnē cōgregationem eius quos terra abſorbuit: ducētos viros quos ignis cęleſtis in deſerto exuſſit: innumera milia iudeoꝝ quos diuerſo tp̄e vel ꝓ Idolatria vel ꝓ diuerſis criminib⁹ ira ſuperna cōſumpſit. hos inq̄ oēs gētis ſuæ hoies. vel ſaltem aliquos horū: ſūmus ille paradiſi atq; inferni ſcrutator: cur i inferno nō recognouit? Et certe illi abſq; aliqua quæſtiōe in inferno erant. de quib⁹ ſcriptura ſacra in
Numeri xvj. libro nūeri loquitur. Et deſcēderūt viuētes in inferno: operti humo. Quid plane cauſæ fuit, quod ꝓprios indigenas ibi videre nō potuit: & Chriſtianos alienigenas tā clare cognouit? Sed cur o Iudei a veſtris doctorib⁹ cōfictū ſit: nō indiget expoſitore. Sed ꝑtereunda cauſa tantę dānatiōis nō eſt. Cur (inquit Ioſue ad Angelū) xp̄iani dānati ſunt? Ait Angelus. Quia credūt in filiū Mariæ, & nō obſeruāt legē Moyſi: & maxime quia nō credūt Talmuth. Poſſem & ego ab aliquo interrogatus: cur Iudei oēs a tp̄ib⁹ Chriſti noſtri, exceptis illis qui i eū crediderūt, in inferno ſint: veracius reſpondere. Quia nō credūt i filiū Mariæ, & nō ſeruāt ei⁹ euangeliū: & maxie quia aſſidue blaſphemāt ip̄m. Nec mihi mult⁹ labor eſſet dicere. vera dicēti: nec tibi iudęe mult⁹ labor eſt ea dicere falſa fingēti. Facile dico ego iſtud: facile dicis & tu illud. Sed cui⁹ nr̄m ſentētia verior ſit hic nō ago: qa ſupi⁹ egi. Egi hoc in ꝑcedētib⁹ quatuor capitulis. qb⁹ xp̄m nr̄m & dei filiū & deū & regē nō tp̄alē ſed ęternū: & nō vt putatis vētuꝝ, ſed iā veniſſe auctoritatib⁹ inūeris / & rōnib⁹ ꝓbaui. Ea ſi (vt a me exp̄liſſa ſūt) vera ſūt, imo qa ſunt: falſū ē, qđ dixiſtis, Ioſue vr̄m vidiſſe xp̄ianos i iferno: qa credūt i filiū Marię, & nō obſeruāt legē moiſi: & qa nō credūt Talmuth. Procedo ad ſeq̄ntia viſionis. Erat aūt Pharao ꝓſtrat⁹, iacēs in inferno: caput ſubt⁹ limē portę iferni tenēſ cui⁹ portę cardo, fiebat ip̄i⁹ ocl's. Porta aūt ad itroitū aiaꝝ, circūquaq; vertebaſ ſup ocl'm ip̄i⁹. Et o miſeri hoies. nā (quia mira ſemp audio) exclamare / vel declamare ſępe cōpellor. miſeri inq̄ hoies: nihil ne vnq̄: niſi beſtiale ſentietis? Nihil vnq̄ niſi q̄ in terris didiciſtis: apđ ſupos vel iferos eē poſſe credetis? Cur nō capitis, qa ſicut lōge diſtat a corpib⁹ natura ſp̄ūum: ſic & lōge refert a ſtatu corpaliū: eē ſp̄ūaliū rerū? Neq; ei talis ibi lux, q̄lis hic: tales ibi tenebrę q̄les hic: talis ibi requies, q̄lis hic: tales ibi penę, q̄les hic: tales ibi dom⁹ / tales ibi porte, q̄les hic: & prorſus cūcta (excepta ſubſtātiaꝝ veritate) alteri⁹ gn̄is / alti⁹ q̄litatis: q̄ hic. Et vt reliq̄ taceā, q̄ ad p̄ns negotiū nō ſpectāt: ſicut alt⁹ ē carcer ille ifernal' q̄ iſte: ita & lōge aliđ q̄ iſte. Nā carcer hūan⁹, aut ex lapidib⁹ cōſtruiſ aut ex lignis: aut ex q̄libet ferea mat'ia. Fiūt i eo portę firmiſſię vt adit⁹ pateat itrādi. & clauſis facultas nō pateat exeūdi. Nūqd hoc de ifernali carcere de⁹ timet: ne forte aliqs clauſoꝝ abſq; ei⁹ voluntate exeat vt hac cautela aditum eius portis obſtruxerit? An aie, an angeli, vel boni vel mali, illius eſſentię ſunt: vt per corpora non niſi remotis

corporibus tranſire non poſſint? An niſi
porta illa de qua agitis infernalis ape-
riatur: non poteſt animabus vel demo-
nibus liber ad illa loca eſſe introitus vel
exitus? Vere pauprimi intellectu, qui ra
tione conſulta aduertere non poteſtis:
quod valde alterius qualitatis ſint icor-
porea q̄ corporea: quod nihil corporale
ſpiritibus obſtare poſſit: quod etiā quā-
do vndiq; clauſis oſtijs, i domo iacem⁹:
per oſtiorum, feneſtrarum, ipſorumq; mu
rorum corpora, ſpiritibus ſicut per ipm̄
aera: iter ad nos peruium ſit. Hoc cum
verum ſit. cum nihil corporeum obſtare
Iob.x. ſpiritibus poſſit: cum de deo dicatur, nō
eſt qui de manu eius poſſit eruere: remo
ueatur ab introitu inferni veſtra non ne
ceſſaria porta: ſurgat & Pharao de ſub
limine: & qui per tot ſecula, tam grauis
portę cardinem, tormento tā horribili,
oculo ſolo ſuſtinuit: noſtra miſericordia
liberetur. Sed audiamus cauſam tanti
tormēti, Quia (inquit angel⁹) afflixit fi-
lios iſrael i terra Egypti: & poſt afflictio
nem: perſecutus eſt eos vſq; ad mare. Ex
hinc parū videmini ſcrutati eſſe ſcriptu-
ram illam: nam non ſolus ille Pharao, q
in mare perijt: afflixit filios Iſrael in ter-
ra Egypti: nam & alter Pharao, eoſdē:
ante afflixerat. de quo ait verax illa ſcri
Exo. ij. ptura. Poſt multū tēporis, mortu⁹ eſt rex
Egypti. Et ingemiſcētes filij Iſrael, ꝑpter
opera: vociferati ſunt. Sed forte in hoc
diſtinguitis iſtum ab illo. quia dixit An
gelus. & perſecutus eſt eos vſq; ad mare.
Verum nunc tādem exeam⁹ de inferno
veſtro: & veniam⁹ ad paradiſum noſtrā.
Fertur (inquit Talmuth) paradiſus: vn-
diq; muro vallata. Et bene. Videndum
eſt enim incolis paradiſi. ne ſicut gens
ſuper gentem. & regnum contra regnum
ſæpe conſurgere ſolet: gens aliqua ad-
uerſus ipſam forte cōſurgat. Quod ſi cō-
tigerit: armis primo lōge, deide ſi adeo
ꝑualere potuerit, nec vſq; ad ipſam pa-
radiſum accedat: muro repellenda eſt.
Remoueatur ergo Cherubin & flāmeus
gladi⁹: quē ad cuſtodiā paradiſi, eiecto
Geſi. iij. Adam poſuerat De⁹. Quid eñ ibi faciat
cū ad muniendā paradiſum, murus ille
ſufficiat? Qui ſi forte etiam cū muro ne-
ceſſarius eſt, maneat: & ſaltem muri ad-
iutorio: ſanctos paradiſi incolas hoſtili
metu liberet. Et nos quidē Chriſti morte
eum remotū credimus: & flāmeū gladiū,
iam ſanguine ipſius extinctum. Sed quid
inde? Reuertatur ad cuſtodiam: vt eius
circuitu ſancti illic quieſcentes ſecurio-
res reddātur. Succedat iam fraus extol
lenda. & hominē inuito deo paradiſum
incolentem: totus mund⁹ admiref. Baiu
lus hominis Angelus, coactus ex pacto
quod ille cum deo fecerat: eum ad para
diſum deduxit. & primo lōgius, deinde
propius, tādē ſuper ipſum paradiſi mu-
rum, dolos callidi hominis ꝑcauere ne-
ſcius: depoſuit. Cūq; multas quæſtiones
de his qui paradiſum incolebāt, quoſq;
iam proximus videbat, ſuper murū cō-
ſtitut⁹ Angelo faceret: illeq; ei de ſingu-
lis congrue reſponderet: Angelum ver-
bis mutuis a mente ſua auocatum, feſel-
lit: ſeq; illo eius cuſtodiam negligentæ.
cum gladio mortis quem ei Angel⁹ cre-
diderat: ſubito de muro paradiſi in pa-
radiſum deiecit. O ſtultum Angelum: o
ſapientem hominem. Angeli in ſapiētia
ſuperare homines ſolebant: nunc homi-
nes Angelos ſuperant. Cur homini quē
ſemel ac bis doloſum eſſe expertus fue-
rat: rurſum credidit. cur ne ſe deciperet,
ne de ſe riſum populis præberet: ſtultiſ-
ſimus omniū Angelorū: Angel⁹ nō præ-
cauit? Ecce totiens deceptus Angelus:
ecce totiens deludens Angelum homo.
Doluit tandem Angelus vix ad cor re-
uerſus, ſeſe deluſum. & homini iam para
diſum eo inuito poſſidenti: nō leui voce,
ſed ſicut valde commotus ſolet: vocife-
rans dixit. Decepiſti me: A quo congruū
audiuit reſponſum. Sis deceptus an nō:
non curo. At angelus, præcipiēdo ſubiū-
xit: vt q̄ citius exiret. Iurauit ille. ſeq; ꝑ
idem iuramentū: inde deinceps non exi
turum reſpondit. Quem cum vidiſſent
qui paradiſum incolebaut: mirati ſunt.
hominem veſtitum, viuum: ſic paradi-
ſum introiſſe cum gladio. Et quid dicā?
Dicat quiſq; quod poteſt. Ego iam me
nil dignum de his dicere poſſe profite-
or. Lego quidem in euangelio chriſtia-
no. cui vos o miſeri. non creditis. quod

Mat.xj. regnum cœlorum vim patitur. & violen-
ti rapiunt illud. Sed nūquid armis? Nū-
quid fraudibus? Nunquid mendacijs?
Non. Quomodo ergo? Pœnitētia, humi
litate, continētia: veritate. A quibꝰ vir-
tutibus longe iſte alienus: tamen in pa-
radiſum labitur, paradiſum poſſidet: pa
radiſum retinet. Hoc quomodo? Volen-
te deo? immo nolente. immo contradi-
cente. Sed forte aſſentiente angelo: im-
mo dolente, immo reclamante: immo ne
fieret qnantis poterat vocibus prohibē-
te. Talis ergo homo: inuito Deo, inui-
tis angelis, inuitis hominibus: paradi-
ſum poſſidet. Hoc quale ſit: dicant alij.
Nam ego ad reliqua ꝓpero. Hoc tamen
vnum dico. mirum non eſſe: ſi coloni pa
radiſi hominem veſtitū, viuum, gladiūq;
tenentem: paradiſum introiſſe mirati
ſunt. Ex quo enim Adam inde eiectꝰ eſt:
nullum in carne viuentem. nullum nec
ipſum anteq̄ eijceretur Adam: veſtitum
humanis veſtibus, nullum cū gladio in-
colam eius eſſe poſſe didicerant. Sed ſe-
quantur alia. Homo ſic paradiſum occu
pans. cum ſędem ibi (ait Talmuth) non
reperiſſet: ſtetit. & ad filiam Pharaonis
acceſſit. Quæ ſedem excelſam in para-
diſo meruerat: quia moyſen a morte ſer
uauerat, quia nutrierat: quia omni ſapi-
entia egyptiorū doceri fecerat. Ad hanc
ille acceſſit & dixit. Surge. vade: ecce
pater tuꝰ ad portam eſt. Surrexit veloci-
ter illa: & ad portam properauit. Ioſue
vero: ſedem illius ſtatim arripuit. Cūq;
illa patrem ſuum non inueniſſet: reuerſa
eſt. & Ioſue ait. Cur mihi mentitus es?
Non inquit mētitus ſum: quia pater tuꝰ
ad portam inferni eſt. Cur mihi (iquit)
locum meum ſubripuiſti? ait quia ſic mi-
hi dominꝰ conceſſit. & meꝰ amodo erit.
Hunc dolum quis dolebit? Non ego cer-
te dolebo. Doleat ſi vult filia Pharaonis
Doleat ſe fuiſſe tam ſtultam, tam impro-
uidam: vt cū doceri fecerit moyſen om̄i
ſapientia egyptiorum: ip̄a tamen ab in-
ferioris ſapientię homine q̄ fuerit moy-
ſes, ſi tamen hoc vos o iudei conceditis:
ſę tam facile deludi permiſit. & ſedē ſuā
quæ in paradiſo ſibi data fuerat: tā leui
perſuaſione amiſit. Proſequor quæ ſecū-
tur. Interea angelus ad dominū reuer-
ſus: quid acciderat nunciauit. Dominus
autem vt cito exiret. præcepit. Ad quē
Angelus. Per temetipſum & Talmuth ſe
non inde exiturum iurauit. Reuoluatur
inquit dominꝰ bibliotheca. Quod ſi vnq̄
vel periurium vel mendacium incurrit:
exire eum oportet. Si autem: ɡoncedē-
dum eſt ei vt maneat. vel propter ipſius
religionē, vel quia ſemper ſtuduit Tal-
muth. Reuoluta eſt bibliotheca: & eum
mentitū fuiſſe vel peieraſſe. non eſt inuē-
tum. Vnde dominus: vt inde vlterius nō
exiret. conceſſit. Quia tam frequenter
ironicæ locutionis modū itero. forte ali
qui lectorum. qui in talibus docti ſunt:
admirabunť. Mirabūtur etiam fortaſſis
quia non omnibus nugis iſtis per ſingu-
la velut ex ratione reſpondeo. Et quid
aliud agere poſſum? Quid aliud facere
debeo? Reſpondi quibuſdam ſuperiori-
bus fabulis. & eas parti auctoritate, par
tim ratione confutaui. Hoc autem iccir-
co; ne ſi ſemper hoc modo quo nunc fre-
quenter vtor/vtere: aliquis ſimplicium
lectorum, me nihil aliud in his contra iu
dęos habere quid dicerē: ęſtimaret. Nā
niſi hæc ratio coegiſſet: nunq̄ auctorita
tem aliquam contra eos in hac diſputa-
tione produxiſſem. Oſtendiſſem tantum
modo quo dixi eis reſpōdendo. non eſſe
eos dignos rationabili reſponſione. ſed
ſola & ſumma præ cunctis fabuloſis ho-
minibus deriſione. Hec eſt ratio qua fre
quentius q̄ vſitatum eſt. non velut ex ra-
tione. ſed quia hoc præ cunctis mortali-
bus meruere: ironice eis reſpondeo. De
illo autem genere fabularū. quibꝰ ſic re-
ſpondendum videtur: & iſta eſt. quę prę
manibus eſt. Quid enim aliud q̄ riſus &
deriſio hanc fabulam decet. quæ dicit
ſtultum angelum a ſapiente homine de-
luſum: poſtq̄ ſe deceptū vidit, cū homo
ille iam inuito deo paradiſum poſſide-
ret, ad deum reuerſum: nūciaſſe quid ac
cidiſſet? Neſciꝰ plane rerum geſtarum
deus. ignorabat quid accidiſſet. Neceſ-
ſarium ergo fuit. vt angelus ab ipſo miſ-
ſus, ad ipſum reuerteretur: vt quod ac-
ciderat nunciaret. Nam forte tunc deus
oblitus erat ſapiētię ſuæ: qua nouit oia

etiam anteq̃ fiant. Quod ſi anteq̃ fiant: nonne & quando fiunt? Perierat & illa
Pſal.ciij ſapiētia. de qua ſcriptum eſt. Omnia in
Eccli.j. ſapientia feciſti. Perierat & eadem de qua dictum eſt. Sapiētiam dei comprę̃hendentem omnia: quis inueſtigabit? Arenam maris & pluuiæ guttas: & dies ſeculi quis dinumerat? Nunquid dolos eius qui paradiſum ſuam doloſe furat⁹ fuerat: ignorare poterat? Ad quid ergo angelus ei quod iam geſtum fuerat nūciauit? Sed quia audiuimus quomodo deſipiat dei ſapientia: videam⁹ & quomodo langueat potentia. Dominus aūt inquit: vt cito exiret, præcepit. Fraude (ait) vbiq; te deluſit. Fraus omnia quæ locutus eſt dixit: fraude ſe in paradiſum meam deiecit. Sed nihil ei proſit quod fecit, nihil apud nos fraude lucretur. exeat, recedat: paradiſum noſtram nobis homo doloſus dimittat. Ad quem angelus. Per temetipſum inquit & Talmuth: ſe nō inde exiturum iurauit. hoc eſt. Quid eſt domine. quod loqueris? Precipis vt de paradiſo homo ille egrediatur. Sed hoc impoſſibile eſt. Impoſſibile eſt. vt verbum tuum, ei⁹ verbo præualeat: vt ſententia ei⁹, tuo imperio cōmutet̃. Homo tantę virtutis eſt, vt ei⁹ te cedere oporteat: tantę veritatis, vt ei⁹ veritas: tue veritati iure præualeat. Nā per temetipſum & Talmuth: ſe nō inde exiturum iurauit. Neceſſe eſt ergo. vt q̃a per temetipm̄ iurauit: contra temetipm̄ facias. & verbo tuo ſermonem eius præponas. Adhuc amplius. Nam iurauit & per Talmuth. Si temetipſum deſpicis: Talmuth tibi ſeruandus eſt. Si contēnis qd̄ iurauit p temetipm̄: non potes cōtēnere. qd̄ iurauit p talmuth. Maior ē eñ Talmuth: quā tu: In tātū eni maior eſt Talmuth q̃ tu: vt etiam ſi præcipias mori hoies: Talmuth reſiſtat. ſi mittas angelos tuos ad rapiendas hominum animas: Talmuth reſiſtat. ſi accerſit aliquis a te per quoſlibet nuncios: Talmuth reſiſtat. neq; eum venire permittat. Iſtis de cauſis: maior eſt Talmuth q̃ tu. Vnde huic fruſtra præcipis, vt de paradiſo exeat: cui Talmuth præcipit vt non recedat. Verum eſt (vt ait dominus angelo) qd̄ dicis. Non poteſt homo ille exire de paradiſo, etiam me præcipiente, niſi Talmuth permittat: niſi & poſt iuſſionem meā eum exire cōcedat. Sed quoniā aliud conſilium nō eſt: reuoluatur vitę illius bibliotheca. In qua ſi inuentum fuerit: quod nunq̃ peierauerit, vel mentitus fuerit: exire eum de paradiſo oportebit. Si autem: concedendū eſt ei vt maneat. vel propter ipſius religionem. vel quia ſemper ſtuduit Talmuth. His reſpondebo? Dignus eſt (vt ſupra dixi) iudeus. tam peſſimus hoſtis dei & meus. mea reſponſione? Dixit ille prius infatuatam dei ſapientiam: dicit nunc eneruatam dei potentiam. Quid
eſt ergo quod dicit ſcriptura ſācta. dominabitur a mari vſq; ad mare. & a flu- Ps. lxxj.
mine vſq; ad terminos orbis terrę? Sed forte a mari vſq; ad mare. hoc eſt. in hac terra noſtra dominatur poteſtas ei⁹: ſed non peruenit vſq; ad nobis incognitam paradiſum eius. Verum ſi inde quæſtio oritur, inde ſolui poteſt: ſi paradiſus in
terra eſſe probatur. Sed in terra eſſe ꝓbatur: dicente ſcriptura. Plantauit do- Geñ. ij.
minus de⁹ paradiſum voluptatis a principio. Et apertius deinde: quod in terra immo terra fuerit. Produxit de⁹ de humo (inquit) om̄e lignum pulchrum viſu & ad veſcēdum ſuaue: lignum etiā vitę in medio paradiſi. Quod ſi de humo ligna illa produxit: vtiq; de terra produxit. Nam hum⁹ licet aliud nomen habeat. non niſi terra eſt. Terra autē de qua producta ſunt ligna illa: paradiſus eſt. Igitur paradiſus: & terra & in terra eſt.
De terra vero: Pſal. dicit. Oia quæcūq; Pſalm.
voluit dominus. fecit in cęlo & in terra. cxxxiiij.
Si ergo paradiſus eſt terra, & deus facit omnē voluntatem ſuam in celo & in terra: vtiq; & in paradiſo facit voluntatem ſuam. quia eſt terra. Falſum eſt ergo qd̄ iudęus dicit. hominē illum non obędiſſe volūtati & præcepto dei. volentis & precipientis vt de paradiſo exiret. falſum eſt. quod nois diuini interpoſitiōe & libri Talmuth additamēto: ſe ne egredi cōpelleret̃ defendiſſet. Sed forte verum eſt quod ſequit̃. deū ꝓcepiſſe. vt bibliotheca vite illi⁹ reuolueret̃. vt ſi in ea

nunq̃ periurium, aut mendacium incurriſſet: diligens lector perſcrutaretur. Si peieraſſe vel mentitus fuiſſe, ex ſcriptura illa conuinceretur: de paradiſo expelleretur. Sin autem maneret: nec ab aliquo deinceps ſe de paradiſo expelli poſſe metueret. Reuoluta eſt bibliotheca: eumq; a periurio & mendacio excuſauit. Eo merito: paradiſi colonus Deo concedente remanſit. Non poterat Deus rerum geſtarum recordari abſq; libro: nec fugax eius memoria, abſq; ſuffragio biblorum, vel pellium reuocari. Ideo proceſſit edictum: vt vitę hominis illius bibliotheca reuolueretur. Sed ſi in geſtis hominis vnius, dei memoria languit: quomodo in geſtis cunctorum mortalium retinendis: vigere poterit? Quæ pelles ſufficient? Quæ ſecula non deficient? Et ſcio quidẽ, & hoc ex libro Iudaico habeo: Salomonem dixiſſe. Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in

Eccleſ. viii. iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum ſit. Sed nunquid ex libris? Nunquid cuncta illa hominũ facta in libris releget: aut ex libris proferet? Ita ne perijt: vel peribit dei

Eccſi. xxiiij. memoria? Et quis eſt: qui in quodam libro veſtro per quendam ſapientem loquitur. Memoria mea in generationes ſeculorum? Nonne Deus? vtiq; Deus. Nec innumeras, & ſimiles reuoluo ſententias: æternæ Dei memorię teſtimonium dantes. quia hæc ſola, & ſi non Iudęo cui nihil ſufficit: tamen omni homini præter Iudæum ſufficit. ¶ Quid de reliquis ſequentibus? Reuoluta eſt bibliotheca. & quia relectum ẽ, eum nec peieraſſe, nec mentitum fuiſſe: homini adhuc in carne mortali viuenti ne vltra moreretur, indultum eſt: & ne vnq̃ deinceps de paradiſo egredi compelleretur: conceſſum eſt. ¶ Magnum meritum hominis, vniuerſis abſq; dubio veſtris Patriarchis & Prophetis præferendi. cui hoc datum eſt: quod nõ potuit mereri Dauid: de quo in Ma

iij. Reg. ij. lachim veſtro ſcriptum eſt. Dormiuit Dauid cum patribus ſuis, qd non potuit mereri Moy

Deut. vl. ſes: de quo in Deuteronomio dictum ẽ. Mortuus eſt Moyſes ſeruus domini: & ſepeliuit eũ dominus, quod non potuit mereri ipſe Abra

Geñ. xxv ham: de quo Geneſis. Mortuus eſt Abraham ſenex, & plenus dierum. Non hoc ſenſerunt antiqui Iudæi: neq; ipſi impietatis veſtræ ꝑſeminatores. Nã dicente Saluatore noſtro Iudæis patribus veſtris. Amen amẽ dico vobis.

Ioan. viij. Si quis ſermonẽ meum ſeruauerit: mortẽ nõ videbit in æternũ. longe tamẽ alio q̃ illorũ, vel vr̃o intellectu: reſpõderũt. Nũc cognouimus: q̃a dæmoniũ habes. Abraham mortuus eſt, & ꝓphetæ: & tu dicis. Si quis ſermonem meum ſeruauerit: mortem non videbit in æternum? Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham qui mortuus eſt? Et Prophetę mortui ſunt. In tãtum certe homines illi, licet impij: execrati ſunt hunc intellectum veſtrum: quo dicitis hominem illum fraudibus a deo extorſiſſe, ne moreretur, fraudibus extorſiſſe: vt etiam inuito deo, ipſi in carne mortali viuenti habitatio in paradiſo perpetua concederetur. Pœniteat ergo vos (quod tamen fruſtra dico) hoc crediſſe, hoc dixiſſe: cum audiatis, videatis: patres veſtros deo & redemptori noſtro, in re quam ille tamen aliter ſentiebat: tam aſpera reſpondiſſe. His licet valde mirandis præmiſſis: plus adhuc miranda ſuccedunt. Homo ille, tali iam fraude deo (vt iam dictum eſt inuito) paradiſum poſſidens: quia magna ſibi bene proceſſerant: maiora molitur. Non ſuffecit ei nobiliore ſe vehiculo, q̃ Helias in cœlum raptus fuerat: in paradiſum ſubuectum iiij. Reg. ij eſſe cum ille curru igneo in cœlum, hic cœleſti angelo in paradiſum delatus ſit: non ſuffecit, quod deo victo, eius paradiſum victor incoleret: non ſuffecit, quod hoc priuilegium meruerat, vt ſolus inter mortales: mortem effugere potuerit. Illectus optimo rerum geſtarum ſucceſſu: etiam alios omnes immortales facere conatur. Nã repetẽte angelo quẽ commendauerat gladium: quo homines vbicunq; eos inueniſſet: vt ait Vrbana ſcriptura illa, ſiue in via: ſiue in macello, occidere conſueuerat: reſpondit. Quid? Reſpõdit plane Ioſue, ſe gladium ei non redditurum, niſi ei iuraret: q̃ homines eo vlterius nõ occideret. Pius vere homo, & mortalibus aſſidue morientibus compatiens: eiſq; ne vltra mori poſſent: benigne ꝓſpiciẽs. Idcirco gladiũ mortis inſtrumentum, reddere noluit: nec angelo mortis humanæ auido, in repetitione illicita ceſſit. Deluſus totiens angelus, ad Deum redijt: quid reſpondiſſet Ioſue: nunciauit. At dominus eius petitionem fieri: & ſi inuitus conceſſit. Reddiditq; Ioſue tali cõditione angelo gladiũ. Hic inter multa quæ quærenda ſunt: hoc vnum requiro. Cum angelus adeo ſtultus fuerit: vt dolum hominis callide gladium mortis ab eo extorquentis, cauere non potuerit: cur ab eo illum vltra repetijt? Nunquid gladio illo iam ita perdito: alterum fabricare non poterat? Nunquid diuina potentia adeo eget, vt ſi aliqd ſtultitia fatui nuntij perditũ fuerit: nihil vltra ſimile recuperari poſſit? Quæ neceſſitas cõpulit: vt a doloſo hoie fraude ſublatũ gla

diũ emendicaret: cum multos vt puto gladios fabricare potuiſſet? Nunquid vno ſemper & ferreo gladio: boni vel mali angeli, præcepto diuino hominum occiſores: ſemper vti conſueuerunt? Lego angelum tot Aegyptiorum primogenita vna nocte percutientem: vt in tota & maxima Aegypto, non eſſet domus: vbi non eſſet mortuus. Lego & de exercitu regis Aſſiriorum, centumoctoginta millia, ſed breui ſpatio vl̃ momento: iuſſu diuino eſſe extincta. Lego, & quædam alia his ſimilia. Nunquid hi omnes, vno tñ & ſolo dei gladio interfecti ſunt? Et quid facerent illi angeli, qui tunc tanta hominum millia peremerunt: ſi iam gladium occiſorium perdidiſſent? Vnde vel quo inſtrumento perimere tot populos: gladio perdito potuiſſent? Satis bene præcautum eſt eis, ne prius Ioſue diuini gladij præreptor naſceretur: q̃ omnes præſcripti eodem gladio perimerentur. Nam ſi ante præreptus eſſet: implere dei imperium: angelus mortis miniſter, gladio ſublato: non poſſet. Quo tamen gladio: a temporibus Ioſue, poſtmodum tam innumera hominum millia iuſſu dei perempta ſũt? Quo (inquam) gladio, priore perdito cæſa ſunt? Hic reſpondete Iudæi. Hic artant vos, ſed non nunc primum: a quibus nunq̃ eruendi eſtis anguſtiæ. Aut reddite deo gladium, quem male Ioſue veſter ſubripuit, vt homines pro velle ſuo more ſolito occidere poſſit: aut ſi hoc non facitis de mortalibus immortales facite, & ne vltra mortem timeant: vniuerſos monete. Sed ne forte nobis mirum, vel falſum videatur: hominem tali (vt dictum eſt) modo immortalem factum: paradiſum incolere, vultis conſolari nos: & ad credendum nobili & veraci exemplo prouocare. Dicitis credi debere, quod ſic Ioſue paradiſum obtineat, cum Eliezer quoq; ſeruus Abraham, ſimiliter morti ſubtractus: etiam cœlum quod maius eſt, poſſideat. Hoc qualiter contigerit: ſic libro ſæpe nominato docente narratis. Poſt meridiem Iſaac ad meditandum egreſſus in campum: obuium habuit ſeruum Eliezer, de Meſopotamia quo eum Abrahã miſerat: cum Rebecca reuerſum. Cumq; interrogaſſet Rebecca ſeruũ, quis eſſet cui obuiauerat: hic eſt (inquit) dominus meus Iſaac. Quo audito Rebecca, iuxta veracem ſcripturam noſtram operuit ſe liteo, ac de camelo celerrime deſcẽdit: iuxta falſam vero veſtram in deſcenſu illo ſigna virginitatis amiſit. Ventum eſt ad copulam. Non agnitis vir ſignis virginitatis in coniuge, aggreſſus eſt culpare ſeruum: quod vxorem ſuam, vt proditor corruperit. Hoc illo cum iuramento negante: ait Iſaac. Vtinam ſic cœli viſione fruereris: prout verum eſt, quod fateris. Hoc, vt dixit Iſaac: ſtatim Eliezer in cœlum ſublatus eſt. Quis ergo vltra audebit negare verum eſſe, quod de Ioſue dicitis: quando tñ quid de ſeruo Abrahæ profertis? Quia abſq; dubio conſtat, q̃ Eliezer immortalis cœlum obtineat: quis vobis obuiare o Iudæi audebit, quod Ioſue veſter paradiſũ incolat? Abſq; aliqua prorſus deinceps quæſtione credatur: quod tam valido & indiſſolubili exemplo probatur. Credatur, & illud quod creditis, collectis iam ab vniuerſis mundi partibus: & in veſtra veſtræ repromiſſionis terra, congregatis a veſtro Meſſia Iudæis: impleri illud, quod olim Abrahæ Deus promiſerat. Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli: & velut arenam, quæ eſt in littore maris. Hoc autem ita: vt vnaquæq; mulier vnoquoq; die vnum filium pariat: & ſic per vnius tñ anni ſpatiũ trecentos ſexaginta & ſex filios generet. Magna fœcunditas: & cita multiplicatio ſeminis Abrahę. Non tamen tanta, & ſi omnis mulier a prima æua vſq; ad vltimam, quæ in fine mundi futura eſt: omni ſeculi huius die vnum infantem pareret: quanta eſt vel ſtellarum cœli: vel arenæ maris. Infelices vere mulieres, quæ ſi maledictio diuina in fœminas prolata permanſerit: ſicut quotidie pariunt, ſic acerrimo illo parientiũ dolore: quotidie torquebuntur. Puto, quia mallent nunq̃ concipere: q̃ cum tam acribus ac frequentibus doloribus parturire, vel parere. Quid tamen fiet de capitulo illo legis, quo præcipitur: vt mulier maſculum pariens quadraginta, fœminam octoginta diebus a copula viri abſtineat? Sed tranſeo. Talibus enim: non ſemper immorandum eſt. Nec illud tamen ex toto præterire decreui: in quo ſapienter & caute ſcripturas ſanctas vobis interpretari datum eſt. Volo enim a vobis audire: quomodo illũ Pſalmi veſtri verſum exponatis: quo dicitur. Aſcendiſti in altum cœpiſti captiuitatem: dediſti dona hominibus. Aſcendiſti in altum. Quis aſcẽdit? Moyſes, vt dicitis. Aſcẽdit in cœlum: ex iuſſione dei. Videntes eum angeli: voluerunt interficere. Moyſes tremefactus: clamauit ad Dominum. Quod audiens Dominus: comminatus eſt Angelis. Vt quit (ait dñs) ſeruum meum vultis occidere? Seditionem contra me facitis. Erubuerunt angeli: & dixerunt. Non ſeditionem facimus:

Exo. xj.

iiij. Reg. xix.

Alia fabula.

Geſi. xxiiij.

Alia ridicula expõ

Geſi. xxij

Leui. xij.

Alia fabula de Moyſe.

ſed dolemus, ꝙ homo terrenus & pollutus
cœlum aſcendit. Non inquit dominus im-
mundus & pollutus eſt: quia anteq̃ cœlum
aſcenderet: ab immundicia eum ſanctifica-
uimus. Conqueruntur adhuc non ſolum de
hoc ſancti angeli: verum etiam, quia legem
ſanctam & immaculatam prius dedit Deus
hominibus pollutis, q̃ ſibi, quibus deberet pri
mum dari. At dominus. Vos contra præce-
pta mea ſtulte agitis. Hic nanq; nulla perpe-
trantur vicia: nulla flagitia. Non ergo hic lex
eſt neceſſaria, ſed hominibus: qui homicidia
& adulteria: & cætera mala agunt. Tunc an-
geli pacem cum Moyſe ſtatuerunt: & ei de
ſapientia ſua dimidiam partem ad maius
dederunt. Cœpiſti captiuitatem, id eſt, ſapiē-
tia angelos expoliaſti: & cœlum. Dediſti do-
na hominibus, id eſt, ſapientiam illam de-
diſti filijs Iſrael: ad terram deſcendens. Et
enim non credentes inhabitare dominum
Deum, id eſt, Gentiles & Chriſtiani non cre
dunt dominum habitare in Moyſe. Quid de-
riderem iſta? Quid deteſtarer? Quid concul-
carem? Statim, immo pleniſſime, ipſa ex ſe ip-
ſis q̃ deridenda, q̃ deteſtanda, q̃ conculcan-
da ſint: declarant. Declarant, & illud: quomo-
do talibus doctoribus, tam ſubtiliter, tam ve-
raciter ſcripturas ſacras exponentibus: credē-
dum ſit. ¶ Quid dicam de clauibus cho-
Alia fabula. re? Quas tanti numeri dicitis fuiſſe: vt trecen
tos Camelos illis clauibus oneratos, vixq; im-
menſum illarum onus ferentes: in deſerto
vbi Moyſes ductor Hebræorum erat, habue
rit: quæ vt leuius ferri poſſent: non ex ferri,
vel ex ligni, ſeu alia qualibet materiæ, ſed
de vaccarum ſiccis corijs: factæ fuerant. Quę
claues: ſolos theſauros prædicti chore, in ſpe-
cubus vel antris diuerſis repoſitos: aſſerua-
bant. Ditiſſimus omnium hominum homo:
cuius pecunia toti generi humano, per infini
ta ſecula ſufficere poſſet. Sed lugenda perdi-
tio tantorum theſaurorum, quoniam cum
Dathan & Abiron, & alijs rebellibus: ipſe eti-
am chore cum filijs & filiabus, cum ipſis ta-
bernaculis, omniq; ſubſtantia: nutu diuino
Alia fabula. abſorptus eſt. ¶ Quid dicam & inde: vnde
ſimilis fabula pręmiſſa eſt? Quod ſcilicet cum
filij Iacob patrem ſuum mortuum ad ſepul-
crum deferrent, filij Eſau ſimiliter patrem ſu-
um defunctum ad idem ſepulcrum deferen
tes: cum magno comitatu eis occurrerunt, &
lites maximas pro vendicando ſibi ſepulcro:
hinc inde conſeruerunt. Quid & inde, quod
Dan filius Iacob montem aſcenderit: quod

tantæ magnitudinis lapidem, quantæ erat
totus exercitus Eſau de monte præciderit:
quod ipſum capiti ſuo impoſuerit: vt vno la-
pidis iactu totum illum proſterneret? Quid
& inde, quod rediens: cum iam vtrumq; exer
citum concordem inueniſſet: ingentem illam
molem in mare proiecerit: cuius magnitudi-
ne repulſum mare, terminos ſuos exceſſerit:
duaſq; exceſſu ſuo ciuitates ſubuerterit, Phi-
ton & Remeſe? Quas poſt quadringentos fe-
re euerſionis annos? vt aliquid ſimile veri di-
cere videamini, Pharao, vt dicitis, reædifica-
uit. & in earum reædificationem, patres ve-
ſtros duris luti & lateris operibus: afflixit. Infi- Exo. j.
nita ſunt hæc, nec longiſſimo tempore expli-
canda: ſi velim ſimiles Iudæorum Nenias
perſequi: & ad vnguem vniuerſa referre. Quis
enim tantis voluminibus nugarum: quibus
armaria ſua iam pene a duobus millibus an-
norum perditi homines impleuerūt: reſpōde
re. & ſingula velut ex ratione poſſet refellere?
Et poſſet quidem quantū ad rationem perti-
net, reſpondere his etiam quilibet valde bru-
tus: nec in inueniendo, paruo ſaltem opus eſ-
ſet labore. ſed vix tempus ſufficeret: nec om-
nino rationabile eſſet. Quæ enim ratio per-
mittit vltra modum protrahi de talibus ſer-
monem. quæ omni diſputatore tacente, om
nis humanus animus intelligit falſa, ſentit
ridenda: agnoſcit execranda? Feſtinet ergo ſty
lus ad finem: nec vltra diu differat. ¶ Vnde Nota turpiſſimã
immenſa congerie ſimilium fabularum, ve- fabulam
lut multo pulueris aggere ventis tradita: vnā Iudæorum.
tm̃ de filia Hieremiæ, & eius filio, fabulam
replicabo. & ſic opus Iudaicum, immo contra
Iudæos Chriſtianum: per Chriſti gratiam cō-
ſummabo. Sed quomodo loquar? Quib⁹ ver-
bis vtar? Indicit pudor ſilentium: & ne inho-
neſta proferens, minus in verbis honeſtus vi-
deat: pertimeſcit. Confunditur turpia ingere
re auribus pudicorum: audire ſancta & cœle-
ſtia aſſuetis: infundere tam nephanda vere
tur. Sed quid? Deponat incōſultum ruborem
Chriſtianus & ſobrius ſermo: & impios inho-
neſtos redarguens, ſaltem in his erubeſcere
cogat. Facit hoc ſæpe De⁹ in lege prima: & in
ſecunda idipſum non tacet. Et quia homines
a malis vix nominandis corrigere cupit: ipſa
etiam magis ignominioſa prohibendo propo
nit. Facit hoc, & Apoſtolus noſter? vt notum
eſt orbi terrarum, vixq; de his quæ in morta-
lib⁹ corrigēda cernebat: aliqd licet turpiſſimū
intactū reliquit. Vñ nec ego iſtud intētatū reli-
quā: vt magis ac magis inimici Chriſtiani no-

minis confundantur & q̃ execrandi ſint, qui tam execrandis credunt, etiam poſt præmiſſa: ſole clarius videatur. Quodam tempore inquiunt, cum iuuenes vt aſſolet fieri mixtim balneis vterent: libidinoſe ſeipſos attrectantes, ſperma virilem aquam fundebant. Quo cum neceſſitate itineris tract⁹, Propheta Hieremias veniſſet: illoſq; talia operãtes videret: indoluit & eos increpans: quod ſcelus nephariũ operarentur, clamabat. Illi hæc audientes: vt idem q᷑ ipſi faceret, & verbis hortabantur: & vi compellebant. Cum ille primo renueret, & ſe ante mori velle, q̃ ita operari diceret: tandem ab eis coactus aſſenſit, & in aquam, vt illi ſperma effudit. Cumq; diu illud in aqua manſiſſet: acceſſit filia Hieremiæ, quæ lauacris illis forte intererat, & caſu ſpermati obuians: muliebri receptaculo illud excepit: ſtatimq; grauida facta eſt. Venit tempus pariendi, & peperit: & vocauit nomẽ eius Bencera. Hic mox, vt natus eſt: loqui exorſus, panem calidum & carnem pinguiſſimam: butyrũ & mel petijt. Quod cum mater miraretur: cur inquit) talia petis: cũ lac deberes accipere? Magis igitur) tales cibi mihi placent, q̃ lac tuum. Hoc ſapiẽtiſſimis hominibus cum mater eius oſtenderet, & ad puerũ videndum vocaret: plurimos conflictus diſputationis interſe habẽtes, omnes deuincebat puer. Q̃d mater ei⁹ magis ſtupens: ait. Quid eſt fili quod agis? Vnde tibi tãta ſapiẽtia? Vnde tibi tot modi diſputationis: cum literas non didiceris? Filius ſum, inquit, Hieremiæ. Quod qualiter acciderit: narrauit. Quid dicam lector? Nunquid de illis & cõtra iſta, me aliquid loq, vel os aperire neceſſe erit? Audio, audio, a Iudæo: q̃d nec a diabolo audire poſſem. Superat ille mẽdacijs ſuis, mendacij principem: & eum qui non ſolum mendax, ſed & pater & magiſter mẽdacij eſt: pene filiũ ac diſcipulum facit. Et quidem ille (vt ait noſter Apocalypſis) accuſator fratrum noſtrorũ accuſans eos ante conſpectum dei noſtri die: ac nocte. Accuſat eos aliquando veraciter: accuſat eos aliquando mendaciter. Sed nunq̃d tam mẽdax eſt in accuſationibus fratrum Satanas: vt Hieremiam de fornicatione ante conſpectum dei accuſet, vt eum velut fornicatorem arguere: coram ſummo iudice auderet? Sed nũquid coram hominibus? Nec illud puto. Quomodo enim hoc auderet? Quomodo plane auderet illum vocare fornicatorem, dicere immundum: de cuius mundicia & ſanctitate audit dominum loquẽtem ad ipſum. Priuſq̃ te formarem in vtero noui te: & anteq̃ exires de vulua ſanctificaui te? Audit hoc plane diabol⁹: q̃uis nõ audiat Iudæus. Scit p certo, q̃uis non deſit ei voluntas fallendi: ſi de his mentiri vellet: neminem ſibi contra diuina oracula crediturum. & idcirco ne impudẽter mendax appareat, minuſq; inde homines fallere poſſit: maliciæ ſuæ, non quidem ſapienter: ſed doloſe prouidet. At non ita Iudæ⁹, qui vt in nullo ſibi aliquis adquieſcat: totum ſe pluſq̃ diabolicis mendacijs conſecrauit. Nihil plane iam reliqui ſibi fecit: vt ei præter authentica verba, etiam ſi qua vera quandoq; proferret: aliquis credat. Nec hoc mirum: de tanto mendace. Nam, q̃d longe minus eſt: ſemel in iudicijs falſa allegans, vel ſemel falſus teſtis inuentus & ab actionibus repellitur, & a teſtimonijs remouetur. Quod ergo fit de ſemel mentiente: non debet fieri de ſemper mentiẽte, pariter & fallente? Mentitur, & enim Iudæus quando quod falſum eſt, aſtruit, fallit: quando alios mendacijs ſuis, licet hoc raro contingat: ſeducit. Sed credo, q᷑ nullum Iudæus niſi Iudæum in hoc de quo agitur ſermone fallere poſſit, nec ipſum quem ſimilib⁹ fabularum ſomnijs imbuit: ſuum olim diſcipulum Mahumeth. Nullum vero fallere poterit: vt vel credat, vel tenuiter ſuſpicetur: tantum virum, tantum Prophetam dei: vſq; ad ſanguinem, vſq; ad mortem: pro veritate. p iuſtitia: contra mendaces, contra impios: non alios q̃ Iudæos certantem, tam immane ſcelus incurriſſe: vel ad illud perpetrandũ terrore aliquo, violẽtia aliqua compelli potuiſſe. Maluiſſet prius Aegyptios lapides Iudaicis manibus iactos perpeti, nec quod poſtea pro veritate paſſus eſt: ne immundis iuuenibus aſſenſu aliquo ſociaretur: pati differre. Nõ adeo excors factus fuerat: vt qui a puero dei confabulatione dignus apparuit: iã iuuenis vel maturus tantam gratiam negligeret: & criminis aliqua ſorde, ſeipſum diuinæ familiaritatis prærogatiua fraudaret. Non ille quamlibet ætatum differentiam, mundamq; ab omni crimine innocentiam: aliquo tali neuo fœdauit: cui dicenti. Ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum: a deo reſponſum eſt. Noli dicere quia puer ſum, quoniam ad omnia quæ mittam te, ibis: & vniuerſa que mandauero tibi, loqueris. Ac deinde. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna: vt euellas & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes: & ædifices, & plãtes. Nunquid iſte a deo, etiam adhuc puer mitteretur: nunquid vniuerſa q̃ ſibi mandanda erãt locutur⁹, pronunciaretur, nunquid gẽtibus & regnis ad

euellēdum & deſtruēdum: & rurſus ad plantā
dum & ędificādum pręficeretur: ſi talis a deo
futurus, qualem eum o Iudęi facitis: pręuide-
retur? Sed vbi & hoc legitis, cū habuiſſe filiā?
Aut ergo proferte non ex nugis ſolitis, ſed ex
ſcripturis ſanctis: eum habuiſſe filiā: aut ego
ex eiſdem diuinis ſcriptis proferam: eum nec
filiam habuiſſe, nec filium. Sed vt ęſtimo, de-
ficietis. At ego non deficiam. Ait namq; dñs
Hier.xvj. ad Hieremiam. Et tu non accipies vxorem:
nec generabis filios & filias. Relegite librum
ipſius Prophetę. Vbi poſtq̄ hoc legeritis, aut
ſi neſciebatis diſcite: aut ſi obliti eratis recoli-
te: Hieremiam Prophetam nō habuiſſe vxo-
rem, nec generaſſe filios vel filias. Nō potuit
enī tantus vir: tam ſtudioſus diuinorum præ-
ceptorum ſeruator, diuinum mādatum ne-
gligere: & poſt interdictum vel vxorem acci-
pere, vel filios & filias generare. Nam de alia
muliere q̄ de vxore, eum filium vel filiam
generaſſe: quis aſſerere audebit: niſi qui eum
incontinentem & turpem probare contende
rit? Et puto, quia nemo præter Iudæum au-
debit. Q; ſi nec vxori nec cuilibet mulieri,
Hieremias quolibet vnq̄ tēpore mixtus eſt:
vtiq; ſicut nec filium, ita nec filiam generauit.
Recedat ergo filia hęc: quam o Iudæi, Hiere-
mię dediſtis. de medio: & alium ſibi patrem
requirat. Sed forte nō fuit ei ad generandum
neceſſaria ſexuum coniunctio: cuius ſeminis
iuxta vos tanta vis extitit, vt etiam eo longe
remoto, ſicut hic contigiſſe dicitis: & grauida-
re poſſet, & generare. Cui veſtro turpiſſimo
miraculo, q; ſcilicet ſemen effuſum in aquam
nec elemēti liquiditate diſſolui potuerit, nec
generatiuā virtutē amittere: non diſputando
reſpondeo, ſed conſpuendo. Iam reliquis pro-
pheti pueri miraculis: & nat⁹ ſtatim loqui cœ-
perit, panem calidum, carnem pinguiſſimā,
butyrum & mel petierit: q; comederit, q; ſa-
pientes homines diſputando vicerit: imo q;
nihil horum fecerit, iam abſq; excuſatione ſto
lidum eſſet: velle probare. Quid enī probaret
aliquis, cum iſta nec dixiſſe nec feciſſe: quem
certum eſt, nūq̄ fuiſſe? Quod vt certū habeat,
adhuc iſtud vnum ad eandem fabulam per-
tinēs adiūgo. Audiēs Nabuchodonoſor hui⁹
prædicti pueri tantam famam: miſit ad eum
mille viros armatos: quorum vnuſquiſq; mili-
tem vnū deferebat ſuper vnguem digiti ſui:
volens cognoſcere vtrum verum eſſet, quod
de eo ferebatur: & vt ad ſe veniret mandauit.
Qui venire renuit: ſed leporem ad eum miſit:
& quęcunq; ab eo quęrere volebat, vel interro
gare: in fronte leporis ſcripſit. Quod videns
Nabuchodonoſor hunc eſſe omnibus ſapien-
tiorem cognouit. Hęc fabula licet nō de Tal-
muth, non tñ de minoris auctoritatis libro, q̄
eſt Talmuth apud Iudęos: excerpta eſt. Hæc
ſunt myſteria veſtra o Iudęi, hęc intima ſacra
mēta, hęc ſapientia, omni ſapientię etiam di-
uinę præferenda. Vere nunc apparet in vobis
impletum: quod ſępe ſupra nominat⁹ Eſaias
iam nō veſter, ſed noſter Propheta, inter mul-
ta ſimilia de vobis ait. Oua aſpidum ruperūt:
& telas araneę texuerunt. Qui comederit de
ouis eorum morietur: & quod confotum eſt,
erumpet in regulum. Et telę eorum nō erunt
in veſtimētum: neq; operiētur operibus ſuis.
Non ſunt oua quę fouetis ouis gallinarum ſi-
milia: vt vel per ſe ſint vtilia ad ęſcam, vel in-
de aliquod volatile humanis cōmodis aptum
procedat: ſed ſunt oua aſpidū, q̄ a vobis rupta,
& mortifero vos impietatis veneno inficiāt:
& tandem quod iuxta ſeculi finem futurum
eſt: omniū impiorum regem Antichriſtum,
velut omnium venenatorum animantium
principem regulum: diu a vobis male fota p-
ducant. Ad talem fructum: peſſimo taliū do-
ctrinarum tēpore, diu mortiferum ouum fo-
uiſtis: vt & vos ruptum perimat: & ad vltimū
(vt dictū eſt) ſupremū inde malicię germen:
toti noxium mundo erumpat. Non ſunt telę
veſtrę, in quibus longo tempore laboraſtis, te-
lis textricum vel texētium ſimiles: vt inde ve-
ſtis aliqua, vel operimentum quodlibet fieri
poſſit. Non ſunt plane iuxta Prophetam in
veſtimētum: neq; operiemini ex eis. Quare?
Quia in cunctis operibus veſtris, in vniuerſis
laboribus veſtris, in omni cōtextu impiarum
doctrinarum, nihil mortalibus vtile perfeci-
ſtis: quia telas araneę texuiſtis. Vere irrit⁹, ve-
re caſſus labor tantorum ſeculorum: in quibus
a Prophetarum tempore i. ex quo Propheta
in Iſrael non apparuit: nihil aliud texuiſtis,
nihil aliud operati eſtis: nulla alia doctrina li-
bros Iudaicos impleſtis: niſi blaſphema, ſa-
crilega, ridiculoſa, & falſa. Pugnaſtis tāto tem-
pore contra diuinos libros diabolicis libris: &
cœleſtem doctrinam infernalis putei fumo
ſuffundere: & obfuſcare laboraſtis. Niſi eſtis
irretiti telarum veſtrarum retibus, animalia,
ſtulta: & aues incircunſpectas doloſis laqueis
aucupare conati eſtis. Sed non eſt tale, non eſt
tale veſtrum cōmentum: nō eſt illius artis vel
virtutis Iudaica textura: vt quadrupedem vel
auem ſaltem vlimam illaqueare valeat. Non
viriles vel muliebres telas ordiri eſtis: non vi-

riles vel muliebres pſecutis:ſed iuxta vendicū
Prophetā. in iam dictis & ſimilibus fabuloſis
nenijs: aranearum ſolūmodo telas texuiſtis.
Quę multo longoq; labore compactę: nimia
fragilitate ſui, nullum præter Iudæum velut
muſcā viliſſimā fallere vel capere potuerunt.
Vt ergo huic iā quinto cōtra vos capitulo, tan
dem finis cōgruus imponatur: breuiter prȩce
dētia replico. Libris diuinis prius, poſt modū
fabuloſis: cōtra nos agere niſi eſtis. Libris diui
nis vos vicimus. Fabuloſos nullius momenti
eſſe oſtendimus. Quid igitur reſtat? Hoc ſcili
cet, vt fabuloſis abiectis, diuinos ſic intelliga-
tis: vt in eis & ex eis Chriſtū, hoc eſt iuxta vos
Meſſiā: non fallacē ſed veracē: nō vēturū niſi
ad iudiciū: ſed eū qui iam venit, qui iā de vir-
gine natiuitate ſua, abſq; aliquo peccato in
mūdo cōuerſatione ſua: cœleſti prędicatione
ſua, diuinis miraculis ſuis: non vili vt putatis,
ſed precioſa morte: reſurrectione: aſcenſione
ſua: mundum ad ęternam vitam prędeſtina-
tū redemit, ſaluauit, glorificauit: credatis, ado
retis: glorificetis. Credo eñi iam vos tantis te-
ſtibus, tantis rationibus: ita obrutos, confuta-
toſq; eſſe ipſa veritate: vt nihil vltra repugna-
re: nihil quęrere debeatis.

¶ Finit Liber Secundus Epiſtolarū Dñi
Petri Venerabilis Abbatis Cluniaceñ.

¶ Incipit Liber Tertius.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola prima ad dñm Papā Innocētium,
ſtudij eiuſdē erga Eccleſię pacem imprimis
cōmēdatoria. deinde qm̄ corporei vaſculi fra-
gilitas pōtifici collaborare Abbatem nō ſinit:
vice hui⁹ ad cōſtantiā, p hmōi pace pcurāda
exhortatoria: cum pollicitatione integerrimæ
toti⁹ Cluniaci obediētię, ſibi imobiliter inuio-
labiliterq; (vbiuis terrarū fuerit) exhibendæ.

SVMMO Eccleſiæ Dei
paſtori, & nřo ſpeciali pa
tri dño Papæ Innocētio,
Frater Petrus humilis
Cluniacenſium Abbas,
deuotiſſimę humilitatis
obſequium. Dñs Burde-
galenſis Archiepiſcopus
inter cætera bona ſua, quę & ipſe non ignora-
tis: multo erga vos feruens amore: per partes
noſtras nuper tranſitum fecit: & de proſperis
ſucceſſibus veſtris, nos non minimum lętifica
uit. Et qm̄ ob reformandam pacem Eccleſiæ
dei, totam vos operam impendere: omne ſtu-
dium adhibere: nullum laboris periculum re-
nuere retulit: motus ſum animo ad vobis ſcri
bendum: quia corpore non poteram ad colla-
borandum. Doleo quidem, & non parum (te-
ſte illo quem fallere non poſſum) cōtriſtor: q
ſine me labores tantos hoc maxime tempo-
re toleratis: ſed fragilitas cerei vaſculi mei tan
ta eſt: vt, ſicut ſępe expertus ſum ad Italię ſo-
les pri⁹ pene cogatur liqueſcere: q̄ incipiat ap-
parere. Vidiſtis ipſe, qualiter hac de cauſa nu-
per apud Piſas & vobis inutilis & mihi ipſi im-
portabilis eram, vt niſi cito recedere feſtinaſ-
ſem: vitam ſimul & negocia terminaſſem. Ea
ſola & tota cauſa eſt: quę me tādiu vobis abſen
tem facit. Quę ſi aut remoueri aut temperari
vtcunq; poſſet: nihil me de reliquo a paterni-
tatis veſtrę veſtigijs auellere: nulli caſus filium
a paterno latere abrūpere pualerēt. Interim
qd poſſum facio, & his literis charitatiua præ-
ſumptione & filiali deuotione admoneo: vt
Eccleſiæ dei onera: quę noſtris diebus nō hu-
mana, ſed diuina cenſura humeris veſtris im-
poſuit: viriliter ſupportetis: neq; quātalibet la-
borū diuturnitate fatigemini. Qm̄ qui in vo-
bis ſolo ſpiritu ſuo vniuerſam Eccleſiā vniuit:
& totum pene orbem pedib⁹ veſtris ſubiecit:
pauciſſimos qui ſuperſunt inimicos ſubiiciet:
& nomen catholicum ſup omne nomen hęre
ſum & ſchiſmatum (vt aſſolet) attollet. Vnde
conſtanter vt hactenus vos habete: qm̄ nunq̄
effectu fruſtrari poteſt ea oratio, qua Chriſtus Lu.xxij.
p Petro orauit, vt non deficeret fides ei⁹: ſed
potius ipſe lapſos erigeret: trepidos conforta-
ret: dubios cōfirmaret. Habetis cum tota Ec-
cleſia vobis a deo cōmiſſa, & me in membris
Chriſti vltimum: veſtramq; pariter Cluniacū,
qui q̄diu fuerit ſpiritus in naribus noſtris, ad
obediēdum: ad collaborandum: fortaſſis etiā
ad commonēdum parati erimus. Nulla certe
mutabilium rerum permutatio nos mutare:
nulla varietas variare: nihil nos a paſtore: ni-
hil a Petro: nihil a Chriſto (quæ omnia in te
vno habemus) ſeparare poterit. Sit vbicunq;
occurrent habitatio veſtra: manebit vbiq; vo-
biſcum obedientia & deuotio noſtra. quoniā
& ſcdm Poetam. Veios habitante camillo: il- Nota cō-
lic Roma fuit. & Petrus in carcere. Clemēs in ſtantiam
exilio. Marcellus in catabulo: nō minus q̄ La- ſcriptoris;
terani Eccleſię præfuerunt: & oues Chriſti eis cū elegan
vt veris paſtoribus obedierunt. Recordamini tia verbi.
Eccleſiam ſemper laboribus creuiſſe: paſſioni
bus multiplicatam eſſe: tolerantia cuncta reſi-
ſtentia euiciſſe. Adaugeat vobis ſpem perfe-
ctę victorię, ipſe iam elapſus numerus anno-
rum: quia qui per ſeptem annos feliciter con-
tra dei aduerſarios dimicaſtis: in octaua reſur

rectionis velut poſt deuictos inferos Alleluya
cantabitis:& Eccleſia quę poſt Chriſtũ ſuũ de
Pſal. cix. torrẽte in via bibit:ꝓpterea exaltabit caput.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. II. ad Dõnũ Matthęum Albanẽ-
ſem Epiſcopum, ex Cluñ. monaſterio aſſum-
ptum. Primum ſingularis eiuſdem dilectio-
nis: dilectione reciproca compenſatoria. De-
hinc ſuper ſtatu authoris ſuorũq́; certificato-
ria: cum imploratione auctoritatis apoſtolicæ
pro præbenda Trecenſi, & Abbate quodam
Bonę vallis trãſferri cupiẽte: a Cluniaco ſuſci-
piendis: interiecta nihilominus querimonia
de Conſtantino presbytero dictę Cluñ. Eccle-
ſię iudicium ſubterfugiẽte. Poſtremo autẽ ſta-
tus ac conditionis ſummi põtificis interro-
gatoria.

SIngulariter venerando & ſpeciali-
ter amplectendo, dño & patri ſuo
Matthęo Albanenſi Epiſcopo, F.
Petrus humilis Cluniacenſiũ Ab-
bas: Salutem, quam promiſit deus diligenti-
bus ſe. Audiẽs nuncios veſtros: legens literas
veſtras: agnoſcens indeficientẽ erga nos amo-
rem veſtrum: erubeſco ꝙ nihil dignum tanto
affectui compenſare valeo: nihil tantę charita-
De valo- ti ſufficiens retribuere me poſſe cognoſco. Ni-
re charita hil plane: quia & ſi vniuerſa noſtra vobis impẽ-
tis. derem: nec ſic digna rependerẽ. Vt enĩ Salo-
Cãti. viij. mon ait in Cãticis. Si dederit homo omnem
ſubſtantiam domus ſuę pro dilectione: quaſi
nihil deſpiciet eam. Nihil eſt ergo quãtũ ad
iſtud omne quod habeo: & ideo nihil in iſtis,
meritis veſtris condignũ inuenio. Eſt tamen
Nota di- aliquid, quod non nihil eſſe videatur. Si chari-
ctum. tate non ficta diligẽs diligatur: hoc certe tam
magnũ eſt, q̃ magna & ipſa charitas eſt. Hãc
reuerẽtię veſtre prout valeo integro corde re-
pendo: vnde iam aliquid vobis retribuiſſe cõ-
fido. Statum noſtrum ſup quo ſollicitam dile-
ctionem veſtram agnoui: a benigno ſaluato-
re benigne atq́; pacifice diſponi noueritis, pre-
ter qđ Hiſpania morte regis Aragonenſis no-
uis motibus turbata: quibuſdam monaſterijs
noſtris cõſimilem perturbationem minatur:
Reliqua per fratres noſtros Petrũ & Beroar-
dum dño Papę vobiſq́; nota fecimus. Sed qđ
eis feſtinantibus & nobis occupatis tunc mã-
dare nequiuimus: nunc literis præſentibꝰ inti-
mamus. Dñs Trecẽſis Epiſcopꝰ vt noſtis cha-
riſſimus noſter paratus eſt vt dicit, dare nobis
in Eccleſia ſua vnam præbendam: ſicut Car-
noti vel Aurelianis antiquitus datę ſunt: vt
redditu illius multa quã nõ ignoratis Clunia-
cenſium fratrum indigẽtia releuetur. Hoc ſi Nota qua
ſcđm deum fieri poteſt: rogo vt p vos fiat. Sin re pĩ-ẽda
autem nec totum mundum lucrari quolibet Carnotẽ.
animę periculo volo. Conſtantinus presbyter, & alię dã-
Cluniacenſis hoſtis & antiqui ſchiſmatis au- tur mõa-
ctor: cumulo malorũ priorũ etiam recens per- ſterio Clu
iurium adiecit: & die cauſandi cum Stephano niacẽ.
in præſentia noſtra ſuſcepta, me inſcio ſicut
audiui Piſas profectus eſt: vt ſolitis mẽdacijs
curię noſtrę iudicium ſubterfugiat. Super quo
per vos dño Papę intimari peto: ne presbyte-
ro noſtro iudiciũ Eccleſię noſtrę, a qua nil lę-
ſus eſt, ſubterfugere liceat. Nã ſi aliter fieret:
& a tam vili perſona tantam Eccleſiã defor-
mari pmitteret: pluſq̃ ad pſens dicere poſſim,
Cluniacenſes ſuos qđ tñ ſalua maieſtatis eius
reuerẽtia dictum ſit, perturbaret. Abbas Bonę
vallis, quę iuxta Carnotum eſt, cum q̃pluribꝰ
honeſtis & ſapiẽtibus viris vt aſſerit Clunia-
cum venire diſponit: ſi per conſilium ſapiẽtiæ
veſtrę licentiam recedendi a dño Papa impe-
trare potuerit. Noſtis enĩ cauſas, quibus irrita-
tus diu a ſuis retineri non poſſit. Vnde & ſup
hoc literas ſibi mitti pcatur. De ſtatu dñi Pa-
pę & veſtro, quẽ pſperari tam p cõmuni vti-
litate q̃ pro veſtra requie auidiſſime deſide-
ro: mihi qđ eſt, remandate: vt cognitis q̃ circa
vos ſunt, aut congaudeã, aut collaborem.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. III. ad dñm Aimericũ ſedis apo-
ſtolicę Cancellariũ, imprimis abſentię Abba-
tis a Romana curia excuſatoria Subinde, poſt
imploratum auxilium ad pacis Eccleſię Gal-
licanę, magis tñ odijs & vicijs q̃ gladijs pturba-
tę, reformationẽ: ſpecialiter cauſę Auianenſis
monaſterij aduerſus Biterrenſem Epiſcopũ
commendatoria.

VEnerabili & chariſſimo nr̃o dõno
Aimerico ſedis apoſtolicę Cardina-
li & Cancellario, Frater Petrꝰ humi-
lis Cluniacẽſium Abbas, ſalutem.
Doleo & non parum contriſtor, ꝗ
ſicut negocijs noſtris & quorundã aliorꝫ expe-
diret: morari vobiſcum aliquãdiu in curia, cor-
poris fragilitate & contrarij aeris qualitate p-
hibente, non poſſum. Sic natura mea vniuer-
ſa Italicę regionis elemẽta ſimul & alimẽta ſi-
bi nociua q̃ maxime ſentit: vt illuc ire mortẽ,
redire vitam arbitretur. Vnde frequentius in
cauſis emergentibus, vices meas literis meis
cõmitto: vt per eas expleam quod per me nõ
valeo. Rogo igr̃ ſincerã erga me iã ab antiquo
amicitiam veſtrã, vt in negocio præſenti, qđ
meum non niſi ex charitate eſt, ipſa magis q̃

Diſcordia eccleſiaſticorum etiã nunc vigens.

Ioan. x.

ego charitas audiatur:& pbatę veritati magis q̃ mihi ſcribenti credatur. In partibus noſtris (quod vos ex parte noſſe exiſtimo, ſic rerũ ordo mutat᷒, ſic pax eccleſiaſtica inter plurimos perturbata eſt:vt corpis Chriſti membra contra ſe inuicem inſurgãt:& velut ſi digitus oculum eruere minetur, vel manus pedẽ abſcindere tentet:ita ſe inteſtina diſcordia vaſtant: & nõ tam gladijs q̃ odijs:non tam percuſſoribus q̃ cupiditatibus inſectãtur. Et qđ amplius peruerſum eſt, minorib᷒ maiores:ſubditis plati, monachis epiſcopi:ſic infeſti ſunt:vt nõ ſicut paſtores gregem paſcere:ſed ſicut vere ſecundũ Euãgelium mercennarij, ad lanam tõdẽdam & lac emulgẽdum toto anniſu intendere videãtur. Hęc querela cum multoꝝ monachoꝝ aduerſus multos epiſcopos fit: Anianenſis tñ monaſterij cõtra Biterrẽſem epiſcopum nuꝑ importabilem querelam accepim᷒. Quã ſi per ſingula explicare tentauero:nimi᷒ vel forte tędioſus apparebo. Ad qđ vitandũ, tacendi cõſilium aſſumpſi:pro vniuerſis, quę diffuſius enumerare potuiſſem, breuiter deprecans:vt fratres illos ad vos venientes benigne audiatis, & exaudiatis:& vt ſpẽlis monaſticę religionis defenſor, Anianenſe monaſterium nobile, &(vt ipſe vidi) religioſum, tã pro ſalute animę veſtrę q̃ quia ſub tuitione apoſtolica ab antiquo conſtitutum eſt a tantis oppreſſionibus eruatis.

Epitoma Epiſtolę.

Epiſtola IIII. ad dõnum Hugonẽ Archiepiſcopum Rothomageñ. Primum infirmitatis nouiſſimę cuiuſdam Guillermi atq; obit᷒ ſubſequuti denunciatoria. Poſtmodum vero pro defuncti illius miniſtro deprecatoria.

TOtius reuerẽtię & dignitatis viro, vere ſacerdoti dei, Hugoni Rothomagenſium Archiepiſcopo, Frater Petr᷒ humilis Cluniacenſium Abbas ſanctoꝝ ſacerdotum honorem & gloriã. Mandauit nobis reuerenda charitas veſtra in fine literarum ſuarum, quatinus eſſe chariſſimi fratris & filij veſtri Guilelmi reſcriberemus vobis. Nos autẽ in vltimo quaſi de re cõtemptibili ei᷒ mẽtionem facere refugiẽtes:in primis vt dignũ eſt eum ponimus, quem nequaq̃ in ſupno ordine nouiſſimũ locum iam tenere ſperam᷒. Delatus ſancto deſiderio ſuo & laudabili ſtudio veſtro ad pauperis Martini diuerſorium, dici non poteſt quo gaudio exultauerit:quantas deo gratias egerit:ꝙ poſt tam longos terrarum circuitus, ad patris ſinum filius, ad nutritoris gremiũ alumn᷒ rediſſet:atq; in ei᷒ manib᷒ extremũ ſe fundere ſpũm ſperaret. Hoc gaudio cum venimus:exultantem inuenim᷒. Adaucta eſt ei tanta de aduentu noſtro lętitia, vt iam pene totius incommodi oblitus:ſe ipſum vix caperet:& niſi lectus quo decumbere cogebatur:egrum pderet:vultus & geſtuum alacritas ſaniſſimum indicaret. Viſitatum ſe a deo, datũ ſibi eſſe ſupra q̃ petiſſet, aut intelligeret:ad ſe venientibus:& ſingulis & omnibus fatebatur. Nihil ſibi iam deeſſe, ſecurum ſe miſericordiã dñi pſtolari, vocationem ſuã non iam timere ſed optare:aſſidue pteſtabatur. Quotidiana a nobis viſitatione frequẽtatus, peccata confiteri:deo gratias agere:fratrũ ſe orationibus cõmendare nõ ceſſabat. In huiuſmodi ſtudijs cõſtitutum:cũ eum paulatim viribus extenuari, ac magis magiſq; debilitari cerneremus:a dõno Vizeliacẽſi Abbate eũ inungi, ac ſacri corpis viatico refici fecimus. Deinde ſaluatoris adueniẽte natiuitate, poſt auditam miſſam ſancta rurſus communione cõfortatus:ad diem vſq; ſancti Ioannis Euãgeliſtę ſenſim corpore deficiẽdo puenit. Qua die cũ poſt veſpos more ſolito ad eũ viſitationis gratia cum fratrib᷒ veniſſem:valdeq; aggrauatũ vidiſſem:ſumpto ab Eccleſia dñico corpore manib᷒ eum pprijs coeleſti pane cibaui. Poſt paululum, loqui ceſſauit. In quo ſilentio a media nocte inchoato p totam ſequentẽ diem pdurans:veſpertina hora nil iam terrenum ſentiẽs, loqui omnib᷒ nobis admirãtib᷒ cum quãto poterat clamore hmõi verba coepit. Dñe miſerere, chare dñe miſerere, dñe miſericordiã:& vt nobis videbatur aliqñ Martine dño miſerere. In hac diutina & nõ interpolata miſericordię inuocatiõe, die ſanctoꝝ Innocentum innocẽs anima nobis oĩbus aſtantibus & orantibus miſerias mundi exceſſit:& (vt dignum eſt credere) ad miſericordiam quã deuote toties flagitauerat puenit. Cuius corp᷒ in clauſtro infirmarię ante capellã beatę matris miſericordię a nobis honorifice vt decebat ſepultum:gloriam reſurrectionis inde p dei gratiam ſuſcitãdum expectat:& interim pro requie ſpiritus, ſui repreſentatione ad intercedẽdum quoſlibet trãſeuntes inuitat. Ad vltimũ notum vobis facio:clericum quem in obſequium beato huic fratri veſtro dediſtis, iniunctum officium ita fideliter & deuote impleſſe:& licet alieno ſeruitio noſtram in tantũ gratiã adquiſiſſe:vt & ſi omnes ei defuerint: nos deinceps nullatenus poſſimus deeſſe. Pro quo ſanctitatem veſtram rogamus, vt eam

quo ſanctitatem veſtram rogamus,vt eā fidem experiatur a viuis:quā ſtuduit ſeruare defunctis.Scripſit ſuper eo paternitati veſtræ beatus ille in extremis agēs: cuius vltimis precibus & quaſi teſtamētarijs literis aliquid negare:nō dico veſtrum:ſed nec aliquoꝝ bonorum eſt.

Epitoma Epiſtolæ.

¶Epiſtola Quinta ad Atonem Trecenſem Epiſcopum: de amicitie mutatiōe, non ſine iocundo verborum ornatu, ac graui ſententiarū pondere,cōqueſtoria.

VEnerabili & in Chriſti charitate totis animi viſcerib⁹ ſuſcipiēdo.Domino Atoni Trecēſi epiſcopo,Frater Petr⁹ humilis abbas Cluniacenſiū.Salutis & dilectionis plenitudinem.

Nota.

Vnde incipiā neſcio. Vnde exordium faciam prorſus ignoro.Serenā diē tenebroſa nubila contexerunt:nitentes ſolis radios caligioſi aeris fumoſitas obduxit,meridianus fulgor teterrimarum repente vmbrarum faciem induit. Reꝝ natura mutata eſt:oriens in occaſum cōuerſus eſt:ignis preualidus ſubito extinctus eſt:funis argenteus ruptus eſt.Amicus ab amico diſiunctus eſt. O amicitia res inter mortales admodum precioſa: ſed quāto carior tāto rarior,quo ab iſti? Quo terras peroſa ſeceſſiſti? Vt quid miſeros homines animorum firma coniunctio reliquiſti? Cur abſentia tua cuncta deſerta feciſti? Fortaſſis vt de columba illa antiqua legit. Non inueniēs vbi pes tuus requieſceret ad archam rediſti:& ab architecto Noe ſuſcepta:diluuij pericula effugiſti.

Gen̄.viij

De amicitia nota.

Vere inquā tu colūba ęternæ pacis amica,felle carens: nihilq; niſi diligere ſciēs,vndas tumultuū fluctuſq; diſcordiarum vniuerſam terram obtinētes, horruiſti. Nullūq; in imis requiei locum inueniēs,feſtino reditu ad ſuperos reuolaſti.Tu Noe mūdi fabricatoris manu recepta cœloꝝ intima penetraſti, & extima cuncta diſceſſu tuo i inuicem cōmouiſti.

Nota mala p̄uenientia ex defectu amoris.

Inde conſpirantia i mutuum interitum terrena om̄ia cerno:inde regna in ſe cōſurrexiſſe cōſpicio:inde totā mūdani corporis molem compagibus diſſolutis labefactari paſſim ac diffluere video. Inde eſt qđ nec proxim⁹ proximo: nec amicus amico, nec frater fratri:nec patri filius fidem ſeruat: inde qđ omniū neceſſitudinū iura violant, inde qđ ſanguis vniuerſaꝝ ſuperficiē iam tinxit terraꝝ.Sed quid ego de his quę extra ſunt conqueror? Quid remota defleo? Quid aliena deploro? Vbi domeſtica turbantur:quid externa curātur? Qui mihi ipſi conuenire nequęo, cui pacem ſeruabo? Si mihi nequā:cui bonus ero?

Eccli. xiiij.

Sed quorſum iſta? Te (te inquā) reſpiciunt olim vnanimis amice,aliquādo chariſſime & iuxta Flaccū,nō quidē nūc: ſed quondā animæ dimidiū meę.

Horati⁹.

Queror itaq; me a te impie dimidiatum: nō integrū remāſiſſe:q̄ror (qđ indiſſolubile putabā)charitatis te vinculum dirupiſſe:q̄ror pactū fœderis in qđ mecū iuraueras temeraſſe.Forte me tecum auſterius iuſto agere reſpondebis.At ego lōge remiſſius quā debeam:quāq; tua in me peccata meruerint: me loqui profiteor. Quodſi queris quæ illa ſint,& iā dixi & adhuc replico: in vno te omniū malorum reum factum eſſe,Apoſtolo teſte qui ait.Qui totam legem obſeruauerit:offendat autē in vno, factus eſt omniū reus.

iacobi.ij de charitate.

Hoc vnum charitatem eſſe:nemo qui dubitat.In hoc vno offendiſti,quādo nil te ledentem:fidem ſeruātem: ſibiq; a te ſeruari credētē amicum deſeruiſti.Sed dices forſitan.Nihil horū quę obijcis agnoſco, fidem teneo: charitatem conſeruo.Eſto,fidem tenes, charitatem cōſeruas. Probatio dilectionis:exhibitio eſt operis.Si ignis ē:calet. Si calet.non diu flāmas continet. Si diu continuerit:mox ignis eſſe ceſſabit.Solebant a partib⁹ veſtris ad nos frequentes venire legati:nuncij nuncios p̄uenire:ſequentib⁹ epiſtolis primę anticipari a trecis vſq; cluniacū ſtrata publica euntibus ac redeuntibus continuari.At nūc inuia facta ſunt om̄ia:impenetrabiles ryphei montes interpoſiti:innauigabile indorum pelagus effuſum, & qđ aſtringit ſcythicū glaciali frigore pontū acceſſum prohibent, nouum linguæ ſilentium:manibus ocium,& dictādi imperitia & ſcriptorum inopia indixit,nuſq̄ in arundinetis calami nuſquā i auibus pēnę:nuſquā in quadrupedibus pelles.Hęc quia de

ſunt vniuerſa: magnus ille tui erga amicum amoris affectus indicari nõ poteſt. Iob. xxxij. Nunc igitur quia expectaui & non ſunt locuti, auſcultaui & non fuit qui reſponderet: prior in verba prorumpo, quoniã etiam infido fidelis eſſe cupio. Euigila ergo ſaltẽ excitatus: reuertere vel reuocatus: loquere vel interrogatus. Reſcribe non in corde & corde loquẽs, ſed ſimplici corde qđ eſt: non qđ non eſt confitens: ſi amor ille a ſuperno amore diriuatus: quo pariter ad beatam vitam aſpirare olim cæpimus adhuc permanet, vt ſi eũ in ſuo ſtatu manere cognouero: ſimul gaudeamꝰ: ſi iminutum ſenſero, ad reintegrandum eũdem ſimul etiam laboremus. Quod ſi me aliquo inſuſurrãte hãc mutuam quæ in nobis eſſe debet leſiſſe charitatem ſuſpicaris: paratus ſum aut neuum diluere: aut quantacũq; a te iniecta mihi verbera fuerint: ęquo animo tolerare. Si audacius quã debui forte loquutus ſum: oro des veniam: quoniam non ex ſuperbiæ inflatione, ſed ex amoris pręſumptione iſta protuli. Nec vt abbas epiſcopo: ſed vt verus in deo amicꝰ vero (vt arbitror) ſcripſi amico.

Epitoma Epiſtolę

❡ Epiſtola Sexta ad eũdem Epiſcopũ: in primis/ amicitiam non ſemper melle dulcium ſermonũ: ſed & quandoq; mirrha aſperiorum fouendam eſſe/ declaratoria: deinde vero nomine funis argentei in pręcedentibꝰ literis poſiti: non aurum vel argentum, ſed pręclarum charitatis viculũ, itelligi debere, explicatiua.

Venerabili domino & Chariſſimo patri Atoni Trecenſium pontifici Frater Petrus, humilis Cluniaceñ. abbas. Sanctorũ Pontificum gloria & honore coronari. Spes mutui colloquij, & expectatio diu deſideratæ veſtræ confabulationis, quã in proximo me adepturum confido: animum poſt literarum veſtrarum lectionem in verba prorumpere volentem compeſcuit, aggerem rationũ iam comportatum diſperſit: fontis venã iamiãq; profluere nitentem: velut obice indito, obturauit. Nam vane me laborem impendere: tempus inſumere reputaui: ſi quod pectoris tui ſacrario familiari collocutione cõmunicare poſſem: literario opere notum facere maluiſſem. Quod niſi mentis meæ conatibus obuiaret: dicerem forſitan myrrhe & aloes (vt verbis veſtris vtar) pluſq̃ libras centum non fruſtra me miſiſſe. Sicut enim talibꝰ Nota. remedijs amato ne putreſcat ſubuenitur corpori: ſic ego langueſcenti ne paulatim diffueret, paraui ſubuenire amori. Sed & ſi amor incorruptus myrrha mea & aloe non eguit: deuoti tamen cordis obſequium contemni non debuit. Licet enim de dñi corpore Pſalmus deo dicat Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem: Pſal. xv. & hoc diuina virtute non aromatica factum fuiſſe nemo ſapiens dubitet: tamen Ioſeph & Nichodemꝰ qui talibus; vnguentis dominum inunxerunt: fructum deuotionis ſuæ apud eum minime perdiderunt. Ita & ego vnguẽtis quidem meis, & ſi nihil inuiolato amori cõtuli: ea tamen exhibẽdo affectus mei deuotionem oſtendi. Nec incongrue q mel & fauum dulcium ſermonum (vt epiſtola veſtra teſtatur) mittere ſolebam: nunc auſteriorum verborum myrrham & abſintiũ miſi, quia & de ſponſa ĩ Canticis dictum legi. Fauus diſtillans labia tua: Cãti. iiij mel & lac ſub lingua tua. Et de ſponſo. Labia eius diſtillantia myrrham primã. Canti. v Labia ergo non ſemper mel: ſed aliquando etiam myrrhã diſtillant: quia loquẽtes pro rerum qualitatibus quãdoq; dulcia: quandoq; mordentia verba diſpenſant. Exinde delectabile totius epiſtolæ veſtræ iter iocundo animo ac pede libero incedebam: cum ſubito in funem argenteum offendi, eoq; greſſibus implicatis pęne corrui: & niſi ab amico non a doloſo quolibet extẽtum intellexiſſem: exclamare volui. Et funes extenderũt in laqueum: Pſalm. cxxxix. iuxta iter, ſcandalum poſuerunt mihi. Putaſtis enim quando dixi funis argenteus ruptus eſt, me pecuniam cogitaſſe: & quia a dando manꝰ veſtra ceſſaſſet: ruptũ funem dixiſſe. Sed quomodo de verbis meis talis vobis innaſci potuerit intellectus: quo modo tam ſinceri animi mei dicta opinio veſtra tam praue potuerit interpretari: non ſatis mirari ſuffi

cio. Pene pene (vt dignum eſſet) aduer=
ſus amicum ſtomachando dicerem, niſi
excedere formidarem. Vbi eſt theſaurus
Mat. vj, tuus: ibi eſt cor tuum. Non ego, non ego
talis & ſi multum inutilis: non ego inquã
talis: qui deſeruiam mammonę, non ego
amicus pecunia redemptus: non ego de
illis qui tamdiu diligunt quãdiu accipi=
unt: qui auariciam magis q̃ iuſticiam co
lunt, qui amicitiam propter pecuniã cõ=
ſeruant. Non ſunt, nõ ſunt tales amicorũ
nomine honorãdi: ſed cupidorum igno=
minia deteſtandi. Abſit, abſit a me taliũ
conſortium, quos non tantũ diuina ſapiẽ
tia: ſed etiam mundana prudentia exe=
Horati⁹. cratur. In tales Poeta Yronice inuehit:
dicens. O ciues, ciues: quęrẽda pecunia
primũ eſt, virtus poſt nũmos. Et alibi nõ
iam deridens, ſed qđ verum eſt. pronun=
cians: ait. Vilius eſt, argentum auro: vir
tutibus aurum. Gratis venerandã pater
nitatem veſtram & ſemper dilexi: & in
æternum Chriſti charitate donante di=
ij. co. xij ligam: quia ſcđm Apoſtolum Non quę=
ro quæ veſtra ſunt: ſed vos. Vos (inquã)
quęro: de vobis nõ de pecunia peritura
in ſempiternum gaudere cõcupiſco, gau
dio illo qđ (iuxta domini ſententiã) ne
Ioh. xvj. mo tollat a nobis. Quod dũ ſumus in cor
pore, dum vacat nobis, dum eſt tempus
acceptabile, dũ ſunt dies ſalutis ꝓuide=
Eccl's vl. re ſatagamus. Antequã (vt Salomõ ait)
rumpatur funis argente⁹, & recurrat vit
ta aurea, & cõteratur ydria ſuper fontẽ:
& ſpiritus reuertatur ad deũ qui fecit il=
lum. Ecce quid in fune argenteo intelle=
xi, nõ ſcilicet ligamẽ aliquod, vel metal
lum, ſed pręclarum charitatis vinculum
quo anima Ionathæ alligata eſt animæ
Dauid: & de quo Apoſtolus. Ante oĩa
ij. Rñ. (inquit) mutuam in vobiſmet ipſis chari
tatem continuam habentes: qđ eſt vincu
lum perfectionis. Sed quia iam propoſi=
ta breuitas, & proximũ (vt iam dixi) col
loquium finire verba pręcipiũt: reprimẽ
dus eſt ſtilus, vt qđ hic minus ſcribitur:
ibi latius diſſeratur.

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola Septima: ad quẽ ſupra. Pri=
mũ de adhuc ſpirãte amicitia gratulato
ria. Dehinc ſuper quodã religioſo peti=
to: votis quęrentis obtemperatiua: de=
niq; vero preſentię abbatis: epiſcopo in
proximo, prout liceret/ exhibendę: pol=
licitatoria.

VEnerabili domino & vnanimi
noſtro Atoni Trecenſi epiſco=
po, Frater Petrus humilis Clu
niaceñ. abbas: quod ſibi. Gau
deo & imodice gratulor, nõ ita me a mẽ
te veſtra excidiſſe: vt ſuſpicabar. Puta=
bam & eni diutino illo ac mõſtruoſo ſilẽ
tio veſtro me poſthabitum, & facili mo=
bilitate veſtri animi ſtatũ a priſtinę cha
ritatis ſtabilitate mutatum. Sed cum nu
per miſſa reuerentiæ veſtræ amicabiliũ
quęrelarum epiſtola reſcriptũ expecta=
rem, vt ſcđm eius tenorem de cordis ve
ſtri dubio iudicarem, pręuenit illum non
omnino ſopita dilectio: ſeq; adhuc ſpira
re paucis quidẽ ſermonibus: ſed magnis
affectibus indicauit. Quod me (vt dixi)
valde letificatum, & velut ex quadã de=
ſperatione in ſpem reductum: ad reſcri=
bendum ſup his quæ ſcripſiſtis breuiter:
animauit. Mãdaſtis ſiquidem: vt chariſ=
ſimum filiũ noſtrum Petrũ, a cura Gaien
ſis mõaſterij abſoluerem: & eum alio ad
deo ſeruiendũ dirigerem. Nos vero quo
niã magis ex ipſius vos corde quã ex ve
ſtro locutum, ipſis etiam literis indican=
tibus, cognoſcimus: atq; ipſius nõ veſtrę
volũtati ſcribendo ſatiſfeciſſe: veſtrę po
tius voluntati, q̃ literis obtemperare de
creuimus. Remittimus ergo eum dilectę
paternitati veſtræ: quatinus eum non vt
annuum, ſed vt perpetuum: nec vt tantũ
viuum, ſed (vt etiam ſcripſiſtis) mortuũ
priorem in æternũ poſſideatis. Sic ergo
eum cõmendatum habete: vt nec eum re
diſſe, nec nos eũ remiſiſſe pœniteat. Quã
do ad partes aquitanicas iuimus: ꝑ vos
iter agere propoſuim⁹: ſed propoſitũ no
ſtrum itineris acceleratione, ac tempo=
ris breuitate intermittere coacti ſumus.
Sed pręeunte miſericordia dei: qđ tunc
non potuimus in proximo implere cura
bimus: nec prius parietes domeſticos re
uiſem⁹, quã de mutua in domino pręſen
tia gaudeam⁹. Expectabitis ergo alium
adhuc nunciũ noſtrũ, per quẽ certum ad
vos mandemus aduentum noſtrum.

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola Octaua ad Stephanũ pbr̃m iuriſperitũ, miſſarũ ab eodem literaꝝ, q̄ iproperijs/cõtumelijs/ac minis plene eſſent: reprehenſoria, nihilq; ſe tali via cõſecuturũ, declaratoria.

Petr⁹ humilis Cluniaceñ. abbas. Stephano pbr̄o iuriſperito, Salutem. Longã epiſtolam feciſti, ſed non bene iɳ ea (cũ iuriſperit⁹ appelleris) rethoricam cõſeruaſti. Qd̄ ſi ignoráter, indulgendũ. Si ſciéter, cõtumaciȩ imputandũ. Placandũ nõ exaſperandũ iudicẽ in oratione: artis regulæ pcipiũt. At cõtra literæ quas miſiſti, iproperia ſonãt, cõtumelias redolẽt, minas ſpirãt. Tali ſuadela: nihil vnquã niſi ab inuitis ipetratum eſt. Precib⁹ nõ minis, obſequijs nõ contumelijs: ſolet qd̄ petiẗ impetrari. Nihil igiẗ a nobis tali remedio te cõſequutuꝝ ſperes. Inſipide eni & indocte poraſti, dũ eũ quẽ placare etiã cõmotũ debueras: beniuolũ ante & beneficum irritaſti. Accede ergo magis ad cõtra nos inſurgentes, & aduerſũ nos te nõ minimis ſicut ſcripſiſti p̃mijs inuitãtes, nec pdas ꝓmiſſum ab alijs lucrum: a nobis nõ recepturus niſi qd̄ literȩ promeruerunt, & iuſticia dictauerit reſponſum.

¶ Epitoma Epiſtolȩ.

¶ Epiſtola Nona: ad Petrũ quẽdã ſcholaſticũ, reliquẽdi ſeculi, ſeculariũq; literarum, & amplectendȩ paupertatis euãgelicȩ: exhortatoria.

Dilecto filio ſuo magiſtro Petro. Frater Petr⁹ hũilis abbas Cluniacenſiũ. Oculum videntẽ & aurẽ obedientẽ. Laboranti tibi fili dilectiſſime i ſecularis literaturæ ſcientia & graui hũanoꝝ ſtudioꝝ faſce onuſtato miſert⁹, cũ nullã labori mercedẽ: nullũ oneri tuo leuamen videã: te tẽpus inaniter conſumere ingemiſco. Si eni vere phyloſophanti hic ſolus & certus finis eſt: vbinam vera beatitudo cõſiſtat agnoſcere, & agnitam adipiſci, vt ea adepta de miſero poſſit eſſe beat⁹: nec beatitudo valeat dici, cui boni aliquid deeſt: ſummũ autem bonum beata æternitas eſt: quis dicere audeat eum phyloſophari, qui vniuerſis laboribus ſuis nõ ad æternam beatitudinẽ: ſed ad ȩternã miſeriã tendit? Sudauerunt in huius beatitudinis inquiſitione antiquorũ ingenia, & quod altiſſime reconditũ latebat: velut de occultis terrȩ viſceribus multo conatu eruere contenderunt. Hinc artium adinuẽtiones, hinc multiplices argumẽtationũ perplexiões, hinc ſectaꝝ in inuicem cõpugnantium infinitæ diſſenſiões: quorum aliæ in corporum voluptatib⁹: aliæ in animi virtutibus beatitudinem conſtituebant: aliȩ ſupra hominem quærendã eſſe cenſebant: aliȩ aliud aſſerentes omnibus contraibant. Hos errare, & qd̄ in ſupernis celabatur in imis quȩrere: & mendacij confuſione mortales in terris falli veritas de cœlis intuens: eorum miſeriæ condolẽs, de terra orta eſt: & vt a talibus videri poſſet, ſimilitudine carnis peccati aſſumpta: his & ſimilibus malis laborantibus clamauit: dicẽs. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis: & ego vos reficiam. Tollite iugũ meum ſuper vos. Et quia eos profunda veritatis ignorantia teneri vidit: magiſterij voce aſſumpta ſubiunxit. Diſcite a me: quia mitis ſum & humilis corde & inuenietis requiem animabus veſtris. Et cum in montem conſcendiſſet, aperte non tantũ vbi vera beatitudo inueniẽda eſſet: ſed etiam qualiter ad eã pueniẽdum eſſet edocuit, & omnium beatitudinem inueſtigantium curioſitatem compeſcuit, dicens. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnũ cœlorũ. Ecce ſine Platonicis meditationibus, ſine Achademicorum diſputatiõib⁹, ſine Ariſtotelicis laqueis: ſine Phyloſophoꝝ doctrinis: inuentus eſt locus & via beatitudinis. Sileat ergo humana prȩſumptio: audito diuino magiſterio. Conticeſcat falſitas: quia docet veritas. Deſerat docentis cathedrã homo: qm̃ ad docendũ reſidet deus homo. Beati (ait) pauperes ſpũ: qm̃ ipſorum eſt regnũ cœloꝝ. Quid igiẗ chariſſime ſcholas oberras: qd̄ & doceris & docere cõaris? Quid p milia verboꝝ: qd̄ p multos labores inqris, qd̄ ſimplici ſermõe qd̄ paruo labore, ſi volueris aſſeq poteris? Quid iani ſtudio cũ comedis recitas, cũ tragȩdis dploras, cũ metri

Margin notes: Btítudo finis eſt philoſophiȩ. — Mat. xj. — De paupertate ſpũs Mat. v.

deludis,cũ poetę fallis:cũ philoſophis falleris?
Quid iam non philoſophiæ,ſed quod pace
tua dictum ſit,tantam ſtultitiæ operam im-
pendis.Stultitiæ(inquam) Nam & hoc veri
j.Corin.j. Philoſophi dictum eſt. Nonne ſtultam fecit
Deus ſapientiam mundi? Curre ergo fili mi
ad propoſitam tibi a cœleſti magiſtro, totius
philoſophię vnicum fructum:regni cœlorum
beatitudinem,quã adipiſci non poteris niſi p
veram ſpiritus paupertatem. Verus enim(vt
ſupra dixi)magiſter totius mundi ſcholę præ
ſidens,& cathedras falſa docentium euertẽs:
pauperem ſpiritu dixit eẽ beatum, quoniam
ei eſſet ſumma beatitudo repoſita:hoc eſt re-
gnum cœlorum. Aggredere viam pauperta-
tis:qua itur ad beatitudinem regni cœleſtis.
Viam(inquam)aggredere paupertatis, non
tantum corporeæ quantum ſpiritualis, non
tantum rerum quantum humilitatis: nõ tan
tum carnis quantum mentis Eris tunc verus
philoſophus Chriſti:cum in te ſtultam fecerit
ipſe, ſapientiam mundi. Nam ſi ſecundum
eundem Apoſtolum voluens eſſe ſapiẽs:ſtul-
tus eſto vt ſis ſapiens,neq; te logicæ garrulita
tem, phyſicæ curioſitatem, vel aliud quilibet
ſcire glorieris: niſi Chriſtum Ieſum & hunc
Lucę.xv. crucifixum. Q; ſi ipſo donante eſſe merueris:
erit de te gaudium angelis dei:qui gaudent ſu
per vno peccatore pœnitentiam agente, erit
& ſanctis hominibus multa lætitia quia dũ
j.Cor.xij. gaudet vnum membrum:congaudent om̃ia
membra. Erit & mihi ſuper omnia iocundi-
Alſ.+ ex- tas:qui te quaſi vnicum filium + ſuſcipiam,
cipiam. lacte pietatis alam,gremio amoris cõfouebo,
inter Chriſti paruulos educabo, inter tyronũ
multitudinem armis cœleſtibus armabo, &
ad ſpiritualem militiam quãtum licuerit ani-
mabo:tecumq; pariter contra hoſtem pugna-
bo. Aderit ſupernũ auxilium:vt in caſtris cœ-
leſtibus pariter militantes hoſtem vincam9,
vincentes coronemur:& veraciter philoſophã
tes,ad philoſophiæ debitum finem: beatam
æternitatem ſcilicet pertingamus.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola decima ad quem ſupra, præfatæ
exhortationis continuatiua. virtutemq; diui-
nam eſſe inuocandam , ac vires exerendas
ad quęlibet ſaluti obuiantia exuperanda:ſua-
ſoria & monitoria.

PRECORDIALI filio, Magiſtro
Petro, Frater Petrus Humilis Clu-
niacenſium Abbas: Amorem verę
ſapientiæ. Si verborum multitudi-
ne,quod de te cupio aſſequi me poſſe ſpera-
rem:multis chartulas verbis,iplere ſatagerẽ. j.Co.iiij.
Sed quia regnum Dei ad quod te inuito non
eſt in ſermone,ſed in virtute: virtus tibi diui-
na eſt inuocanda,virtus animi exerenda: vt
quęlibet tibi ad ſalutem obſtantia forti anni-
ſu animi exuperes,& nõ per latam & ſpatio-
ſam viam,quæ ducit ad mortem.ſed per an- Mat.vij.
guſtam quæ ducit ad vitam:tibi eſſe gradien
dum agnoſcas. Quæ arcta incipienti, paula-
tim proficiẽti dilatabitur:vt timori amore ſuc-
cedẽte,quod modo forte deſperas fieri poſſe:
te magis animo,q̃ voce cantantem audiam.
Viam mandatorum tuorum cucurri:cum di- Pſalm̃.
lataſti cor meum. Viriliter ergo age,& confor- cxviij.
tetur cor tuum:nec molleſcat oblectatione re-
rum cito periturarum, cui promittitur omni-
moda iocunditas æternorum. Hoc interim
commonitorium fili mihi multum in Chri-
ſto chariſſime. tecum habe:& me non fruſtra
hæc monuiſſe,q̃ cito veniendo oſtende.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola vndecima ad Papam Innocenti-
um pro Aurelianenſib9. vt Heliæ cuiuſdam
in Epiſcopum electionem confirmare digne-
tur:deprecatoria.

SVMMO pontifici, & noſtro
ſpeciali patri, Domino Papæ
Innocentio, Frater Petrus Hu-
milis Cluniacenſium Abbas:
Salutem & obedientiam. Su-
perfluum quidem eſt,patrem pro filijs,paſto-
rem pro ouibus:Petrum pro Eccleſia depre-
cari.Sed quoniam ſæpe ab alijs libenter ani-
mus audit:quæ etiam per ſe facere concupi-
ſcit,atq; ad ea quæ iam facere delectaẽ:quan-
doq; magis alioꝝ ſuggeſtionibus prouocatur.
idcirco ego ſublimitatis veſtræ,& ſi humilis,
tamen deuotus filius: pro Aurelianenſi Ec-
cleſia paternam pietatem conuenio. Rogo,
vt amore Crucis Chriſti,cuius nomine & ve-
xillo eadem Eccleſia ſingulariter gloriatur:
eius calamitatibus ſubuenire dignemini. vt ij.Corin.j.
quæ paſſionibus Chriſti per patientiam ſe-
cundum Apoſtolum communicans:duris &
diutinis tribulationibus fatigatur: veſtra pia
iam tandem prouiſione releuetur. Videtur
inſuper hoc iam ſuperna diſpoſitio velle, quę
corda cleri & populi exitiabiliter(vt noſtis) ha
ctenus diuiſi:vt audiuimus ſic inſperata com-
mutatione vniuit:vt nec in tãta multitudine
reperiaẽ, qui non integro corde dñi Heliæ ve
nerabilis Abbatꝭ ſancti Sulpitij,viri equidem
religioſi:prudẽtis & literati electionẽ voluerit,
laudauerit:cõfirmauerit. Quũ igiẽ longus eſſe

refugio:conſulo pariter & deprecor: vt tantis
tantæ Eccleſiæ infortunijs finem celerem
imponatis:& quod a Deo factum videtur,
vos Dei vicarius in iſto confirmetis. Sentiant
ſi placet, ſibi apud vos prodeſſe preces humi
litatis meæ, & locum quem apud gratiam ve
ſtram me habere ſuſpicantur: vtrum ſic ſe
habeat laudãdi operis effectu monſtrate.

ℭ Epitoma Epiſtolæ.

ℭ Epiſtola duodecima ad Guilelmum Ebre
dunenſem Archiepiſcopum, de colloquio atq;
viſione pontificis denegatis conqueſtoria. &
vt ſuæ præſentiæ exhibitione expiet Epiſco
pus delictum: exhortatoria.

VENERABILI & dilecto no
ſtro, domno Guilelmo Ebredunẽ
ſi Archiepiſcopo, Frater Petr⁹ hu
milis Cluniacenſium Abbas: Salu
tem. Si querela locum inter ami
cos habere poſſet: non ſatis conqueri poſſem
de amico, a quo non dico munus aliquod ma
ximum: ſed ipſum mihi colloquium, ipſa eſt
viſio denegata. Q; ſi hæc merces amicitiæ
eſt: ferendum patienter eſt. Aut ſi forte mo
nachilis humilitas ſublimitati pontificali vilu
it, non ſecundum gradus diuerſos mirum ẽ:
ſed ſecundum amicitiæ priuilegium magnũ
miraculum eſt. Neq; enim verus amor hono
rum ſentit viciſſitudinem: qui in omni caſu
um permutatione, integram ſemper nouit
amico ſeruare fidẽ. Igitur ſi huic noſtræ que
rimoniæ, vobis honeſtum, nobis vtilem vul
tis finem imponere, quod prius neglexiſtis:
nunc ſaltem implere curate. Venite ergo ad
nos cum præſenti nuncio: vt per iſtum expie
tis quicquid ante deliquiſtis, & quem verbis ꝓ
miſiſtis: re amicum oſtendatis.

ℭ Epitoma Epiſtolæ.

ℭ Epiſtola tredecima ad virum Dei Odo
nem, olim Abbatem Beluacenſem: impri
mis diuturni ſilentij excuſatoria. deinde ami
co petenti, vt ſcribatur aduerſus mundi ama
tores, prauos vtiq; ſui illuſores: poſt commen
datum eiuſdem amici in cœleſtib⁹ ſtudium,
terrenorumq; contemptum: vt potius ipſe cõ
tra huiuſmodi ſtylum acuat: exhortatoria.

CHARISSIMO Fratri Odo
ni, Frater Petrus Humilis Clu
niacenſium Abbas: Salutem.
Deo gratias. Deſideriũ paupe Pſal.ix.
rum exaudiuit dominus: præpa
rationem cordis eorum audiuit auris eius.
Optaueram diu, & multum optaueram: qua
libet occaſione ſumpta charitati tuæ mi dile
ctiſſime ſcribere: vt affectus meus, q ſe tibi lo
corũ remotione prohibente manifeſtare viua
voce non poterat: literarum ſaltem mortuis
figuris inſinuaret. Sed duro Aegyptiorum im
perio vrgente, qui manus meas magis in co
phino ſeruire, q̃ ſcribendi ſtudio vacare docue
runt. qui luteis operibus eas inquinari, nõ dei
ſacrificijs mundari, huc uſq; coegerunt: nõ po
tui quod volui: eaq; de cauſa hactenus conti
cui. Vnde ei nihil dicere per multum tempus
coactus ſum, cui ſi ſemper loquerer: mutus ta
men mihi viderer. Ea eſt cauſa, quod non(vt
ſcribit eruditio tua, alijs alia accipientibus: tu
ſolus a me reportaſti ſilentium: quia omnib⁹
verbis & ſchędulis cariorem tibi ſeruaui affe
ctum. Qui quoniam diu tacuit: non incuria
(vt dictum eſt, ſed violentia fuit. Sed ſufflauit
vis ſpirit⁹ tui emortuos cineres pectoris mei,
& ignes diu conſopitos afflatu ſuo recaleſcere
fecit: dum deſideratam dilecti epiſtolam de
ſideranti: ſed non ſuſpicanti tranſmiſit. Accẽ
ſus eſt, ea perlecta animus meus: & ſubito in
inuiſibiles flammas excuſſo torpore exarſit:
quas quidem vtcunq; concipere: ſed quas nul
lis indicijs ad plenum valeam explicare. Irru
erat forte eo tempore, quo literas illas acce
pi, grando negociorum: & exactores mei acri⁹
ſolito debita repoſcebant, itaq; varijs expoſtu
lationibus vrgebant: vt totum me ſibi ſuo ar
bitrio vendicantes, nihil mihi de me ipſo re
liquiſſe viderentur. Cunq; in his conſtitutus,
dilectionis tuæ vt dixi) literas ſuſcepiſſem. du
bius fateor hæſi, & vtrum tibi reſpondere: an
exactoribus primo deberem ſatiſfacere: qua
dam aliquandiu in certitudine fluctuaui. Vi
cit ad vltimum ratio: & nulli me magis q̃ tibi
Charitatis debito debitorem conſulta proti
nus indicauit. Adiuncta eſt rationi Apoſtoli
ca vox: & qualiter debitoribus reddere debita
debeamus, oſtendit. Quæ licet, cui tributum Rom.xiij
tributum, cui vectigal vectigal, cui honorem
honorem, reddi præcipiat: cum tamen dicit.
Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem Nota de
diligatis: docet omnibus debitis præpondera charitate
re debitum charitatis Q; ſi præponderat: pri
mo ſoluendum eſſe declarat. Primo igitur ti
bi reſpondere, primo maius debitum ſoluere:
primo ſcribenti charitati morem me gerere
oportebat. Sed quid dicam? Quid loquar? Cu
pio reſpondere literis tuis: & ecce miro modo
agitur. quia vnde me ad loquendum prouo
cãt: inde magis mihi ſilentiũ important. Nã quo
ties frater chariſſime eas lego, toties beatę aig

tuæ faciem velut in clariſſimo ſpeculo intue-
or: & quid animi in tranſeuntibus, quid ſtu-
dij in æternis geras: omni clarius luce cōſpicio.
Video te, velut de ſublimi ſpecula Sion: quid
in inferioribus Hierico geratur deſpicere: &
mundana omnia faſtidientem, de craſſo/ ac
fumoſo noſtro aere i auras Ethereis liberas eua
ſiſſe. Cerno non quidem completum: ſed iam
tamq; complendum eſſe in te: qđ Apoſtolus
j.Cor.vj. ait. Neſcitis quoniam angelos iudicabimus?
quāto magis ſecularia. Et item. Sancti de hoc
mundo iudicabunt. Quoniam his tñ merito
de mundo iudicare datum eſt: qui extra mun
dum ſūt, qui pedē de ei⁹ muſcipula ſubduxe-
runt: qui gratulando cantare poſſunt, cum ꝓ-
pheta. Laqueus contritus eſt: & nos liberati ſu
ps.cxxiij. mus. De quib⁹ Saluator. De mūdo non ſunt:
Ioā.xvij. (inquit) ſicut & ego nō ſum de mundo. Quid
plane aliud de te innuunt literæ illæ? Quid
illuſores & illudentes? Quid illiterati peſſimi:
& literati peiores? Quid beſtia de abyſſo aſcen
dēs? Quid tota ſeries literarum aliud indicat,
Coloſ.iij. q̄ te ea quæ ſurſum ſunt ſapere: non quæ ſuper
Pſalm. terram? At ego adhuc ſuper flumina Babylo-
cxxxvj. nis ſedens/ & flens, qui in ſalicibus infructuo-
ſis ſuſpendi organa: quomodo cantabo Canti
cum domini in terra aliena? Illud in te chariſ-
ſime, hoc in me dum intueor: perpendo, con-
ſidero: verba (vt dixi) adimit, ſilentium indi-
cit. Nec de alijs iudicare audeo: quia non cum
iudicibus ſolium ſublimeo: ſed cum reis ſuppli-
cium formido. Nec illam in alios ferre ſenten
tiā volo, quā ipſe euadere quæro, ne ſim de il-
lis. de quibus Apoſtolus: in quo (ait) alium iudi
Roma.ij. cas, teipſum condemnas. Sed tu mi dilectiſſi-
me, qui non, vt illi de quibus ſcribis, praui illu-
ſores ſibijpſis ſed mundo & eius principi, ve
lut aui illuſiſti: qui beſtiam de abyſſo aſcen-
dentem euaſiſti: qui eius dentes orbem con-
terentes contriuiſti: colla cōculcaſti: cornua cō
fregiſti. tu/ inquam / libere de his loqui, tu ſecu-
re diſputare, tu ſubtiliter inueſtigare, inueſtiga
ta inuenire: & inuenta poteris diffinire. In te
igitur quæ in me transfudiſti, refundo, vice
mea te fungi præcipio, ſtylum quem occupa-
Pulchrū to ingerebas: ocioſo remitto, quoniam rectius
dictum. latices a largiſſimis fontibus: quam ab exuſtis
rupibus expectantur. melius ſyderum fulgo-
rem incolumes, quam lippientes oculi cōtem
plantur: longe ſimilius intuentium ſpecies in
aqua pacata, quam turbata formāt. Aperi er
go labia, repleat os tuum laude: & dic q̄ mihi
dicenda ꝓponebas. vt qa amore quietis & ſilē
tij ſpūalis hęc fructū ex te ad p̄ſens ꝑdim⁹: Ra-
chelis in te ſingulari pulchritudine oblecte-
mur. Debet is labor valde tibi eſſe iocundus,
nec a tā fructuoſo ope aliquaten⁹ corpus ceſſa
re: vt dum mens diuina meditando, manus
ſcribendo, oculi legendo, lingua loquendo, to-
tus homo interior, atq; exterior cooperando
laborat: holocauſtum medullatum deo offe-
ras, vt qui te totum ſeculo ſubduxiſti: integrū
te ſacrificium deo impendas. Memento/ & a-
micorum in his beatis laboribus, & maxime
in ſacris orationibus. quia non debent fruſtra
ri oratione pia: qui tibi iunguntur dilectione
ſancta.

¶Epitoma Epiſtolæ.

¶Epiſtola decimaquarta/ ad domnum The-
otardum ſuum in Chriſto familiariſſimum,
charitatis pondere ad amici memoriam ſem
per Abbatem trahi: pulchre declaratoria. vtq;
ſibi vices rependat amicus: deprecatoria.

DILECTO Fratri Theotardo,
Frater Petrus Humilis Cluniacē-
ſium Abbas: Salutem. Quid eſt? Ioan.x.
vt voce Iudæorum vtar, quouſq;
aiam nr̄am tollis? q̄ diu renitentē
trahis? quouſq; me tenaci cathena circumagis? De chari-
O q̄ graue dilectiōis vinculū, a quo nec re⁹ ſol- tate.
uit: nec innocens expeditur. Fortius hoc om- Cant.viij
ni ære, grauius omni pondere: quia fortis eſt,
vt mors dilectio: dura ſicut inferus æmulatio.
hac compede vinctus teneor, hoc pōdere preſ
ſus aggrauor: hac cathena quocūq; pergo, vin-
cior. Fert iſta animus nunq tui immemor, &
cum ſemper regiones regionibus, prouincias
prouincijs commutet: te ſolum nunq̄ mutare:
nunq̄ a ſe repellere valet. Quare hoc? Nunq̄d
a te ducatus? Nunquid regna? Nunquid mū-
di gloriam? Nunquid montes (vt dicitur) au-
reos preſtolatur? Non hoc chariſſime, nō hoc:
non hoc certe a te amicus animus expectat.
Quid igitur? Noſti ipſe. Quid loquēdo fatiga
rer? tibi te ipſum remitto. Tu eſto inuentor: iu-
dex & cognitor horum. Et vt aliquid dicam, ꝓ
care illum pro me: quē pro poſſe veneror, & di
ligo in te. Quē licet meditet̄ mēs mea, licet lo-
quat̄ ligua mea: lōge tñ ab eo deuiat vita mea
Redde ergo vicem amico, vt qui nec inter ſe-
uos labores tui obliuiſcitur: in ſuaui, qđ mul-
to facilius eſt, requie tua: conſtanti ſemper
memoria teneatur. Hæc breuiter ſcripto præ-
miſi, dicturus ipſe deo volenti in ꝓximo: quę
prætermiſi.

¶Epitoma Epiſtolæ.

¶Epiſtola decimaquinta/ ad domnam Ade
lam Comitiſſam Marciniaci monachā, quę-

rulosa ſuper morte regis Angliæ. vbi & quando de ſeculo migrauerit, & quo corpꝰ eiuſdem delatum fuerit: explicatiua.

VENERABILI & Chariſſimæ ſorori noſtræ, dominæ Adelæ, Frater Petrus Humilis Abbas Clunieſium: Salutem, & omnem a domino benedictionem. Quoniam de obitu ſuper dilecti noſtri domini regis Anglorum, nihil adhuc dilectioni veſtræ mandauimus: cauſa hæc fuit, quoniam & multus mœror, quo nondum nos expedire poſſumꝰ, hoc prohibuit & tantæ calamitatis nos primos relatores eſſe: non immerito piguit. Verum: quaſi quid ſcimus, vos ſcire placuit. noueritis nihil nos aliud adhuc noſcere potuiſſe, q̄ per octo dies in quadam villa iuxta Rothomagum, lecto eum decubuiſſe: dominum Rothomagenſem Archiepiſcopum ei aſſidue adhæſiſſe. Munitum ab eo omnibus Eccleſiaſticis ſacramentis, in optima pœnitentia, & fideli confeſſione quarto Nonas Decembris de ſeculo migraſſe. Corpus eius ſicut diſpoſuerat Rothomagum delatum. & inde a Rotberto Comite filio ſuo apud Radingas tumulandū: Angliam verſus deportatum eſt. Normannia tota ciuilibꝰ, & externis iam bellis fremit. De ſtatu regni Tranſmarini: nihil adhuc certi audiuimus. Nam qui nobis hæc retulerūt: citiſſime a Normannia aufugerunt. Miſimus tamen tam curſores duos. vnum domino Rothomagenſi: alium domino Vvintonienſi, qui feſtinanter quicquid de eis & ab eis cognouerint: nobis in proximo renunciēt. Pro regis defuncti æterna ſalute tanta conſtituimus: quanta nunq̄ Cluniaci pro alio conſtituta ſunt. Quid vos pro eo agere debeatis: ſuperfluum eſt (vt nobis videtur) mandare.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

Epiſtola decimaſextaiad Pōtium religioſum conſobrinum ſuum. de Clandeſtino eiuſdem diſceſſu, quem nec excuſare poſſe ſcribuntur loca ſacra ad quæ fugerat, expoſtulatoria. vtq; ad priſtinum locum redeat: exhortatoria.

CHARISSIMO in Chriſto fratri & Germano Pontio, Frater Petrus Humilis Cluniacenſium Abbas: Salutem, quam ſibi. Conquerens me tui oblitum, germanitatis immemorem, nihil tibi ex multo tempore tam ſcripſiſſe: & maieſtatem meā humilitatem tuam contemptui habuiſſe. At ego ſilentij mei ita iuſtiſſimas cauſas reputo, vt vix culpam effugiam: ſi vel nunc loqui tentauero. Vt enim taceā, quæ optime noſti: mundi tumultus, rerum occupationes, cauſarū implicationes, quibus me cathenis ſæpe conſtrictum vidiſti: & gemuiſti: quæ ſatis a ſcribēdo excuſare me poſſūt: illud modo tm̄ in lite verſetur, q̄ frater ex deo, q̄ germanus ex carne, q̄ intimus ex affectu: a me vt perfuga receſſiſti, vt doloſus euaſiſti, vt fur matutinꝰ, ne dicam nocturnus. me contēpto, inuiſo: inſalutato fugiſti. Fuerat cohabitatio tua mecū fore decēnalis: quo toto tp̄e quāta inter nos de diuinis collata, quā ferueš de ſpiritualibꝰ ſermo, quā frequens de pręſentium cōtēptu collatio, qualis de æternorum appetitu cohortatio fuerit: & ipſe noſti, & ego non in toto oblitus ſum. Efferbuerat inter nos eo ardore feruor charitatis, vt qui te ſolo impulſu naturæ cœperam diligere: iam non te noſſem niſi ex deo, & in deo amare. Erat mihi ad te recurſus ab humanis: & a marinis fluctibus, in te velut in portu tutiſſimo quieſcebam: & ruinam mundi aſſidue minitantem: quaſi hoſtis mei interitum prophetātem lętus Audiebam. Miſerias tam meas q̄ aliorum deplorantem, & parce deus, inclamātem: hylaris & aggaudens auſcultabam, & non inani vanitate: ſed deuota charitate eadem inclamabam. Erat turris in qua manebas mihi turris fortitudinis a facie inimici. de qua in hoſtium ora frequenter ſpicula iaculabamur: & nos ipſos ab eorum iaculis valli noſtri munimine tutabamur. Hæc & multa his ſimilia rerum ſpiritualium inſtrumenta: qui contempſit, qui abiecit, qui calcauit: fidei deſertor, amicorum proditor, naturæ contēptor: nunquid literis meis dignus eſt? Nunquid epiſtola mea recreandus eſt? Nunquid nuncio meo viſitandus eſt? Eſt, eſt, meo iudicio graui pœna dignus: & omni venia indignus. Sed admiſcenda eſt iudicio miſericordia: & ſic demum danda indulgentia, ſi is qui a nobis contēptor exiit: ſatiſfacturus redierit. Laudo quidem in te amorem precioſorum martyrum Chriſti: ad quorum adoranda ſepulcra fugiſti: quæ ego & ſi corpore abſens, tamen ſpiritu præſens toto mentis affectu, colo, ſuſcipio, adoro: ſed eam Charitatem ſpernere non debuiſti: pro qua conſeruanda magni illi teſtes dei, pręfulgida ſydera cœli corpora tradiderūt: ſanguinem effuderunt, vitam ipſam creatori omnium impenderunt. Non debuiſti inquā, viuēs pdere: qđ illi nec mortui pdiderunt. Ne ergo vltra ſcribas mihi: dilige boni.

Nota charitas nūq̄ relinquēda, pręter xtū cuiuſcūq; opis

diligentem te, ſed ſcribe: dilige contemnen-
tem te,& ama deſerentem:& ſequere fugien
tem. Scripſiſti etiam mihi de tunica trãſmittẽ
da. Ego ne illi tunicam mittam, qui me non
indiget, qui ſibi ſufficit: qui ſecundum Apo-
i.Cor.iiij. ſtolum iam diues fact⁹ eſt,& ſine me regnat?
Cur exigit veſtem meam: qui deſeruit tectum
meum? An illa iniuria merebitur præmium:
cui extremum debetur ſupplicium? Hic, hic
plane exclamandum eſſet, parce De⁹: vbi ma
xime lęditur iuſtitia eius. Sed mittã, mittã tuni-
cam, ne imputetur auaritiæ: ſi lex ſeruetur iu-
ſtitiæ. Eam tamen volo interponi legem,
vt ea ſuſcepta, aut domum (vt dixi) redeas:
aut nullam vltra tunicam a me, vel pallium
quæras. Et vt me in vltimo non ludo, ſed ſe-
rio loquentem audias: hortor plane vt rede-
as. quia nunq̃ contraria contrariis: ſed ſemper
ſimilia ſimilibus conueniũt. Monachum mo
nachis, clericum clericis, laicum laicis cohabi-
tare: nec ordines proprios confundere decet.
Horatius ne forte iuxta poetam humano capiti ceruı-
cem pictor equinam iungere videaris: & mu-
lierem formoſam ſuperne in atrum piſcem
deſinere cogas. Nec ego ſacros Eccleſiæ ordi-
nes, quos vnum vera fides, & ſincera charitas
facit, ſibi contrarios dico: ſed propter veſtium,
ciborum, cõſuetudinum, varietatem in eadẽ
domo ſibi non cõgruere iudico. Audio etiam
Apoſtolum dicentem. In qua vocatione vo-
i.Cor.vij. catus es: in ea & permane. De orationibus do
mini mei tantis, totq; ſanctis martyribus p
me a tua charitate exhibitis: gratias plurimas
ago. & vt q̃diu ibi fuerit, & ſemper fiat: ſupplex
magis corde q̃ voce imploro.

¶Epitoma Epiſtolæ.

¶Epiſtola decimaſeptima ad Papam Inno-
centium, imprimis ſacrilegę quorundam in-
nocentium necis, atq; multo amplius homici
darum impunitatis: deploratoria. Deinde cõ
firmationis ſententiæ a prelatis Gallię in hu
iuſmodi homicidas prolatæ: deprecatoria.
Deniq; Rothomagenſis Archiepiſcopi com-
mendaticia.

SVmmo pontifici, & noſtro ſpe-
ciali patri, domino Papæ In-
nocentio, Frater Petrus humi-
lis Cluniacenſium Abbas: fide
lem obedientiam. Execrabile
facinus, puniẽdum flagitium, inauditum no-
ſtris ſeculis ſcelus: de nece eorum, qui pro iuſti-
tia vſq; ad ſanguinem reſtiterunt: ad aures
pietatis veſtre credimus perueniſſe. Dolẽdũ
quidem de morte eorum, quos ſacrilega ho-
micidarum crudelitas innocentes peremit:
ſed multo magis dolendum, quod condignã
impietatis ſuæ pœnam: nec dum illa pluſq̃
belluina credulitas inuenit. Ecce enim quia cõ
ſpectu hominum iam periſſe debuerãt: cruen
tis mentibus, & adhuc ſanguinem diſtillanti-
bus manib⁹ de impunitate ſibi blandiuntur:
& quaſi de bello triumphum reportauerit, vn
de confundi debuerant: gloriantur. Quorum
impunitas arma cæteris miniſtrat furoris: vt
ſicut poſt Aurelianẽſem ſubdecanum ad don
num Thomam Pariſienſem: quia prior inul
tus remanſerat, perſecutorum gladius ſe con-
uertit: ita etiam poſt hunc ad alios tranſeat: &
pari ſententia clericos canonicos, monachoſ-
q; inuoluat. Quoniam igitur regalis gladius
in tales nimium obtuſus eſt, rogamus & om-
nes legem dei zelantes nobiſcum deprecan-
tur: vt epiſcopalis, immo ſpiritualis gladius,
quod eſt verbum Dei ſecundum Apoſtolum ij.Timo.ij.
non ſit alligatum, vt eo percuſſi moriant̃ pec
cato: viuant autem Deo. Hac de cauſa nuper
in partib⁹ noſtris: Archiepiſcoporum, Epiſco-
porum, Abbatum: ac multorum religioſorum
& ſapientum perſonæ congregatæ ſunt: & cõ
ſilio habito in huiuſmodi ſacrilegos ſeuerita-
tis ſententiam protulerunt. Confirmet ergo,
ſi placet, Apoſtolica auctoritas, qđ ab eis bene
actum eſt: ſuppleat ſi quid min⁹ ſeuere decre-
tum eſt, vt & impii debita vltione puniãtur:
& ab eorum imitatione cæteri deterreantur.
De cætero quam reuerendæ vitæ ſit, quamq;
fidelis Apoſtolatui veſtro domnus Rothoma
genſis Archiepiſcopus fuerit, quantumq; pro
pace veſtra laborauerit: non eſt neceſſe vos in-
ſtrui, quem plene de his omnibus inſtructum
credimus. Supplicamus igitur paternitati ve-
ſtræ: vt ita paci ei⁹ & iuſtitiæ prouideatis: qua-
tinus & deo poſſit reddere quod dei eſt, & Cę
ſari quod Cæſaris ẽ, vt ſi fieri poteſt, & diuinæ
cenſurę non diſpliceat: & maieſtatem regiam
non offendat.

¶Epitoma Epiſtolæ.

¶Epiſtola decimaoctaua ad Atonem Epiſ-
copum Trecenſem, dilationis aduentus dicti
Epiſcopi in Cluniacum conqueſtoria. vtq; cer-
tum temp⁹ quo venturus ſit deſignet: ſuppli-
catoria.

CVM dulcedine recolendo, cum
honore nominando: domino,
& patri Atoni Trecenſium Epiſ
copo, Frater Petrus Cluniacenſi-
um Humilis Abbas. Se ipſum
totum. Ad partes Aruernicas tenaci negocio-

rum vnico paſchalibus adhuc ferijs inſtãtibus
tractus, nuncium beatitudinis veſtræ, quem
Cluniaco direxiſtis: Siluiniaci multis iam die-
bus me ſuſtinẽtem inueni. A quo cum literas
lætus ſuſcepiſſem, & in eis me de aduentu
veſtro, ſicut condixeramus certificari ſpera-
rem: ſubito p ſpe deſperatio, pro gaudio mœ-
ſticia exorta eſt: cum eum cui mox occurrere fe-
ſtinabam, & quem iam ad fores meas pulſa-
re credebam: nec dum ſuæ domus limina ex-
ceſſiſſe cognoui. Cunq; excuſationibus ſubſe-
quentibus animi mei moleſtiam, vtcunq; leni-
re ſtuderem: diu conatus non potui. quia inſuf-
ficientes, vt ſaluo amore veſtro iraſci liceat: ad
omnia inueni. Quid enim? Et ſi vt literæ ſan-
ctitatis veſtræ ſonant præcepto domini papę
communis collecta facta ē: ſi nulli parcere po-
tuit cura exactoris: ſi propter aridiſſimam re-
ceptorum exiguitatem, in ortum deſcenſum
eſt: ſi proprij fructus comeſti, hoc eſt, de pro-
prio qđ deerat ærario ſuppletum: nũquid his
exactis via excluſa eſt? Aut nuſq̃ poſtea iter pa-
tuit? An quoq̃ progrediẽdi, nulla deinceps fa-
cultas fuit? An omni itinere frequentato, ſolũ
Cluniacenſe iter inuiſum: & velut Barbaricis
gladijs cruentum, fugiendum viſum eſt? Ita
plane, ita hoc iter mihi vitare videmini: ac ſi
venienti latro iugulo immineat, leo inſidians
ſecus viam lateat: flammiuomo hyatu draco
prædam, iamiamq; raptur[9] inſiſtat. Sed eſto-
te, eſtote inquam ſecurus: nec latro timend[9],
nec leo metuendus: nec draco deo, meq; comi-
tante formidandus eſt. Sed quid rurſum per-
ſuadere conor? Quid iterum exhortari moli-
or? Quid demum meam fruſtra operam inſu-
mere nitor? Spes mea quæ me ſæpenumero
fefellit: ne ſperare totiens negata debeam, ve-
hementer cogit. Sed tamen charitatis quę ne-
ſcit extingui ardore denuo ſuſcitata, adhuc cla-
mare non deſinit. & quouſq; optata conſequa-
tur: requieſcere neſcit. Clamoribus igitur con-
tinuis ad oſtium amici inſtare deliberat: vt ſi
non eo qđ amicus eius eſt, propter improbita-
Lucæ. xi. tem tamen eius ſurgat: & det ei quotquot ha-
bet neceſſarios. Vnde multo vehementius q̃
ante inſtiterat, inſtat. & vt certum aduẽtus ve-
ſtri tempus deſignetis: ſummopere precatur.
Expectat enim vos veſtra Cluniacus, quę nul-
latenus plene lętabitur: q̃ pſentibus & ſpiritua-
libus veſtris benedictionibus repleatur. Eſſe
noſtrum ſuper quo amicitiam veſtram ſollici-
tari cognoui, proſperum eſſe ſciatis. tuncq; ni-
hil cumulo gaudiorum deeſſe: cum dei gratia
largiente, vos nobiſcum contigerit adeſſe.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola decimanona ad dulcianum mon-
tis Peſſulani iuriſperitum: poſt explicatũ amo-
ris affectum ex moritis gratijs & bñficijs eiuſ-
dem dulciani profluentem: ſi non ſui, ſaltem
alterius ex filijs, donationis Chriſto in Clunia-
cenſium Eccleſia poſtulatoria.

CHariſſimo & iam ſpeciali amico
noſtro Dulciano, Frater Petrus
humilis Cluniacenſium Abbas:
Salutem. Quantum amoris af-
fectum erga vos, & olim, & nup
maxime corde conceperim: vtinam opere pa-
rere poſſem. Agnoſceret profecto veſtra pru-
dentia qđ ignorat. & meritis ſuis ſe qualem-
cunq; amicum emiſſe: ipſo rerum experimen-
to probaret. Quem enim non emerent tanta
precia meritorum, tot chariſmata gratiarum:
totiens nobis & noſtris impenſa congeries be-
neficiorum? Quem inquam non ad dilectio-
nem veſtri allicerent, immo compellerẽt: pru-
dentia humilis, humilitas ſublimis, ſcientia
cauta, dulcedo compta, egregij mores, lingua
pollita: vita limata? Hęc certe quæ omnes tra-
here debent, me quoq; iuſtitiæ inſtrumẽta tra-
xerunt: vt veſtri memoriam in pectoris mei
arcano altiſſime recondam: nec eam quolibet
caſu ab intimis meis auelli permittam. Ea de
cauſa, & vos ipſum mihi quandoq; in Chriſto
vniri opto, vt de illorum numero eſſe poſſi-
tis: quos iuxta Prophetam. Deus inhabitare Pſal. lxvij
facit vnanimes in domo. Q; ſi iſtud ad præ-
ſens vos forte differre plurima impedimenta
coegerint: hoc ſaltem mihi poſcenti animus
amicus non neget. vt ſi non vos, tamen alte-
rum veſtrũ: hoc ē vnũ de filijs, deo a quo eum
accepit: non tam donet, q̃ reconſignet. Si hoc
donum per manum meam Cluniacenſi Ec-
cleſiæ feceritis: erit ille mihi in filium, voſq; p
eum vt confido: promerebimini patrem habe-
re deum. Sup hoc quid ſitis actur[9] nuncio vel
literis ſuſpenſum certificate.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola viceſima, ad ſeruum dei Giſleber-
tum Syluanertis incluſum imprimis poſt hu-
milem excuſationẽ ſcribendi, cellæ & ſolitarię
vitæ commendatoria: in qua videlicet cella
velut in ſepulcro iacens, mortuus ſit mundo:
cui etiam mortuus eſſe debeat Chriſtus, & eius
paſſio. Deinde difficultatis tentationum, &
periculorũ hmői vitæ ſolitariæ, cõmonitoria.
inſup poſt continentiã præſuppoſitã, pauperta-
tis & humilitatis Chriſti pſuaſiua: quib[9] adiun

gatur oratio meditatione & lectione quaſi pe
diſſequis comitata. ſubinde opus manuum,
prout exigit loci & perſonæ conditio. maxime
tamen diuinis intendatur officijs. Præterea,
vt in ieiunijs, vigilijs: & cæteris id gen⁹ carnis
mortificationibus, diſcretionis moderamem
ſeruetur: linguæ quoq; cuſtodia adhibeatur:
exhortatoria. Poſtremo autē, vt tota p̄ſertim
animi virtute, ad charitatem dei & proximi.
per quam p̄dicta om̄ia & deo grata, & homi-
ni facilia eſſe poſſint, laboretur: incitatoria.

DIlectiſſimo, atq; in Chriſti viſcerib⁹
ſpecialiter amplectendo, fratri Giſ
leberto, Frater Petrus humilis Clu-
niacenſium Abbas: ꝑ anguſtia cel-
læ, latitudinē cœli. Suſcepi literas dilectionis
tuæ chariſſime frater, Sabbato ſancto dn̄icæ
ſepulturæ, & eas quia pri⁹ nō potui: altari aſſi
dēs iā officijs inchoatis plegi. Nec pœnituit ta-
li eas loco & tempore me legiſſe: cum earū le-
ctionē multum mihi ſenſerim ꝓfuiſſe. Nā in-
cluſionis & ſolitudinis tuę recordatus, me mū
do expoſitum medullit⁹ ingemui: & te ei mo-
rientē, ne dicam mortuum, gratulans intelle-
xi. Gauiſus ſum, & de ſalute tua nō mediocri-
ter te eſſe ſollicitum: & mei nō fuiſſe oblitum.
Exultaui in domino: nouellam plātationem
ſpem fructus ſequentis teſtinatis iam floribus
anteferre, cui & ſi incremētum dare nō potui:
rigationis tamen licet exiguū ex bono cordis
affectu bn̄ficium impēdi. Cumq; totius Epiſto
læ ſeriē diligenti oculo non ſemel ꝑlegēs: inue-
niſſem me ad ſcribendum fraternitati tuę ſol
licite admoneri, teq; quātulamcunq; exhorta-
tionē meam auidiſſime eſurire: lętatus ſum q-
dem te panis illius in quo ſolo viuit ſpiritualis
homo delectabili eſurie cruciari. ſed agnoſcēs
a quo hunc peteres: errorē de ꝓpoſito pietatis
naſcentē aduerti. Si enim verum ē, qđ ait ſcri- Eccli. xxxviij.
ptura, ſapiētiam ſcribe in tēpore ocij. & qui mi-
noratur actu: ipſe ꝑcipiet eam. Quomodo ꝗs
q̄ ad ſapientiam pertinēs ſcribere poterit: cui
nullum ocium, cui vnum & moleſtiſſimum to
ta vita negociū eſt? Quomodo percipiet eam,
qui non ſolum actu minime minoratur: ſed
etiam importuniſſimis rerum ſecularium actio-
nib⁹ magis magiſq; in dies cumulatur? Quo-
modo a diuinis delitijs ieiunus ꝗcquā ſaporū
ꝓximis eructuabit: cum iuxta vulgare prouer-
bium, amarū os nunq̄ mel ſpuere poſſit? Quo-
modo dabo qđ nō accepi: cū dicat Ioānes Bap Ioan.iij.
tiſta. Non poteſt homo accipere quicq̄: niſi ei
datum fuerit de cœlo? Tu potius, tu qui omni
terreno cares negocio: cœleſti abundas ocio,
lectione continua reficeris, oratione aſſidua ſa-
ginaris: cuius ſicut adipe & pinguedine reple-
tur anima. tu inquam labijs exultationis de-
beres eſurientem me reficere, ſitientem pota-
re: ex ſuperabundante ſpiritus tui ſagina cor
dis mei ariditatem impinguare. Quod ſi forte
obſtinatius vt cœpiſti, inſtans: etiam inuitum
loqui compellis, & ꝑ auribus quas tibi adhibe
re debueram, os aperire: neſcio quid tibi con-
gruentius, proponere poſſim, quā quod a cor-
de tuo nulla vnq̄ delere queat obliuio: nulla
temporum varietas abolere, nulla per dei gra
tiam animi mobilitas commutare. Nam quā
talibet alia dicta fuerint: labilis memorię ela-
pſa complexibus facile euaneſcent. Hoc tan-
to difficilius animum fugiet: quanto familia-
rius ipſis corporis ſenſibus ſemper occurret.
Cellam itaq;, cuius obiectu in medio mundi
poſitus a mūdo ſecernens: cuius ope, intimos
vaſtarum ſolitudinum receſſus penetraſſe vi-
deris: cuius incluſione, nec remotiſſima Aegy
ptiorum deſerta æmularis: hanc inquam cel-
lā tibi propono. vt ſecundū antiqui cuiuſdam
patris dictum, ipſa ſola eloquentius omnibus
magiſtris tacendo te doceat. Hanc certe non
audire non poteris: quando eam quotidianā
ſalutis tuæ monitorem habebis. Fuge, ait qui-
dam patrum, homines, & tace, & ſaluus eris.
Hieronymus. Aut ſcuto, aut pedibus: mors Hierony.
vitanda eſt. Et Hieremias. Sedebit ſolitarius, Threno.
& tacebit: quia leuabit ſe ſuper ſe. Et Dauid. iij.
Dediſti (ait) metuentibus te ſignificationem: Pſal.lix.
vt fugiant a facie arcus. Hæc te cella dilectiſ-
ſime a facie diuini iudicij fugientem ſuſcepit:
hæc te ſecundum Eſaiam, quaſi foſſa humo Eſa ij.
a facie formidinis domini venientis percute
re terram, abſcondit. hęc velut paruula Segor: Gen̄.xix.
a Sodomæ, hoc eſt, mundi incendijs illeſum
ſeruauit. Hæc Heliæ quondam Achab, & Ie- iij.Reg.
zabel per deſerta fugienti latibulum prębuit: xix.
vbi ille cōſtitutus, vocem dei ſibi familiariter
loquentis audiuit: vbi non in ſpiritu, non in
commotione, non in igne: ſed in ſibilo auræ
tenuis, hoc eſt, in ſubtili & paucis perceptibili,
ſpiritus ſui inſpiratione: hominibus eum adeſ-
ſe cognouit. Hæc paulum illum huius qđ ele-
giſti propoſiti caput, ſexagenaria occultatione
celauit: & multo tempore alimentis cœleſti-
bus paſtum: nouiſſime teſte Antonio, ad pa-
nem vitæ perpetuo edendū tranſmiſit. Hæc
te mortali huic vitæ, non tm̄ mortuum, ſed
etiam ſepultum, ſui concluſione tibi ipſi aſſi-
due repræſentat: & quodammodo tibi, atq;
Coloſſenſibus Apoſtolica voce inclamat. Coloſ.iij.

Mortui enim eſtis: & vita veſtra abſcōdita eſt cū Chriſto in deo. Quod licet ſpiritualiter intellectū, tibi multiſq; alijs cōmune ſit: ſi tamē etiam corporaliter cogitet, tuū pene ſingulariter hoc tempore fit. Nam & ſi plurimi carnalibus actionibus moriuntur: nullus tamen ante carnis mortem, carnis ſepulcrum ingreditur. Tu autem, vt vere te mundo oſtēdas mortuū: ipſum adhuc viuēs intraſti ſepulcrum. Sed attendendum tibi eſt chariſſime, & omnimodis ſatagendū: vt quod de te humana opinio exiſtimat: hoc in te diuinus oculus agnoſcat. Ingreſſus es quippe vt dixi, ſepulcrum. ideoq; quicquid mundi prius in te vixerat, totum tecum neceſſe ē eſſe ſepultum. Nam nulli ſepultura debetur: niſi ei qui iam vita carere probatur. Sicut enim ſepulcrum mortuo: ſic tantummodo mortuus debet ſepulcro. Alioquin, vt mortuum non ſepelire ducitur inhumanum: ita viuētem tumulare agnoſcit pernicioſum.

Ingreſſus religionē, velut qui ingreſſus eſt ſepulcū debet eſſe mortuus ſcilicet mūdo

Oportet ergo, vt qui Chriſto cōmortuus et conſepultus: nihil in te mundanum ſpirare patiaris. Habes quidem, ſeptum ſpeluncæ tuæ: quę a te acceſſus hominum prohibet. ſed adhibe & murum: qui ſolus malignorum impetus ſpirituum cohercet. De quo Eſaias. Saluator ponet in ea mur⁹ & ante murale. Saluator ergo murus ſit tibi impenetrabilis, turris ſit tibi inexpugnabilis: foramē petrę, cauerna macerię, quæ in cruce clauis & lancea perforata: tutiſſimum tibi cōtra hoſtes vniuerſos receptaculū, ſua vulnera pparauit. In quibus cōſtitutus, & eis p patiētiam cōmunicās: & ipſe ab hoſtium incurſionib⁹ tutus eē poteris, & eos viriliter ppellere valebis. Nā ſine hoc munimine: nec ſolitaria recluſio, nec corporalis afflictio, nec ad longinqua trāſmigratio quicq̄ pdeſſe poterit: ſed potius ad cōcertandum acriore aduerſarios ſtimulo cōcitabit. Vñ & ipſe domin⁹, vt nō mitigari, ſed vehemētius inſtigari ſolitudine, atq; ieiunijs inimicum ſalutis humanę demōſtraret: & ſuos ad ei reſiſtēdum ppararet: non priuſq̄ in deſertū a ſpiritu duceret, nec anteq̄ xl. diebus ac noctibus ieiunaret: diabolum ad ſe tētandū admiſit. Teſtes ſunt & patres antiqui: Antonius, Hylarion, Macharius: & cęteri ob ſolitariam cōuerſationē acrioribus aduerſarijs impugnationibus fatigati. Nam clauſtraliū communiter viuentium cohabitatio, caſtrorū ad pugnam ordinatorum multitudini videtur comparari: vbi quiſq; tanto ſecurius aduerſus aduerſarium dimicat: quanto ſibi vicinius adiutorium de commilitonis dextera ſperat. In illo enim prælio, non ſolum de ſua quilibet præliator virtute præſumit: ſed etiam de aliorum dextra, leuaq; compugnantium viribus, quandoq; magis quam de ſuis confidit. Laborant ibi ſinguli, & ſaluti ſuę inſidiantes perimere: & coadiutores modis omnibus defenſare. Nec min⁹ intelligunt in morte ſociorum periculum q̄ in vita inimicorum ſentiunt detrimentum. At ſolitudinis ſingulare certamē tanto periculoſius agitur: quāto ſerius alienū auxilium dimicans præſtolatur. Quodq; periculo accreſcit, non vt in acie fieri ſolet, multi cōtra multos: nec vt in duello, vnus ꝯtra vnū: ſed inuſitato prœliandi more, ſolus cōtra plurimos & numero & virtute præſtantes: dubia ſub ſorte contendit. Idcirco, vt verbis beati illius, & magni patris benedicti vtar illorū eſt hanc vitam arripere: qui bene inſtructi fraterna ex acie, ad ſingularem pugnam aremi ſola manu vel brachio diuinæ tñ virtutis ſolatio adiuti vtuntur. Et ideo oportet chariſſime (vt ſcriptura loquitur) ſollicitum te ambulare cum deo tuo: magnoq; oneri validos humeros præparare, & illas in partes ſcutum fidei circunferre: in quas intelligis inimicum tela ignea iaculari. Fruſtra quippe illud dextro lateri tutando, adhibebis: ſi ipſe in leuum ſpicula intorſerit. In caſſū pectori antepones: ſi ſe ipſe in terga conuerterit. Hoc quare dicam: ſapienter aduerte. Habet hoſtis aduerſus vnunquodq; ppoſitum familiaria tela: nec eiſdem contra omnes iaculis vtitur: ſed varijs cōtra diuerſos armis armat. Alijs ille laicos, alijs monacos, alijs ſubditos, alijs prælatos, alijs ocioſos, alijs negocioſos inſidijs appetit & multiplici aſtutia, ſed eadē nequitia: aduerſus vniuerſos ſeuit. Inde ē, qd ꝓprio ſolitarios, & maxime recluſos bello pſequit: & velut ad ſingulare certamen puocatus, ſingularium eoꝝ interitū ſeuitia inſtigat. Ingerit eis ex ſingularitate ſupbiā: ex ocio deſidiā, ex taciturnitate multiloquiū: ex paupertatis timore auaritiā. Nam magnū & ſingulare eſſe, qd ſolitariæ recluſionis pfeſſionē elegerint: qd alioꝝ amplas vias fugiēdo, anguſtiſſimū iter aſſumpſerit: qd eoꝝ tepiditatē multos ſpūs feruore euicerit: qd fere nullū huius ppoſiti æmulatorē habeat, ſolitario laudator doloſus inſibilat. Item quia ſecundum ſcripturam, in deſiderijs eſt omnis ocioſus: ſuccedente deſidia ſuccedunt deſideria, totū illud tempus, quod ſubtractum fuerat occupationibus: vanis noxijſq; impenditur cogitationibus. Irruit pceps agmē multiplicium tētationū. & velut in vacua & in vacante diſcurrēs domo: turba vicioꝝ ꝯfuſis clamorib⁹ vniuerſa ꝑturbat.

Eſa.xxvi.

Differentia cœnobiticæ vitę & ſolitariæ.

Benedicti dictū.

Micheæ vj.

Diaboli ſeuitia contra recluſos.

Contra quoſcūq; ocioſos religioſos

Cõcluditur intra cellulã mundus vniuerſus:&
anguſtũ ſeptũ vix vnius hominis capax:mul-
tarum terrarum vrbes/regnaq; complectitur.
Fit quietiſſimum ocium turbulẽtiſſimũ nego
tium,& cum nihil corporis ſenſib⁹ niſi ſolitu-
do occurrat: familiari acceſſu,animę viſibus ſe
mundus cum ſuis omnibus repreſentat. Nũc
ſibi iudiciale tribunal magnus æremita vſur
pat:nunc epiſcopalibus infulis caput exornat:
nunc multis monachorum millib⁹ pręſidet:nũc
quęlibet alia eccleſiaſticę dignitatis officia per-
errat:& ſe,cum plurib⁹ ꝓdeſſe maiore animę
ſuę lucro potuerit,ocioſum torpere deflens:ꝓ-
poſitiq; oblitus:omni labore laborioſius ipſa
ſua quiete laborat. Nec innumera alia longe
iſtis deteriora replico,quę miſerũ hoiem poſtq̃
ſemel hoſtibus terga dederit:exerto in ei⁹ ne-
cem gladio perſequuntur.nec ante plerumq;
abſiſtunt:q̃ de ſanguine eius cruentas man⁹
crudeles homicidę reportẽt.Sic furentib⁹ in-
tra mẽtis archana variarũ rerum affectionib⁹
cum nihil de cogitatis praeter vacuam cellulã
anima teneat:prę tędio dormitans,ipſius mi
ſerabilis tędij nõ in deo ſed in mũdo nõ in ſe
ſed extra ſe quęrit remediũ:pro quo maius in-
cidit detrimẽtum. Nam quia ſemel aſſumptũ
ꝓpoſitum ęremitam deſerere pudet,quęritur
occaſio frequentis alieni colloquij:vt qui mul-
ta de ſe tacens tormẽta patitur:aliorum ſaltem
confabulationibus releuetur. Aperiť arcta re-
cluſionis feneſtra:& velut ad diuinum oracu-
lum cõfluunt examina populorum. Dat reſpon-
ſa diuinus Propheta omnib⁹:& quaſi de ſin-
gulis ſi tacuerit,ſit deo redditurus rationem:
vniuerſorum cauſas audit,examinat,& diſcer-
nit. Ibi plene de diu meditatis animo ſatiſfa-
cit:& ſicut poſt acerbam famem cibo fameli-
cus reficitur:ita ille auidis morſibus confluen-
tiũ rumorib⁹ ſatiať. Obſerata quidẽ eſt ianua,
vel forte lapidibus obturata:ſed per anguſtũ
feneſtrellę aditum recipit:quicquid per oſtij la
titudinẽ non admittit. Non intrant certe ad
eum cõcurrẽtium corpa:ſed penetrat & replet
omnia,quę ſola animum a recto ꝓpoſito auo
cat,corporum cura. Exundat ab ore copia verbo
rum:& lõgi ſtillicidio ſilentij de ciſterna diſſi-
pata prorumpit. Cunq; de multis millibus ſin
guli eius onuſtati ſermone diſcedant:ſolus ille
toti ſi cõfluat,orbi infatigat⁹ leges ꝓmulgat.
Talib⁹ accidia remedijs nõ curata ſed inſtiga-
ta:fortius ad ꝗtẽpus ſopita reſurgit:& vt febris
acutiſſima paululũ aquę ✝ rigore lenita: de- Aſt ✝ fri-gore.
mum velut ipſa medela ſęuior ad vrendum
inſurgit. Nec ante quieſcere poteſt,q̃ ad ſemel
expertum pernicioſum remediũ redeat:& rur
ſum ſe ſub religionis velamine: tumultuoſis
verborum occupationibus immiſceat. Q; ſi for-
te ex ſanctitatis reuerẽtia vel cõfiteantur ho-
mines ſeruo dei peccata ſua:vel conſilium ab
eo,quia pœnitentiam dare non poteſt,requi-
rãt:ſiue ſe orationibus eius ex deuotione com
mendẽt:nõ ſolũ ſe iam cœlo dignum eſſe iu-
dicat:ſed etiam deuotorum oblationes ſuſcipe-
re nõ recuſat. In quorum vno:ſpiritu ſupbię,alio
rum ſe metiens opinione decipiť: in altero p
eandem ſupbiam,quę initium eſt omnis pec Eccli.x.
cati,ad auaritię idolatriam doloſe inducitur.
Nam qui penuriam ꝓfeſſus fuerat:paulatim
opes cõgregat:nec prius deſiſtit,q̃ alienis re-
tib⁹ ꝓprium penu farciat. Simulat ea colligẽs
indigentię ſupplemẽtum:vel ſi quid ſuę ne-
ceſſitati ſupfuerit:indigẽtium adiumẽtũ. Vult
diſpẽſator fieri alienorum bonorum:qui poſſeſſio-
nem abiurauerat ꝓpriorum. Hac occaſione dei
ſeruus mãmonę efficiť famulus:vt cũ ſe fin-
git egenorum vtilitati ꝓſpicere:cupiditati ſuę li-
berius valeat inſeruire. Ea de cauſa omnes ad
ſubueniẽdum paupibus exhortať.vt dũ Pau
lus miniſtrans ſanctus eſſe creditur:Ananias
fraudator nullatenus ęſtimeť. Hoc aſtu,tugu-
rium paupis fit regum gazophilaciũ,ſolitarij
inopia Salomonis opibus antefertur:& de ſpe
lunca ęgeſtatis Indorum theſauri largiſſime ꝓ-
fundũtur. Poſt,de cura pauperũ:ad culmina
transferť ædificiorum. Inde ſubiecta oia cuno-
ſe pluſtrat:fundamẽta iacit,ꝓpendiculũ exten
dit,ſtructurę ſuę longitudinem,altitudinẽ,&
latitudinem ſtudioſus geometer dimetitur:
eccleſias ędificat,vrbes mœnibus ambit,flu-
mina pontibus obnubit,& ſe ſolum deſtruẽs:
vniuerſa conſtruit. Ita ſolitudinis ꝓfeſſor in
medio ſeculi cõuerſatur:cellula clauſus inter
frequẽtias populorum diſcurrit:nundinas & an-
giportus ſollicitus mercator oberrat:fit ei re-
quies tormẽtum,ſeſſio labor,ſilentiũ pœna:
clauſura infernus. Sic ſic cæcatus lumine mẽ-
tis,clauſuſq; tenebroſo carcere:rurſus ad mo-
lam inquietudinis redit:vtq; Sanſon Allophi
lis fit quondã fortis,dęmonib⁹ ęremita ludi- Iudi.xvi.
brium. Hęc tibi chariſſime pauca de multis,
ſed quę vehemẽtius conſimilis ꝓpoſiti homi-
nes ꝑturbare ſolẽt:breuiter ante cordis tui ocu
los reduxi:vt cõtra omnia quidẽ hoſtis tenta-
menta brachium fortitudinis exeras:ſed ad-
uerſum iſta ꝓfeſſiõis tuę mag familiaria ma
la,magis cautus exiſtas. Pręmiſſa eñ mundi
tia,carniſq; continentia,de qua vel in modi-
co exhortari te ſupfluum iudicaui:licet nihil

intentatum relinquere Satanas ſoleat: hac in-
quã præmiſſa, & velut in fundamẽto virtutũ
Heb. xij. firmiter collocata: quã Apoſtolꝰ vocat ſancti-
moniã: ſine qua nemo videbit deum: paupta-
tis & verę humilitatis tibi eſt fabrica cõſtruen
da: & quę ipſius cœli intima penetrent: altiſſi-
Matth. v. ma faſtigia erigenda. Nam Beati paupes ſpi-
ritu: qm̃ ipſoꝝ eſt regnũ cœloꝝ. Hec in Chri-
ſto tuo, cuius crucem portas, cuius ſepulcrũ in-
habitas, cuius in te reſurrectionẽ expectas: ſpe
cialiter effulſerũt. Hec in terris deꝰ homo am
bulans itineris ſui veſtigia hominibꝰ dereli-
quit. per hec ſuis gradiẽdum eſſe: cœleſtis ma
Lucæ. ix. giſter oſtẽdit. Pauper ille fuit, non habens vbi
caput reclinaret: nec is per quẽ mũdus factus
eſt: mundũ ingrediens ꝓpriam domũ in qua
naſceretur inuenit: ſed reclinauit eũ mater in
pręſepio: quia non erat ei locus in diuerſorio.
Mat. xvij Pauper ille fuit: qui de cenſu regibus redden-
do cõſultus, cum nihil apud hominem vnde
illum poſſet reddere inueniſſet: ad inexhau-
ſtos deitatis theſauros ſe contulit: & qđ de do-
meſtica archa non potuit: de ore piſcis hamo
Petri Apoſtoli perſoluit. Pauper fuit, qui cum
panis eſſet angelorum: pane ſæpe reficieba-
tur publicanoꝝ. Pauper ille fuit, quem nunq̃
ſeges ꝓpria pauit, nunq̃ vitis ab eo culta pota
uit, nunq̃ gregis ſui vellus ꝓtexit: nunq̃ pecu-
nia, quę vel ex innumeris miraculis congrega
ri potuiſſet, ditauit: qui nec cœnaculũ vbi vlti-
mum Paſcha iam paſſurꝰ cum diſcipulis mã
ducaret, habuit: ſed a patrefamilias mutuauit
Luc. xxij. dicẽs. Vbi eſt diuerſoriũ: vbi Paſcha cum diſci
pulis meis manducem? Sis & tu huius dñicæ
pauptatis amator pariter & imitator: neq; te
ꝓpter alioꝝ neceſſitates, quãtalibet pecunia
implices: qui ne pro tuis indigẽtijs implicare-
ris: omnes a te talium ſollicitudinũ nodos ex-
plicuiſti. Faciãt ſibi qui te cõſuluerint: amicos
conſilio tuo, imo dñi, de mãmona iniquitatis
neq; te habeãt erogatorẽ ſuarũ pecuniarum:
quẽ eſſe exiſtimant contemptorẽ ꝓpriarum.
Qꝫ ſi inſtiterint, dent ſi ita volunt priori tuo,
dent fratribus tuis: vt vel ad ꝓprios vſus ab
ipſis retineantur, aut per manus eoꝝ alijs di-
ſtribuãtur. Sed & ſi ipſi fratres tui inſtitorẽ ta-
lium te eſſe ꝑceperint, & de pauptate tua ſibi
negociari: nõ adquieſcas: meamq; auctoritatẽ
coactioni eoꝝ obijce: licet in his nullũ ſit peri-
culum inobediẽtię: in quibus ratio cõtradicit
iuſtitię. Sit cella tua vacua pecunia, repleta iu-
ſticia: indigens opibus, referta virtutibus: vt
quia nõ eſt cõuẽtio Chriſti ad Belial, ita exina
niatur rebus terrenis: vt poſſit in ea cœleſtibꝰ
locus eſſe theſauris. Nec ipſius corporis tui te
nimiũ cura ſollicitet: ne forte oculũ in cœlo de
fixũ, rurſum in terras reſpicere cogat: & ſemel Geñ. viij.
coruina cupiditate cadaueri inherẽs: ad arcã
redire cõtemnat. Pręſtolare poſt deum a prio-
re tuo ſobrium victum: & non ſupfluum veſti
tum: quę iuxta beatum Apoſtolũ ab eo conſe- j. Tim. vj.
quens: his eſto contentus: Sic pauper, & paup
ſpiritu, pauperẽ dñm tuum ſequere: vt nõ tan
tum de ęgeſtate rerũ, quantũ de ſpiritꝰ paup-
tate hoc eſt humilitate: in ipſo dño glorieris.
Noli ambulare in magnis, neq; in mirabili-
bus ſup te: quia ſi te mirabilẽ putaueris: mira-
bilem in ſanctis ſuis nequaq̃ admirari pote-
ris. Nam defixa mens in admirationẽ creatu
rę: nullo modo ꝓficere poteſt ad cõſideratio-
nem rei increatæ. Põdere eñi quo ĩ inferiora
demergit̃: ad ſupna reſpicere ꝓhibetur. Non
tibi blãdiatur ꝓpria ſolitudo, nec vileſcat alio
rũ multitudo. ſed oĩbꝰ te inferiorẽ & viliorẽ nõ
ſolum lingua ꝓnuncia: ſed etiam intimo cor
dis crede affectu. Hoc eſt, plane ſcđm dñi ſen Mat. xj.
tẽtiam, eſſe mitem & humilẽ corde. Prępone
vitam eoꝝ vitę tuę: actus eoꝝ actibus tuis, la
borem eoꝝ quieti tuę: opa eoꝝ ocio tuo: vt dũ
alienos ꝓfectus attẽdis: de ꝓprijs opibꝰ nõ ex-
tollaris. Cogita quanta illis non deſint quę ti-
bi adeſſe non poſſunt bonoꝝ operũ exercitia:
quoꝝ & ſi affectum habere valeas: effectum
tamen vltra aſſequi nullatenus poſſis. Es qui
dem & tu iumentum dñi: ſed clauſus ſtabulo
eiꝰ: recubas & ruminas pabula eius. Sunt illi
equi fortes parati in diem belli, in quibꝰ eques
cœleſtis reſidens: fortiter expugnat, & pmit
principem mũdi. Agunt̃ iſti freno obediẽtię.
concitant̃ ſtimulis diſciplinę: anheli & ſæpe la
tera cruentati viam mandatoꝝ dei diſcurrũt:
nec, niſi curſu cõſummato brauium comphẽ-
dant: quieſcunt. Hi pondus diei & æſtus non
cellulis clauſi: ſed ſub diuo conſtituti tolerant:
iugum obedientię forti ceruice ſuſtẽtant: iacu
la iracundię fortiter ab hoſtibus & pximis in-
torta, patiẽtię ſcuto repellũt. Qui nihil ſibi de
mundo nec ſeipſos reſeruãt: & ſicut de ſimula
cris legitur. Oculos habent & non videbũt, au
res habent & non audient, manus habẽt & nõ Pſal. cxiij.
palpabunt, pedes habent & non ambulabũt:
nõ clamabunt in gutture ſuo. Egentes, angu-
ſtiati, afflicti: quibus interdum virtute obediẽ
tiæ, nec ipſa bona opari licet: ꝓ quibus plerũq;
ac ſi ꝓ malis opibus poenas luunt. Sup hęc oĩa
te quieſcentem & feriatũ mundus adorat: hos
laborantes & fatigatos magno contemptꝰ &
amaritudinis calice potat. Hos tibi & omnem

cuiuſlibet religionis ordinem antepone: vt cũ
omnibus te prępoſueris: omnibus ab inſpectore
recordiũ pręponi merearis. Nã vocatus es ad
nuptias, in quibus ſi vltimũ elegeris locum: au
Luc.xiiij. dies ab inuitatore. Amice, aſcende ſuperius.
Sic angelo ſuperbię calcato. Chriſti tui paup-
tate ditatus, humilitate cœlis altior factus: iã
contra præmiſſum accidię ſpiritũ armare: &
eum virili dextera, qua iã dictos ꝓſtrauens,
elide. Facilis erit eius ſubiugatio: frequẽtes de
fortioribus hoſtibus victorias aſſequuto. No-
li eo inſtante confugere ad pniciosa remedia:
nec in hac parte morbo morbũ curari ęſtimes,
ſed ea tibi adhibe medicamina, quę & lędere
neſciãt: & feſtinata ſalutem efficacia reddant.
De virtute orationis. Oratione ergo primitus quaſi primo & ꝑcipuo
bono tam hoc ꝗ cætera mala ꝓpellere conſue-
ſce: atq; in ea totam mentis intentionem defi
ge. Hac orantis corpe quieſcente, vincuntur
furentes aerię poteſtates: hac tentationes vali
diſſimę fortiſſime ſuperãtur, hac infeſtantes
cogitationes vt muſcę importuniſſimę abigũ-
tur: hac fugãtur ſpiſſę ægyptiorum tenebrę: hac
infulget mẽtibus lumen inuiſibile: hac cordis
oculus carnali adhuc craſſitudine obuelatꝰ cœ
leſtia rimatur: hac ipſum increatum & crean-
tem omnia ſpiritũ, humanus (prout homini li
cet) ſpiritus contemplatur. Huic cœleſti theo
rię te amodo victurũ deuouiſti: ꝓpter hãc mũ-
di latitudinẽ fugiens, anguſtijs te ſolitarię ſpe
luncę coartaſti: ne ab hoc intuitu mundana-
rum rerũ te multiplex viſio reuocaret: corpo-
reis oculis firmos parietes obiecisti. Inter quos
clauſus, nec aſpectus hominũ reformidans:
quanto es ab illis remotior: tanto deo adeſto
ꝓpinquior. Seiunctus ab alijs illi adiungere:
vt qui corpore a corporibus ſegregaris: ſpiritu
ſpiritibus cõiungaris. Ad hanc ſingularẽ oran
Psalmo. xciiij. di gratiã hortatur Propheta. Venite ait ado-
remus & ꝓcidamus ante deum: ploremus co-
ram dño qui fecit nos. Et Apoſtolus. Sine in-
termiſſione orate: in omnibus gratias agite.
Matthæi xxvj. Et ipſe dominus. Vigilate & orate, vt non in-
trens in tentationem. Et ad cauendas & ad
repellendas tentationes, orationis bonũ ſum-
mum docens eſſe præſidium. Et quia hoc ſu-
percœleſte donum in terris eſſe non poteſt ꝑ-
Apo.viij. petuum. Nã & Ioãnes Apoſtolus dicit. Factũ
eſt ſilentium in cœlo quaſi media hora: non
mẽſe aut die vel hora: nec ipſa etiam media,
ſed quaſi media hora, oſtendens magnũ qui-
dem ꝑfectum eſſe orationis: ſed longum eſſe
non poſſe tempus orantis: oportet vt orationẽ
meditatio ſancta ſequatur: in quam velut in
pediſſequam dña relapſa quieſcat: de qua va-
lentior quaſi poſt quietem reſurgat. Sed qm̃ &
ipſa vt tota ſpiritualis, alio adhuc & inferiore
ſuſtentaculo indiget: lectionis diuinę ſuffra-
gium adhibeaẽ. Quo recreata: clauſo quoq; li
bro quod legerit retractet: & diu retracta ora-
tioni velut famula ſubminiſtret. Sicut enim
ignis adipe iniecto in maiores flammas pabu
lo pinguedinis ſuſcepto erumpit: ſic orationis
feruor meditationis, atq; lectionis ſagina im-
pinguatus: in largiſſimos diuini amoris ęſtus
conſurgit. Hę ſunt delicię filiorum regis: hec mẽ
ſa a matre ſapientia ꝑparata: hę cœleſtes æpu
lę, ad quas in plateis clamitans: paruulos non
magnos inuitat dicens. Si quis eſt paruulus, Prouer.ix
veniat ad me. Et deinde. Venite, comedite
panes meos: & bibite vinũ quod miſcui vobis.
Hunc panẽ, non niſi ab omnibus ęſcis huma
nis ieiunus comedit: hoc vinũ, non niſi omni
alio potu abſtinens haurit: quia qui carnalibus
ſcdm beatum Gregoriũ voluptatibꝰ paſcitur,
æternarum deliciarum æpulis indignus habe
tur. Sed noui chariſſime, qa & iſta ſunt ardua,
nec eſt cuilibet facile in iſtis tantũmodo ſtu-
dijs vitam tranſigere. Sequatur ergo hæc tria
præcedẽtia opus manuum, vt cum ſpirituali-
bus rebus defatigata, carniſq; põdere a ſum-
mis in ima deiecta mens labitur: non ad va-
niloquia hominũ: ſed ad beatum corporis exer-
citium cõuertatur. Plantari non poſſunt arbu
ſculæ, rigari nequeunt ſata, neq; aliquid rura-
lis operis exerceri recluſione ꝑpetua prohibens
te: ſed quod eſt vtilius, ꝑ aratro conuertaẽ ma
nus ad pennam: ꝑ exarandis agris, diuinis li-
teris paginę exarẽtur: ſeratur in cartula verbi
dei ſeminarium: quod maturatis ſegetibus,
hoc eſt libris ꝑfectis, multiplicatis frugibus
eſurientes lectores repleat, & ſic panis cœleſtis
letalem animę famem depellat. Sic plane, ſis
verbi diuini poteris fieri taciturnus prædica-
tor: & lingua ſilente, in multorum populorum auri-
bus manus tua clamoſis vocibus perſonabit.
Clauſus tenebris ſpeleo tuo: & in codicibꝰ tuis
terras ac maria peragrabis: in publicis eccleſię
conuentibus lectoris ore verbum dei de ſubli-
mi loco ſpeculator inclamabis: ĩ remotis clau
ſtrorum & domorum angulis illud idem ſeruis dei
ſilentibus inſuſurrabis. Profeſſio te æremitã,
deuotio faciet Euangeliſtã: vt qd per teipſum
non potueris: tuis laboribus promerearis. Ani
met te ad hoc agendum non paruum laboris
premium: qd pro omnibus cõſequeris: quibus
hoc laudabili ſtudio ſubuenire potueris. Nam
quotquot tuorum voluminum lectione ſupbiã

proſtrauerint, luxuriam ſubegerint, auaritiā
contēpſerint, iram domuerint, a quibuſlibet
malis vel caruerint vel pœnituerint: vt mani-
puli ſudoribus tuis collecti: ęternarum frugū
tuarū horrea cumulabunt. Et dum cum vita
hominis opera eius finiri ſoleant: & cum de-
ficiente deficere: tu nec mortuus moriens, nec
a vita deficiens a bono opere ceſſabis: quādo
opibus tuis ad vitam mortuos reuocabis. Tā-
toq; tempore etiam poſt mortem tuam apud
deum extendetur lucrum operum tuoꝝ: quā-
to (vt ita dicam) durare potuerit vita librorū
tuoꝝ. Q̃ ſi aut oculoꝝ leſione, aut capitis do-
lore, aut forte tędioſa aſſiduitate: vel nequiue-
ris vel nolueris hoc ſolo ope manuū eſſe con-
tentus: alijs quoq; operū exercitijs vices alter-
na, ad comenda vel purganda fratrum capi-
ta pectines apta: thecas acuum ſubtili manu
& docto pede torna, vaſcula vinaria, quę iuſti-
tias vocant: vel ſimilia concauare & compo-
nere tenta. Sed & ſi paluſtria prope ſunt loca:
mattas antiquū monachoꝝ opus cōpone: ſup
quas aut ſemper aut ſæpe dormias: quas quo-
tidianis aut frequētibus lachrymis infundas:
quas frequēti genuū coram deo inflexione at-
teras: vel vt beatus Hieronymus ait, aut fiſcel-
lam texe iunco: aut lentis caniſtrum plecte vi-
minibus. Iſtis & conſimilibus ſtudiorum ſan-
ctorum laboribus totum beatę vitę tuę tēpus
occupans: nec quātumlibet aduerſarijs quo ſe
imergere valeant vel in corde tuo vel in cella
tua ſpacium relinques, vt cum deus virtutibus
ſuis cuncta repleuerit: nullus diabolo, nullus
accidię: nullus reliquis vicijs locus ſuperſit. Iā
in nocturnis diurniſq; officijs, non parua tem-
poris portio cōſumetur: quibus tractim & intē-
te vt ſoli licuerit canendis, tanto te maius ne-
ceſſe eſt ſtudium adhibere: quanto non velut
gratuitum in his obſequium deo impendis:
ſed quaſi debitum cenſum vt ſeruus dño red-
dis. Hinc ad ſacra redemptionis noſtrę myſte-
ria, his vniuerſis bonis corde mūdato & mani-
bus purificatis accede: & tm̄ ſalutis humanę re-
medium, te ipſum ſcđm Apoſtolum prius ꝓ-
bans: vel continua vel frequēta. Inuitat te ad — j. Cor. xj.
hęc ipſe decor & oportunitas loci: quem te nu-
per demonſtrante vidi: & vt dignum erat lau-
daui. Vbi tu ſacro altari aſſiſtens, & cui aſſi-
ſtas intelligens: mente tunc maxime in cœle-
ſtibus conuerſare, & a mortalibus ipſo quoq; cor-
pore ſeiunctus: immortalibus & beatis ſpiriti-
bus totus coniungere. De ieiunijs & vigilijs ſi-
ue quibuſlibet carnis exaſperationibus nulla
a quolibet tibi eſt (vt mihi videtur) lex pręfigē-
da: qm̄ & ꝓpria complexio & vſus preteritus,
& præcipue talium rerum gratia tibi a deo da-
ta vel danda neſcitur. Tu tibi qui omnia inti-
ma & extima tua noſti in talibus præceptor
exiſte: tu tibi eos terminos quos tranſgredi nō
ſit neceſſe adhibe: hac ratione ſollicite conſer-
uata, vt in his & in omnibus actionibus tuis
diſcretionem virtutum omniū matrem ſequa-
ris: quę idcirco omniū mater dicitur: quia niſi — Diſcretio
eas ipſa vt filias mater nutrierit: ſtatim cuncta — cur dr̄ ma-
virtutū ſoboles interibit. Vnde oportet te ita — ter virtu-
ęqua lance vitā tuā moderari, vt ea carni ſub- — tum.
trahas: quę eius poſſent militare ſupbię, & ea
illi tribuas: q̃ tm̄ neceſſitati ſatiſfacere poſſint
naturę. Cui ſi plus iuſto conceſſeris: abundan-
tia inſoleſcens ſup ſe eleuabitur, vel ſi iuſta ne-
gaueris: ſub ſeipſam miſerrime deijcietur. Lin-
guę autē quę alia regula indicetur: niſi ea quā
Prophetā ſibi a deo poſcit dicens. Pone domi- — Pſal. cxl.
ne cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantię
labijs meis? Qui vt ſancti Eccleſię doctores
dicunt idcirco labijs ſuis oſtium poſtulat, vt ſi-
cut oſtiū neceſſitate tm̄ aperitur & clauditur:
ſic oris tui oſtium vtilitati aperiatur, nugaci-
tati vel vanitati claudatur. Aperiatur fratribus
ad ędificationem: claudatur ad obloquētium
vel murmurantium detractionem. Aperiat̄
ad exhortationem ſupuenientium religioſo-
rum: claudat̄ ad verboſitatē curioſoꝝ. Et vt
breuiter dicam, aut audiatur aliquid vtile aut
dicatur, vel ſi iſta non fuerint: ſilentij cenſura
a ſolitario nō rumpatur. Et vt hāc viam man-
datoꝝ dei non anguſtato ſed dilatato, iuxta
Pſalmiſtam, corde currere valeas, & perfectio- — ps. cxviij.
nis ac perſeuerantię virtutem conſequi: chari-
tatis oleo lampadem mentis reple, & diuini
amoris flāmam magis magiſq; quotidianis
incremētis in teipſo accende: quam nec aquę
multę extinguere valeāt: nec flumina obruere — Cāti. viij.
queant. Hac dilectionis pinguedine dura cor-
dis ceruice lenita: iugum pręceptoꝝ dei, quod
aſperum prius putaueras, fiet ſuaue: onus qđ
graue tibi videtur fiet leue. Hac poſtq̃ imbu-
tus fueris: erit tibi cella tua toto mūdo latior,
ieiunium refectio, vigilię ſomnus, opus ociū:
labor requies. Nec quicq̃ te grauare poterit:
quē ſpes amorq; ęternoꝝ velut geminis alis
ad cœleſtia ſubleuabit. Hanc charitatis latitu-
dinem a ſupernis deriuatam ad ꝓximos vſq;
extende, teq; non ſoli tibi viuere reputes: qui
pro omnibus, & ſi non ex officio, tamen ex ea
quā dixi charitate: deo aſſiſtere debes. Eſto vt — Exodi.
Moyſes pro populo in his quę ad deum ſunt, — xviij.
Funde principaliter pro Eccleſia dei deuotas

maxime hoc tempore preces. pro his qui ei
præſunt:& ſcdm Apoſtolum, pro omnib⁹ qui
j. Tim. ij. in ſublimitate ſunt. Pro religioſis cōgregatio-
nibus:& ſpecialiter ꝑ vniuerſis fratribus tuis
Cluniacēſibus, atq; ꝑ ſingulis de quib⁹ te vn-
ctio ſpiritus ſancti docuerit:aurib⁹ diuinę pie-
tatis importun⁹ adeſto, qdq; ſi præſens eſſem
facerē:genu flexo deprecor, & mei omniū mi-
ſerrimi memor eſto. Sic in cella recluſiōis tuę
viuifica clauſus ſepultura: Ieſu Chriſto (ſicut
ſupraſcripſi) conſepeliaris, atq; vt ille Ioſeph
& Nichodemi vnguentis delibutus eſt:tu quo
q; iam dictis talium virtutum odorib⁹ ne pu-
treſcere ſepultus poſſis, inungeris:quo nectare
in cœlum vſq; ſpirante:ſacrificium in odorem
ſuauitatis oblatum in conſpectu altiſſimi re-
dolebis. In hoc ſepulcro dum aduixeris: erit
vita tua abſcondita cum Chriſto in deo, qua-
tinus poſt carnis mortem reſurrectione carnis
& ſpiritus ſubſequuta:cum Chriſtus apparue-
rit vita tua:tunc & tu appareas cū ipſo in glia.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XXI. ad Papam Innocētium, vt
Lugduneñ Archiepiſcopo ad ſedem apoſtoli
cam ꝓficiſcenti, cum ipſe pro ſe cōmendatio-
ne non ęgeat:pro benigno fauore filijs apoſto-
licis Cluñ. continue exhiberi ſolito, gratię agā
tur:vt pro pace Eccleſię Gallicanę magis (ac
magis ſollicitari) moneatur:breui inſuper re-
mittatur:deprecatoria.

SVmmo pōtifici, & noſtro ſpeciali pa-
tri domino Papę Innocentio, Frater
Petrus humilis Cluniacenſium Ab-
bas:ſinceram dilectionem, & fidelē
obedientiam. Si dōnum Lugdunenſem Ar-
chiepiſcopum venerabilem filium ſublimita-
tis veſtrę, mea vel alicuius commendatione
apud vos indigere cognoſcerem:filiali de vo-
bis confidentia, multa de ipſo vel pro ipſo fa-
cere verba ſtuderem. Sed quia nota veſtrę ſa
pientię ꝓbitas eius, experta apoſtolatui veſtro
fidelitas eius, abundāter (vt credo) eum com-
mendabilem faciunt:nolui ꝓ illo, ſupfluo de-
precari:qui & ꝓ alijs dignus eſt exaudiri. Hoc
tm̄ dicendum eſſe iudicaui, vt pro filijs veſtris
Cluniacenſibus quos benigne fouetis:ei ſi pla-
cet gratias agatis. Et quia terra noſtra vt no
ſtis ſine rege & principe exiſtens, quibuſli-
bet expoſita raptoribus eſt:vt de pace ſtabiliē-
da ꝓ qua ſatis ſollicitatur, magis ac magis la-
boret:admoneatis. Cito etiam cum gratia &
benedictione veſtra remittendum eſſe, & nos
oramus:& ipſa multiplex regionis neceſſitas
implorat. Nam quanto vniuerſę regioni illi
eius magis eſt neceſſaria præſentia, tanto mi-
nus tolerabilis eſſe probatur abſentia.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XXII. ad Atonem Trecaſſinum
Epiſcopum, de non data penultimis literis
reſpōſione, excuſatoria. Poſtremis vero reſpō
dendi, commiſſum eſſe negocium cuidā fra-
tri Trecas ꝓficiſcenti:declaratoria.

VEnerabili & chariſſimo nobis domi-
no Atoni Trecenſi Epiſcopo. Frater
Petr⁹ humilis Cluniacēſium abbas:
ſalutis & dilectionis plenitudinem.
Miror ſi in cor tam vnanimis amici aſcende-
re potuit, mutuam dilectionem ita a me poſt
habitā:vt apices veſtros viderim, & eis nihil
reſpōderim. Non eſt a veſtra ſublimitate hoc
de mea humilitate aliquatenus ſentiendum:
a quo (vt arbitror) ante potent vita recedere,
ꝗ illa quę me vobis copulat charitas, in aliquo
tepere. Audiui quidem literas illas a quodam
allatas fuiſſe:ſed ſollicite omnia inueſtigans,
nec literas videre:nec earum latorem potui re
perire. Cauſa igit̃ non reſpondendi, meli⁹ im
putari potuit neglīgēter mittenti. Nam ſi con
gruenti cautela miſſę fuiſſent:oculum noſtrū
minime latuiſſent. Iam quia ſtultum eſt ſana
curare, integra reſarcire:non oportet multa ꝓ
dilectione inter nos augenda vel conſeruāda
verba facere:quā & hic creſcere (vt ęſtimo) īpoſ
ſibile eſt:& quæ a ſtatu ſuo minui, dei iuuan-
te gratia, nullaten⁹ poteſt. Aliorꝝ qua poſtmo
dum ſcripſiſtis reſponſionem:fratri Hugoni
camerario noſtro iniunximus. A quo, quia eū
ad partes veſtras in præſenti dirigimus, requi
rite, & audietis.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XXIII. ad Papam Innocētium.
Primum reuerētialis ſuſceptionis mādari apo
ſtolici, ꝓ mittendis ad reformationem Luxo
uienſis monaſterij (abbate & fratrib⁹ Cluñ, de
claratoria. deinde qm̄ ad Cluniacum directi
abbatis Cluñ conſilio non acquieuerant:ſi vl-
teri⁹ ꝓ huiuſmodi cauſa inſtiterint:literis apo
ſtolicis iubeantur (dicti abbatis iudicio ſtare:
deprecatoria.

SVMMO pontifici, & noſtro ſpecia
li patri dn̄o Papę Innocentio, Fra-
ter Petrus humilis Cluniacenſium
abbas, ſalutem & obedientiā. Fra-
tres Luxouienſes nuper ad nos venerūt, ſcri-
pta paternitatis veſtrę nobis deferētes:in qui-
bus & deſtitutio quondam magni Luxouien-
ſis monaſterij paterna pietate a vobis deflet̄,
atq; vt in eodē loco de fratribus noſtris abba-

tem & officiales neceſſarios concedamus: nihilominus nobis iniungitur. Per quos nimirū ſcdm literarū tenorem omnipotenti domino ibidem laudabiliter ſeruetur: & tam nobile monaſterium in ſui ſtatus prerogatiuam & priſtinam integritatem: diuina cooperante clementia reparetur. Qd præceptum debita quidē reuerentia ſuſcepimus: ſed ꝓ ſui difficultate non mediocriter formidamus. Nam ſicut nouit ſapientia veſtra, in negotio religionis facilius poſſunt noua fundari, q̄ vetera reparari: quia ſcdm beatum Gregoriū, hominibus aliter inſtitutis durum valde videtur, in mēte veteri noua meditari. Qui em̄ noua tm̄ ędificat: eū in veterum deſtructione non oportet laborare. Qui autē vetera reparare nititur: duplici cura conſtringitur: qm̄ illi & veterum deſtructio: & nouorum incumbit ędificatio. Sup hec & veſtræ Cluniacenſi eccleſię nos qui rem nouim⁹, valde timemus: ne frequenter, ſicut ſępe fit, ad alias eccleſias tranſlatis fratribus noſtris: qđ alijs refrigerium: nobis inferat detrimentum. Poſtpoſuimus tamen omnia iſta: & fratrib⁹ ſupradictis ad nos venientibus abbatē & officiales neceſſarios, iuxta qđ nobis iniūctū fuerat: dare parati fuimus. Sed illi nobis valde damnoſa, ſibi parum vtilia poſtulantes: adquieſcere noſtro conſilio noluerunt: & ſicut dicebant die cōſtituta ꝓ eodem negocio ad nos reuerſuri: ad ꝓpria redierunt. Hęc idcirco reuerentię veſtrę notificamus: vt ſi vlterius in his inſtare voluerint, & de Cluniaco abbatem petierint: nequaq̄ eligant quod ignorant: ſed in nobis qui melius vultum pecoris noſtri agnoſcimus: cauſam ſuam conſtituant. Hoc ſi fecerint, puidebimus nos fideliter tales eccleſiæ miniſtros: per quos omnipotenti dño in monaſterio Luxouienſi quātum ipſe dederit laudabiliter ſeruiatur: idemq; locus, & ſi non ad priſtinam integritatem: ad meliorem tamen ſtatum diuina cooperante clementia reparetur. In hanc ſententiam ſi placet, & nobis & ipſis reſcribite.

Nota difficultatē reformationis.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XXIIII. ad Chartuſiēſes. Primū, tam exundantem eſſe amoris erga eos affectum: vt ab authore explicari non poſſit: libenterq; cum eis moraretur: ſi liceret exuere nomen abbatis: proteſtatiua. Deinde periculorū quibus ſuperiores ſubiacent: declaratiua. Inſuper miſſionis crucis ad eos: & quorundam librorum petendo vt & ipſi volumen Auguſtini mittant: explicatiua. Poſtremo vero, q̄ a toto Cluñ conuentu ſalutētur: denūciatoria.

Venerabili & non fictæ charitatis brachijs ſingulariter amplectendo, dño & patri Guigoni, Chartuſienſi priori, & cęteris fratrib⁹ Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas, ſalutem ad quam ſuſpirant æternam. Cum exundantem erga vos ſincerum cordis mei affectum verborum ſignis explicare pertempto: fateor in ipſo conatu deficio. De alijs quibuſlibet aſſidue tractanti, verborum copia affluit: cum veſtri amore & memoria tota repleta ſit anima mea: ſe ipſum quęrēs explicare animus ſuccumbit. Similis fit vaſi vſq; ad ſummum quolibet liquore repleto: a quo ſi ſubito inditum obicem retraxeris: velut de vacuo nil ꝓfluere admirando ſtupebis. Cūq; naturali ordine repletionē exinanitio ſubſequatur: mirum ita modum ipſa repletione exinanitioni exitus denegatur. Sic prius mihi vobis ſæpe ſcribere volenti cōtingit: cum ſit nōnulla vel parua dicendi materia: ſed vt dr̄, inopē me copia facit. Addit difficultati ſtudium breuitatis, qua moderni neſcio qua innata ſegnicie delectantur: & conceptus illos breui cogor cōpendio terminare verborum: quibus vix ſufficeret multitudo librorum. Quādo em̄ explicare potero, quō a vobis corpe ſeiunctus, tota vobis mente coniungar: quō alibi manens, vobiſcū ſemp maneam: quō cum alijs conuerſans, intra ſacri collegij veſtri numerum ſpirituali cohabitatione conuerſer? Quādo referre valebo q̄ grauis mihi ſit, teſte eo quem fallere nō poſſum, ipſa veſtra corpalis abſentia: qua ſi carere poſſem, non ſolum miſerum quātum ad me nomen abbatis: ſed etiam totum cum ſuis oībus, mundum exuere nullo modo dubitarē? Quando vel diſertiſſimi cuiuſlibet facultate, etiam ſi liber ſermonibus detur excurſus, proferre ſufficiam: quanta formidine ſub diuini iudicij dubio infelix merito mens mea vacillet: cum imminens maxime ex officio periculum nec manendo ſapienter valeam euitare: nec fugiendo liceat declinare? Nec adeo ſum cæcus vt nō videam, nec adeo inſipiēs vt nō intelligam, nec adeo infidelis vt non credam ſtandum mihi in proximo eſſe ante tribunal Chriſti: vt referam ſcdm beatum Apoſtolum, quæ per corpus geſſero, ſiue bonum ſiue malum. Et cum Salomon idem cōfirmet dicēs. Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudiciū ꝓ omni errato, ſiue bonum ſiue malum ſit: terreor vitę meę incerto: & cogitans infinitū aggerem miſeriarum mearū: alto cordis dolore actus ſuſpiro. Attendo grauiſſimam curarū ſarcinam, debilibus humeris impoſitā: & om⁹

ij. Cor. v.

Eccl's vl.

cui vix gyganteę poſſent vires ſufficere:cerno
puſilli homulluli colla deprimere. Cogor aſel-
lus elephantorũ caſtra dorſo portare:& cum ar
mis Saulis ꝓ caſtris Iſrael cõtra Goliath puer
Apoc.xij. & ruſticus ad bella ꝓcedere. Video draconem
de cœlo ꝓiectum,tertiam partem rutilantiũ
ſtellarũ de ſummis ad ima,cauda trahentẽ:
& aduerſum ſanctę mulieris ſemen acrius ſo-
lito pręliantem. Cunq; ille peritiſſimus ꝑden-
di artifex,multiformibus inſidijs cœleſtia ca-
ſtra infeſtet:me ignaro,me infirmo,me timi-
do duce neſciente:non valente,non audente
reſiſtere:ſpem ſibi victorię de Chriſti militibꝰ
glorians repromittit. Contra quem niſi cito
Michael miſſus fuerit:accuſator fratrũ impiꝰ
pręualebit. Hoc pluſq̃ dicere poſſim metuens,
Heb.x. & horrendũ eſſe incidere in manus dei viuen
tis ſciens:gemino coartor periculo:dũ me mi-
Gregoriꝰ. hiq; cõmiſſos attẽdo. Nam(ſicut beatus Gre-
gorius ait)in illo tremendi iudicij examine,
vniuſcuiuſq; teſtimonium vix ſibi ſoli ſuffi-
ciet:quãto minus ſibi & ꝓximo? Quõ ergo tot
millibꝰ vbiq; terrarum diffuſis,quos raro vel
nunq̃ videre datur:ante Chriſtum viuoꝝ &
mortuoꝝ iuſtum iudicem adero:quando vix
mihi adeſſe potero? Qualiter ſcdm beatũ pa-
trem Benedictum de numero cõmiſſoꝝ ratio
nem reddere pręualebo:qui de ꝓprię vitę ſtu-
Iob.xxv. dio requiſitꝰ,mutꝰ forſitan apparebo? Si aſtra
non ſunt munda in conſpectu eius:quãto ma
gis homo putredo,& filius hominis vermis?
Q; ſi hoc ab illo dictum eſt:qui ſic cõuerſaba-
tur,vt diuina ſententia homo ſimplex & re-
ctus & timens deum,ac recedens a malo dice
retur:& qui ꝓ ſuis ita ſollicitabat̃,vt quotidia-
nas ꝓ eis hoſtias imolaret:dicens ne forte pec
cauerint filij mei:quid dicet homo dormiẽs,
homo negligens:homo nec ſibi nec ſuis ꝓui-
dens? Magnũ,magnum paſtoralis officij peri
culum:ad quod velut cæci ad pręcipitium,le-
tantes noſtri ſeculi homines currunt:& gra-
uius lędẽdi,de ſummis dignitatum gradibꝰ:
in ꝓfundum inferni corruũt. Et antiquoꝝ gla
diatoꝝ more,paruo temporis ſpacio volupta-
tibus & ſuꝑbia ſaginã nutriunt:quã in ſpecta-
culo ꝑditoꝝ,diabolo in ęternum deuorãdam
offerunt. Felix & iam beatitudini ęternę par-
ticipans exoccupatoꝝ ocium:quibus libera &
abſq; impedimento,in cœlum via parat̃:qui
& hic deo,ſi non negligant,facile per inuiſibi
lem charitatem iunguntur:& ſtatim poſt car-
nis funus eidem per ipſam viſionis ſpeciem
ſociantur. A quoꝝ felici requie & quieta felici-
tate me ſeiunctum deflens,inter me & ipſos
interpoſitum cahos doleo:ſed ad eos tranſire
non valeo. Sed quid dolori meo ſatiſfacere cu
piens:aures veſtras audiendis cũ Maria,dñi
ſermonibꝰ occupatas:verboꝝ importunitate
repleo? Quis dabit mihi pennas ſicut colum- Pſal.liiij.
bę,& volabo & requieſcam? Quantũ tamẽ ad
votum animi mei,elongaui fugiens,& man-
ſi vobiſcum in ſolitudine:expectans eum qui
ſaluum me faciat:a puſillanimitate ſpũs:quæ
me his de cauſis exanimat:& tempeſtate mũ
dana:quę quaſi ſuffocãdum vndiq; circumual-
lat. Miſeremini igit̃ mei,ſaltẽ vos amici mei:
& ſicut ego iſta dictando meas vobis lachry-
mas fudi:ita vos corã piiſſimo redemptore,
veſtras pro me dignamini fundere. Miſi ad
hoc aſſidue cõmonendas mẽtes veſtras,ſecũ-
dam cum ſaluatoris imagine crucem:vt eum
crucifixum pro eo in hoc mundo crucifixi cõ-
templantes,cum illum ꝓ veſtra multorũq; ſa-
lute deprecamini:mei quoq; in ſacris precibꝰ
veſtris nullo modo obliuiſcamini. Sit vobis in Eſa.xj.
ſignum amicoꝝ,qui ſtat iuxta Prophetam in
ſignum populoꝝ:vt ſicut dñi veſtri memoria
a pectoris veſtri ſacrario nunq̃ ſeparat̃:ita ſer
ui veſtri miſeria ſi fieri poteſt,a veſtris affectu-
bus nullo tempore diuellat̃. Miſi & vitas ſan-
ctoꝝ Nazanzeni & Chryſoſtomi,ſicut mãda-
ſtis. Miſi etiã libellum ſiue epiſtolã beati Am-
broſij contra relationem Simachi vrbis Ro-
mę præfecti pagani:qui ſub nomine ſenatus
Idolatriam in vrbem reduci ab Imperatoribꝰ
poſtulabat. Qui licet in ſua relatione orator
acutiſſimus videat̃:ei tamen & proſa & me-
tro tam ſupradictus venerabilis pater,q̃ no-
ſter inſignis Poeta prudentius potentiſſime
reſponderunt. Tractatum autem beati Hila-
rij ſuꝑ Pſalmos ideo non miſi:quia eandem
in noſtro codice quã & in veſtro corruptionẽ
inueni. Q; ſi & talẽ vultis:remãdate & mittã.
Proſperum contra Caſſianum ſicut noſtis nõ
habemus,ſed ꝓ eo ad ſanctum Ioannẽ An-
geliacenſem in Aquitania miſimus:& iterꝝ ſi
neceſſe fuerit,mittemus. Mittite & vos nobis
ſi placet,maius volumen Epiſtolarum ſancti
patris Auguſtini:qđ in ipſo pene initio conti-
net Epiſtolas eiuſdem ad ſanctum Hierony-
mum:& ſancti Hieronymi ad ipſum. Nã ma
gnã ptẽ noſtraꝝ: in quadã obedientia,caſu
comedit vrſus. Salutat vos totus conuentꝰ no
ſter deuoto corde.& quidam quibus loqui li-
cet,corde ſimul & ore. Inter quos Frater Pe-
trus notarius noſter:ſe nominatim ſcribi roga
uit. Omnipotens deus noſter Ieſus Chriſtꝰ qui
hic nos vniuit ſpirituali cordium affectione,

in regno ſuo nos vniat ſempiterna cohabita-
tione:& non intrãs in iudicium cũ ſeruis ſuis:
ſuppleat per gratiam qđ deeſt mentis noſtris.

❡ Epitoma Epiſtolę.

❡ Epiſtola. XXV. Chartuſienſium ſeu prioris
eorũdem ad dõnum abbatem. Imprimis de
crucifixi ad eos miſſiõe regratiatiua. Deinde
ne vlterius prior præfatus patris nomine di-
gnus exiſtimetur: deprecatoria. Deniq; vt fra-
tres Cluñ ſalutentur (adiunctis, declaratione
compaſſionis erga priorem maiorem Cluñ.
gratiarũ actionibus de viſitatione quorundã
Cluniaceñ, necnon imprecatione incolumita-
tis authoris) exhortatoria & poſtulatoria.

Domino & patri & Chriſto reueren
tiſſimo Abbati Cluniacẽſi Petro,
dignationis eius ſeruus & filius:
Chartuſienſiũ pauperum inutilis
Guigo famul⁹: perpetua pace gau
dere per Chriſtum. Crucifixum crucifixus &
ipſe, crucifigẽdis miſiſtis. Gratias itaq; reddi
mus ꝑ qualitate muneris: charitati munera-
toris. Verũtñ veſtra in literis quas miſiſtis ex-
preſſa charitas, noſtrę & ſi magnam pſtat con
ſolationem infirmitati. non minorem tamen
humilitas confuſionem ingerit extremitati.
Vnde petimus per eam qua in nos indignos
veſtra feruent viſcera dilectionẽ: vt quãdo no
ſtrę exiguitati veſtra ſcribere dignatur ſereni-
tas: ita de ꝓpria cogitetis ędificatione: vt infir
mitatem noſtram perículoſa nõ infletis elatio
ne. Et illud prę omnibus & ſuꝑ omnia quęſu-
mus, & defixis in terram genibus obſecram⁹:
ne vilitatem noſtram patris nomine dignam
vlteri⁹ ęſtimetis. Satis & ſuꝑ ſatis eſt: ſi frater,
ſi amicus, ſi filius appelletur: qui nec ſerui no
mine dignus habetur. Valete. Salutate reuerẽ
dos patres & dños noſtros, quibus paternam
curam impenditis: quoꝝ pariter & veſtris pre-
cibus noſtram illuminari cęcitatem, roborari
infirmitatem: & aboleri petim⁹ iniquitatem.
Domni Arberti maioris prioris infirmitatib⁹
tãq̃ antiqui ac familiaris amici: noſtro dolo-
re compatimur. Dõnum quoq; Petrũ veſtris
literis ſpecialiter inditum, ſpecialiter & ipſi ſa
lutamus. Pro viſitatione etiam quã nobis vir
egregius prior clauſtrenſis & dõnus Hugo de
Creceio nuꝑ exhibuere: paternitati veſtrę gra-
tias agimus. Incolumẽ vos aſſiduo virtutum
ꝓfectu, ad noſtrum & totius eccleſię gaudiũ:
clementia diuina conſeruet. Apud fratres no-
ſtros, noſtra commendatione non indigetis.
Ipſemet eñ veſtris meritis, veſtriſq; lr̃is eoꝝ
viſcerib⁹ veſtrã memoriã iſolubiliter alligaſtis.

❡ Epitoma Epiſtolę.

❡ Epiſtola. XXVI. ad Petrum Pictauienſem
notarium abbatis. Primum diuturni a ſcribẽ-
do ſilentij excuſatoria. Dehinc paci ac quieti
euſdem Petri cõgratulatoria. Inſuper poſt cul-
patam dicti Petri in ſcribendo negligentiam:
ſtatus eius interrogatoria: ſubiuncta cõmen-
datione fugę illius ab implicatione mũdana-
rum rerum: & periculo eoꝝ qui huiuſmodi im
plicantur. Tandem vero, vt velociter veniat:
pręceptoria.

Speciali mihi amore chariſſimo fra-
tri & filio Petro, Frater Petrus humi
lis Cluniacenſium abbas, ſalutẽ ęter
nam. Poſtq̃ a nobis mi chariſſime
corporali præſentia diſceſſiſti: & ſtrepit⁹ mun-
danos qui te nobiſcũ noſq; tecum ſępe ab inti-
mis hebeſcere cogebant fugiens, ad ociũ qua-
lecunq; te tranſtuliſti: frequenter tibi ſcribere,
atq; tam tuum ſtatum addiſcere: q̃ meum dul
cedini tuę notificare ꝓpoſui. Sed ſeculo quod
(vt ſic loquar) me ſibi totum colligauit: nulla-
tenus vel ad dictandũ cor, vel ad ſcribendum
manum relaxare volente: id hucuſq; implere
non potui. Hac de cauſa tandiu tuum eſſe re-
ſcire, tãdiu te de me certificare: nõ tam diſtu-
li, q̃ differre compulſus ſum. Nunc tãdem du
riſſimi dñi iugo vix ad horam me fugitãdo
ſubducens: hęc paucula furtim ſcriptitando
direxi. Cõgratulor quidem quieti tuę: & dgau
deo paci tuę, ſi tñ talis eſt: vnde & tu interim
gaudere debeas. Et licet ego ĩ pelago fluctuẽ:
nimiũq; aduerſis flatibus ac tumidi maris fe-
ris ęſtuationibus naui conquaſſata, de vita
diffidam: te iam portum tenentem, & iras
maris aeriſq; ſecura mente ridentẽ: lętus aſpi-
cio. Cuius rei certa argumenta ſunt: q cum te
mihi ſemꝑ adhęrere debere: tã multus amor
quo te amplectebar, q̃ multa vtilitas qua te in
digebam inſtanter commonerẽt: ſuppoſui tñ
velle meum voluntati tuę: prępoſui ſalutem
tuam neceſſitati meę: prętuli ocium tuum, ne
gocijs meis. Tu autem nullam huic noſtrę be
niuolentię vicẽ reddere curans (qđ ſaluo ami-
citię priuilegio dixerim) videriſ tibi viuere, tua
curare: ea quæ ſunt alioꝝ, & qđ eſt deterius)
amicoꝝ vilipendere: & inuenta vt paſſer do-
mo, reperto vt turtur nido: columbarum mi-
ſerijs gementium, & vngues aquilarum/acci-
pitrumq; formidantium pericula: ſecuro ani-
mo ſiccaſq; oculis ſuſtinere. Sed abſit vt ſic de
corde tuo ſentiam: de quo non aliud q̃ qđ de
meo ſentire conſueui. Non hoc de corde tuo
ſentio: non hoc illi impono: quod vnanime

mihi eē nō dubito. Sed queror: q̄ perturbationi
bus & anguſtijs noſtris tam & ſi compatiaris:
compati te tñ nullis indicijs demonſtraueris.
Potuiſti enĩ, & ſi nō eripere: ſaltem condolere:
Potuiſti, & ſi non ſubuenire, ſaltem admone-
re. Potuiſti, & ſi nō ſubleuare: ſaltem conforta
re. Nam ſi impotentia auxilium ſubtrahebat:
quis verba inhibebat? Si facultas adiuuādi de
erat: quis ſermonem retinebat? Quis animū
a dictando: manum a ſcribendo prohibebat?
An ocium tibi defuiſſe cauſaberis? An literas
te neſciſſe probabis? An aliud aliquid obſtitiſ-
ſe monſtrabis? Nihil certe. Reſtabit ergo negli
gentia. Hanc ſolam ſi pœnitendo obieceris:
veniam promereri poteris. Sed parcam pudo
ri, continebo manum, retraham habenas, ſuſ-
pēdam ſtylum, moderabor ſermonē: ne vltra
q̄ ratio patitur, in amicum inuehar. Do ve-
niam. Faciam ipſe, quod te non feciſſe repre-
hēdo. Volo plenius ſcire: quomodo te habeas.
Nam ſi bene, ſi quiete, ſi libere (quod ſemper
optaſti) deo vacare preuales: ſi locus ad hoc
plene famulatur, ſi dediſti ſomnū oculis tuis,
& palpebris tuis dormitationem: donec inue-
nias locum domino, tabernaculum deo Ia-
cob, gaudebo. Sin aliter, quantū ad locum ſpe
ctat: aptum (vt arbitror) prouidebo. Non enī
poſſum non eſſe ſollicitus de ſalute tua: quā vt
meam deſidero, & propter quā abſentiā tuā
omni mihi moleſtia moleſtiorem tolero. Lau
do enim quod optaſti, effero quod tractaſti:
prædico quod inchoaſti. Q2 ſi non dū poſſum
quod potuiſti: volo tamē quod voluiſti. Quid
enim? Quis hoc non vellet? Quis tantum bo
num non concupiſceret? Quis a tanto malo
erui nollet: quo vita perdit, quo mors adquiri-
tur, quo deus expellitur: quo hoſtis admitti-
tur? Rerum enim quas fugiſti mundanarum
implicatio, aut mortem aut vicinum morti
periculum inferunt: ita vt nullus fere vnq̄ ſe
his implicauerit: qui horum alterum nō incur
rerit. Nec multum refert hoc maxime tempo
re: quo quis habitu, qua quis profeſſione, vel
ſimulatione religiōis, propoſito ſeſe curis exterio
ribus immiſceat: cum omnes pene quicunq;
Nota vitia familiaria tractātibus tēpalia. occaſione eccleſiaſtica rebus ſecularibus occu
pamur: nō in eis q̄ Ieſu Chriſti: ſed quę noſtra
ſunt quęramus: gloriam, potentiam, volupta-
tem, pecuniam, & ſi qua ſunt alia quę viden-
tur carni commoda: ſed multa animę gene-
rant incommoda. Qui non ita ſaltem terre-
na tractamus, vt partim terram partim cœ-
lum cogitemus: aut quod peruerſum ſed tole-
rabilius eſſet, vt minus cœlum magis terram
ſapiam⁹: ſed quod eſt omnino peruerſiſſimū,
prorſus cœlum poſtponentes: terræ prorſus in-
hęrentes: veraciter fateri poſſumus. Quoniā Pſal. xliij.
humiliata eſt in puluere aĩa noſtra: cōglutina
tus eſt in terra vēter noſter. Sup quibus in infi
nitum progredi loquendo: ipſa cogente mate
ria, immo miſeria, poſſem: ſed quia illa me ſę-
pe defletem audiſti, & quid de huiuſmodi ſen
tiam pleniſſime noſti: ſuperſedēdū iudicaui:
ne extra metas currum agere, & præter viā
currere videar: neue cuilibet legenti caſu ali-
quo nota fiant: que ſolum te noſſe volui. Veni
ergo ad me celeriter, vt tutis amici aurib⁹ cre-
dere poſſim: quæ chartis plærūq; infidelibus
committere non præſumpſi.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XXVII ad dominum Papam In
nocentium. Imprimis exceſſus cuiuſdam ac
facinoris lamentabilis in præcipuos Eccleſiæ
dei miniſtros a concilio reuertentes in epiſco
patu Lunenſi perpetrati: deprecatoria. Dein-
de, vt non ſolum nequitię auctores, quinetiā
totus dictus Lunenſis epiſcopatus, dignam
experiatur apoſtolicę cenſuræ vindictam: de-
precatoria.

SVMMO pōtifici & noſtro piiſ-
ſimo patri domino Papę Inno iiij. re. xix
centio, Frater Petrus humilis Eſaiæ.
Cluniacenſium Abbas: ſalutē, xxxvij.
& obediētiam. Dies tribulatio iiij. Regū.
nis & anguſtię dies hec quia ſcdm Prophetā. xviij.
Venerunt filij vſq; ad partum, & virtus non iiij. Regū.
eſt pariēdi. Venerūt nūc ij Sennacherib, blaſ xxiiij &
phemantes deū cœli: irruit Nabuchodonoſor xxv.
& captiuauit populum dei: nec defuit Doech, j. Re. xxij
qui extenderet manum in ſacerdotes domi-
ni. Lamentabilem hiſtoriam cogor retexere:
quam præcordiorum dolore interrumpente,
lachrymis velim nolim interfluētibus: vix (vt
arbitror) potero explicare. ¶ Sed quia proh do
lor, hoc a martyrum temporibus tam inaudi
tum ſcelus me vidiſſe contigit: ſilere cum ma-
luiſſem, loqui inuitum oportuit. Regreſſi ab
vberibus vocantis eccleſiæ, a concilio pietatis
veſtrę: vt grex dominicus ſimpliciter ambu-
lans, luporum morſus incurrimus: & noſtris
ſeculis inſolita rabie diſperſi, captiuati, vulne-
rati: & rebus omnibus pene expoliati ſumus.
Aderat in comitatu noſtro nō ignobilis neq;
vltima pars eccleſiæ dei: Archiepiſcoporum,
Epiſcoporum, Abbatum legio: monachorum
non paruus numerus: Archidiaconorum, no

bilium clericorum, & religioſarum perſonarum populus. Horribile ſpectaculum: tantas tamq; neceſſarias eccleſię dei perſonas videre diſtrahi, diſſipari, vulnerari: atq; gladijs inſequentibus vbi vbi per diuerſa fugari. Epiſcoporum atq; Abbatum plurimi ad proxima caſtra violenter abducti: & quidam eorum poſt verbera & vulnera barbarica immanitate incarcerati ſunt. Inter quos dominus Remēſis, cui nec ætas nec dignitas adeſſe potuerunt: poſt multas iniurias & vulnera turri concluſus tenetur. Dominus Petragoricēſis ſimilia expertus eſt. Sed quid ego de ſingulis quaſi ſolus loquor: cum Bituricenſis & Senonenſis ſuis pene omnibus amiſſis, vix ad pontem tremulum tremuli & anheli peruenerint: & ibi cum Ebredunenſi, Trecenſi ictu haſtę de equo deiecto, & inde grauiter infirmato: cū Lemouicenſi, Atrebatenſi, Belicenſi, Redonenſi, atq; alijs Epiſcopis: Abbatibus etiam Lemouicenſi, Vizeliacenſi, ſancti Michaelis de Cluſa, ſancti Germani Pariſienſis, Corbienſi, Nouiomenſi, Burgulienſi, ſancti Sulpitij, ſancti Remigij, Craſſenſi, ſancti Ioannis de prato, de monaſterio Hender, Melundenſi, Salmurenſi: & alijs q̄plurimis ſecundo carcere incluſi teneantur? Refertus eſt burgus ille & conſtipatꝰ multitudine ſanctorum, quę velut Hieruſalē obſeſſa a Babylonijs: pedem vltra protendere non audet. Nulli tutus ingreſſus: omnibus negatur egreſſus. Nec multa ſpes in aliquo, niſi in illo qui educit vinctum de domo carceris: & in vobis ſanctiſſime pater, qui eius vices in terra geritis. Clamat igitur ad vos ſicut ad ſingulare pręſidium, nobilis illa eccleſię dei portio: & ſibi citiſſime ſubueniri, ſicut filijs a patre precatur. Poſtulo & ego ſocius periculorū, per quem vobis iſta ſcribi elegerūt: vt quia tanta pro deo & vobis eos cōtigit pericula ſubire: feſtinet veſtra pietas eorum cito periculis ſubuenire. Poſtulo inquam, quia poſtulandū mihi eſt, ne ſanctos ſocios qui itineri noſtro quadam charitatis confidentia adheſerant: contempſiſſe videar. Nam de meis iniurijs plura dicere ſuperſedeo: qui dum cum domino Vizeliacenſi Abbate armatis hoſtibus pro pace ſociorum obuius occurriſſem: primo impetu mula noſtra ictu lanceę confoſſa, in partem cedere coacta eſt. Fratres noſtri fugati, famuli capti: res pene oēs ablatę. Ego ad proximā villam me conferens, tandiu delitui: donec conductu hoſpitis noſtri, ad pontem tremulū quo alij præceſſerant: veſpertinis horis & ipſe perueni. Inde ergo cum ſocijs vocem querulæ lamentationis emittens, rogo pariter & conſulo: ne rem tantam paruipendendam putetis: ſi nomini Chriſti, ſi honori veſtro, ſi vtilitati eccleſię: aliquando conſulendum eſſe iudicatis. Si enī hoc negligit̄: quid curabitur? Si rigor iuſtitiæ, ſi ſeueritas eccleſiæ in damnis publicis dormit: quando in priuatis euigilabit? Precatur nobiſcum & conſulit ſacer captiuitatis conuentus: vt non ſolum in actores nequitię huius, ſed & in toto Lunenſi epiſcopatu apoſtolicę vindictę mucro reſplendeat: quatinus eo ſublimiter renitente, non ſolum prope poſiti: ſed etiam in extremis chriſtianitatis finibus conſtituti terreantur. Lunenſis Epiſcopus nobis in breui apparens, lunarem eclipſim nimis immature paſſus eſt: quem dum per totam dietam nobis lucere credidimus: vix per integram leugam ſocium habere potuimus. Longus fui: ſed (vt audacter loquar) in tanta re longior eſſe debui. Iam ſi quid minus dictum eſt: ſapientia veſtra ſuppleat & diſponat.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XXVIII. ad domnum Bernardum Abbatem Clareuallē. viginti articulorū, in quibus Cluniacēſ a Ciſtercienſibus benedictinę regulę tranſgreſſores arguebantur: præmiſſiua. Deinde vero, Cluñ in huiuſmodi viginti articulis immerito culpari: rationibus pariter & auctoritatibꝰ ſingillatim oſtenſiua, & vſque adeo efficaciter perſuaſiua: vt fere in omnibus quę tunc damnabant: nunc Ciſtercienſes cum Cluniacenſibꝰ facto conueniant & concordent.

PRO MERITIS venerabili, pro affectu erga nos dilectiſſimo, domno Bernardo Clarę uallis Abbati, Frater Petrus humilis Cluniacēſium Abbas, ſalutē præſentem & ſalutem æternam. Diu eſt frater chariſſime, ex quo bonæ conuerſationis tuæ aromata ſpirituali ſuauitate fragrātia intimo cordis odoratu hauriens: teq; ante diligere q̄ noſſe, ante venerari q̄ contemplari incipiens: te videre, te amplecti: tecum de animę profectibꝰ loqui deſideraui. Cuius rei effectum hactenus præſtolatus: quod de his charitati tuę ſcribere decreuerā, diſtuli. Malui quippe viuo ſermo-

ne ſecreta cordis mei tibi aperire:q̄ hęc ſcedu-
lę calamo parıēte cõmittere. Sed multa terra
rū intercapedo, multa negotiorꝫ & tribulatio
nū nobis ingruentiū amaritudo: hoc ne con-
tingeret, hucuſq; prohibuerunt. Faciam ergo
neceſſe eſt quod pmittitur, & modo quo poſ-
ſum (quia iſto tantū modo poſſum fraternita
ti tuę mihi vt dixi) ante charę q̄ notę qđ me
in quibuſdam mouet, aperiam. Noui enim
te eruditione ſecularıū: & (quod eſt lõge vtili⁹)
ſciētia diuinarū literarum inſtructum pariter
& ornatum, & relicta Aegypto, Aegyptio-
rum ſpolijs & Hebræorum opibus ſic dita-
tum: vt & aliorum indigētiam ipſe diues per-
manens ſupplere: & de dubijs certam ferre
ſententiam valeas. ¶ Obijciunt itaq; noſtris,
quidam veſtrorum. Non (inquiunt) vos regu
lam, cuius rectitudinem ſequi propoſuiſtis, vt
ipſis operibus monſtratur ſequimini: immo
diſtortis greſſibus ignotas ſemitas & deuia
quæq; ſectamini. Proprias nanq; leges ipſi vo
bis, prout libuit, componentes: has ſacro ſan
ctas dicitis: patrum pręcepta ꝑ veſtris traditio
nibus abijcitis, in eadem re (qđ monſtruoſum
videtur) magiſtri & diſcipuli exiſtitis. Inſuper
ad augmētum pręuaricationis & diuinę irrita
tionis corā deo & ſanctis ei⁹ voto vos aſtringi
tis, qđ trāſgredıētes, reos vos violati voti abſq;
dubio oñditis. Promittitis ſi quidē ſcđm regu
lā beati Bñdicti vos in caſtris cœleſtib⁹ milita
turos: atq; iuxta ipſi⁹ inſtituta, indeficientem
obediētiā ſeruaturos Hec pmiſſio. Videam⁹
Prima obiectio Ciſterciēſiū. vtrū ſic ſe habeat cõuerſatio. ¶ Et vt per ordi-
nē cũcta aggrediamur: in ſuſcipiēdis nouicijs
quō regulā ſeruatis, cū nō niſi poſt annū, ſpiri-
tib⁹ ſi ex deo ſunt pbatis, eos ſuſcipi p̄cipiat:
vos aūt ipſo quo aduenıūt (vt ita loquamur)
momēto nulla rōne ſeruata: eos ſuſcipiatis?
Vnde cõtingit, vt quia incaute recipiūtur: in-
cauti⁹ recepti cõuerſenť: & quia ad qđ veniūt
veniētes nō intelligunt: iā cęteris ſociati, quid
agere debeāt neſciūt: dūq; i ſtadio more athle
tarum ante pugnā nō exercētur: ad cõflictum
veniētes cū pugnare debeāt fugiūt: & cū forti-
ter dimicātes vincere, vt pote taliū inexperti,
Secunda obiectio. facillime vincuntur. ¶ Vſum quoq; pelliciarū
& diuerſarū pelliū qua auctoritate vobis de-
fenditis: cū in eadē regula nihil de hmōi repe-
Tertia obiectio. riať? ¶ Fœmoralia ſane de veſtiario hos qui
in via dirigūtur accipe, & reuertētes ibidē repo
nere iubet: vtiq; p̄ter illos nulli ea ferre pmit-
Quarta. obiectio. tēs. ¶ De ſtramētis aūt lectorꝫ vtrū magiſtrū
ſequamini ipſi videte: cū certe plura & diuerſa
q̄ regula p̄cipiat vobis & ſupponatis & ſuppo-
natis ¶ Vt duo pulmētaria cocta fratrib⁹ oi- Quinta obiectio.
bus ſufficiāt: & vt tertiū de pomis aut legumi-
nib⁹ ſi fuerit vnde, addať: in ſęped:ct: regula
legitis: an ita teneatis agnoſcitis ¶ Fratres Sexta obiectio.
trāſgreſſores & pfeſſionis ſuę p̄uaricatores, il-
los videlicet q collū iugo regulę ſubducētes, &
de monaſterijs fugiētes ad ſeculū reuertūtur:
vſq; tertio ſi reuerti & pœnitere voluerint, reci
pi iubet: & ſi poſtmodū hoc fecerint: oēm eis
reuerſionis aditū denegari. Sed vos ſicut cęte
ra, ſic & illud quoq; cõtemnitis: & quotiēſcūq;
libet: aduenıētes cõtra regulę p̄cepta ſuſcipitis.
¶ De ieiunijs vero regularib⁹ quid dicemus: q̄ Septima obiectio.
ſic abieciſtꝭ, ſic ꝑ velle mutaſtis: vt vix paruas
ipſorꝫ reliquas magꝭ forte hūano pudore q̄ diui
no timore retinueritis? (Nā cū monachis p̄cipia
tur: vt a Pentechoſte vſq; ad Idus Septēbris,
ſenex autem non fuerit: præuaricatę regu-
læ rei, & ob hoc inferno digni iudicabimur?
Quid ſi & ſenectutem & ſapientiam in ea-
dem perſona inuenire nequiuerimus? An
hac de cauſa: niſi & ſenex ętate & ſapiens
moribus: ad portam monaſterij non po-
netur? Et quid eſt quod ſcriptura dicit. Ca-

Sap.iiij.
Scdo nec
in mini-
mis.

ni ſunt ſenſus hominis: & ætas ſenectutis
vita immaculata? Super hæc niſi pulſanti-
bus, & clamantibus idem portarius deo
gratias reſponderit, aut benedictionem
vociferatus fuerit, etiam ſi cuncta alia hu-
manitatis officia aduenientibus exhibue-
rit: tamen ſecundum vos nihil proderit.
nec etiam vniuerſa regula optime in alijs
conſeruata: niſi iam dictus oſtiarius deo
gratias celſa voce inſonuerit, ſufficere po-
terit ad ſalutē. Hoc videat ratio, videat ve-
ritas, videant veritatis amatores: & nobis
tacentibus quod inde ſentiunt, proferant.

Tertio
nō eē ne-
ceſſarium
portariū
Cluniaci.

Nos autem ad portam portarium cur po-
neremus: qui nec portam habemus? Portę
quippe noſtræ non clauduntur per diem:
ſed aſſidue patentes, ſine perſonæ diſcre-
tione introitum aduenientibus prebent.
Nec neceſſe eſt aliquem pulſare, nec neceſ-
ſe eſt aliquem clamare: quia non tm̄ mu-
rorum aditum, ſed etiam hoſpitij introi-
tum apertum inuenit: & ilico recumbens,
vniuerſa parata reperit. Ne cogantur vero
fratres extra domos proprias manere: ſa-
piētem & honeſtum famulum iuxta ma-
nere & iacere facimus: qui mendicantis ho-
ris, ſiue illis quibus oſtia cuncta monaſte-
rij ex conſuetudine clauduntur. pulſanti-
bus vel clamantibus, non tantum vocis
clamore: quantum obſequij exhibitione
reſpondeat. Sic certe, ſic agendo: non præ-
uaricatores, ſed pro poſſe noſtro regulæ con-
ſeruatores exiſtimus. ¶ Nunc tandem,

Reſpōſio ad.xv.

nunc ad illa veniamus: quæ cum tāta ad-
miratione protuliſtis, quæ omni rationi &
auctoritati contraria eſſe dixiſtis. Illa diſ-
cutiamus, quibus ineuitabili periculo no-
bis adquieſcētes dicitis cinctos: vt ad quā-
cunq; partem ſe verterint, præuaricatores
non eſſe non poſſint. Hoc certe de illis di-
citis: qui poſt ſemel promiſſam alibi ſtabi-
litatem, conuerſionem morum, atq; obe-
dientiam: rurſum alio in loco ſtabilitatem,
rurſum cōuerſionem morum, rurſum obe-
dientiam ſub alio Abbate promittunt: at-
q; priorem fidem irritam, quantum in
ipſis eſt, faciunt. His nos ſubiungimus.
Cum pro regula vos agere dicatis: quare
contra eam vos eſſe monſtratis? Et quam
nos non tenere arguitis. quare nos ab ipſi-
us tramite ſequendo repellitis? Sic enim
legimus ibi, de monachis peregrinis, qua-
liter ſuſcipiantur: tractatur. Si vero poſtea
(inquit) voluerit ſtabilitatem ſuam firma-

Primo ex
regula de
ſtabilitate

re: non renuatur talis voluntas. Ecce quē
ante, vt pote monachum, certum erat ſta-
bilitatem ſuam alibi firmaſſe: ſi rurſum fir-
mare alio in loco voluerit, non prohibetur:
quin potius, ne talis voluntas renuatur,
præcipitur. Quem ſi reatu deſertæ primæ
profeſſionis teneri cognouiſſet: certum
eſt: quia hoc minime laudaſſet, certum,
quia nullo modo pmiſiſſet: certum, quia
omnimodis prohibuiſſet. Neq; vero tan-
tum virum, tanta ſcientia: ſpiritu quoq; p-
phetię ita repletum, vt vix eum aliquid la-
tere poſſet: in tali tantaq; re culpa latere po-
tuiſſet. Nam cui occulta manifeſta erant:
manifeſta occulta fieri minime potuerūt?
Quod ſi ſtabilitatem firmare monacho pegri
no cōceditur: vt in loco quem elegit ſtabilē
ſe ſemper eſſe oportere intelligat, nec vltra
inde ſibi licere euagari: nihilominus patri
monaſterij obedientiam illum promittere
expedit: vt habeat cui loco Chriſti obedire

Secundo ratiõe de cõuerſiõe morum.

debeat. Conuerſionem vero morum rur-
ſum polliceri quid oberit: cum non tñ bis
in profeſſione, ſed etiam millies in confeſ-
ſione: tam deo, q̃ hominibus quotidie mo
rum conuerſionem & vitæ emendationẽ:
cum præteritorum malorum pœnitentia
promittere debeat? Si vero ſtabilitatem, cõ
uerſionem morum & obedientiam, ei poſt
primam promittere licet: licet & profeſſio-
nem facere. Nam quid aliud in profeſſio-
ne: quam ſtabilitas, conuerſio morum, &
obedientia a monacho promittitur? Q; ſi
hoc monacho peregrino non negaſ: qua-
re non omni legitime venienti concede-
tur? Sed neq; timendum, ne ſecunda pro-
feſſione prioris præuaricator iudicetur:
quoniam non diuerſum, ſed idem quod
prius promittit. Si enim aliquid priori vo-
to contrarium, aut minus continens, deo
promitteret: ſine dubio reus exiſteret. At
quoniam idem quod prius promittit: vt
diximus, in nullo delinquit. Videat tñ, vt
quod ſe facturum coram deo ſpondet: im-
plere omnimodis ſatagat. Sed forte oppo

Obiectio

nitis. Quomodo ſecundam profeſſionem
omnem monachum poſſe facere, & con-
uerſionem morum, atq; obedientiam ſe-
cundo poſſe promittere affirmatis. cum
non reliqua, ſed ſolam ſtabilitatem firmã
dam: & non ab omnibus monachis, ſed a
ſolis peregrinis monachis regula dicat?
Ad quod nos. Quod a peregrinis mona-
chis ſtabilitas firmari poſſit: vt ipſi cogno
ſcitis, regulæ auctoritate probatur. Q; ve-

Rñſio per rõnẽ ex regula ſumptã.

ro ab omnibus alijs monachis, non tñ ſta
bilitas: ſed & conuerſio morum, atq; obe-
diẽtia, hoc ẽ, integra ꝓfeſſio iterũ fieri poſ
ſit: ſumpta ex ipſius regulæ verbis rõne ꝓ-
bamus. Nam ſcilicet iuxta regulã ſecundo
ſtabilitatem firmare licet: iuxta rationem
ſecundo conuerſionem morum, atq; obe-
dientiam promittere. Q; ſi præuaricatur
qui conuerſionem morum & obediẽtiam
ſecundo promittit: præuaricatur nihilomi
nus, qui ſecũdo ſtabilitatem firmat. Nam
ſi ſequens votum priore quaſſatur: non in
parte, ſed in toto quaſſabitur. Si inquam
conuerſionem morum & obedientiã mo
nach⁹ ſecundo promittere nõ debet: quo-
niam idem alteri iam ante promiſit, nec
ſtabilitatem ſecundo firmare poteſt: quo-
niam iam ante ſe ſtabilem fore alio in lo-
co firmauit. Sed certum eſt iuſtum eſſe: qđ
de ſtabilitate firmanda regula mandat. Iu
ſtum eſt igitur, quando a monaſterijs ad
monaſteria legitime venientes: cum ſtabi
litate etiam conuerſionẽ morum & obedi
entiam, coram ipſorum cœnobiorum Ab-
batibus profitentur. Sed & ſi recte peregri
nis monachis hoc agere conceditur: nõ re-
cte cæteris omnibus cum Abbatum pro-
priorum conceſſione venientibus negabi

Rñſio ad xvj.

tur. ¶ Cur autem noti monaſterij mona-
chos ſine proprij Abbatis permiſſiõe, aut
literis commẽdaticijs ſuſcipiam⁹, aut quã
inde rationem prætendamus, quæritis:
atq; nos in huiuſmodi re contra charitatẽ
fraternam agere dicitis. Nos vero ſicut de-
fendimus ea quæ recta putamus: ſic nũq̃
excuſandas excuſationes in peccatis aſſu-
mere volumus. ¶ Scimus nanq; non de-

Monachus nõ ẽ ſuſcipiẽd⁹ ſine ꝑmiſſione abbatis, quã diu ei debite prouidet.

bere aliquem alicuius monachum, abſq;
eius permiſſione ſuſcipere. quandiu vt ve-
rus pater filio, & vt bonus paſtor oui pro-
priæ: cuncta tam animæ q̃ corpori neceſſa
ria, ea ſcilicet ſine quibus, nec anima ſalua
ri, nec corpus poteſt ſuſtentari: prouidet.
Q; ſi horum aliquod defuerit: licet fratri,
etiam inuito Abbate, locum ſibi tam in-
utilem, immo tam noxium & pernicioſũ
deſerere: atq; ſuæ animæ interitum mo-
dis omnibus declinare: locumq; alium in
quo hoc qđ prius non poterat, implere poſ
ſit: quærere. Si enim oculus eruendus, ſi

Matthei xviij. Luc. xiiij.

manus vel pes abſcindendus eſt: ſi pater,
mater, vxor, filij, fratres & ſorores ſunt
odiendi ne Chriſtus amittatur: nihil pla-
ne relictum eſt, cui non debeat ſalus ani-
marum præponi. Neq; enim voti, vel ꝓ-
feſſionis tranſgreſſor dici monachus po-
teſt, ſi loco qui votum implere non ſine-
bat dimiſſo: ad eum in quo votum perſol-
uere queat, tranſmigrat: vt cum Propheta
dicere valeat. Reddam tibi vota mea: quę

Pſal. lxv.

diſtinxerunt labia mea. Arguendus poti⁹
eſſet, & dignus morte iudicandus: ſi tantæ
rei diſpendium paruipendens: mortem
ſuam ſtulta patientia ſuſtineret. Hinc Ec-

Nota indultũ apoſtolicum.

cleſia Cluniacenſis ab Apoſtolica ſede con
ceſſionem retinet, taliter ad ſe venientes
recipere. quod tamen non vt priuatum,
aut ſingulare: ſed velut omnibus commu-
ne, & licitum obtinet. Ita quippe venien-
tes: non ſolum illa Eccleſia, ſed & vniuer
ſa Chriſti cœnobia ſuſcipere, retinere: atq;

Rñſio ad xvij.

fouere debent. ¶ His additis & multa in-

nectione extollitis: dicendo quod proprium epiſcopum habere refugim⁹. Nos vero reſpondemus iſtud veritati contrarium oppoſita fronte exiſtere: quoniam patet nos proprium epiſcopum habere. Quis enim rectior, quis verior, quis dignior Romano epiſcopo epiſcopus poteſt inueniri? Nonne ille eſt: quem cæteris præeſſe non humana, ſed diuina auctoritas ſanxit? Nonne ille eſt: cui dictum eſt, tu conuerſus confirma fratres tuos? Nonne ille eſt cui dictum eſt Tibi dabo claues regni cœlorum? Et quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cœlis? Hunc vnum ſolum & maximũ nos habere epiſcopum gloriamur: huic ſoli ſpecialiter obædimus: ab hoc ſolo ſi cauſa (quod abſit) exigeret, interdici, ſuſpendi: atq; excommunicari poſſemus. Hoc ipſi⁹ ſanctæ ſedis irrefragabilis ſanxit auctoritas: nec vnius tãtum, ſed multorum decreta inde apud noſtram matricem eccleſiam conſeruantur.

Cluñ.habent proprũ epiſcopum: ſcilicet romanũ

Lu.xxij. Mat.xvj

Cluñ. a fundatione fuerunt ſub tutela ſũmi pontificis.

¶ Hæc ipſi ita condiderũt, non vt hanc de qua loquimur Cluniaceñ. eccleſiam alteri epiſcopo prius eam poſſidenti auferrent: ſed a fundatoribus qui eam in proprio alodio conſtruxerant rogati, in propriam retinuerunt: atq; ſoli Romano pontifici eam inæternum ſubiacere decernentes pluribus hoc priuilegijs confirmauerunt. Præcepto vero ipſius, quoniam ab ipſo vtpote nimium remoto nõ valemus: a quolibet catholico epiſcopo chriſma, oleum, ſacros ordines, eccleſiarum & cimiteriorum conſecrationes, & cętera his ſimilia ſuſcipimus, atq; apoſtolicę ſedi, cui non obædire nephas eſt, in his & in omnibus obædimus: & ideo nec monachorum, nec Chriſtianorum regulam, qđ nos facere dixiſtis, infringimus. ¶ Si autem adhuc perſtatis, & nos male agere iactatis: illum quem obtendimus impetite: & nobis dimiſſis de his cum ipſo agite. Nos enim quia cõtraire non debemus, obædire volumus, nec de eius vnquã, quod nulli mortalium licitũ eſt: iudicio iudicare. Hoc nõ ſoli Cluniacenſes obtinent: ſed & quãpluribus datum cernimus, & longe ante Cluniacum conditam multis alijs monaſterijs ab eadem apoſtolica ſede conceſſum videmus. Cui⁹ ſedis pręſules cum magni ſapientia & religione fuerint: & quorũdam ex ipſis merita miraculorum quoq; fulgore ſolemniter in mundo claruerint: incredibile eſt: aut decipi in talibus potuiſſe: aut contra conſcientiam ſuam talia agere voluiſſe. Eo namq; animo, ea intentione: qua noſtrorum temporum apoſtolici quieti monachorum prouidentes, ea quę diximus q̃pluribus monaſterijs contulerunt: antiquiores quoq; Romanæ eccleſiæ pręſules ſimili de cauſa in multis a iugo epiſcoporum libera eſſe monaſteria decreuerunt. Vnde Beatus Gregorius in epiſtola Caſtorio ariminenſi epiſcopo. Luminoſo (inquit) abbate referente: plurimis in monaſterijs multa a præſulibus preiudicia atq; grauamina monachos pertuliſſe comperimus. Oportet ergo vt tuæ fraternitatis prouiſio: de futura quiete eorum ſalubri diſponat ordinatione: quatinus conuerſantes in illis: in dei ſeruitio gratia illius ſuffragante, mente libera perſeuerent. Miſſas quoq; publicas in cenobio fieri omnimodo prohibemus, ne in dei ſeruorum receſſibus & eorum receptaculis vlla popularis prebeatur occaſio conuentus: quia non expedit animabus eorum. Nec audeat ibi epiſcopus cathedram collocare, vel quamlibet poteſtatem exercere imperandi, nec aliquam ordinationem quãuis leuiſſimam faciendi: niſi ab abbate fuerit rogatus, quatinus monachi ſemper maneant in abbatum ſuorum poteſtate, vt remotis vexationibus ac cunctis grauaminibus, diuinum opus cum ſumma animi deuotione perficiant. Item ipſe alibi. Viſitandi, exhortandiq; gratia ad monaſterium quotiens placuerit, ab Antiſtite ciuitatis accedatur. Sed ſic charitatis officium illic impleat epiſcopus: vt grauamen aliquod monaſteriũ nõ incurrat.

Si exemptiones ſint illicite: inde magis arguẽdus ẽ ſummus pontifex

Cã exẽptionis fuit: vt p uideret pacimonachoꝝ

Argumẽtũ ex gregorij decreto.

Sed & alio in loco. Quam ſit neceſſarium monaſteriorum quieti proſpicere: & de eorum perpetua ſecuritate tractare, anteactum nos officium, quod in cenobiȷ́ regimine exhibuimus informat. Et quia in plurimis mõaſteriȷ́s multa a pręſulibus pręiudicia atq; grauamina monachos pertuliſſe cognoſcimus: oportet vt noſtræ fraternitatis prouiſio de futura quiete eorum ſalubri diſpõat ordinatione: quatinus conuerſantes in illis in dei ſeruitio gratia illius ſuffragãte mente libera perſeuerent. Sed ne ex ea quæ magis emendanda eſt, conſuetudine: quiſq; monachis quicquã moleſtię preſumat inferre, neceſſe eſt. vt hæc quę inferius enumeranda curauimus: ita ſtudio fraternitatis epiſcoporum debeant cuſtodiri: vt ex eis non poſſit vlterius inferendæ inquietudinis occaſio reperiri. Interdicimus igitur in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. & ex auctoritate beati Petri apoſtolorum principis prohibemus, cui⁹ vice huic romanæ eccleſie preſidemus: vt nullus epiſcoporũ aut ſecularium vltra preſumat de redditibus vł rebus, vel chartis mõaſteriorum: vel de cellis, vel villis quæ ad ea pertinẽt: quocũq; modo vel qualibet occaſiõe minuere, vel dolos, vel immiſſiones aliquas facere.

Cõcluſio argumẽti.

Si ergo illis hac de cauſa licuit qd in anterioribus canonibus non inueniebatur ſancire: plane & iſtis licitum fuit: eadem ratione ea de quibus nos impetitis decernere & conſtituere, vt ſicut illi ex parte, ita iſti ex toto (quia ſic expedire videbãt) monachos ab epiſcoporum oppreſſionibus liberarent. Nam quicqd poteſtatis vetuſtiſſimi & primi obtinuerunt: id totum in recentiſſimos & nouiſſimos transfuderunt. Quod igiẗ eccleſia dei tantis temporibus ſub tot & tantis patrib⁹ ratum habuiſſe cognoſcitur: irritum fieri debere quis iudicare audeat, niſi qui ſe ſanctis patribus meliorem tumente ſuperbiæ ſpiritu iudicat? De his ita.

Rñſio ad xviij.

¶ Deinde ſubiungitis interrogãdo: quæ ratio vel auctoritas poſſeſſiões eccleſiarum parrochialium, primitiarũ, & decimarum nobis contulerit, cum hęc non ad monachos: ſed ad clericos canonica ſanctiõe ptineãt. Nos vero ſicut in ſupradictis ſic & in iſtis catholicę eccleſię auctoritatem pretendimus, atq; ipſi⁹ ſanctionibus nos parrochiales eccleſias & idcirco ipſarum primitias & decimas legitime poſſidere, cõfirmamus.

Rõ pro tuẽdis decimis mõachorum.

Nam ſi tribui leui hęreditas iter fratres ſuos data non eſt, vt expeditiores ad dei cultũ & circa diuina myſteria redderentur, neq; ab eis ſecularibus impedimentis reuocarentur, atq; ideo primitiȷ́s, decimis: & oblationibus aliorum alerentur: recte eadem monachis cõceduntur: qui ſicut illa tribus rerum temporalium hęreditate priuati ſunt: ac diuinis ſeruitiȷ́s die noctuq; inſiſtunt.

Cõfirmatio rõnis

Qui nãq; iuſtius fidelium oblata ſuſcipiunt: monachi qui aſſidue pro peccatis offerentium intercedunt, an clerici qui nunc (vt videmus) ſummo ſtudio temporalia appetentes: ſpiritualia & quę ad animarum ſalutem pertinẽt omnino poſtponunt? Et qui de ſuis non curant: quomodo aliorum animas ſaluare contendent? Male quippe medebitur alteri: qui ſuo languori ſubuenire non preualet. Et vt dominns ait. Cęcus cęco ſi ducatum prebuerit: ambo in foueam cadunt.

Mat. xv.

Hoc dicimus, ſaluo intellectu illo, quo nouimus per officium clericorum diuinis quidem myſteriȷ́s eccleſiam ſaluari: ſed quorũdam talium parum orationib⁹ adiuuari. Quia ergo monachi ex maxima parte fidelium ſaluti inuigilant, licet ſacramenta minime miniſtrent: æſtimamus ipſorum primitias, decimas, & oblationes, & quæq; beneficia eos digne poſſe ſuſcipere: quoniam & reliqua populo chriſtiano neceſſaria a preſbyteris & clericis faciunt exhiberi. Iſta vero dicendo: nequaquã clericos ab eccleſiarum & eccleſiaſticarum rerum poſſeſſionibus excludere volumus, ſed monachos hæc omnia legitime poſſe obtinere: iſtis rationibus & auctoritatibus approbamus. Si enim ipſi pro officio baptiſmatis, pœnitentiæ: prædicationis: ac cæterorum ſacramentorum

populo exhibitorum de redditibus ec-
cleſiaſticis viuere volunt. Cur monachi
pro orationibus, pro pſalmis, pro lacri
mis, pro elemoſinis, ac multiplicibus
bonis ob ſalutem populi deo oblatis:
rebus eccleſiaſticis & deuotorum obla
tionibus non vtantur? Et vt hæc non
a nobis cōmentata ratiōe: ſed magis ca
nonum auctoritate roborata videantur
eorumdem canonum verba in medium
Auctori- deducantur. Si (inquiūt) epiſcopus vnā
tas cano de parrochialibus eccleſijs ſuis monaſte
nis.xij.q rium dedicare voluerit, vt in ea mona-
ij.ſi eps. chorum regulariter congregatio viuat:
hoc de conſenſu concilij ſui habeat licē
tiam faciendi. Item. Cum prę̄teritis ſan-
ctionibus notiſſimum habeatur, quæ de
rebus parrochialium eccleſiarum pars
epiſcopo conferatur, oportune tamē du
ximus decernendum: vt ſi epiſcopus ter
tiam partem quā de rebus eiſdem ſan-
ctione ſibi debitam nouit, aut ipſi eccle-
ſiæ cuius res eſſe patebit: aut alteri ec-
cleſiæ cui elegit conferre decreuerit, &
licitum maneat, & inreuocabile robur
eius ſententia ferat. In quo vltimo capi-
tulo, licet ſuam partem epiſcopum cuili
bet eccleſiæ dare poſſe dixerit: de tota
eū idem poſſe facere non negauit. Quod
plene demōſtrat, ſuperius ſcripta aucto-
ritas. Ergo ſecundū hæc & ſimilia, quæ
ob prolixitatem hic ponere recuſamus:
eccleſias & earum vniuerſa bona ab epi
ſcopis abſq; venalitate nobis collata:
libere, iuſte, canonice poſſidemus.
Rñſio ad ¶ Poſt iſta: peregrina quædam & inau-
xix. dita nobis opponitis: vt ad hæc pri⁹ ſtu
pere q̄ reſpondere cogamur. Culpatis ſi
quidem, & in nullo a ſecularibus differ-
re dicitis: quoniam caſtra, villas, & ruſti
cos, ſeruos, & ancillas habem⁹, & (quod
deteri⁹ eſt) Thelonearia lucra, & fere cū
cta huiuſmodi emolumenta indifferen-
ter ſuſcipimus, nō legitime tenemus: cō-
tra infeſtantes modis omnibus defendi-
mus. Additis qđ hac de cauſa propoſito
religionis ſepoſito, officium cauſidico-
rum aſſumimus: accuſamur & accuſam⁹,
teſtes ex nobis producimus: cōtra Apo-
ſtolum iudicijs interſumus: & idcirco re
gno cœlorum apti eſſe non poſſumus.
Congruum autem eſſet, vt ipſi qui pro-
poſuiſtis, ea quæ propoſuiſtis vera eſſe,
non tantum nudis verbis quibus parum
mouemur: ſed cui cedere cogimur ſcri-
pturarum auctoritate firmaretis. Sic qp
pe ius poſtulat, vt qui aliquem impetit:
quod obijcit probet: quoniā actori pro- Regula
batio ſemper incumbit. Nos tamen con iuris.
tra hunciudiciorum morem hic agem⁹,
& vobis parcentes quos ſua non poſſe ꝓ
bare nouimus: noſtra taliter approbabi
mus. Scimus quidem domini eſſe terram De⁹ quę
& plenitudinem eius: orbem terrarū, & ſua ſunt
vniuerſos qui habitant in eo. Sed & ali ſuſcipit
bi in eiſdem pſalmis legim⁹. Cœlum cœ & remu-
li domino: terram autem dedit filijs ho- nerat.
minum. Conſtat igitur domini eſſe cœ- ps.xxiij
lum & terram, hominibus autem terram ps.cxiij.
eum dediſſe ad temp⁹, vt ſi ea bene vte
rentur: poſt terram mererentur & cœlū,
& quę ſua erant ex poteſtate, hominum
fierent ex ipſius benignitate. Qua miſe-
ricordiſſima benignitate & benigniſſi-
ma pietate, licet appendat tribus digi-
tis molem terrę, et libret in pōdere mon Eſa.xl.
tes & colles in ſtatera: eandem tamē ter
ram & terrena dona ab eiſdem homini-
bus quib⁹ ea dederat ſuſcipit. Et (vt ita
loquamur) ſuis ſumptib⁹ cœleſte regnū
emi permittit: nec inde lucrum ſuum ſed
hominum ſalutem requirit: atq; eam vt
proprium queſtum amplectitur. Hinc eſt
quod cum cibum eſurientibus cum po-
tum dari precipiat: prius tamen panem
in ſegetibus vinum creat in vitibus: fru-
ctibus arbores: fœtibus animalia one-
rat. Aquam ipſam qua replenti cali- Mat.x.
cem atq; indigenti danti mercedem re-
poſitam eſſe confirmat: ex fontib⁹ oriri,
atq; ꝑ vniuerſa defluere flumina facit, & Eccleſia
ad extremū omnia propter quę bonam deo obla
voluntatem largientium remunerat: ip ta vice
ſis largitorib⁹ primū ipſe largitur. Inde dei ſuſci
dei eccleſia tā ex veteri teſtamento, quā pit: inde
ex nouo ſumpta auctoritate: cuncta non clericos
ſibi, ſed deo oblata, eius vice ſuſcipit, et mona
atq; inde quoſdam ſuorum qui talibus chos ſu
o j ſtentans

agent, quiq; nil in mundo proprium poſſident, clericos videlicet & monachos, ſiue pauperes, vel quoſcunq; neceſſitatem harum rerum pati cognoſcit: charitatiue ſuſtentat. Vnde monachi (nam de his tantum nunc ſermo eſt) cuncta fidelium oblata, ſiue in mobilibus, ſiue in immobilibus ſuſcipiunt: atq; orationum, ieiuniorum, & cæterorum bonorum inſtantiam benefactoribus recompenſant. Sed quia de rerum immobilium ſuſceptione in pręſentiarum arguimur: de his ad pręſens reſpondeamus.

Probatõ ex regula licere ſuſcipi caſtra villas, & terras a monachis.

Regulam igitur in primis obtendimus. Tractãs quippe de nouicijs ſuſcipiendis: ait. Res ſi quas habet, aut eroget prius pauperibus, aut facta ſolemniter donatione conferat monaſterio. Dicendo ergo res ſi quas habet: nullam rem excepit. Quod ſi rem nullam excepit: nec fundum aliquem, nec villam, nec ruſticos, nec ſeruos, nec ancillas: nec aliquid huiuſmodi excepit. Sed conſtat nihil exceptum eſſe. Patet igitur: hæc quæ poſuimus excepta non eſſe.

Scda pbatio ex btõ Gregorio. Prio ex decreto eiuſdem

Huic decreto regulæ conſonãt Beati Gregorij dicta ſuperi⁹ deſcripta, quibus interdicit vt nullus epiſcoporũ, aut ſecularium præſumat de redditibus vel rebus vel cartis monaſteriorum, vel de cellis, vel villis, quæ ad ea pertinent: quocunq; modo, vel qualibet occaſione minuere, vel dolos, vel immiſſiones aliquas facere. Nam interdicẽdo ne de his quiſpiam aliquid minuere, vel in his dolos aut immiſſiones aliquas facere præſumat: apertiſſime oſtendit, reddit⁹, res, cellas, vel villas: mõachos legitime poſſe poſſidere. Nam nequaq̃ moleſtari eos de talibus interdiceret: ſi illa eos iniuſte retinere cognoſceret. Et cum terrarum multiplices ſint redditus: rerumq; diuerſarum diuerſa varietas comprobetur, cumq; villæ ſine incolentibus viris ſcilicet ac mulieribus diuerſarum conditionum eſſe nõ poſſint, nec aliqua in iſtis Beati Gregorij dictis exceptionis determinatio inueniatur: plane ſine aliqua exceptione quoſlibet redditus, quaſlibet res, quaſlibet villas, pariterq; diuerſarũ conditionum: hoc eſt vel libere, vel ſeruilis incolas: mõachos recte habere poſſe oſtẽditur.

Obiectõ de agricultura a mõachis exercenda.

Sed forte opponitis, ſine adminiculo harum omnium rerum: ex proprijs laboribus & agricultura, mõachos neceſſaria ſibi pͥuidere debere. Hoc vero quã indecens & impoſſibile ſit neminem credimus latere.

Rñſio prio hoc eẽ impoſſibile.

Et vt primo impoſſibile demonſtremus, quomodo fieri poteſt: vt gens languida, oleribus & leguminibus fere nullas vires corpori dantibus, immo ipſam vitam vix ſuſtentantibus enutrita, & idcirco non parum debilitata: aſperrimum ipſis quoq; ruſticis & bubulcis agriculturæ laborem ferat, & tam duram ruris euerſionẽ & ſubuerſionem: aliquando æſtus ardore, aliquando ymbrium, niuium, & frigoris importunitate ſociata patiatur? Et qui ſibi ipſis ipſum etiam vilem & debilem cibum abſtinentię cauſa plęrumq; ſubtrahunt: quomodo tanti laboris aſperitatem, & aſſiduitatem ferre poterunt? Qui ſi hæc omnia corporis virib⁹ ferre poſſent: quãdo ſine aliorum adiumẽto neceſſaria victus & veſtitus ſufficienter ſibi parare ſufficerent?

Secũdo hoc eſſe indecẽs

Poſt impoſſibile: indecens quoq; oſtẽdamus. An non videtur indecens: immo indecentiſſimum, vt fratres qui aſſidue in clauſtro morari, ſilentio, orationi, lectioni ac meditationi, ac cæteris regulæ præceptis & eccleſiaſticis miniſterijs intẽtiſſime operam dare pręcipiuntur: his omnibus dimiſſis, ruſticationi & vulgaribus operibus intendant & qui vt byſſus tabernaculi interiora ſua precioſitate & ſubtilitate hoc eſt, cœleſtium ſubtili contemplatione ornare debuerant, vt cilicium extrinſecus poſitũ: vẽtorum impulſiones, ymbrium inundationes & vniuerſas aeris perturbatiões, hoc eſt, mũdanorum operum nimias occupationes: eos ab intimis extra trahentes ſuſtineant? Quod quoniam & indecens & impoſſibile (vt diximus) eſſe probatur, neceſſario alia quibus ſine multa indigentia ordini ſuo ſtudere valeant, monachis vos permittere oportebit. Quod ſi permittere non placuerit:

nos ſanctorum auctoritate permittente, ea obtinebimus. Audiſtis ſane ſuperius *Scdo ex fctõ & cõceſſione gregorij* beatum Gregorium hæc monachis conceſſiſſe: audite etiam & dediſſe. Sic nãq; in eius vita legitur. Vbi Gregorius liberam diſponendarum rerum ſuarum nactus eſt facultatem: ſex monaſteria in Sicilia fabricans, ſufficientibus fratrib⁹ cũmulauit. Quibus tantum prędiorum cõtulit: quantum poſſet ad victum quotidianum deo illic militantium, ſine indigentia ſuffragari. *Tertia pbatio ex facto bti Mauri.* Sed & de beato Mauro ita legitur. Beatus vero Maurus altera die ad inuiſendum recipiendumq; fiſcum, quem iſdem rex ad ipſum contulerat monaſterium: eſt egreſſus. Et alibi. Per idem tempus Clotarius Andegauis veniens: viro dei ad monaſterium ſe ire velle mandauit. Cui cum a viro dei vt veniret remandatũ fuiſſet: paucis ſecum aſſumptis: ire perrexit, Cumq; veniſſet: tradidit ad ipſum locum fiſcum regium qui blazon nuncupatur. Villam etiam quæ longus campus dicitur: ibidem au- *Quarta ex facto beati Columbani* ctoritate regia delegauit. Beatum nihilominus colũbanum fere vniuerſa quę monachos habere improbatis: habuiſſe inuenimus, multoſq; alios ſanctos monachos: quorũ merita multis & magnis miraclis diuinitas approbauit: quorũq; memoriam ſolemniter eccleſia recolit. *Vltimo adducit ratio.* Et vt his quę pręmiſim⁹ aliqd adhuc rõnis adiungamus: quis non iudicet rectius, melius, & vtilius eſſe, vt cuncta illa ſuperi⁹ ſingillatim poſita illi poſſideãt. quos aſſumptus ordo & religiõis propoſitum cogit legitime poſſidere, quã illi qui & negligentia & minoris propoſiti ſecuritate ſibi a deo conceſſa, non tantum ſalubriter regere contemnunt, ſed etiam incongruenti circa ipſas res amore, & incauta ordinatione ſeipſos interimunt. Nam quãdiu a ſecularibus obtinentur, *✠ Al. earum.* vti fere & in oibus cernimus, ſeculariter diſponũtur. At poſtquã ad religioſos ✠ eorum ius transfertur, ſi non ſolo nomine: ſed & ipſo effectu religioſi ſunt: profecto a religioſis religioſe tractantur. Et vt verbi gratia, nominatim aliqua ſubiungamus, ſi caſtrum aliquod monachis detur: iam caſtrũ eẽ deſinit, & eſſe oratorium incipit. Nec vltra quiſquã ex inde aduerſus corporeos hoſtes in corporali acie dimicat: ſed ſpirituales ſpiritualibus iaculis propellere conſueſcit. Itaq; fit, vt qđ ante diabolo militabat: iam Chriſto militare icipiat, & quod ante fuerat ſpelunca latronum: domus efficiatur orationum. Eandem rationem de ruſticis, ſeruis & ancillis afferre poſſum⁹ qua monachos iſta ſimiliter legitime poſſe poſſidere, optime comprobamus. Patet quippe cunctis: qualiter ſeculares dñi ruſticis ſeruis & ancillis dominẽtur. Non enim contenti ſunt eorum vſuali & debita ſeruitute: ſed & res cum perſonis & perſonas cum rebus ſibi ſemper immiſericorditer vendicant. Inde eſt qđ præter ſolitos cẽſus, ter aut quater in anno, vel quotiens volunt bona ipſorum diripiunt: innumeris ſeruitijs affligunt, onera grauia & importabilia imponunt: vnde plerumq; eos etiam ſolum proprium relinquere, & ad peregrina fugere cogunt: & (quod deterius eſt) ipſas perſonas quas tã caro pręcio: hoc eſt ſuo Chriſtus ſanguine redemit: pro tam vili, hoc eſt pecunia venũdare nõ metuũt. Monachi vero tã & ſi hæc habeãt: nõ tñ ſil'iter, ſed multum diſſimiliter habent. Ruſticorum namq; legitimis & debitis ſolummodo ſeruitijs ad vitę ſubſidia vtuntur: nullis exactionibus eos vexãt, nihil importabile imponunt: ſi eos egere viderint: etiam de proprijs ſuſtentant. Seruos & ancillas: non vt ſeruos & ancillas: ſed vt fratres & ſorores habent: diſcretaq; ab eis pro poſſibilitate obſequia ſuſcipientes: nihil grauaminis eos incurrere patiũtur: ſicq; ſcdm Apoſtolicum pręceptum: Tanq̃ nihil habentes: & omnia poſſiden- *ij. cor. vj.* tes exiſtunt. Preſcriptis ergo auctoritatibus & rationibus, iam vt credimus ipſis quoq; cecis claret, nõ ſolum iuſte: ſed etiã laicis iuſti⁹ mõachos ſupradicta habere poſſe. Thelonearia autem lucra cur *De Theloẽarijs lucris.* prohibemur habere: cum ea ſeculi principes legitime ineniant tenere? An nõ legitime tenere videntur: quę Apl's eis a ſub- *Ro. xiij.* ditis reddi pcipit, dicẽs, cui tributũ tribu

tum cui vectigal, vectigal? Legitimum ſane nobis videt, qđ cum vbiq; terrarū fiat: ab eccl'ia dei quę nihil iiuſtū patit, nō repręhendit. Nemo inde excōmunicatur: ſed nec aliquis i cauſam vocatur. Quod cum ipſi abſq; alicuius contradictione, ſicut & cętera ſui iuris obtineāt: quare non ſimiliter ea eccleſijs & monaſterijs dei largiri, quare non & monachi ſicut reliqua: ſic & iſta ab illis recte ſuſcipere valeant? Si vero beatum Matthęū

Obiecto de Mattheo ſoluitur.

opponitis de Theloneo a domino vocatum, poſt ad illud vtpote ad iniuſtum officium non fuiſſe reuerſum, cū Petrus & alij apoſtoli piſcari periti, atq; inde ſimiliter a domino vocati: poſtmodum inueniantur piſcati fuiſſe, atq; ob hoc piſcationem iuſtam eſſe probaſſe: reſpondemus: hoc in nullo partem veſtram iuuare: neq; noſtram in aliquo ifirmare quoniam non exactiōes violentas quas Matthæus reliquit: ſed iuſtas cenſuum conſuetudines quas eccleſia recipit, nobis defendimus. ¶ His omnibus additis: &

Rñſio ad vltimū.

& monachos cauſidicos eſſe cauſamini, Tria ergo obieciſtis & accuſatores teſtes: ac iudices eos fieri ꝓhibuiſtis. Hæc vero tria ſingillatim perſcrutemur, & vtrum ſic conſtet vt dicitis, ſubtiliter indagemus. Accuſatores itaq; ſiue actores in proprijs cauſis: quæ lex, quę ratio monachos fieri prohibet? Si eni ea quę prędicta ſunt monachis conceſſeritis, neceſſario oportet, vt & iſtud concedatis. Nam ſi præceſſerit rerum mundanarum poſſeſſio, conſequens erit, vt contra inſeſtantes poſſidentium ſequatur & actio. Alioqui ſi calūniatorib⁹ & inuaſorib⁹ ſua exponere voluerit: mox poſſeſſores eſſe deſiſtent. Quod ſi & iſtud egerint: offenſam mox largitoris dei incurrent, quoniam illa quæ iuris ipſius fuerant, alienis relinquentes tacendo, nec inuaſoribus reſiſtendo: ei auferre non timent. Hoc ne proueniat, ne eccleſia dei quę iuſte poſſidet impijs diripiētibus perdat: ne ſerui dei amiſſis proprijs egeant, & idcirco deo ſeruire nequeant, licet monachis cauſas proprias honeſte, ſimpliciter: religioſe, abſq; litigio: iniurias quas

Mōachi poſſunt eſſe accuſatores & actores. Probatō

patiuntur, vindici poteſtati exponere, & non vt vltionē de aduerſario, ſed vt quę ab aduerſario ablata ſunt, recipiant: vt mōachos decet quęrere. Si vero ad hęc dicitis debere monachos ſecundū canonica inſtituta per aduocatos cauſam ſuam agere: nec nos huic auctoritati contraimus: ſi tamen aduocati ſemper adeſſe potuerint: per quos cauſæ ipſorum bene quantum iuſticia permiſerit, defendātur. Quod ſi aliquibus prępedientibus cauſis (nam frequenter hęc ſolent accidere) aduocatos habere non valuerint: videtur ante per mōachos id debere fieri, quā rem eccleſiaſticam permittamus amitti. Teſtes autē veritatis monachos quis eſſe prohibeat: cum innumeros ſanctos dei conſpiciamus, tam conſtantiſſime teſtimonium veritati perhibuiſſe, vt nulla mors, nullus corporis cruciatus, ſilentium eis imponere quiuerit, vnde & martyrum hoc eſt, teſtium nomen meruerunt, & Ioannem Baptiſtam legamus veniſſe in teſtimonium. Vt teſtimoniū perhiberet de lumine, & dominū ipſum audiamus in euangelio dicētem, Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater, atq; de ſpiritu ſancto, cū venerit paraclitus ille teſtimonium perhibebit de me, & de Apoſtolis. Et vos teſtimonium perhibebitis? Iſta poſuimus vt oſtendamus monachos non celare, immo ſcdm congruentias cauſarum & temporum veritati teſtificari debere: quia iuxta quod quidam ſapientium olim dixit, æquum non eſt mentiri, & veritatem abſcondere. Cur etiam a iudicijs arceantur, cum Apoſtolus dicat. Neſcitis quoniam angelos iudicabimus? quantomagis ſecularia. Et ſicut ipſe alibi ait. Spiritualis iudicat omnia, & ipſe a nemine iudicatur. His igitur vniuerſis auctoritatibus, & rationibus, quæ obieciſtis caſſamus: quod tenemus approbamus: ſed veſtra improbare nolumus, quāuis in quibuſdā valeamus. ¶ Hoc tamen reducere ꝓcepta ad mentem charitas veſtra debet, qđ di diuina uina mandata, partim mobilia, partim duplicia ſunt immobilia. Diuina vero manda-

Obiectō ſoluitur.

Teſtes veritatis poſſūt eē mōachi.

Ioh.j.

Ioh.viij

Ioh.xv.

Mōachi iudices eē poſſūe

j.cor.vj.

data diximus, non ſolum ea quę per ſe-
ipſam in carne diuinitas apparẽs homi-
nib⁹ tradidit: aut ea quæ per Apoſtolos
teneri conſtituit: ſiue illa quæ ante ſuſce
ptam carnem per patriarchas vel ꝓphe
tas mandauit: ſed etiam illa quæ poſt
apoſtolos apoſtolici viri apoſtolica ve-
ſtigia ſecuti, vnanimi multorum catholi
corum conſenſu ſeruari præceperunt.
Idem enim diuinus ſpiritus qui prio-
rum patrum cordibus ſe infundens, hu-
manæ ſaluti congruentia per eos dedit
pręcepta, per hos quoq; qui recentiores
videntur, hominum ſalutẽ operari: ſalu-
bria iubẽdo nõ deſtitit. Per diuerſos igi
tur præcones dñi verba ædita venera-
mur: in diuerſis organis eiuſdem ſpirit⁹
flatum agnoſcimus. Horum ergo præce-
ptorum (vt diximus) quędam pro ratio-
ne cauſarum & temporum mutãtur: quę
dam ſe mutari nulla ratione permittũt.
Et vt ea quæ vltima diuidendo fecim⁹,
(quia digniora ſunt) exponẽdo prima fa
ciamus: de immobilium numero dicim⁹
eſſe (nam cuncta non vacat colligere) il-
lud maximum & primum dilectiõis dei
mandatũ. ſcdm quoq; huic ſimile de pro
ximi dilectione: ſed & humilitatis, caſti
ſtitatis & veritatis præcepta, quibus li-
cet ſimilia multa ſint alia: hęc tamen ad
elucidandum quod volumus nobis ſuffi
cere credimus. Iſta nãq; nulla inueniun-
tur ratione, nulla vnq̃ diſpenſatione im
mutata. Quis enim catholicorum pa-
trum: ne deus ex toto corde ex tota ani
ma, & ex tota mente diligeretur, præce
pit: vel parum quid mandato huic de-
traxit? Quis proximum non vt ſeipſum
a ſe diligendum eſſe negauit? Quis vel
in modico ſuperbire indulſit? quis forni
cari: quis mentiri, quis furari: quis rem
proximi concupiſcere vnq̃ permiſit? Pa
tet ergo hæc & multa talia eſſe prorſus
imobilia. Inter illa vero quæ moueri di-
ſpenſatiue poſſunt: patrum auctoritatẽ
ſequentes, ea eſſe dicimus: quorum ple-
raq; in eccleſiaſticis canonib⁹ inuenim⁹
quæ ſicut pro cõi toti⁹ vel ꝓpria alicui⁹
eccleſiæ vtilitate, cũ nõ exiſterent inuen
ta ſunt: ſic rurſum pro cõmuni totius vel
propria alicuius aut gentis, aut eccleſię
ſalute, pręuia in oĩbus charitate mutata
ſunt. Et quia nec iſta oĩa facile numerari
poſſũt: ſufficiãt illa quę in ſuperiori hu-
ius opuſculi parte poſuim⁹. Quę quoniã
iam ſcripſim⁹: iterũ ſcribere recuſamus.
Nã q noſſe voluerit: ibi ſcripta reperiet.
Ad hoc autem nos iſta ponere legentes
nouerint, vt oſtẽdamus ea regulę decre
ta quæ nos pręuaricari dicitis: inter iſta
quæ mobilia vocam⁹ ponẽda: atq; ideo
cum charitas pręcipit, cui in omĩb⁹ obę
diendum eſt: abſq; vllius pręuaricatiõis
timore mouenda. Quid enim coegit re- Nota de charitate.
gulam de non transferendis epiſcopis a
præcedentibus patrib⁹ datam immuta
ri: niſi melius prouidens eccleſijs chari-
tas? Quid hęreticos & criminoſos poſt
condignã de criminibus pœnitentiam,
qđ primi patres prohibuerant, eccleſijs
dei pręfecit: niſi multorũ ſaluti cõſulens
charitas? Quid preſbyterorũ filios epi-
ſcopari, cõtra ſanctoꝝ apoſtolicoꝝ anti
qua decreta aliquando iuſſit: niſi earũ-
dem perſonaꝝ vtilitatem eccleſię vtilẽ:
eſſe iudicans charitas? Quid anglis, cõ-
iugia indulſit, a quib⁹ cęteros inhibuit:
niſi nouellæ eorũ fidei timens charitas?
Quid multa in hunc modũ vetuſta præ-
cepta mutauit, quid noua inſtituit, quid
nũc iſta, nunc illa mandauit, niſi ꝓ mori
bus tẽporibus locis: nũc generaliter, nũc
ſpecialiter: ſemp tamẽ humanę ſaluti ſol Charitati ſubdi regula Bndicti.
licite inſeruiens charitas? Cũ igitur ſub
iure charitatis omnia canonica man-
data, immo ſcdm domini ſententiã vni-
uerſa lex cõtineat & ꝓphetę, quis veſtrũ
dicere audebit, beati Benedicti regulã
charitatis dñio nõ ſubiacere? Quomodo
charitati regula ſubdita non eſt: a qua ꝑ
ſanctũ illum condita eſt? Si eni ſine cha
ritate cõdita eſt: ſine deo cõdita eſt. Deũ
vero eſſe charitatẽ, Ioannes apl's dicit.
Deus charitas eſt: ſed & ſi ſine deo facta j. Io. iiij.
eſt: ſequit quia iam nihil eſt. Nam deus
Chriſtus ait. Sine me nihil poteſtis face-
re. Quod ſi hoc credere errare eſt: ſequi Ioã. xv.
tur vt charitati velut doctrici regula cẽ
dat, ac ſe pro dominantis arbitrio regi
permittat. Nam ſi præter eam quicquã
ſibi vendicare voluerit: nihil iam ſe ſe-
quentibus proderit. Sed forte adhuc

ad priora recurritis, & dicitis. Quoniã
beati Benedicti regulam vos ſeruare vo
uiſtis, oportet vt vota reddatis. Ad qđ
nos. Si milies iſtud iteraueritis:id mili=
es a nobis reſponſi accipietis. Regulam
vouimus: charitatem a voto nõ excluſi
mus. Si charitatem excluſimꝰ:regula di
ci non poteſt quod vouimus. Si enim re
ctitudo regulæ deſit:regula iam conſta
re nõ poterit. Rectitudo aũt regulę:cha
ritas eſt. Si ergo charitas excluditur, re
ctitudo excluditur. Si rectitudo excludi
tur:reſtat vt tortitudo ſequatur. Si torti
tudo ſequitur: neceſſe eſt, vt regula de=
ſtruatur. Simul quippe rectum & di=
ſtortum conſiſtere nequeunt. Iam regu=
la deſtructa, quid vos ſequi profiteami=
ni iudicate. Aut enim regulã cum recti=
tudine, aut ſine rectitudie tortitudinem
vos ſequi oportebit; id eſt, aut cum cha=
ritate regulam: aut ſine charitate nebu=
lam retinere neceſſe erit. Sed ſicut nebu
lam impoſſibile eſt teneri: ſic ſine chari=
tate patet regulam a nemine poſſe ſerua
ri. Vnde conſtat, quod quando non ficta
j. co. xiij charitate quã Apoſtolus damnat: ſed ve
ra quã ipſe celebriter collaudat, proxi=
mo aliquid impendimus. Beati Benedi=
cti regulam abſq; vllo errore ſequimur:
quoniam aliter de ea ſentire: nihil eſt,
aliud q̃ errare. Nec regulam igitur ſine
charitate vouemꝰ: nec eã ſine charitate,
vt hac ratione probatur: tenemus. Tene
mus itaq; regulam. Tenemus eam plane
hac ratione, etiam in omnibus illis: pro
pter quæ nos eam pręuaricari, in tota ve
Rñſiões ſtra inuectione dixiſtis. Cuius inuectio=
gñales p nis capitulis ſingulis licet ſuperiꝰ ſingil=
legẽ cha latim reſponderimus: nũc tamen vniuer
ritatis. ſaliter reſpõdemꝰ: quia in nouitijs quos
Ad pi= infra annum ſuſcipimus, regulam opti=
mum. me cõſeruamus; quoniã charitate proui
demus, ne cum feruore ſpiritꝰ ad deum
veniẽtes: liceat Sathanę ad ſcl'm immo
ad interitum retrahere. Vnde eius tenta
tionibꝰ longũ dare tempus nolumꝰ, nec
diu protrahi pugnã permittimꝰ: quoniã
periculoſa eſt pugilis infirmi congreſſio
cum robuſto, incauti cum doloſo, eiꝰ qui
tertiam partẽ ſtellarum cœli trahere di
citur in terrã, cũ homine in terra poſito;

illius qui ipſi inuictę diuinitati & priꝰ in
cœlo, & poſtea in terra reſiſtere conatus
eſt: cũ vaſe fictili: concite ab illo, niſi deꝰ
iuuerit, conterẽdo. Ex ore itaq; eiꝰ cibũ
rapere quęrimus, ac ſcđm Iob conterere
molas iniqui: & de dentibus ipſius aufer
re prędã contendimus. Et quia vt pręfa Iob.
ti ſumus charitate hoc facimus: regulæ x xix
per charitatem cõditę, atq; animarũ tñi
ſalutem: quoquomodo nõ vno ſcđm vos
modo quęrenti, in nullo cõtrarij ſumus.
Nam & nos cũ expedire videmꝰ: illo vno
veſtro modo libenter vtimur: hoc eſt an
num ad nouicij ſuſceptionẽ integrum ex
pectamꝰ. Aliquando poſt dimidiũ annũ
cęteris illum fratribus aggregamꝰ. Mul
totiens nõ tantũ mẽſem aut ebdomadã:
ſed nec biduum pręſtolamur. Semper ta
men qđ animabus vtiliꝰ eſſe ppendimꝰ:
facere nõ differimus. Sic charitatem ſe=
quẽtes, regulam ſequimur: deo obſequi
mur. Veſtibus vero pellicijs eadem cha Ad ſcđm
ritatis regula nos ideo veſtit: vt corpꝰ a
frigore, anima defendatur a murmure.
Quãuis in hoc capitulo ipſius regulę da
tum de veſtibus pręceptum, ac ſimplici=
ter vt ponitur ſuſceptum: nobis ad huiuſ
modi veſtes habẽdas ſufficiat. Qđ quia
nos iam plene ſupra oſtendiſſe credimꝰ,
nunc iterare refugimꝰ. Femoralia quoq; Ad. iij.
neceſſitudini & honeſtati cõſulẽdo, quę
nulla neceſſaria prohibet, cuncta hone=
ſta amplectiť: ſepe dicenda charitas no
bis cõceſſit. Vnde regl'ariter nos ea habe
re cognoſcimꝰ. In ſtramentis lectorum ſi Ad. iiij.
qua ex neceſſitate addita ſuppoſita vel
ſuppoſita nobis ſunt; certũ eſt qa ex cha
ritate ſũt, & idcirco regl'aria nõ eẽ: vera
citer dici nõ poſſũt. Nã nos, vti ſemp in
ſupioribꝰ diximꝰ: ſupflua modis oibꝰ de
teſtamur, cõtra regulã eſſe dicimꝰ: ampu
tanda pœnitꝰ ꝓfitemur. Abſit eni vt de
charitate virtutũ oim fonte puriſſimo: ce
num vitiorum nos velle deducere quiſq̃
ſuſpicetur. Quia iuxta Apoſtolũ. Nõ co= j. co. xiij
gitat malum: non gaudet ſup iniquitate
cõgaudet autem veritati. Et quia oia ſuf
fert, & oñia ſuſtinet: videant vtrũ eam
habeant, qui nõ ſolum maloꝝ maliciam
ferre nequeunt: ſed nec fratrum indi=
gentiam ſuſtinere, vel neceſſaria mini=

ſtrando eam ſupplere, cũ poſſint nolunt.
Hoc eodẽ charitatis ſcuto ab impugnan
tiũ ictibꝰ in cunctis ſubſequẽtibꝰ capl'is
nos munimꝰ, qđ certe tantæ ſoliditatis
ac fortitudinis eſt, vt nullo quantũlibet
valido irruentium impetu penetrari va
Ad q̃ntũ leat. Hoc & in pulmẽtariorum obiectio=
ne obtendimus, eoq; nos, ſi mediocris &
Ad.vj. neceſſaria pro infirmitatibus & qualita=
tibus fuerit adiectio: bene munimꝰ. Hoc
in fugitiuorum multiplici ſuſceptiõe vti
mur: ne ſcilicet non ſuſcepti, ad porcorũ
ſiliquas reuertantur, & quã euangelicus
Luc.xv. ille fugitiuꝰ, patre propitio reperto eua=
Ad.vij. ſit: fame conſumpti male pereãt. Hoc ꝓ
tecti: ab opere manuum meliora ei ope=
ra pręponendo quieſcimus: quoniam vt
de multimodo ſpiritualiũ operum exer
citio taceamus: nullo (niſi inſano) con=
tradicente. Melius eſt orare quã arborẽ
j.thi.iiij ſecare, teſtante Ap'lo qui dicit. Corpora
lis exercitatio ad modicũ vtilis eſt, pie=
Ad.viij. tas autẽ ad oĩa. ¶ Hinc eſt, ꝙ nõ oĩbus
aduenientibꝰ hoſpitibus pedes abluimꝰ,
non ante oẽs proſternimur, qm̃ incõgrua
pedũ ablutiõe nolumus moleſtare, quos
charitas in oĩbꝰ pręcipit letificare. Sed
nec frequentiæ hoſpitum, numerus fra=
trum plerũq; ſufficeret, vt oĩbꝰ pedes ac
manꝰ abluere abſq; reliquorũ pręceptorũ
detrimento pręualeret. Quod quia cha
ritate mutatũ: aliquando apud nos fit:
R̃n̄ſio ge aliquando non fit: irregulare nõ eſt. Sed
neral' ad quid vniuerſa quæ ſupradicta ſunt per=
reliqua. currẽtes: lectori forte tediũ generamꝰ?
Sic de ieiunijs, ſic de mẽſa abbatis cum
hoſpitibus & peregrinis, ſic de ferramẽ=
tis vel rebus monaſterij: ſic de vniuerſis,
(vt cũcta breuiter explicemus quę in ſu
perioribus obiecta ſunt: quibus & tũc la
tius reſpõdimꝰ) Charitas per patres no=
ſtros, prout tẽporibus & moribꝰ ac locis
congruere vidit, diſpenſauit: neq; in his
voluntatibus vel voluptatibꝰ hoim: ſed
ęternæ eorũ ſaluti inſeruire ſtuduit. Hoc
ſane vno ea quæ iuſta eſſe defendimus:
iniuſta monſtrare poteſtis: hoc vno nos
victos vobis victoribus cedere compel=
letis. ſi quæ lege charitatis nobis defen=
dimus, ad charitatẽ non ꝑtinere, ratiõi
bus certis oſtenderitis, In his enim oĩ
bus (vt ſępe iam diximꝰ) ea ſolum pro=
tectrice tuti, hoſtibus cũctis inexpugna=
biles permanemus. Nam quia ſcd̃m do= Matth.
minũ, hęc eſt: in qua vniuerſa lex pẽdet xxij.
& ꝓphetæ, & ſcd̃m Apoſtolum. Plenitu= Ro.xiij.
do legis ac finis præcepti eſt: omnem le
gem plenam, omne pręceptum finitum:
hoc eſt ꝑfectum ea diſpẽſante exiſtere:
q̇s catholico ſenſu audeat negare? Sed Obiectõ
forte vos ad iſta. Sic regulam charitate prima
vos mutaſſe dicitis: ac ſi ſine illa a ſan=
cto illo conditã affirmare velitis. Quod
ſi ſentitis: certum eſt, quod erratis.
Quomodo eni condendo regulam chari
tate carere potuit: qui ſpiritu omniũ iu=
ſtorum plenꝰ fuit? Si vero hoc ſentire ac
dicere refugitis: cur quod charitate a
tanto viro inſtitutum fuerat mutare con
tenditis? An fortaſſe veſtram Charita=
tem eius charitati preponendam eſſe
iudicatis? An illum oculum qui ſub mo
mento temporis totum mundum colle=
ctum conſpicere potuit: videndi & pro=
uidendi acumine vos vincere poſſe pu=
tatis? Si igitur (vt diximꝰ) regulã ſanctꝰ
condere ſine charitate nullomõ potuit:
patet qđ a nemine mutari debuit. Qua=
ꝓpter aut iniuriam ſancto: eius ſcripta
mutãdo & ſuperordinando facietis: aut
eum venerando pręceptis ab eo datis in Secũda
omnibus obedietis. Super hæc ipſum no obiectio
men regulæ quomodo ſtare queat igno=
ramus, ſi non eam vt regulã & pręuiã ſe
quimur: ſed ad placitum inflectimus ac
mutamus, & (vt ſic loquamur) regula re
gulæ facti: nõ eã (vt diximꝰ) ſequamur,
ſed ipſam nos ſequi cogamꝰ. At nos ecõ
tra. Optimos certe beati Benedicti vos
defenſores oſtẽditis, cui defendendo ma Solutio
iores iniurias irrogatis. Iniurias vero ir vtriuſq;
rogatis, quando ſic eum tentatis lauda= ducẽs ad
re: vt laudi aliorum ſanctorum videami inconue
ni detrahere. Neq; enim ſancti creſcere niens.
de aliorum imminutione volunt: vt alio
rum detrimentum: ipſorum videatur in=
cremẽtũ. Hoc nãq; apud illos quos ſuper
bia diuidit, non apud illos quos chari=
tas vnit, cõtigere ſolet. Sed vt qđ dicimꝰ
manifeſtiꝰ fiat: interrogamꝰ. Sãctis illis
quos ꝑdeceſſorũ patrũ ſtatuta mutaſſe
ſupradiximꝰ: licuit ea mutare an nõ? Si

dixeritis non licuit: reſpondemus. Male
igit̃ egerunt, quicũq; priora decreta mu
tauerunt, male egit illicita cõcedens an
glis matrimonia ſanctus Gregori⁹, male
egit mutans catholicã ſynodum catholi
ca ſynodus: male egerunt quãplures &
noti ſanctitate Romanæ ſedis pręſules:
aliorũ ſctõrũ põtificũ romanorũ pręcepta
mutãtes, male egit ipſe Paul⁹: ſibiq; ipſi
extitit contrarius, quando quod prius
Timothęum diſcipulum circuncidendo
fecerat: poſtmodũ ad Galathas ſcribẽs:
Gal.v. terribiliter prohibuit dicens. Ego Pau-
lus dico vobis, quoniã ſi circũcidamini:
Chriſtus vobis nihil proderit. Hoc cõceſ
ſo, qđ iuſtum putabatur, iniuſtum depręhenditur, qui ſancti hacten⁹ fuerant ſan
cti eſſe ceſſabunt: eccleſia tanto tempo-
re errorem ſequuta, erraſſe iudicabitur:
& nunc tandem vobis pręedicantibus ad
ſemitã iuſticiæ reducta: vera ſequi inci-
piet. Si hoc dicere ſuperbum & blaſphe-
mum iudicatis, ſapiẽti cõſilio prima eos
mutare potuiſſe ſtatuta dicetis: aut forte
qđ ſolum ſupereſt, tacebitis. Sed ſi tacue
ritis, phariſęorum vos vſos conſilio mõ-
Met.xxj ſtrabitis: qui nec fateri veritatẽ volẽtes,
nec eã impugnare valentes: interrogati
a dño de Ioãnis baptiſmate, vtrũ de cœ
lo eſſet an ex hominibus: ſilẽtium elege-
runt. Quod ſi tacere refugientes: hoc qđ
modo pręmiſimus reſponderitis: eis ſci-
licet licuiſſe, iſtis vero non licuiſſe: inter
Rñderi poſſet ſic a Ciſterciẽ. rogamus cauſam. Reſpondebitis Roma
nos pontifices, tam ꝓ inſigni & nota ſan
ctitate qua prędit erãt q̃ pro toti⁹ eccle
ſię regimie ſibi cõmiſſo hoc agere potuiſ
ſe: concilia quoq; catholica ob collecto-
rũ auctoritatẽ & ſctitatẽ idẽ meruiſſe: no
ſtris aũt (quia ſimilis ſanctitatis & aucto
ritatis nõ ſunt) ſimilia nõ licuiſſe. Si ſcti-
tas & auctoritas in cauſa eſt, & hæc illis
Rñſio iſta facere videt̃ ꝓ Cluñ. ſctis diſpẽſandi priorũ ſtatuta licẽtiã cõ
tulerũt: cõferent hãc et nr̃is, quos ſctitas
& forte ſimil: ſctõs effecit: par quoq; ꝓ cõ
miſſis a deo officijs auctoritas eis nõ de
fuit. De ſctitate rectos mores, deũq; ipm
teſtẽ habem⁹, q eos ſibi placuiſſe, & viuẽ
tib⁹ ipis, & etiã mortuis: miraculorũ mul
eorũ oſtenſione declarauit. Teſtis eſt, &
eccl'ia: eorũ inter p̃res ſctõs memoriã re-
citando & feſta ſolẽniter celebrãdo. Pa
rem vero auctoritatem ꝓ ſibi cõmiſſis a
do officijs eos habuiſſe dixim⁹: qm̃ licet
maiorẽ alijs eccl'ię patrib⁹ Romãi põtifi
ces: hoc eſt, & ſi p omnẽ eccleſiã Petri au
ctoritatẽ habeãt, parẽ tñ in hoc hij quos
defendim⁹ habẽt, vt ſicut Romãi p̃ſules
omni: & ſicut alij pontifices ſingulis ec-
cleſijs pręſunt: ita iſti monachis ſuis pa-
ri p omnia poteſtate & auctoritate prin
cipantur. Nam licet Roman⁹ p̃ſul aliorũ
errores corrigere ſpeciali poteſtate va-
leat: habent tamen illi ſuam ſuper ſuos
integram poteſtatem, & culpis remotis
parem in pcipiendo (vt diximus) aucto
ritatẽ. Et ſi ita eſt, qđ plane ita eſt, cõſtat
ſi nõ eſt: aliud qđ obijciatur, quia plenã
patres noſtri i mutandis pro ſalute com
miſſorũ regulę quibuſdã, quæ pro tempo
re date ſunt obſeruantijs, poteſtatem ha
buerunt: quãuis eorũ ſanctitatem ad hoc
probãdum afferri: nulla coegerit neceſſi
tas. Quid ei? Et ſi ſancti nõ fuiſſent, ma Ad auctoritatẽ habẽdã nõ requirit̃ ſancti tas.
giſtri eẽ deſiſterẽt. An ne modo, niſi ſan-
ctus fuerit: eccleſiæ pręeſſe poterit? An
neceſſe ſemper erit miracula conſulere:
vt qui pręferri ceteris debeat poſſimus
agnoſcere? Et quid eſt qđ dñs ait: ſuper
cathedrã Moyſi ſederũt ſcribę & phari-
ſęi. Oĩa quæcunq; dixerint vobis ſer- Matth. xxiij.
uate & facite: ſcdm opera vero eorum
nolite facere? Dicendo enim ſecundum
opera vero eorum nolite facere, non ſan
ctos, ſed ſceleratos eos fuiſſe oſtendit.
Nã nullo modo eorũ opera imitari prohi
buiſſet: ſi bõa eſſe cognouiſſet. Quę quia
imitari ꝓhibuit, certũ eſt: quia mala eſſe
iudicauit. Patet ergo. quia etiã malis re
ctorib⁹, oĩs a ſubditis exhibẽda obędiẽ-
tia eſt. Ex quib⁹ colligit̃, quia & ſi ſancti
tas ſupradictis patrib⁹ deeſſet, auctori-
tas ſola p̃latiõis ad exhibendã eis obæ-
dientiã ſufficeret. Licuit ergo eis etiam
ſanctitate remota, ſubditis ſuis quæ di-
cta ſunt iperare: licuit & ſubditis ipera-
ta ſeruare. Sed adhuc veſtrũ rñſum po-
ſcim⁹. Dixiſtis, ꝓ inſigni & nota ſctitate Rurſus rñſio pcedens.
& ꝓ cõmiſſi a deo regiminis auctoritate ualidat̃
ſanctis ſequẽtib⁹ priorũ ſanctorũ ſtatuta
licuiſſe mutare. Quę ratio, inſufficiẽs no
bis videtur. Quomodo enĩ ſctitas & au-

ctoritas ſubſequentium: ſanctitati & au-
ctoritati præiudicare potuit præceden-
tium? Quomodo ſane ſanitas ſanctitati
auctoritas auctoritati: abſq; alterutriuſq;
ſanctitatis & auctoritatis detrimẽto qc-
quam auferre potuit? Auferre vero di-
cimus: cum quod pria conſtituit ſequẽs
cõmutat. Quod autẽ de præcedentium
decretis ſubſequentiũ mutauit auctori-
tas: aut melius prioribus aut deteri⁹ fe-
cit. Si melius: non plene bona fuit prio-
rum inſtitutio. Vnde ſequitur deteriorẽ
fuiſſe. Si deterior fuit: deteriores inſtitu
tores habuit. Si vero ſubſequentes dete
rius priorum inſtituta mutauerunt: con-
ſtat quia ipſi deteriores fuerunt. Appa-
ret ergo. priores vel poſteriores patres,
niſi defendant: laudis icurrere detrimẽ-
tum. Aut eñ priores optima inſtituerũt.
& mutari optima a ſubſequentibus non
debuerũt: aut ſi mutantes mutando iu-
ſte egerunt: patet quia illa optima non
Matthei xij. fuerunt. Iam error inſtitutionum: in ca-
put redũdat inſtituentiũ. Vt eni ait ſcri-
ptura. ex verbis tuis iuſtificaberis & ex
verbis tuis condẽnaberis. Si ad iſta alio
q̃ charitatis ſcuto ſactos a culpa defen-
dere volueritis: dei nos gratia iuuante
nec vos ipſos defendere præualebitis.
Sed quouſq; audiamus. reſpõdere quid
poſſumus? Sine hoſte quippe pugnare:
nihil eſt. aliud quã aerem verberare. Re
ſtat igitur charitas. Hac ſi hunc nodum
ſoluere volueritis: citiſſime, facillime:
rectiſſime poteritis. Hæc eſt eni (vt ſępe
diximus) in qua vniuerſa lex pendet &
prophetæ. Hæc eſt. quæ plenitudo le-
gis & finis præcepti eſt. Hæc eſt. quę (vt
Rom.v. apoſtolus ait) diffuſa in cordib⁹ ſanctis
per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt eis: di-
uerſis tẽporib⁹ per diuerſos ſanctos di-
uerſa loquens: ipſa non varia, non diui-
ſa, non multiplex: ſed ſimplex, ſtabilis,
inconcuſſa: ſemper eadẽ perdurauit. Vt
enim materfamilias tota domus ꝓpriæ
vtilitati intenta: quoſdã famulorum ad
terrã bobus exercẽdã, quoſdã ad fodiẽ-
dam vineã, alios in ſiluã ad ligna cedẽ-
da mittit: alios ignem ſuccendere, alios
aquam afferre iubet: hunc ad nundinas
cõmertij cauſa dirigit, illũ cur piger ſit
increpat: iſtũ de ſtrenuitate collaudans
ad meliora hortatur: ipſa tamen quãuis
diuerſa ſint quæ præcipit, diuerſa nõ ef-
ficitur: nec diuerſitas iuſſionis diuerſita-
tem facit vtilitatis: quoniã ad vnũ quid-
dam & ſimplex. hoc eſt ad domus vtili-
tatem omnis illa officiorum varietas ſe
colligit. & illud vnum innumera mini-
ſteria operantur. nec reprehẽdenda eſt.
ſi huic aliud & illi aliud præcipiat. quia
ad vnum illud (quod præmiſimus) perfi
ciendũ: multa illa præcipit. nec ſibi ad-
uerſa quia eſt diuerſa iudicanda: ſic cha
ritas quoniã ad domus dei tantũmodo
vtilitatem cũcta iubet, ſibi aduerſari nõ
eſt dicenda: ſed p quoſcũq; & quodcũq;
& q̃ncunq; iuſſerit: eſt abſq; retractatio-
ne ſequenda. Nam & ſi diuerſa mãdata
per diuerſos nũcios diuerſis temporib⁹
ab illa data ſunt: aduerſa tamẽ non ſunt
In mandatis. nuncijs & tẽporibus. quæ-
dam quidẽ videtur diuerſitas. ſed quia
diuinę volũtati & humanę ſaluti vniuer
ſa famulant: nulla in his poteſt eſſe ad-
uerſitas. quæ cuncta ad hoc vnum diſpẽ
ſat, ignorans falli charitas. Et ſicut con-
tumax & dãnãdus ſeruus iudicaretur: ſi
dominæ aquã afferri præcipienti reſpõ-
deret. quia heri præcepiſti vt ligna de
ſilua ſuccidens. domũ deferrẽ: iam vlte-
rius nec aquã deferam. nec aliquid alte
rius vltra operis agam. ſed ſemp ad ſil-
uam uadam. & ibi ligna ſuccidẽs domũ
deportabo. & illa dicẽte. illud hæri fuit
neceſſarium & iccirco iuſſi: iam quia ne
ceſſarium non eſt. fac iſtud quod modo
neceſſarium eſt. illeq; præcipiẽtis reuerẽ
tiam ac domus vtilitatem paruipendẽs:
nullo pacto obedire vellet. immo ad au-
gmentum contumaciæ conſeruos aquã
deferre volentes prohiberet: ſic iudicã-
dus eſt. qui magiſtræ charitati, omnia li
cet diuerſa & diuerſo tempore p diuer-
ſos. ad eccleſiæ tamẽ vtilitatem cuncta
præcipiẽti. obedire refugit. Sic plane iu
dicandi ſunt. qui iubẽti charitati. & mo
dis omnib⁹ ſalutẽ tantũ hominũ quærẽ-
ti: vt nouicios infra annũ cum viderint
expedire ſuſcipiãt. vt veſtes neceſſarias
fratribus largiantur. vt magis ſpirituali
q̃ corporali exercitio occupent. vt mul-

ta his ſimilia de aïarũ tantũ ſalute ſolli=
citi faciant:reſpõdeant. Quia olim hæc
mandata per ſanctum Bñdictũ tradidi=
ſti.illa mutari nõ patiemur.neq; tibi ali=
quãdo de his obediem⁹. Qua dicẽte.tũc
temporis ad tolerandos labores fortior
erat natura hominum. vtpote ſeculo va
lentiore.nunc vero mundo ſeneſcente &
iam morti proximo.quicquid in mundo
eſt elanguit.& ideo plęraq; tunc neceſſa
ria modo facta ſunt contraria.quod nũc
neceſſarium eſt.facite(Nõ enim eſt meũ
aut huius temporis ſic nouicios deterre=
re:vt dum volo per ãnum ꝓbare ſequaꝛ
reprobare. Nõ eſt inquã meũ cibi & po=
tus atq; veſtitus,vel ceterarum rerum i=
digẽtiam, pro diuerſitatibus infirmita=
tum,regionum,ac temporũnõ ſupplere.
ne dum nõ reddo homini quod ſuũ eſt:
non poſſit ipſe reddere deo quod ei⁹ eſt)
ſuperba ſuperſtitione ſalutaribus moni=
tis obtemperare dedignãtur. Nec cõtẽ=
ti a iure charitatis ſe ſolũ ſubducere:ali
os ei parere cupientes qua valent inſtã=
tia ſuæ tentant trãſgreſſioni ſociare. Sic
vos o Ciſterciẽſes agere,ſic charitati re=
ſiſtere:ſic nec regulã ꝓ qua vos certami=
ni obieceratis:ꝓbamini tenere. Sed re=
deamus ad quæſtiõis veſtræ ſolutionẽ.
Quã vt lucidius ſoluere poſſimus:ipſam
rurſus quæſtionẽ ſolutioni ſed breuiori=
ribus verbis præponamus. Dixiſtis. Aut

Repetiꝛ obiectio Ciſterci. de reg'a beati Benedicti.

ſine charitate beatus Benedictus regu=
lam:aut cũ charitate condidit. Sed ſine
charitate eum illã condidiſſe:nemo ve=
ſtrũ audet affirmare. Cum charitate igi
tur eam non negatis cõditã. Iam quia ꝑ
charitatem condita conſtat: mutãda nõ
fuit. Si mutanda non fuit. tenenda fuit.
Aut ergo mutando iniuriã ſancto infer=
tis:aut tenendo ei in omnibus obeditis.
Et nos ad hæc. Quia per charitatẽ regła

Reſumiꝛ etiã ſolutio & amplius declaraꝛ.

condita eſt:conſtat:quia ideo mutanda
non fuit non conſtat. Immo quia ꝑ cha=
ritatem condita eſt:ſequitur quia mutã
da fuit. Et vt hoc pateat:charitatis offi=
cium requiratur. Et qđ eſt charitatis of=
ficium? Vnũ & ſolum charitatis officiũ:
humanã ſalutem modis omnib⁹ quære=
re. Hoc eius eſſe officium ipſe dominus,
hoc Apoſtoli:hoc oẽs ſancti ei⁹ clamãt.
Iuſtum eſſe quicquid illa præcipit:omẽs
(vt ſæpe iã diximus)diuini libri teſtan=
tur. Et quod maius argumentũ? In ipſa
vniuerſam legem & prophetas pendere
dominus dicit. Hanc plenitudinem le=
gis & finem eſſe præcepti: Apoſtolus te=
ſtificatur. De hac beat⁹ Auguſtinus ait. Auguſt.
Si hęc vna deſit:inania ſũt cũcta. ſi hęc
ſola adſit:plena ſunt omnia. De hac &
ipſe alibi. Fructus autem totus eſt chari
tas.ſine qua nihil eſt hõ quicquid aliud
homo habuerit. Atq; alio in loco. Habe
charitatem:& fac quicquid vis. Igitur vt
ſaluti humanæ conſulat: facit quicquid
vult. Quod ſi ei licet quicquid vult face
re:licuit regulam facere, licuit & muta=
re. Nec iniuria ſancto facta dicenda eſt.

Alioqui ipſemet Btũs Bñdict⁹ diceretur feciſſe iniuriam btõ Baſilio mutãdo eius regulã.

quia non ab alio mutata eſt.ſed ab ea q̃
diffuſa in corde eius per ſpiritum ſanctũ
qui datus erat ei:ipſo in cõdẽdo regulã
tãq̃ organo vſa eſt. Et quia non æmula=
tur,non inflatur,non eſt ambitioſa, non
quærit que ſua ſunt; hij qui ea pleni ſũt
nihil horum ſciunt. Et quia emulatione,
inflatione,ambitione carent; indignari
neſciũt. Iniuria ergo ſancto facta nõ eſt.
quia ſuam charitas regulam pro tempo
ris illius congruentia fecit.ac poſtq̃ vti=
le forevidit; qđ fecerat imutauit.quodq;
ſeruari decuit de eadẽ regła reſeruauit.
Sicut ergo non eſſet conſequens dicere.
iniuriã notario factã. ſi quod prius ſcri=
pſerat vel ab ipſo vel ab alio imutari di=
ctator certa de cauſa faceret:quam cau=
ſam forte ipſe ſolus noſſet. ſic nec ſequi=
tur beato Benedicto factã iniuriã. ſi vel
cuncta vel aliqua eorum quæ per eũ cha
ritas ſcripſerat:vel per ipſm ſi ſic voluiſ=
ſet,vel per alium quia ſic voluit:ratione
præmiſſa mutauit. Sed nec indignũ eſt
ſancto: charitatis vocari notarium. Io= j.Ioã.iiij
annes enim i epiſtola ſua deũ charitatẽ
vocat. Et Gregori⁹ ſanct⁹ i Omelijs ait.
Spiritusſanct⁹ amor eſt. Amor vero cha
ritas eſt. ergo ſpiritus ſanct⁹ charitas ẽ.
Non eſt igitur ei indignum: ſpũs ſancti
eſſe notarium. Nam & eius notarij pro=
phetæ oẽs fuerunt. Non dedecet autem
eũ ſimilẽ eſſe Prophetis. Si igitur ſancto
illi regula immutata ab imutãtib⁹ iniu=
ria facta eſt:& prioribus quos ſupra me

morauimus ſanctis a ſubſequentibus & eorum decreta mutātib⁹ iniuria facta ē. Et vt maiora dicam⁹.legi ab Euāgelio Moyſi a Chriſto iniuria facta eſt. Quod ſi iccirco nec Moyſi nec legi,nec canonicis ſtatutis,nec alicui diuino mandato, nec his per quos ipſa mandata promulgata ſunt,aliqua eſt facta iniuria: qm̄ p ſpiritum ſanctū quem charitatē eſſe ꝓbauimus.quid ſaluti hominū per diuerſa tempora congrueret prouiſum eſt. & licet quædam in mandatis ſint mutata, & ipſa mandata per mutatos ſint data, ipſe tamen mutatus non eſt: quia in cōmutabilis eſt; patet quia regula ſancti Benedicti in quibuſdam ſuis capitulis: abſq; ipius iniuria,vobis quāuis inuitis concedentibus:mutata eſt.Per charitatem namq; mutata eſt: per quā verbum caro factum eſt:vt ait Apoſtol⁹.Propter nimiam charitatem ſuā qua dilexit nos deus:filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati.Quia igitur mutata ſunt quędam in regula charitas fecit.& quia abſq; iniuria ſancti mutata ſunt: charitas fecit.Nec putet aliquis.quod nos iuſtificare volentes:iſta dicamus.Non eñ nos iuſtos videri volētes hæc dicimus, ſed patrum noſtrorū inſtituta a vero nō deuiare, & eos qui illa vt ab eis præcepta ſunt ſeruauerint non errare:tam ratione quam diuinis auctoritatibus com ꝓbam⁹. Nobis ergo tranſgreſſiōis neuo a vobis obiecto purgatis:iam pro vobis agite.& ab ipſius regulæ præuaricatione vos ſi poteſtis imunes mōſtrate.Præuaricari quippe vos regulā dicimus.qñ ei⁹ rectitudine non ſeruata:hoc eſt,charitate quæ plenitudo legis ab Apoſtolo dicitur neglecta:veſtræ potius voluntati eam in pleriſq; iſeruire cogitis. Vnde in quibus regulam ſine charitate ſeruatis:vt ex præcedentibus colligitur.non iam regulā ſed rectitudine remota tortitudinem ſeruatis.Ad iſta forte vel verbis.vel cogitatu reſpōdetis. Et vbi nos a præceptis regulę charitatem excludere dicitis? Vbi animarū ſaluti prouidere negligitis.Et vbi nos animarum ſaluti ꝓuidere negligimus?Vt exēpli cauſa aliqua ponamus.Nonne animaꝝ ſalutē atq; iccirco charitatem negligitis: quādo fratribus neceſſaria negatis,quando eos frigore vſu pellicearum negato affligitis,quando hac violentia(nam multi veſtrum hoc inuiti ſuſtinent) eos vel ad murmurationem vel ad fugam compellitis? Sed & ſi ſunt aliqui q hoc quoquo modo ſuſtineant:procedēte tēpore corrupto corpore morbis,ſanitatem frigore perdūt,& languidi ſæpe perpetuo facti:deo ſeruire nequeūt.Sic certe diſcretiua charitate relicta: in murmurātib⁹, fugientibus & languentibus:animarum ſaluti prouidere negligitis. Hoc quoq; veſtrum propoſitū nos magis mirari faciunt ipſius uerba regulæ, in quib⁹ Monachos pellicijs vti non eſſe prohibitū: etiā negligēter legentes aduertere poſſunt. Sicut enim ſuperi⁹ (quādo de hoc capitulo agebam⁹) diximus.nulla prohibitio, nullū præceptum ibi ſup hac re legitur:cum poti⁹ vt pellicias monachi habeant:ibi præcipiatur. Nonne cū regula dicit.veſtimenta fratribus ſecūdū locorum qualitatem, aut aerum tempiē dentur quia in frigidis regionibus amplius indigetur.In calidis vero min⁹,& hæc conſideratio penes Abbatē ſit:pelliceas & cetera indumēta neceſſaria dūtaxat fratribus largitur? Si hoc ſecūdū regulam aeris qualitas hoc eſt regionis frigiditas popoſcerit; præcepto regulæ eas dari debere dicimus. Nam quod regiōis poſcit frigiditas:poſcit neceſſitas Quod neceſſitas: hoc plane & charitas Iam ſi quis dicit charitati nō cedendū: deo vtiq; iudicat contradicēdū. Dei igitur & regulæ mandato contradicit: qui Monachos pellicijs vti nō debere,dicit. Sed adhuc fortaſſe opponit. Licet hoc regula non iubeat; monet tamē vt Monachus ad meliora tranſeat. Bene certe dixiſti. monet. Nam plane monet non præcipit.Quod ſi tantū monet:nō compellit.Qui eñ monet; vt fiat quod vult ſuadet.Sed qui præcipit:ad faciendum quod præcipit præcipiendo compellit. Suadet itaq; regula meliora: non ad ea violenter compellit.Cur ergo vos compellitis:quod cōpellere regula nō vult? An forte ſanctiores illo qui eam compo

Remouetur q̄dā obiectio

Obiectō cōtra Ciſte.tieñ,

Declaratur quod obijcit.

Obiectō cōtra declarationem.

erat cõfirmari rogauerũt. & obtinuerũt.
Nam audita rex electione . & viſa quæ
forte tunc ad me venerat perſona: quod
de ea Lingonẽſis eccleſia fecerat collau
dauit. & de regalib⁹ ſicut ſolet fieri ma=
nu propria ſollẽniter inueſtiuit. Cũq; ita
cleri, populi, Metro politani. ipſi⁹ quoq;
(vt dixi) principis in hanc vnam ſentẽ=
tiam. in hunc vnum electũ vota cõuene
rint: quoſdã Lugdunẽſes voluntatẽ ve=
ſtram a communi omniũ ꝓpoſito. neſcio
quibus rumoribus auertiſſe. & contra id
quod factum fuerat irritaſſe : ante pau=
cos dies accepi. Quod vt cõperi, maluiſ
ſem ſuper his præſens cum præſente cõ=
ferre: q̃ literis cogitata mãdare. Hoc q̃a
& remotio veſtra. & mea non interpoſi
ta negotia impediunt: facio qđ poſſum.
quia quod volo nõ poſſum. Nõ ſane mi=
ror, nec mirãdum eſt: ſi bono viro mala
audita diſplicuerunt: ſed aduertendum
fuit: q̃a ſicut vera, ſic & falſa eſſe potue=
runt. Vnde priuſq̃ id cognoſceretur : nõ
erant vel tribunalibus iudicum, vel ca=
thedris pontificũ inferenda. Cogitandũ
fuit, quod tamen apud vnanimis amici
aures familiari querela depono: hũc de
quo ſermo eſt, veſtræ Cluniacẽſis eccle=
ſiæ Monachũ: & dilecti vobis Abbatis.
eſſe filium. Attendendũ fuit, pſonas illas
a quibus hoc quod vos mouit, dilectio
veſtra accepit: iurata aduerſus Clunia=
cum bella. tanta animoſitate ex aliquã=
to tempore ſuſcepiſſe: vt nec linguas ab
iniurijs, nec manus a ſacrilegijs contine
re potuerint. Videndũ fuit, ſi fidem pru=
dentiæ veſtræ illorum maledicorũ ver=
ba facere debuerũt: quorũ os loquutũ ẽ
vanitatẽ. impudẽter mentiẽdo, & dexte
Pſalm. cxliij. ra eorum dextera iniquitatis. irreuerẽ=
ter innocentes Monachos verberando.
Quapropter tãtis tamq; manifeſtis ini=
micis credere, tantis tãq; manifeſtis ho=
ſtibus fidẽ dare: nec veſtrũ nec aliquorũ
bonorum eſt. Credite magis domeſticis
quã extraneis, notis quã ignotis, amicis
veridicis: quã inimicis maledicis. Cre=
dite mihi. q & domeſtici & noti & amici
apud vos noĩe glorior. qui & ſi a cõmuni
mendatio quo omnis homo mẽdax eſt.
immunis eſſe nõ poſſum: abſit tamen vt
ibi non caueam mendatium, vbi cauere
poſſum. Conueni ipſe hominem. audito
quem ſupradixi rumore. & que diceban
tur proponens. ne veritatem diffiteretur
paterne rogaui, admonui: adiuraui. Di=
xi me non vt perfidum myſterij retecto
rem. ſed vt fidum cõmiſſorum cuſtodem
ad conſcientiã eius velle accedere, nol=
le me patefactis animarũ vulnerib⁹ illu=
dere. ſed mederi. Adieci qcquid ad eli=
ciẽdam veritatẽ vtile occurrere potuit:
nec diſſimulaui intima parietis, acutę in
terrogationis foſſorio perſcrutari. Poſt
quæ omnia id reſponſi accepi nũquam
ſe amictu mẽdacij cor ſuũ mihi velaſſe:
nunquã velare ꝓpoſuiſſe. Certum ſe eſſe
quod ſi mẽtiretur mihi: mentiretur & deo
de fide cõmiſſorum nil ſe dubitare. eorũ
quæ dicebantur ita ſe eſſe immunẽ. vt ſi
velim: iniecta omnia ſecuriſſime ſacra=
mento expurget. Noui ipſæ a quibus &
quare. & qualiter verba illa quæ ſcãda=
lum vobis pepererunt: exorta, aucta, diſ
ſeminata. fuerunt. Quæ ſi vobis per me
ipm libere colloqui licuiſſet : ad vnguẽ
expoſuiſſem. & quã tenebroſa abyſſo, ꝑ=
ſpicuam mentis veſtræ aciem, caligoſa
mẽdacij nubes offendere conata ſit: ad
liquidum indicaſſem. Quod cũ potero,
faciam. Interim amplectendã mihi ſem=
per dilectionem veſtram rogo, & p eam
quę nos in domo dei vnanimes fecit ob
ſecro: ne neuo mendacij Cluniacẽſis cõ=
gregationis corpus, deformare nõ dico
velitis: ſed nec patiamini. qm̃ nõ hoc illi
vni aſcribere, ſed nobis. & ſingulis & oĩ
bus imputare: pudor ipſe obiectæ infa=
miæ compelleret. Quia cum dolet vnũ j. corin.
membrũ: condolent omnia membra. & xij.
cum patitur vnum membrũ: compatiũ=
tur oĩa membra. Nec æſtimet ſanctitas
veſtra: me ad defendendũ Monacho no
ſtro Epiſcopãdi gradũ. hoc dicere, qm̃
ꝑpari Monachos nr̃os. nec nouũ nec ad
mirabile nobis ẽ. cũ tot (vt ipſe noſtis) de
eccl'ia illa. famoſa eccl'iarũ fulſerint et
fulgeant ſydera: ſed quia malum nomẽ
diffamari ſup filiã iſrael: nec ver⁹ iſraeli
ta facere. nec verus iſraelita poteſt ſuſ=
ferre. Quod ſi Lingonẽſi eccl'ie multi ſe=
culares clerici, quorũ nec multa religio.

nec multa ſciẽtia eminebat : ep̃ali noie
non tantum patiente,ſed etiã laudante
eccl'ia olim pricipati ſunt:quid indecẽs
ſi religioſę eccl'iæ religioſus:ſapiẽs, lite=
ratus Monachus:inde in pontificẽ Lin=
gonẽſem electꝰ eſt.vnde ep̃ales, Archi=
epiſcopales , Patriarchales,& ipſa oim
vertex eccl'iarũ apoſtolica & romana ſe
des:patres ſibi aſſumere cõſuerunt? Qđ
ſi forte,vt totum quod ſentio exhauriã:
Monachi Monachos , religioſi religio=
ſos,Ciſterciẽſes,Cluniacẽſes verent̃ , &
minus de illis de quibus magna cõfide=
re deberent confidunt:purgetur iſta ſu=
ſpitio.& om̃e animal conſimile ſibi dili=
gere : eiq; magis adherere, natura ipſa
docente,diſcat. Vnde ſi in aialibus tãtũ
natura præualet ; in hoibus & hoc Mo=
nachis,non tantũdẽ auctor naturæ va=
lebit ? Diliget ergo ſi Monachus fuerit
Lingonẽſis Epiſcopꝰ Ciſterciẽſes & ce=
teros Monachos.quia diligendo maius
ſibi lucrum:nõ diligendo,maius ſentiet
detrimẽtũ.Nec nr̃ Monachus aliud au=
debit:quã nos facere diligẽdo,videbit.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola.xxx.ad domnũ Teotardũ.Im=
primis memoriã eiꝰ quotiẽſcũq; occur=
rit/ob ſingularitatẽ amoris nõ minimũ
ſibi gaudiũ afferre,ideoq; nõ mirũ eſſe.
ſi increate rei viſio maximã ingerat leti
tiam:cũ tantã pariat ſola rei create re=
cordatio:explicatoria.deide vt ad Ab=
batem veniat,imperatoria.

HOnorando & ſępe nominãdo
Teotardo meo. Frater Petrꝰ
humilis Cluniacenſiũ Abbas
Totum quod eſt. Mẽoria tua
ſemp(vt noſti)mihi ſuauis &
grata. dum occurrit,quod pene aſſidue
fit:cor meũ ſpinis curarum dilaniatum,
vepribus ſollicitudinum exaſperatũ:vt
hauſta pigmenta.vt vnguẽta fragrantia
ſic leniunt,ſic refouent:vt me iã me non
eſſe ſentiam,& eum qui fuerã oblitꝰ , in
virum alterum me mutatum gaudeam.
Quid fiet ergo,quid fiet chariſſime: i re
illa quã ſpe fęlici ſuſtinemꝰ:in vita dico
immortali & beata,quãdo i hac morta=
li & miſera. plenaq; vomituũ ſordiumq;
hoc hũanis mẽtibus innaſci:hoc adhuc
infęliciũ affectibus ineſſe poteſt ? Quid
fiet quãdo aia ſanctoꝝ.ignoto illius ſu=
perne dulcedis paſtu.ſicut adipe & pin
guedine replebitur: quãdo adhuc ieiu=
na & ſqualens macredine. immo iuxta
Euãgeliũ fame male periens:tantopere Luce.xv
tantillo guſtu letatur? Quid fiet. quãdo
illi ſupra quã fœlices inebriabuntur ab
vbertate domꝰ dei.& torrẽte voluptatis Pſalm̃.
eiꝰ potabunt̃: qm̃ apud eũ eſt fons vitę: xxxv.
ſi guttula illiꝰ abundantiæ huc delapſa
hoc opatur? Hæc tamẽ eſt, dilectiſſime,
qua te(vt noſti)ſemp dilexi,ſemp colui,
ſemp tibi etiã abſens adhęſi.hęc eſt.quę
magnis ſpatijs,multis tẽporibꝰ, a me ſe
iunctũ : nunquã ab aio meo auelli paſſa
eſt,quę aie meę cõſpectibꝰ te frequẽter,
immo pene cõtinue,ingerens : nũquam
abſentẽ eſſe pmittit. Hæc eſt , quæ toto
hoc anno cor meũ aſſiduẽ ſtimulans , &
diuturnę abſentiæ tue impatiẽs: ad ſcri
bẽdũ charitati tuę quotidie inuitat , quę
niſi curarum obice, ſepe repulſa fuiſſet:
anteq̃ plures dies cogitata impleſſet Fa
cit ergo,etiam nũc vix pmiſſa,quod po=
teſt. & dilectũ abſentem requirẽs , dor=
mientẽ ſuſcitans,venire differentẽ inui=
tans:monet,hortatur:& quia differentẽ
hucvſq; ſuſtinuit:etiã ex imperio pręci=
pit.vt vel anteq̃ ad montẽ peſſulanum
iter aggrediar:vel poſtq̃ reditũ cogno=
uerit,ſtatim venire feſtinet. Et quia no=
uum caſum fratrũ lupartiaci morientiũ
audiui:volo vt maturius, imo quã citiꝰ
poteris,iter acceleres:& vſq; ad pximã
dñicã ſeptuageſimę . tuã nobis Clunia=
ci præſentiã exhibere non omittas . Nõ
autem iccirco quod plus ſolito nũc tibi
timeam,aut mori iam te pluſquam ſole=
am formidem : maxime cum nec mortẽ
alicubi fugere , vtiq; mortalis poſſis , &
longe amplius tibi expectãda,exoptan
da:quã fugienda ſit:ſed vt videã Aaron Numeri
meum.ſtantem inter mortuos & viuen= xvj.
tes.& iſtis quidem curæ: illis autem ſe=
pulturæ operam impẽdentẽ. Veni ergo
veni,& ne te leuiter inuitari ęſtimes:ite
rum dico veni.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola.xxxj.ad Epiſcopũ de Bethleẽ.
Pro intellecta erga Cluniacẽ.dilectiõe:

omniū Cluniacē.animos ad amplectē=
dam pōtificis reuerētiā magnifice fuiſſe
incitatos:declaratoria: redditiſq; Chri=
ſto gratijs:qui tale cordi eius chariſma
pacis inſpirauerat: vt eadem pax inter
Bethleem matrem & filiam Cluniacē.in
ſempiternū perſeueret.deprecatoria.
VEnerabili & dilectiſſimo.dño
Bethleemitico Epiſcopo. Fra
ter Petrus humilis Cluniacē=
ſiū Abbas.Salutē.Frater qui=
dam mōtis Thabor(vt dicebat)Mona=
chus:habitu peregrini nuper ad nos ve
niens,de beatitudine veſtra.bona pluri
ma nobis retulit. & inter omnes oriētis
eccl'iaſticas pſonas: Cluniacēſis mona=
ſterij vos ſingularē amicū referēs: anios
omnium noſtrum.ad diligendam & am
plectendam reuerentiam ueſtram: ma=
gnifice incitauit. Quem enim non inci=
taret,quem nō ex intimis commoueret:
non cuiuſcūq; ſed Bethleemitici Epiſco
pi.in hūiles & remotos pauperes Chri=
ſti,ab eiꝰ ſpiritu excitata dilectio. Beth
leemitici inquā Epiſcopi. præſepis do=
minici cuſtodis:illius præſepis ad quod
cuſtodiendum vix iuſtus Ioſeph & vir=
go Maria admiſſi fuerūt. illiꝰ quod ęter
na maieſtas mortali carne induta,& ad
humanos oculos prodiens primum ele=
git:& in quo præ omnibus terræ locis,
cęli rex primitus requieſcere voluit. ſi=
cut legitur. Reclinauit eū mater in prę=
Luce.ij. ſepio. Gratias igitur illi.cui nato in Be=
thleem gloria in altiſſimis deo ab Ange
lis cātatum eſt.qui inter homines bonę
voluntatis vos computās: chariſma pa=
Phil.iiij cis illius (quæ omnem ſenſum exupe=
rat)cordi veſtro inſpirauit:& vt etiā ad
longe poſitos,charitatis latum manda=
tum nimis,per immenſa terrarum & pe=
lagi ſpatia extenderetis.animauit.Hoc
nos experti ſumus,qui in occiduo & pe=
ne vltimo orbe.hoc eſt Cluniaci poſiti:
orientalium ſpecierum fragrantiam ſen
ſimus.& in odore vnguentorum hoc eſt.
præcioſarum virtutum veſtrarum:velut
adoleſcentulæ hoc eſt infirmiores. curre
re cępimus. Curremus ergo:nec niſi cō=
prehenderimus, currendo deficiemus.
donec per affectum quo currimꝰ,ad do=
mum non trāſeuntē ſed æternam in cę=
lis,pertingamus:vbi non tantum de in=
choata,ſed iam de cōſummata dilectio
ne,& perpetua cohabitatione in Chri=
ſto letantes:ei vobiſcum ſempiterne co=
hereamꝰ.Sit ergo ſublimis mater Beth=
leem, Cluniacenſi filiæ in ſempiternum
coniuncta:vt quod corporali nequeunt
viſione, hoc ſpirituali & ſincera expleāt
dilectione.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola.xxxij. ad Papam Innocentiū.
Archidiaconi Lugduneū. & cauſe eius
ſumpta fiducia ex honeſtate perſonę.ex
obedientia ad ſummū pontificem.& de
uotione erga eiuſdem pōtificis amicos:
commēdaticia.

SVmmo eccleſię dei paſtori.&
noſtro ſpeciali Patri.Domino
Papæ Innocentio.Frater Pe=
trus humilis Cluniacenſiū Ab
bas.Filialem in xp̄o dilectionē.Apoſto=
licę maieſtati veſtræ humilitas mea ſæ=
pe ſcribens & ſæpe reſcribens, auribus
veſtris totius mundi audiendis vocibus
occupatis:procax aut nimia eſſe formi=
dat.Sed ſolet paterna pietas non ſolum
verboſantem: ſed aliquando etiam de=
linquētem filium tolerare.Quem inter=
dum vt corrigat. pro exceſſibus verbe=
rans:non poteſt tamen ipſa inter verbe=
ra nō amare.Inde ſumpta audacia. pro
domino Lugdunenſi Archidiacono pa=
ternam benignitatem filialis præſum=
ptio rogat.licet quantum ad ipſum nul=
la petitiōis præſumptio:ſed iuſta videa
tur eſſe præcatio.Meretur hoc(vt ſecu=
re loquar)honeſtas perſonæ eius:mere=
tur hoc erga ſublimitatem veſtram obę
dientia & famulatus eius: meretur hoc
circa veſtros ſedulitas & deuotio eius.
Honeſtas perſonę eiꝰ:quia inter Lugdu
nenſes conſtitutus.nō quidem vt Iob in
terra hus:ſed pro modulo ſuo(ſi tamen
maximis liceat minima comparare) vt
Stephanus diaconus inter cōdiaconos.
ita hic eiuſdem nominis archidiaconꝰ.
inter concanonicos prudentiæ & hone=
ſtatis vexillum ſublimius extulit. & eo
tempore quo apud huiuſmodi homines
omnia pene corrupta ſunt:inſigne cleri=

calis ordinis inuiolatum ſeruauit. Quis enim vnq̃ eius vitam: infami aliquo nomine fędauit? Quis eius honeſtatem: inhoneſta aliqua ſuſpitione, ne dicam accuſatione, tentauit? Quis eius a puero conuerſationem (quod perrarum eſt) aliquo ſuſurrio non dico probro ſollicitauit? Meretur hoc (vt dixi) obædientia & famulatus eius. quia (vt alijs omiſſis. de inſtanti tpe loquar) pene ſol⁹: imo ſolus, iniũctã p legatos veſtros in Lugdunenſi eccleſia Apoſtolici præcepti ſeruauit obediẽtiam. & quod iam non accuſans dico: ſolus vniuerſorum vitauit cõtumaciam. Meretur hoc circa veſtros ſedulitas & deuotio ei⁹. quib⁹ omnes veſtros. & ſpecialiter Cluniacenſes quos ſpecialius veſtros credit: ampleƈtitur, iuuat: defendit. Non tãtum vero illos. ſed quoſcũq; nota aliqua religionis religioſos eſſe præſumit: colligit, ſuſtinet, obſequitur: domũq; vel domos ſuas. non ſolum hoſpitium, ſed eorũ eſſe aſilum: aſſidua pene eorum receptione vel procuratione, demonſtrat. Iſta omnia ſanctiſſimo patri bonum filium. etiam abſq; cõmendatione mea ſcio quia gratum exhibent. ſed vtinam teſtimonio meo, quod videndo & audiendo perhibeo: gratiorem paternæ pietati exhibeant. Eſt ei cauſa coram patre cum quibuſdã, quos quia & ipſum noſtis: non eſt neceſſe inde ſapiẽtiam veſtram inſtrui. maxime quia eius vos vicarium eſſe cognoſcitis: qui reddet vnicuiq; ſecũdũ opera eius.

Epitoma epiſtolæ,

Epiſtola. xxxiij. ad Papam Innocentiũ. Super literis apoſtolicis cõtinentib⁹ interdicti ſententiã poſt dies quadragita cõtra gigniacũ, ob repetitas a Ciſterciẽſib⁹ decimas: iure quidẽ ſibi debitas, cõquæſtoria. & ne pro nouis amicis veteres expellantur: ac ſaltem tempus interdicti prorogetur. vt pro ſe agẽdi ſpaciũ Cluniacen. habeant: deprecatoria.

SVmmo pontifici, & noſtro ſpeciali patri. domino Papæ Innocẽtio. Frater Petrus humilis Cluniacenſiũ Abbas. Salutẽ & obędientiam. Magna materies multa me loqui cogeret: ſed auribus maieſtatis veſtræ importunus. aut nimius eſſe formido. Eapropter dileƈtæ & diligendæ paternitati veſtræ humiliter ſuggero. literas nuper a vobis mihi directas: me filiũ veſtrum, & totum ſemper vobis ſubditũ & deuotum conuentum (quoniam inſolita & dãnoſa præferebãt grauiter vulneraſſe, Inſolita (inquã) & dãnoſa præferebant: quia decimas quas vſq; ad hæc tempora, per ducẽtos & eo amplius annos veſtra Cluniacenſis eccleſia indifferenter ab omnibus ſuſcepit, & indifferẽter omnibus reddidit: auferebant. Inſolita (inq̃) & dãnoſa præferebãt: q̃a quod vere nũq̃ de quolibet paruo Cluniaceñ. Eccleſiæ membro factum audiuimus: in magno monaſterio gigniaco poſt quadraginta dies diuina officia propter repetitas parochiæ ſuæ decimas interdicebant, Et cum a ſanctis predeceſſorib⁹ veſtris multis priuilegijs confirmatũ ſit: vt fratres Cluniaceñ. non ſolum omniũ parochiarũ ſuarũ decimas abſq; alicui⁹ cõtradiƈtione ſuſciperent. ſed etiã quas proprijs excolebant ſumptibus retinerent: noluerũt tamen vti hac poteſtate: ſcientes ſcriptum eſſe. Ve illi per quem ſcandalum venit. Vnde hũiliter ac modeſte decimas tam ruſticorum q̃ mancipiorũ ſuorũ: non ſolum Monachis, canonicis: ſed etiã quibuſlibet Clericis, Preſbyteris, militib⁹: raptoribuſq; pſoluunt. Cũq; ipſi vniuerſis debitas, atq; indebitas decimas, vel quælibet alia pacifice reddant: cur non & ab alijs quiete ſuſcipiant? Dedi ipſe Ciſtercienſibus fratrib⁹ (teſte domino Clarenallenſi Abbate) q̃buſdam in locis decimas. ſed tanta iam eſt, per dei gratiam ipſorũ & aliorũ religioſorum vbiq; terrarũ ĩ circuitu noſtro numeroſitas. vt ſi omnibus decimas indulſerimus: iam decimã fere numeri noſtrĩ partem perdamus. Nam ſi breuitas pateretur, oſtenderemus quãplura monaſteria noſtra ita a diuerſis religionib⁹ circũſepta: vt ad duas vel vnam leugã: vnum vetus, quinq; vel ſeptẽ nouis monaſterijs ſepiatur. Quæ in parochijs noſtris & cum aſſenſu & ſine aſſenſu noſtro cõtra ius canonicũ cõſtructa: maiorem partem iam parochiarũ nřaꝝ obtinent.

Matthei xviij.

Quibus omnibus ſi decimæ concedanẽ:opor
tebit,vt noſtri,aut ſicut dixi numerum ſuorũ
minuant:aut forte in quibuſdam locis loco pa
triter,& domibus cedant. Rogat igitur venera
bilis pater,fidelis & ſemper ſubiecta maieſtati
Apoſtolicæ cõgregatio veſtra:vt ab amore pa
terno noui filij,veteres non expellant.quoniã
& ſi noui diligendi:non tamen propter nouos
(niſi promeruerint)ſunt veteres abijciendi.Re
cordamini,quantũ ab antiquis in populo dei
primogenitis deferretur:vt niſi Eſau primo-
genita vendidiſſet:nũq̃ ei licet ſanctior Iacob
in primogenitorum dignitate,non dico p̃fer-
retur:ſed nec etiam cõferretur.Si ergo primo-
geniti ſumus:dignum eſt,vt qđ non vendidi-
mus:p iunioribus non pdamus. Si aliter res
pceſſerit quod ſalua patris gratia dico aut ſua
mecum eccleſia retinebit:aut ſine me hucvſq;
iuſte poſſeſſis carebit. Noſtis ipſe cor meum:
cuius vtinam/vel hac/vel qualibet occaſiõe nõ
ſubitum:ſed antiquum compleatur deſideriũ
Vnde iteratis p̃cibus p̃catur vniuerſitas filio-
rum veſtrorum,rogo,& ipſe qualiſcunq; tamẽ
veſter:vt ſi aliud ad præſens non placet,ſentẽ
tiam ſaltem interdicti vſq; ad Paſcha domi-
ni differatis.quatinus infra hoc ſpatium ſapiẽ
tes fratres ad vos mittere:& p eos tam de his
q̃ de alijs vobiſcum agere poſſim.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola.XXXIIII.ad domnum Almeri-
cũ Cancellariũ. Sup mãdato Apoſtolico Cluñ.
directo,de decimis non accipiendis a mona-
chis/vel canonicis regularibus:& ſententia in-
terdicti ſup Gigniaceñ. inauditis partibus p-
lata:& de hoc q accuſabantur fraudulenter li-
teras a ſummo pontifice extorſiſſe,conqueſto
ria Deinde,vt medio ſuo,ſaltem ſentẽtia illa
interdicti,aut mutetur,aut differatur ad tem-
pus congruum:poſtulatoria.

Enerabili fratri & dilectiſſimo ami
co,dõno. A. Apoſtolicę ſublimita-
tis cardinali & cancellario F. Petr᷒
humilis Cluñ. Abbas:Salutẽ.Cum
naufragiũ iminet,nuſq̃ tuti᷒ q̃ ad
portũ:cũ picula formidanẽ,nuſq̃ ſalubri᷒ q̃ ad
amicum recurritur. Ea propter quoniam ven
tis e regione propellentibus nauis noſtra nau
fragium ppeti reformidat:vos potiſſimũ ele-
git.cui & pericula nota facere:& p quem con-
traria vniuerſa valeat euitare. Q ſi multa ma
teries multiplicare me verba coegerit:rogo vos
patiẽter ferre.quia nemo poteſt breuiter dice
re:qđ verbo℞ multitudo vix valet explicare.
Poſſunt quidẽ q̃nq; multa breuiter dici.ſed vbi
breuitas ſententia℞ pondera nõ extenuat nõ
vbi intellectui multa neceſſario intelligẽda de
fraudat. Inualuit & ſegnicia modernorũ,quæ
mox ſuperfluum vocat:quicquid cum eius deſi-
dria nõ cõcordat. Non ſic apud antiquos,quo-
rum ſi ſapientia veſtra recordari voluerit:etiã
lõgiſſima noſtra breuiſſima reputabit. Accepi
literas a maieſtate patris,humilitati meę trãſ
miſſas quæ ſi vt mihi ſoli miſſæ ſunt,me ſolũ
lęderẽt:facilis vnius hominis lęſioni conſola-
tio ſubueniret. At nunc in cõmunẽ mon. ſterij
noſtri interitum literæ militant,q̃ tanto ama-
riores videnẽ:quanto p̃ter ſolitũ apparuiſſe p-
banẽ. Nam quę olim mel & lac a paternis vbe
ribus filijs pfundebãt:meo nũc tp̃e qđ humili
corde,ſed nõ ſine intimo dolore dico,myrrhã
abſinthiũq; ppinant. Q ſi ppter peccata mea
(qđ nõ diſcredo tẽpeſtas hæc cõtra Chriſti na
uiculam,quã ipſo cõmittẽte pita manus illius
regit,inſurrexit:vt voce prophetę vtar Tollat Ionę.j.
me,& mittat i mare:tñ ceſſet mare a naufra-
gantibus. Quid enim? Nonne illa eſt:de qua
nunc agiẽ Cluniacẽſis Eccleſia.illi᷒ cui deo au
ctore p̃ſidet:dicta & credita p̃ totius mũdi ſub-
ditis Eccleſijs ſingularis filia? Nõne illa ẽ,qua Note de
& ſi quælibet alia gradu Eccleſiaſtico celſior: Eccleſia
nulla tamẽ inuẽta eſt,in patris gr̃a prior? Non- Cluñ.
ne illa ẽ,quã ſũmi Eccleſię dei paſtores,ſancti
eius p̃deceſſores:a primo vt diciẽ,fundatiõis
lapide velut in gremio ſuo fouerũt,dilexerũt,
auxerunt:puexerunt? Nõne illa ẽ,quã fouen- Nota.
dam diligẽdam,augẽdã,puehẽdam. ab illis
officio ſuſcepit:verbis pmiſit,in gñali capitulo
cõfirmauit? Sed nunc nouo ordine de luce te-
nebrę ortę ſunt:dies in noctẽ mutatus,ſerena
cœli facies in horrẽdã tẽpeſtatẽ cõuerſa. Et ne
forte ſuſpicemini,me hęc velle verbis exagge-
rare:noueritis me amico in veritate loquentẽ,
nõ ſolũ ad exaggerandũ nihil dicere:ſed ipſm
aggerẽ pturbata℞ cogitationũ vix poſſe expli
care. Nouit ip̃e cor meũ.noui & ſacri cõuẽt᷒ pluſ
q̃ dicere poſſim meſtificatũ animũ qñ ea iſto
tp̃e audierũt,q̃ nũq̃ añ audita nullo pacto ſpa-
re potuerũt. Q ñ eñ ſolo arbitrio,ſine iudicio:
quælibet nõ dico Cluñ.nõ dico Eccl'ia:ſed ſal-
tem vilis muliercula ſuo iure ab Apl'ica iuſtitia
ſpoliata eſt? Quando res aliena alijs abſq; illo-
rum cuius eſt aſſenſu,vel voluntate conceſſa
eſt? Quando de aliorum bonis violẽter extor-
tis:grata deo oblatio facta ẽ? Hoc p̃cipiunt no-
bis literę Apoſtolicę,vt a monachis vl' canoni-
cis regularibus decimas non accipiam᷒:cum
nos monachis,clericis,canonicis regularibus:
& ſi dici poſſet,ſecularibus,monialib᷒,milit-

bus:raptoribus,etiam pſoluamus. Nec de illis
decimis loquor quas de agricultura ſua ruſtici
ſeu agricolæ reddunt. ſed de illis quas fratres
noſtri proprijs manibus, vel ſumptibus exco-
lunt. Inde habent Cluniacenſes plura & ve-
tera: vnde Ciſtercienſes ſingularia & noua ſo
dicunt habere priuilegia. Sed ſcientes ſenten
Matthæi tiam domini. Vah illi per quem ſcandalum
xviij. venit, nolunt vti poteſtate conceſſa: ne exiſtē-
Obiectio tes origo & cauſa ſcandalorum digni iudicen-
de paup- tur, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eo-
tate Ciſter rum & demergantur in pfundum maris. Sed
cienſiū: & aiunt quidam de alieno munifici. Hi paupe-
diuitijs res ſunt alli diuites. Debent ergo diuites paupe
Cluñ. rioribus ſubuenire. Et recte. Sed attendāt, qđ
Solutio. j. ait Salomon. Vbi multæ diuitiæ: multi & qui
Eccles. v. comedūt eas. Et qa qñq: ditior ē paup in tugu
rio, q̄ rex in ſolio: quia ille ſibi ſ ē, iā nulli⁹ eget:
iſte multis milibus dum puidere non ſufficit,
mendicat. Nouit mundus, in quos vſus Clu-
niacus reddit⁹ agrorum, in quos pecunias, in
quos decimas: in quos quæ habet, expendat.
Requirat prius & conferat diligenter curioſus
indagator Cluniacenſes, & Ciſterciēſes reddi-
tus cum expēſis: & demum de diuitijs vl̄ pau
Secunda pertate ſententiam ferat. Sed eſto. Pauperes
ſolutio. illi: diuites iſti. Agatur iudicio. Non accipies
Leui. xix. (inquit lex æterna) perſonam pauperis: nec
Exod. honores vultum potētis. Item in Exodo. Pau
xxiij. peris quoq; non miſereberis in iudicio. Si mi-
ſericordia impendenda eſt pauperi: nunquid
irroganda eſt iniuria a paupere? Si danda ē ei
eleemoſyna: nunquid exercenda eſt ab eo ra-
pina? Monſtruoſum p̄de genus, ſi laborent di
uitibus ſancti pauperes extorquere: qđ peſſimi
diuites pauperibus ſolebant auferre. Nec blan
diantur ſibi illi fratres noſtri ſi hæc proprijs
manibus non faciunt. quia non aſcendit in
montem domini, nec ſtat in loco ſancto eius
Pſal. xiiij. tm̄ innocens manibus: ſed mundo corde. Vn-
qui verbis de corde prodeūtibus aliorum ma
nus exagitat: alienum ſe ab eorum opere nul-
la diſſimulatione excuſat. Contuli ego, dum
ex charitate rogauerūt quaſdam eis decimas:
ſed aliud eſt, quod ſponte deo offertur: aliud
quod violenter aufertur. Fuiſſet vtcunq; tole-
rabile, certis hoc & paucis locis concedere. ſed
tanta eſt per gratiam dei multiplicatio nouę ſe-
getis. vt ſi, velut illi exigunt, nouis veteres co-
guntur cedere: antiquos labores oporteat de-
perire. Dilexi ego, & ſemper diligere volo fra-
tres illos, ſicut mihi noſtra & ipſorum congre-
gatio atteſtatur. ſed attendendum eis eſt ſi ſer
ui dei ſunt: ne eorum occaſione, vel (qđ peius

eſt ſtudio: charitas virtutum omnium perfe-
ctio & finis lędatur. Nam vt quod verum ſen
tio dicam tale inde ſcandalum præparatur,
quod noſtro quidem tempore incipere: ſed no
ſtra nunq̄ ætate valeat terminari. Non vnde
obedientia ſubtrahatur: ſed vnde quod ma-
ius eſt charitas perimatur. Perimatur dico nō
lædatur: quia vere non tm̄ apud noſtros, ſed
apud vniuerſos, i quos decretū hoc prolatum
eſt, non ſolum lęditur, ſed etiam extinguitur.
Nouit prudentia veſtra Eccleſiam Dei vn- Nota.
guento non cauterio indigere: baculo ſuſten-
tandam, non impulſu præcipitandam eſſe:
maxime hoc tempore: quando viribus exhau
ſtis magna pars ipſius membris trementib⁹
nutat. & late iam patente ſcandalorum cam-
po, dies inſtare videntur: de quibus Dominus
in Euangelio. vt in errorem inducantur, ſi
fieri poteſt, etiam electi. Iam de ſententia ſu- Matthæi
per Gigniacenſes abſq; vocatione, abſq; au- xxiiij.
dientia prolata: quid dicam, non inuenio.
Nam excepta tempeſtate quæ per dominum
Pontium excitata eſt, nunc primum in mo-
nachos Cluniaceñ. excommunicatiōis, vel in-
terdicti ſententia ab Apoſtolica ſede promul-
gata eſt. Sed & illud quod in eadem domini
noſtri Epiſtola continebatur, quaſdam ſibi li-
teras fraudulenter extortas: non paruum mi-
hi & his qui audierunt ſtuporē, ingeſſit. Quis
enim fraudem hanc fecerit, quis extorſerit,
quis tanti criminis auctor fuerit, cum diu iter
nos quęreremus: inuenire non potuim⁹. Hoc
tm̄ recolo, me a ſancto Ambroſio curſorē do-
mino Papæ, & vobis miſiſſe: atq; p eum ſcri-
ptum huiuſmodi capitulum. ſicut ex eadem
quam miſi membrana poſtea collegi, in hæc
verba tranſmiſiſſe. Vt monachis de mirato-
rio, qui decimas auferunt fratribus noſtris
Gigniacenſibus, & a potentibus faciunt eos
deprecari: ſcribatur, vt decimas reddant. Cu-
ius hic rogo: fraus eſſe potuit? Si curſoris: mi-
rum eſt, quod tantillus homullulus, tantos or
bis iudices fallere potuit. Si capituli: neq; hoc
minus mirum. Nam cum fraus dicatur: quā-
do ſtudio fallendi falſitas prætenditur, veri-
tas occultatur: quomodo fraudulenter literæ
extortę ſunt: quæ nihil veritatis ſtudio fallen-
di occultauerunt: nihil falſitatis prætulerunt?
Q; ſi quilibet hoc patris noſtri auribus inſu-
ſurrauit: tunc ei dignum erat credere: quando
eo præſente qui ſcripſit, falſi eum aliquid cō-
ſcripſiſſe potuerat comprobare. Ante autē de
indiſcuſſis ſententiā ferre: quid eſt aliud, quā
ſolo arbitrio abſentē dānare? Non ſe putabāt,

noſtri tale apud ſuum dominũ meritum repo
ſuiſſe: p cuius obedientia & ſeruitio dicunť ſe,
ſuaq; pene omnia expendiſſe. Sed ne iactare
ꝓpria videar: iſta interim cõſciẽtię ipſi⁹ dimit
to. p vniuerſis quę numerare poſſem depcãs,
vt Eccleſia ſibi a deo cõmiſſa, & ſi nõ augmẽ
ta, ſaltẽ nulla quę nõ meruit: ſentiat detrimen
ta. Memor ſit ꝓpriis ſe manibus illã Eccleſiã
cõſecraſſe: qđ ei⁹ p̃deceſſores nõ nullos valde
certum eſt, p̃optaſſe. Quã ſi diminuerit: vide
biť deſtruxiſſe. qđ viſus fuerat conſtruxiſſe. In
ſultabunt, qđ iam ex parte cœperũt nobis ini
mici eius: quorum multitudo vbiq; & ſi non
aperte cõtradicit: tamẽ apte odit, nec ceſſabũt
dicere qđ ſolent: dicẽdo frequentare. Ecce Clu
niacẽſes habete papam veſtrum: quem vobis
ſpreto monacho veſtro elegiſtis. Talẽ ſpem ta
lis digne ſequiť merces. Sed quia Chariſſime,
magni quã ſemp in vobis habui amoris fidu
cia me diffuſius forte quã debui loqui compu
lit: rogo ne miremini. quoniam & magnũ Ec
cleſię noſtrę ſup hac re murmur, & lingua quæ
deerat mediatoris nuncij: me tanta imprime
re chartis verba coegit. Nũc igiť ea ſpe q̃ vobis
poſt dominum Papam vniuerſa eccleſia dei,
& ſpecialiter Cluniacẽſis innitiť, laborate obſe
cro: vt in melius ſentẽtia commuteť. quia mi
rum ſapiẽtibus videri nõ debet: ſi homini tan
tis totius mundi curis in diuerſa diſtracto: qui
libet ſua quęrẽs ſubripe potuit. ſed valde mi
videbiť, ſi poſtq̃ pniciosũ cognouerit: tantus
paſtor ouib⁹ nõ ꝓuiderit. Qꝫ ſi ad p̃ſens aliud
nõ placet, ſicut eum literis ꝓpriis rogaui: illius
noui interdicti aſpitatẽ vſq; ad ꝓximũ paſcha
differat. quia vſq; ad tẽp⁹ illud mittere ad eũ,
etiã anteq̃ iſta audirem: nuncios idoneos ꝓpo
ſuerã. Sed tp̃s p̃fixum tã breue ẽ, vt niſi cito cũ
indulgentia nuncius remittatur: Gigniacenſe
monaſterium i ipſa domini natiuitate qđ vix
ſine lachrymis dico, diuinis officijs careat: &
corda fratrum noſtrorum nunq̃ delend⁹ ſeuę
amaritudinis dolor inurat. Has familiares li
teras illi tñ poſt vos rogo, videant. qui nego
cium noſtrum non impedire: ſed pro viribus
ſtudeant adiuuare.

Eccleſia Cluñ. ab Innocentio conſecrata.

Nota Cluñ. reliquerant monachum ſuũ: vt innocentio adhęrerent.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola triceſimaquita ad monachos Ciſtercieñ. Primum quidem, ſinceræ charitatis
Abbatis, & totius Cluniacę congregationis er
ga eoſdem explicatoria. Deinde, q̃ cã ſuo pri
uilegio Apoſtolico. de decimis non ſoluendis
Cluniacẽſiũ fratribus, aut alijs offendiſſẽt: ma
xime cum conſtaret Cluniacenſes eaſdem do
cimas iuſte & legitime p multa iam annorum
ſpatia, & leuaſſe, & poſſediſſe. q̃q; ratio pręteñ
ſę paupertatis dictorum Ciſtercienſium. & etiã
opulentiæ memoratis Cluniacenſib⁹ aſcriptę,
inualida eſſet: declaratoria. Poſtremo ne in hu
iuſmodi cauſa decimarum charitatem, & ſa
lutem animarum periclitari permittãt: ſuppli
catoria & conſultoria.

CHARISSIMIS ET VE
nerabilibus fratribus noſtris. Dõ
no Abbati Ciſtorcienſi, Clareual
lenſi, Pontinienſi: & alijs in Chri
ſti nomine cõgregatis, Frater Pe
trus humilis Cluniacenſium Abbas: Salutem
& veram in domino dilectionem. Quo affe
ctu dilectiſſimi, inter omnes religionis ꝓfeſſo
res vniuerſitatem veſtram ſemper dilexerim:
quo honore veneratus ſim: quibus quod non
improperans dico beneficijs quoſdam veſtrũ
propoſſe, & tempore proſecutus ſim: nouit te
ſtis & conſcius me⁹ in excelſo: nouit & integra
vbiq; terrarum poſita noſtræ Eccleſię congre
gatio. nouerunt & ſi non omnes, tamen mul
ti veſtrorum: quos aut per me ipſum agnoſce
re: aut quorum notitiã alijs mediantibus quo
libet modo accipere pręualui. Cauſa hui⁹ meę
erga vos dilectionis, nõ retributio percepti: vel
ſpes percipiendi alicuius tẽporalis commodi
fuit: ſed ille totius negocij origo & materies ex
titit. quem quia in ſe nõ poteram: in vobis ta
libus officijs excolebam. Venerabar in vobis
nouæ inſtitutionis feruorem, laboris inſtanti
am, victus parſimoniam, veſtitus vilitatem:
& alia innumera monaſtici propoſiti ſonantia
humilitatem. Amplectebar totius animi bra
chijs ſanctorum exercitia operum, & bonum
nominis veſtri odorem inhians hauriebam:
nec aliquem ſiniſtra de vobis interpretantem
pacatus audire valebam. Non eram contẽtus
iſta ſolus de vobis ſentire: ſed veſter prædica
tor effectus, noſtris & alienis cõuerſationis ve
ſtræ p̃conia p̃dicabam. & priuatim ac publice
multis laudibus quę veſtra ſunt efferens: etiã
auerſos ad veſtrum amorem multoꝝ animos Sap. vi.
conuertebam. Et quia p gratiam dei cum inui
dia tabeſcente iter nõ habui: dederat ipſe effi
caciã ſermonibus meis: & fratrũ noſtrorũ cor Ephe. ij.
da ille qui facit vtraq; vnũ, ita vnitate ſpũs ſui
vobis vnierat: vt ſicut fide, ſic & charitate: iã
nõ duę, ſed vna cõgregatio credi poſſet. Inſta
bam ego augẽdo & cõfirmãdo amori: vt ſalus
quæ ſine charitate ſeruari non poteſt, illeſa
maneret. & ſignum diſcipulatus Chriſti in no
ſtris appareret: quo ſuos diſcipulos ab alienis
diſtinguendos docuit, dicens. In hoc cogno Ioan. xv.

ſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli: ſi dile-ctionem habueritis adinuicem. Gaudebat, (vt credo) de concordia noſtra ordo cœleſtis:
Mat.xiij. & Euangeliſtæ pacis, pacis ſpũs hominib⁹ bonæ voluntatis colletabantur. Sed non tulit inuidus hoſtis aliorum ſe diutius felicitate torqueri: & inimicus homo ſemini diuino nocturnum ſuperſeminauit Zizania. Iecit inter nos pomum diſcordiæ, vt recedente vna & ſola charitate: vniuerſa virtutum genera minore labore valeat effugare: & præciſo bonorũ omnium capite: membra ſimul omnia cogantur interire. Sic plane, ſic fecit: quando ne a veſtris decimæ Cluniacenſibus fratribus, vel alijs redderentur & hoc priuilegio Apoſtolico firmaretur: neſcio quibus, quia ſcio non omnibus: perſuaſit. Quis enim credat hoc vobis omnibus perſuaſum? Quis (inquam) credat ſemel mundo mortuos: ei iterum viuere velle? Quis credat ſanctum collegium veſtrum luxus & ſeculi delitias pro Chriſto ſpreuiſſe: & nunc pro egeſtate, ſordibus & miſerijs litigare? Sed non debent (aiunt quidam ex veſtris) laborum noſtrorum decimas alieni accipere. Parco longiſſimis & ex diuinis auctoritatibus congeſtis reſponſionibus: quæ Epiſtolari breuitate facile compræhendi non ✠ poſ-
Aliás ✠ poſſent. ſunt. Hoc tñ infero: antiquis modernos, patribus filios: iuſtitiæ ordinæ ſubdi. & quod Ec-
Decimæ nõ ſũt auferẽdę habẽtib⁹ iuſtã & legitimã poſſeſſionẽ earũ. cleſiam conſtat ſalua fide & charitate hactenus tenuiſſe: periculoſum ſi mutetur exiſtere. Patrum temporibus decimas, non tñ laici: ſed Eccleſiæ Eccleſijs, monaſteria monaſterijs, & de ruſticorum operibus: & de proprijs laboribus perſoluunt. Si igitur horum metas excedit is: quid niſi maledicis detrahendi occaſionem datis? Sed de lucro res agitur. Quod certe, qđ lucrum putatur: vbi & fama læditur, & charitas periclitatur? Nam (vt quod verum eſt, fratribus & amicis fatear) hoc vno verbo velut vno iaculo amicorum pariter & æmulorum pectora terebraſtis: & Epiſcopos, clericos, Abbates, monachos: ipſos etiam ad quos peruenire potuit laicos: aduerſum vos vnanimiter concitaſtis. Nec potuit Satanas nequitiæ ſuæ vtilius inuenire conſilium, quam vt eos quos mundus admirabatur: ne admirãs imitaretur nota cupiditatis inureret. & alios læſionis ſuæ dolore ſtimulatos: ab eorum amo-
Obiectio de paupertate ſoluitur. re reuocaret. Sed angit nos (inquiunt aliqui) veſtrorum paupertas. Et vbi eſt, qđ dominus ait. Væh illi per quem ſcandalum venit? Et
Matthæi xviij. iterum. Expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinana in collo eius: & demergatur in profundum maris. Vbi eſt, qđ ait Apoſtolus. Nõ mã- j.Co.viij. ducabo carnem in æternum: ne fratrem meum ſcandalizem? Nonne & hæc vox veſtra eſſe deberet. Non manducabo ex decimis his in æternum: ne fratrem meum ſcandalizem? Et Apoſtolus quidem ne idolotita manducaſſe putaretur: hæc dicebat. At vos quid dicitis, quos (vt ſaluo fraterno amore loquar) illicita comedere non fert dubietatis opinio: ſed iudicij certitudo? ❡ Sed forte dicitis hanc ſcan- Euaſio dalorum ſententiam noſtros magis arguere: cõtra ſcã qui quod eis ſuperfluit, nolunt pauperioribus dalũ obie erogare. Concedo, quod ditiorum copia alio- ctum de rum debet inopiam ſubleuare. Sed quis no- ſtruitur. ſtrum, vel veſtrum ditior, an pauperior ſit: nec tempus eſt quærendi, nec facultas differẽdi. Hoc tñ interrogo. Si ditior non vult pauperiori propria tribuere: pauperior debet ditiori ſua auferre? Quis magis videtur iniuſtus: diues parcus, an pauper violentus? Quis maiore dignus eſt ſupplicio: retentor propriorum, an raptor alienorum? Sed hæc ego dilectiſſimi, non amaro animo dico: ſed ſicut fratres meos chariſſimos moneo. Nec tantũ ad hæc ſcribenda me coegerunt lucra decimarum, q̃ damna animarum. Quæ enim vobis vel noſtris vltra ſpes in laboribus, quę in ieiunijs, quæ in vigilijs, quæ in caſtitate, quæ in eleemoſynis, quæ in alijs ſacrorum operum exercitijs: remota (vt ſupra dixi) charitate eſſe poterit? Quid memorẽ Apoſtolica verba, quę ſemper mente tenetis? Quid replicem, quæ aſſidue ruminatis? Noſtis, quid Apoſtolus de linguis j.Co.xiij. hominum & angelorum. quid de facultatib⁹ erogatis in pauperes. quid de tradendo corpore ita vt ardeat. quid ipſe dominus de mu- Mat.v. nere ad altare oblato: dicat. Hæc ideo breuiſſime tango: vt cũ iſta quę digniora ſunt, abſq; charitate nihil eſſe ꝓbentur: reliqua omnia quæ inferiora ſunt, nihil penitus ſine illa valere monſtrentur. Et ne diu longioribus Epiſtolis aures ſanctitatis veſtræ detineam: legatione functus gregis mei oro pariter & conſulo. oro vt ſupplex, conſulo vt amicus: vt in cauſa iſta q̃ nũc agitur decimarum, vobis pariter & nobis conſulatis: vobis ne infamiam, nobis ne violentiam inferatis & ne nobis ſimul (ac vobis) charitatem Chriſtianarum animarum vnicum remedium auferatis. Nihil ſaniꝰ conuentus veſter poterit conſultius inuenire: quã ſi charitatem quæ Deus eſt: inter nos non permittitis interire.

❡ Epitoma Epiſtolæ.

❡ Epiſtola triceſimaſexta, ad eoſdem Ciſter-

cleſi. Vt læſioni charitatis, quam ſuperiores literæ feciſſe dicebantur: mederi poſſet: explicatiua, Abbatem in ſcribendis illis ſpiritum humilitatis & pacis habuiſſe. ideoq; omnia aperte declaraſſe: vt communi congregatorũ conſilio diſſoluerentur.

CHARISSIMIS ET VEnerabilibus fratribus in Chriſti nomine apud Ciſtercium congregatis, Frater Petrus Humilis Cluniacenſium Abbas: Salutem ob quam conuenerunt æternam. Relatum mihi eſt a pluribus, quod literæ, quas præterito anno charitati veſtræ mea humilitas deſtinauit: quoſdam veſtrorum læſerint, & a ſtabilitate non iam nouiciæ, ſed antiquę dilectionis eorum animos paulum commouerint. Quæ poſtq̃ didici: ferre non valui. vt tãta tam diu inter nos habita charitatis dulcedo: quibuſlibet occaſionibus, vel in modico amareſcat. Vnde iterato præſentem Epiſtolam mitto. vt ſi ita eſt, vt audiui: læſioni, quam prima intulit, ſequẽs medeatur. & glutino ſancti ſpiritus diuerſa coniungente: quãtalibet noſtrarum ſciſſura mentium vniatur. ❡ Viderint primæ illius Epiſtolæ lectores, quo eam ſpiritu legerint, quo ſenſum eius interpretati ſint. noui ego me: quod tamen ſine faſtu aliquo dictum accipias, non ſuperbiæ ſed humilitatis, non diſcordiæ ſed pacis: in dictando ſpiritum habuiſſe: & teſte eo quẽ fallere non poſſum. Charitati quam in cordibus noſtrorum, decimarum illarum occaſione, periclitari videbam: eo modo prouidere voluiſſe. Et quia, væ ſoli peccatori: dicitur.
Eccſi.ij. Pſal.xj. Terram ingredienti duabus vijs: nolui iuxta Prophetam in corde, & corde loqui: nec corã amicis inter quos omnia nudã eſſe debent duplicitatis velamine cor velare. vt dum nodum ſine tegmine ſapientia veſtra videret: communi congregatorum conſilio ad diſſoluendum efficacius laboraret. Hæc tota fuit cauſa ſcribendi: quæ ſi tunc ignota aliquos ſcandalizare potuit: nunc ſaltem me manifeſtante retecta, opto, & precor: vt fratrib⁹ chariſſimis ad plenũ ſatiſfacere poſſit. Quieſco enim & quieſcam in vobis, delector & delectabor in vobis: etiam læſus non diſcedam a vobis. Quod tamen tantopere cupio ſeruare vobis: ſeruate nihilominus & noſtris & nobis.

❡ Explicit liber Tertius.

❡ Incipit liber Quartus Epiſtolarum memorati Petri Venerabilis, Abbatis Cluniacenſis nominatiſſimi.

❡ Epitoma Epiſtolæ, ſeu tractatuli ſequentis.

❡ Epiſtola Prima, aduerſus quendam furioſum Apollinariſtam hæreticum, aſſerentem Saluatorem noſtrum humanam non habuiſſe animam: habuiſſe tamen humanæ carnis naturam: poſt declaratas ſcribendi cauſas. & præſuppoſitis his quę memoratus hæreticus confitebatur. q; ſcilicet Chriſtus ad terras de cœlis deſcendiſſet: & hominem aſſumpſiſſet: eiuſdem impijſſimæ hæreſis Primum rationibus quatuor validiſſimis. Deinde varijs auctoritatibus veteris & noui teſtamenti: quæ Chriſtum aĩmam habuiſſe: quam, quia inſaniſſimum, ac dementiſſimũ eſſet dicere: brutalẽ fuiſſe. oportet humanam confiteri, apertiſſime teſtantur. inſuper & ſymboli Apoſtolici auctoritate: impugnatiua ſimul, ac expugnatiua.

PETRVS HVMILIS Cluniacenſium Abbas: nec nomiandæ feci hæreſum. Licet beſtialis inſipientia, profunda ſtultitia, & omnimoda inerudito tua: erraticos ſenſus tuos contemnere, nec ſaltem vili reſponſione dignos eſſe perſuadeant: ſunt tamen duo, quæ ad tibi reſpondendum, animum erga te nauſeantem inſtigant. Vnum quo gregis mei infirma curare, confracta ſolidare, perdita requirere, debilia confortare præcipior: alterum quo conſociatas tibi ſimplices ouiculas diutina cohabitatione tabe tua infectas eſſe formido. Non q; talis ſis, cui fidem accommodare aliquis, aut poſſit, aut debeat: ſed quia tuo illo inſulſo, & ridiculoſo eloquio, ſicut nullum attrahi potuiſſe, confido: ſic forte incautis aliquibus te materiam illicita cogitandi talibus nenijs dediſſe, non nego. Vnde vel te ſi legere volueris, & intelligere valueris: ſcriptura hæc breuis ad ſalutem a qua excidiſti reuocare poterit: vel ab alijs conceptam forſitan ſcandalorũ materiam amputabit. Vetuſtiſſima hæc tua hæreſis eſt. & ab apollinari quodam erroneo antiquitus adinuenta. Quæ mox, vt ſpirare viſa eſt: patrum eſt, validis rationib⁹ & innume-

lium & inuiſibilium partes: multiplicem reru̅
Creatura creatarum infinitatem ſub ſpeciebus tm̅ qua
rum gn̄a tuor coartauit: vt quibuſdam eſſentiam, a
ſunt qua lijs vitam, melioribus ſenſum: optimis largi
tuor. retur rationem. Quæ tria ſequentia & potiora
animæ: primum ſolum & vilius carni huma
næ conceſſit. Fecit vt eſſet anima vitalis, ſenſi
bilis, rationalis: cum nihil carni præter luteam
originem: & membrorum corporalium con
gruentem armoniam tribuerit. Cunq; ab hu
mo eius materiam ſumēs, hominem in prin
cipio ſic orſus eſſet: nihilq; humana caro niſi
Geñ. j. ocioſam eſſentiam retineret inſpirauit in fa
ciem eius ſpiraculum vitæ: & factus ē homo
in animam viuentem. Quo facto: collatum ē
carni ab aliena: qđ ex propria ſubſtantia non
habebat. vt viuere, ſentire, atq; vti ratione ad
omnia poſſet: ſine qua non ſolum iſta non ha
bere: ſed nec etiam illam ſuam vilem diu inte
gram conſeruare materiam valuiſſet. Nam
quid carnalis remota ſpirituali ſubſtantia va
leat: ipſa humana caro ſpiritu abſēte declarat.
De quo ſi non meis rationibus: tuis ſaltem (vt
Scđa rō, puto) obtutibus credes. Quomodo ergo fieri
oñdēs ab poteſt: vt ad ſaluandum totum hominē deus
ſurditatē hominem aſſumens, partem quæ minima
erroris eſt hominis aſſumpſerit: & eam quæ excellen
tiſſime maior eſt, dereliquerit? Quo certe ordi
ne fieri potuit: vt ſumma contemnerent̄, infi
ma ſuſciperentur? Qua ratione fieri potuit: vt
natura quæ per ſe, nec ratione intelligere, nec
ſenſu ſentire, nec qualibet vita viuere poteſt:
ſummæ illius maieſtatis capax eſſe valuerit.
cum conſtet, quod nulla creatura creatoris ſu
ſceptibilis eē poſſit: niſi eum & intellectu agno
ſcere, & amore diligere: & ſpōtaneo valeat ob
ſequio venerari? Et cum ſecundum ſcripturā.
Prouerb. Non corpus ſed anima iuſti ſedes ſapientię eē
xiiij. dicatur. nec niſi per imaginem ſuam quę nō
in corpore, ſed in anima humana eſt: Deus
in ſanctis hominibus ſedere, ambulare, inha
bitare, gratia mediante ſcribatur: quid de ho
mine illo ſentiendum eſt, quem non vt alios
ſanctos ſola gratia repleuit: ſed in quem ſecun
Hierony. dum Hieronymum tota diuinitatis vnda ſe
Coloſ. ij. contulit: & in quo ſecundum Apoſtolum. Om
nis plenitudo diuinitatis inhabitat: & ipſe pſo
naliter totus Deus totum hominem de maſ
ſa hominis aſſumptum replet? Nunquid ita
apud rationale animal ratio ſopitur. vt gratiā
dei non niſi rationali anima mediante homi
nibus credat infundi: ipſum autem deum re
mota anima brutæ carni in ſempiternum p
ſonaliter fateatur vniri? Sed quid ego ad ea q̄
forte non intelligis declaranda laboro? ¶ At Tertia rō
tende ipſum hominem quem confiteris: & ex oñdēs hę
verbis tuis te condemnari agnoſces. Hominē reticū ſibi
certe Saluatorem eſſe fateris. Qꝫ ſi hominem repugna
fateris: cur hominem negas? Cur in eodem re.
verbo, tibi te contrarium non aduertis? Ho
minem enim (vt dixi) fateris: & hominem ne
gas. Negas plane hominem: dum animam
negas. Quando nanq; ſtulte, vt aliquid ſecun
dum te dicam: hominem ſine anima vidi
ſti? Aut igitur oſtende mihi ſine anima ho
minem, aut ſi Chriſtum dicis hominem: ex
carne & anima eum fatere hominem. Niſi
enim equiuoce dicatur: quando ſolum nomē
commune eſt. vt cum dicitur, aut pictus, aut
ſculptus: aut Sinedochice, vt exanimis homo.
nulla ratione vocare poteris hominem: quem
anima ſubtracta facis ſemihominem. Vide
ergo quam apoſtatico ſpiritui te hucuſq; de
ludendum præbueris: quantiſq; te neſciens
diabolicæ impietatis laqueis implicaueris, vt
eam in Chriſto neges ſubſtantiam. qua remo
ta non pars tm̅ fidei adimatur: ſed tota ſimul
humanæ reſtaurationis veritas perimatur.
¶ Si enim Chriſtus animam humanam nō Quarta
habuit, aut beluinam habuit, aut ipſa diuini rō ing ſid
tas quod te ſentire perſenſi: vitalis & ſenſi ua quam
bilis ſpiritus officia expleuit. Qđ vtrumq; ita animam
conſimili abſurditate horreſcit, vt qui alter Chriſtus
utrum de Chriſto ſenſerit: Chriſtian9 iam eē habuerit.
non poſſit. Nam ſi eum beluinam habuiſſe
animam dixero: beluam quantum ad ani
mam fuiſſe fatebor. Beluam vero Chriſtum
dicere: quis vel infidelium auditus poterit to
lerare? Hoc conceſſo, & belua Chriſtus erit: &
ſicut belua humana ratione carebit. Qꝫ ſi hu
mana ratione caruerit: quis noſtre fidei veri
tatem, quis ſalutis humanæ ſpem: quis cœ
leſtium literarum auctoritatem defenſabit?
Ait enim Euangelium Ieſus proficiebat ſapi Lucæ. ij.
entia, ętate & gratia: apud deum & homines.
Ait item. Ieſus autem plenus ſpiritu ſancto Luce. iiij.
regreſſus eſt a Iordane. Et Propheta. Requi
eſcet ſuper eum ſpiritus domini: ſpiritus ſa Eſa. xj.
pientiæ, & intellectus, ſpiritus, conſilij, & for
titudinis. ſpiritus ſcientiæ & pietatis: & reple
bit eum ſpiritus timoris domini. Et alius. Pſal. xliiij.
Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ: præ
conſortibus tuis. Idem & Petrus Apoſtolus. Actu. x.
Quem vnxit (inquit) Deus ſpiritu ſancto, &
virtute. Et ætatis quidem incrementis, na
turæ ordine paulatim corpus animatum &
ſenſibile augeri: anima quoq; bruta quoni
am vitalis & ſenſibilis eſt, ipſorum mutorum

animalium corporibus confert. Quæ ſi & in
Chriſto fuit idē carni eius pręſtare potuit. Sed
nunquid ſapientia & gratia apud deum & ho
mines pficere potuit? Nunquid ſpiritu ſancto
plena ab Iordane reuerſa eſt? Nunquid ſpiritū
ſapientiæ, intellectus, conſilij, fortitudinis, ſci-
entiæ, & pietatis, & timoris domini ſuper be-
ſtialem animam requieuiſſe: & eam tantę gra
tiæ donis repleuiſſe fatebimur? Nunquid iu-
xta Prophetam, vnctam oleo lętitiæ: hoc ē ſe-
cundum Apoſtolum ſpiritu ſancto & virtute p̄
conſortibus, id eſt, prę cūctis electis homínib'
dicemus? Oportet ſane iſta quæ dixi, & innu-
mera alia quæ p̄termiſi: aut carni, aut animę:
aut deitati Saluatoris tribuere. Nam nihil in
Chriſto præter hæc tria fuiſſe: quiſq; hereticorū
auſus eſt, vel potuit commentari. Sed carni ſo-
li iſta dare quis poterit: quæ nō dico ſanctum
ſpiritum, ſed nec aerium ſpiritum vt ſupra di-
ctum eſt p ſe ſuſcipere idonea eſt? Quis vero
deitati ꝑfectum ſapientiæ & gratiæ, ſeu alia-
rum virtutum augmentum tribuet: quæ nec
detrimentis minui, vel quibuſlibet incremen-
tis poterit augeri: niſi qui in celum os ſuum po-
nens, impie in deum blaſphem' eſt? His dua-
bus ſubſtantijs excluſis: remanet de qua age-
bam beſtialis anima. Hanc autem quis nō vi-
deat chariſmata iſta non potuiſſe pcipere: quā
certum eſt omni ratione carere? Nam quæ tē-
poralium cauſas rerum non poteſt diſcernere:
multo magis æternarū & diuinarum impos &
incapax ꝓbať exiſtere. Q: ſi nec caro ſola, nec
beſtialis anima, nec deitatis ſubſtantia dona
illa ſpiritus in ſe ſuſcipe, natura contradicente
potuit: conſequens & neceſſarium eſt: vt ea ra-
tionalis anima, carni coniuncta ſuſceperit. Iā
ania beluina a Saluatore exploſa: reſtat vt di-
uiſiōis ſupra factę reliquā partem ꝓſequar. Et
ne exciderit: ipſam diuiſionē, quā ſecularis di-
ſciplina diſiunctā vocat: replico. Dixi. Si Chri-
ſtus animam humanā non habuit, aut belui-
nam habuit: aut ipſa diuinitas vitalis & ſenſi-
bilis ſpiritus officia expleuit. Sed quia beluinā
non habuit: vt puto ꝓbatum eſt. Iam qđ dei-
tas animæ officia non expleuerit: ꝓbandū eſt.
Nam ſi deitas animæ officia in Chriſti corpo-
re expleuit: vitale & ſenſibile corp' effecit, hoc
eſt viuere & ſentire caro Chriſti a deitate pce-
pit. Vt enim viuat & ſentiat: confert vt ſæpe
dictum eſt, omnis anima corpori. Dedit igi-
tur vice animæ: vt viueret & ſentiret, deitas
Nota rō- corpori Chriſti. Quæ ſi ita ſe habent, cum ani
nem, q̄ ma per corpus, & corpus ex anima ſentiat &
diuinitas patiatur: iam quicquid caro Chriſti paſſa eſt:
oportet & deitatem ſimul paſſam fuiſſe. Iam nō tenue-
quā late pateat campus blaſphemię: quilibet, tit locum
etiā me tacente, aduertere poteſt. Quia enim animę in
ſvt dictum eſt quicquid ſentit caro vel patiť, Chriſto.
anima p eam ſentit vel patitur: neceſſe eſt vt
deitas quæ vicem animæ tenere dicitur: p car
nem ſentiat & patiatur. Patietur igitur deitas
mœrores infantię, labores pueritię: eſuriet pa
nis, ſitiet fons, fatigabitur virtus, laborabit re-
quies, triſtabitur gaudium: & ad vltimum tor
mentis duriſſimis impaſſibilis torquebiť: ęter
nus deficiet, vita morietur. Et hæc omnia qui-
dem deū, ſed per hominem paſſum: catholici
confitemur. Aliud eſt enim ex adiunctione
vnius perſonæ deum in homine humana paſ
ſum dicere: aliud in natura impaſſibili aliquid
doloris, aut iniuriæ pati potuiſſe. Q đ ille aſtru
it: qui deum ꝑ anima in humano corpore ex-
titiſſe, dicit. Et quoniam apertis immorandū
non eſt: compendiores terminanda eſt. Aut
enim in carne aſſumpti hominis Deus ꝑ ani
ma fuit, & idcirco paſſionibus humanis ſuccu
buit: aut ſi hoc ſentire impium & deteſtabile
eſt: eam Chriſti caro animam quæ abſq; dei-
tatis iniuria humana paſſa ſit: habuiſſe credē
da eſt. Et quia beſtialem non habuiſſe ꝓbatū
eſt: non niſi rationalem habuiſſe confitendū
eſt. His de rationali Saluatoris anima rationi
bus pręmiſſis. q̄ aut mentibus vt credo ratio-
nabilibus ſatiſfacere, aut beſtiales animos cæ-
teris oſtentui facere valeant: iam ea quæ in di
uinis dogmatib' principalem obtinet locum
ſcripturarum auctoritas proferatur. vt gemi-
no rationis, ſcilicet & auctoritatis remedio: vľ
ſi infidelis fuerit rationi neceſſario cedat, vel
ſi fidelis: ſacris auctoritatibus adquieſcat.

¶ Mirum ſane: vnde ſurda hęreſis aliquan-
do emergere potuit. cum ſicut carnem, ſic &
animam Saluatoris: Prophetica, Euangelica,
Apoſtolica vox ita pari & pene continuo da
more loquatur: vt vel aures nō habere, vel eas
more venenatæ aſpidis obturaſſe: eam non Improba
exaudiens videatur. Nonne Dauid in ipſius tio hære-
Chriſti perſona loquens: ait. Non derelinques ſis per au
animam meam in inferno: & erue a framea ctoritates
Deus animam meam: & de manu canis vni- veterę teſtī
cam meam. quę verba ſunt de eius paſſione. Pſal. xv.
Et anima mea illi viuet: quod ē de reſurrectio Pſal. xxx
ne. Et in manus tuas commendo ſpm̄ meū. q Eſa. liij.
vtiq; ſpūs in homine nō niſi ania ē. & Eſaias, Hie xviij
pro eo qđ tradidit in mortem animam ſuam. Impro-
& Hieremias. Foderūt foueam animę me- tio ex Euā
Nonne in Euangelio dn̄s mentionē animæ gelio.
ſuę pene ſemp aſſiduat, dicens. Poteſtatē ha- Ioan. x.

beo ponendi animam meam,& iterũ ſumen
di eam:& nemo tollit a me animam meam:
ſed ego pono eam,& iterum ſumo eam.& nũc
Ioan.xij. anima mea turbata eſt.& triſtis eſt aĩa mea
Matthæi vſq; ad mortem.& maiorem hac dilectionem
xxvj. nemo habet,q̃ vt animam ſuam ponat quis
Ioan.xv. pro amicis ſuis.& animam meam pono pro
Ioan.x. ouibus meis? Et cuius memoria vniuerſa enu
meret? Sufficiunt hęc,& ſupabũdãt:vt & ani
mam Chriſtum habuiſſe,& eam rationalem
fuiſſe:cæcis quoq; palpantibus demonſtretur.
Et vt ea quę principalia, hoc eſt, euangelica
ſunt magis aſſumam:qñ turbatam & triſtatã
animam ſuam Saluator dicit:deitatẽ in quã
turbationis vel triſtitię accidentia cadere non
poſſunt pro aĩa fuiſſe negat:qñ poteſtatem ſe
habere ponẽdi animam ſuam & ſumendi di
cit:irrationalem nullo modo exiſtere potuiſſe
declarat. Irrationalem quippe animam mo
riendo ponere bruta animalia poſſunt:reſu
mere vero eam/ qm̃ poſt corpus nulla ei⁹ ſub
ſtantia eſt,omnino non poſſunt. Spiritus eñi
poſt carnem deficiens,non habet iam ad car
nem reditum:quia cõmunẽ moriens habuit
cum carne defectum. Proprium eſt igitur irra
tionalium ſpirituũ,nunq̃ extra ꝓprium corp⁹
ſubſiſtere:ſicut rationaliũ nec poſt corp⁹ vnq̃
deficere. Quædam nãq; imago vel ſimilitu
do deitatis rationali ſubſtantię a creatore in
dita eſt:quã vel beatam vel miſeram,ſemper
tñ neceſſe eſt eſſe ęternam. Quę quia in beſtia
li ſpiritu nõ eſt:cũ ſuo corpe pariter eã interire
neceſſe eſt. Vnde anima a bono paſtore ꝑ oui
bus in mortem poſita reſumi nõ poſſet:ſi poſt
mortẽ non extitiſſet:nec poſt mortẽ ſubſiſte
re potuiſſet:ſi rationalis vt hoĩm non fuiſſet.
Quid vero aliud & illa vox crucifixi dñi:quã
præmiſſam in Pſalmo ſupra poſui:quid pla
Luc.xxiij ne aliud indicat,cum ait. Pater in man⁹ tuas
cõmendo ſpiritum meum? Nunquid nõ pau
cis verbis vniuerſas talium errorum opinio
nes vno velut impulſu præcipitat:vnoq; gla
dij ictu ceruicem erectam in cõmunem per
niciem ſecat? Neq; eñi in manus patris cõmẽ
dauit ſpiritum:qui nihil poſt mortẽ exiſteret:
nec deitatẽ cõmiſit:quę nil minus,nil maius
recipiens:parq; per omnia patri,cõmendatio
ne non indiget. Qua ſpirituũ hoc eſt,beſtialis
& diuini opinione ſepoſita:reſtat vt ſpiritum
videlicet animam rationalem in manus pa
tris cõmendaſſe:& eum iuxta Euangeliũ in
clinato capite tradidiſſe credatur. Sed & ſi ad
apoſtolicum Symbolum ſermo recurrat:om
nis chriſtiana lingua dñm Ieſum Chriſtum

mortuum & ſepultum:& ad inferna deſcen
diſſe fatetur. Qui qm̃ in carne nõ deſcende
rit:triduana corporis indicat ſepultura. Nec
quia in ſola diuinitatis natura,inuicta ratio
manifeſtat. Prudentia quippe non potentia Nota rõ
percuſſiſſe ſupbum ſcribitur:quem ſola poten né, q nõ
tia percuſſiſſet,ſi damnatum archangelũ per in ſola di
cuſſurus:in ſola deitate ad inferos deſcẽdiſſet. uinitatis
Oportebat autem,& hoc ęternum conſilium natura
exigebat:vt ſuperbus mundi princeps a natu deſcẽdit
ra quã vicerat ſuperandus,iactantiam doloſę Chriſtus
ſuę victorię ſępe victus amitteret:& ſicut de ad infe
eo humana caro per Chriſtũ in terris trium ros.
phauerat:ita & apud inferos per ipſum huma
na anima triumpharet.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola.II.ad Petrum Lugduneñ Archi
epiſcopum. Primum quidem ne iamdudum
partam amicitiam,propter gradus ſui ſubli
mitatem quibuſuis detrahentium inſuſurra
tionibus labefactari permittat:præmonitoria
deinde poſtq̃ declaratum eſt amicitiam illam
mutuam quęri:vt ad multoꝝ ſalutem refera
tur:excitatiua ad ſolicitudinẽ paſtoralem cir
ca vitia extirpanda:præſertim in ſua dioceſi,
& ſingulariter in religionibus vigẽtia.

VEnerabili & in Chriſti corporis mem
bris plurimum ꝑcellẽti,domino Pe
tro ſanctæ Lugdunẽſis Eccleſiæ Ar
chipſuli,Frater Petrus humilis Clu
niacenſium Abbas,ſpiritum cõſilij & fortitu
dinis. Ex quo venerabilis & dilectiſſime mi
hi,excellentiam ſublimitatis tuę mea humili
tas agnoſcere meruit:tenaciſſimo dilectionis
glutino vt te non ignorare credo,mea anima
tibi adhęſit. Sicut vero ea quę neminem fallit
conſcientia mihi atteſtatur:dilexi in te nõ an
tiſtitis dignitatem,nõ diuitis diuitias,non po
tentis potentiam,nõ eam quę te circumſtare
poterat quãlibet rerum temporalium affluen
tiam:non illa(inquam)omnia dilexi,quæ vi
debantur eſſe circa te:ſed ea tm̃ quę agnoue
ram:& quæ ſola diligenda erant in te. Dilexi
certe in te,erga diuina animi puritatẽ, erga
humana morum honeſtatem,amorem verę
ſapientię:in epiſcopali faſtigio ſincerę medio
critatem vitę. Iſtis & conſimilibus animi tui
multis & magnis virtutibus illectus:etiã cum
longe poſitus eſſes,tecum eram:neq; a te ſal
tem minimo temporis ſpatio diuelli poterã.
At poſtq̃ de Viuarienſium colle ad Lugdunẽ
ſium montem te diuina diſpoſitio tranſtulit.
atq; de ſublimi ſublimiorem fecit:cœpiſti qui
dem eſſe ꝓpinquior loco:ſed verũ nequaq̃

diſiunctior animo. Quod me dixiſſe minime
miref, quã in te veneror ſapientia tua: qm̃ nõ
ex affectu conquerentis: ſed ex cautela loquu-
tus ſum p̃monentis. Licet em̃ prudentiã tuã
non facile moueri quibuſlibet ſuſurrationib⁹
nouerim: neq; te arundinea mobilitate circũ-
j. Cor. xv. ferri ſciam: tñ quia ſcriptũ eſt. Corrumpũt mo
res bonos colloquia mala. Et verſu qui iam in
Verſus. prouerbiũ verſus eſt: dicitur. Vnda cauat lapi-
dem, nõ vi ſed ſępe cadẽdo: pręcauẽdum tibi
arbitror, ne labijs iniquis & linguę doloſę inſi
bilationibus quibus frequẽter inquietaris: au-
rem nõ dico corpis, quod aliquãdo nõ agere
nõ potes: ſed aurem cordis quod ſemp potes,
incõſiderate accõmodes. Fraudulento quip-
pe obſequio ſępe tales corda dñorꝝ ſollicitãdo
circũueniunt & conſulentis ſpecie deteri⁹ ini-
Periculo- micis famulãdo inimicãtur. Deterius plane
ſiſſimus inimicis, quia vt optime nouit ſapientia tua,
eſt inimi- multo facilius externus q̃ internus: multo le-
cus famil- uius remotus q̃ admotus: lõge prompti⁹ atrox
liaris. q̃ blandus hoſtis vitatur. Illius nanq; tanto mi
nus poteſt nocere crudelitas, quãto minus ei
prebetur credulitas. At iſtius tanto magis no-
cet tecta ſęuitia: quanto maior ſęuiendi ſub
amoris velamine ei datur licentia. Hoc ideo
dicere volui, vt chariſſimi mei erga mutui a-
moris cuſtodiam fieret ſolertior diligẽtia: nec
eam a ꝓpoſito ſuo reuocare poſſet cuiuſlibet
detractoris inuidentia. Si em̃ verum eſt quod
j. Cor. xiij Apoſtolus ait, charitas nunq̃ excidit. & illud
Cãti. viij. quod in Cantico Canticorꝝ legitur. Aquę mul
tę non poterunt extinguere charitatẽ, nec flu-
mina obruent illam: & inter nos hanc hucuſq;
conſtat charitatem fuiſſe: certum eſt: quia nec
excidendo lapſum incurrere poterit: nec mul-
Nota. titudine aquarum: hoc eſt, hominũ mala im-
murmurãtiũ flãma ei⁹ extingui: nec inſtãtia
quorũlibet velut forti fluminis violẽtia obrui.
Apertius autẽ exponere, quid ſuſpicando iſta
pręmittere voluerim: nulla me ratio cogit: qa
& tui ingenij ſubtilitas hoc facile aduertere po
teſt: & me eorum qui inde notati ſcandalizari
poſſent: pudori vel irę conſulere oportet. Suffi
cit hoc noſſe me iſtis omnibus ad hoc vnum
tendere: vt charitate illa quę diuerſa coniun-
git: ita qđ iam eſſe cœpimus, vniti permanea-
mus: vt nec diuerſitas locorꝝ, nec ſciſſurę cor-
dium, nec diuiſiones linguarũ, nec varij euen
tus rerum: vnitatem noſtram qua vere in deo
vnimur, diuidere valeat: aut mundi mobilis
& tranſitorij inſtabilitas a ſui eam ſtabilitate
ac firmitate conuellere. Ad hoc ſane vnum &
ſolum, ſingulariter & pręcipue hanc inter nos

charitatis vnitatem firmari concupiſco: vt ei⁹
vtilitatem nõ ſolum ad ſalutem noſtram, ſed
etiam ad multorꝝ aliorꝝ referre ſtudeamus.
Nam ſi vt eam nomino hoc vere illa virt⁹ eſt,
quę charitas dicif: non tam ſuę q̃ aliorꝝ ſaluti
inuigilare, & ꝓ ea omnimodis laborare debet:
quia vt omnibus notum eſt, de ea ab Apoſto-
lo dr̃. Charitas nõ quęrit quę ſua ſunt. Quod j. Cor. xiij
cum omnibus immineat, vt debitores man- Leui. xix
dati quo eis pręcipitur. Diliges ꝓximũ tuum Mat. xxij
ſicut teipſum, omnibus ęque vt ſibi conſulere
debeant: maxime hoc eis incumbit, quib⁹ ſpe
cialiter aliorꝝ cura cõmiſſa eſt: quibus quaſi ꝓ
ouium, filiorꝝ, ciuiũ cuſtodia: paſtoris, patris,
ſpeculatoris nomen impoſitũ eſt. Inter quos
ſancta paternitas tua non minimũ: imo ma-
gnum & pręcipuũ dei diſpoſitione obtinet lo-
cum: ita vt in omnibus chriſtiani populi ſpiri-
tualibus principib⁹ nullũ omnino habeat ma-
iorem: niſi ſanctę & ſummę ſedis apoſtolicę
pręſulem. Magna inquã & vere pręcelſa, to-
taq; cœleſtis eſt dignitas epiſcopalis officij: nec
minus magna & vere timenda, totaq; terribi
lis formido epiſcopalis periculi. Tibi enim (vt
bene recolit paſtoralis ſollicitudo tua per Eze Ezech. iij
chielem a dño dicif. Fili hominis, ſpeculatorẽ
dedi te domui Iſrael. Et item. Si nõ annuncia
uens iniquo iniquitatẽ ſuam: ſanguinem eius
de manu tua requiram. Et rurſum. Si ſpecu- Ezechiel
lator viderit gladium venientẽ, & nõ clama- xxxiij.
uerit: & venerit gladius & tulerit aliquem: ſan-
guinẽ eius de manu ſpeculatoris requiram. Et
per Hieremiam Ecce conſtitui te hodie ſuper Hiere. j.
gentes & regna: vt euellas & deſtruas: & diſper
das & diſſipes, & ędifices & plantes. Poſſem
ſimilibus teſtimonijs infinitum opus cõtexe-
re: ſed quia ſapienti & cuncta hmõi cognoſcẽ-
ti loquor: oportuit de multis pauca ꝓponere.
Sed quorſum hęc omnia? Vt excitetur paſto-
ralis ſollicitudo tua ad ſubueniẽdum eccleſię
dei ſub tua cura laboranti: maxime hoc tẽpo-
re, qñ inſtãt tempora periculoſa ante ab Apo- ij. Tim. iij
ſtolo prędicta: quãdo om̃es quę ſua ſunt quę-
runt, non quę Ieſu Chriſti: quãdo inter multos
mercẽnarios vix aliquis paſtor inuenitur: qñ
ſalute gregis contempta, abſq; labore paſtora-
li paſtoralibus mercedibus inhiant. quib⁹ de⁹
exprobrat per Prophetã. Lac comedebatis & Ezechiel
lanis operiebamini: gregem autem meũ non xxxiiij.
paſcebatis. Et item. Vę his paſtoribus, qui paſce
bant ſemetipſos. Et rurſum. Ecce ego ſuper
paſtores, & liberabo gregem meum: ne ſit eis
in direptionem: & non paſcant vltra paſtores
ſemetipſos. Vere mercẽnarij nõ paſtores, qui

de mercedib' gregis impinguati & ornati in-
cedẽtes:glorioſi & ſublimes apparentes:ſalu-
tari,honorari,& ab hominibus vocari Rabbi
Matthæi gaudẽtes:ſcd̃m dñi ſermonem primos recubi
xxiij. tus in cœnis,& primas cathedras in ſynago-
gis amantes:vident lupum in ouium interitũ
veniẽtem & fugiunt:cernunt peſtilẽtioſi aeris
corruptione infectas oues deperire,nec ſuccur
runt:mutua tabe conſumi,& tacent:diuerſis
mortium generib' interire,& rident.Sed quia
nõ eſt ꝓpoſiti operis aut officij mei,contra ta-
les nunc agere:reprimẽdus eſt ſermo:& tecũ
potius quod cœperam peragendum. Ad hoc
enĩ te credo tali tẽpore in ſublimi eccleſię ſpe-
cula a deo cõſtitutum:vt alijs tacẽtibus,tu pe-
ne ſolus quę dei ſunt mũdo inclames:ad hoc
inter duces ſpiritualis prelij conſtitutũ:vt alijs
fugiẽtib',tu cum paucis hoſtem deuincas:ad
hoc non tm̃ Epiſcopi,ſed Primatis vel Patri-
archę nomine inſignitum,vt nõ tm̃ populo
te maiorẽ,ſed etiam ipſoꝝ principum te prin
cipem agnoſcas:& vniuerſis magis ꝓdeſſe,q̃
prẹeſſe ſtudeas. Accingere igitur gladio ſuper
fœmur tuum potentiſſime:accendatur velut
Numeri. ignis zelus tuus.recordare Finees,Helię,& Ie
xxv. ſu Chriſti:quoꝝ vnus luxuriantes gladio per-
iiij.Reg.j. emit:alius ſuperbos cœleſti igne exuſſit: ter-
Mat.xxj tius auaros flagello de templo eiecit. Hęc ſunt
certe tria illa,quę Ioãnes Apoſtolus in Epiſto-
j.Ioan.ij. la ſua cõmemorat.Omne ait,quod eſt in mũ
do concupiſcẽtia carnis eſt:& cõcupiſcẽtia ocu
lorũ:& ambitio ſeculi.Quę licet ſcd̃m hãc apo
ſtolicam vocem,totum mũdum cõmuni pe-
ſte infecerint:in patriarchatu tm̃ tuo,ſed maxi
me in prouincia,ſiue in ꝓpria,qđ magis tibi
timendũ eſt,dioceſi,quaſi ſpecialem ſibi ſe-
dem viſa ſunt cõſtituiſſe:atq; innumerabiles
letali morbo occupaſſe Sed quid ego de mili-
tibus,quid de popularibus referam:cũ videã
clericos,& quod mihi grauius eſt noſtri,hoc
eſt, monaſtici ordinis viros:ꝓpoſiti ſui obli-
tos:etiam laicis inhiantius quę reliquiſſe vide
bantur rurſus appetere:a tabernaculo dei & a
Moyſe ductore ad Pharaonem & ægyptum
rediſſe:ea quę vomuerant vt immũdiſſimos
canes auidiſſime reſorbuiſſe:& qui vt aurum
in domo dei fulgere debuerant:vt vile lutum
ſe per omnes plateas omniũ pedibus concul-
cãdos ꝓſtrauiſſe? Nõne de talibus Hieremias
Thre.iiij. lamentari cogitur & dicere.Quõ obſcuratum
eſt aurum:mutat' eſt color optimus:diſperſi
ſunt lapides ſanctuarij,in capite omniũ pla-
tearum? Et item. Filij Sion inclyti & amicti
auro primo:quomodo reputati ſunt in vaſa
teſtea,op' manuum figuli? Hoc plane fere de
vniuerſis prouincię tibi a deo cõmiſſę mona-
chis ac monaſterijs loquor:qui vt ſalua gratia
bonoꝝ qui inter eos cõmorantur dixerim ſe
dicunt monachos eſſe & nõ ſunt:ſed ſunt ſyn- Apoca.ij.
agoga Satanę.Quid enĩ illi ſibi de monacho: Contra
pręter nomen & habitum vendicant? Vbi enĩ malos re-
in eis vel eſt,vel apparet monachi humilitas? ligioſos.
Vbi charitas? Vbi illa quę beatos facit pauper
tas? Ideo autẽ dixi quę beatos facit,qa ea pau
pertate quę miſeros facit, cum ſummopere
diteſcere cupiant:magnopere laborant.Et iu
ſte equidem.Sicut enĩ inquirẽtes dñm nõ de- Pſalmo.
ficiunt omni bono:ita relinquẽtes eum omni xxxiij.
neceſſe eſt abundare malo. Dicunt hmõi ho-
mines ſe monachos:hoc eſt,ſingulares & vni-
cos in mundo eſſe:cum turbis & tumultib' ho
minũ corde & opere miſceãtur.Affirmant ſe
apoſtolica:hoc eſt,cõmuni vita degere:cũ pręs
ter victum atq; veſtitum cætera omnia eis cõ
munia ſint.Sed magnum ſi eccleſia,ſi refecto
rio,ſi dormitorio cõmuni vtantur:vt nõ cor-
da canentium ſed eccleſia vna ſit:non cibi cõ-
edentium ſed refectorium cõmune ſit:nõ ve-
ſtes dormitorij ſed dormitoriũ idem ſit.Con-
cedo & ego magnum hoc apud tales eſſe Sed
vtinam vel hoc ſeruetur.Vtinã plane vel hoc
cõſeruaretur:vt vel in eiſdem oẽs domib' ha
bitarent:& nõ ſibi ad conuiuendum ſiue ad
cõmanendum,alioꝝ & a ſuo ordine alienoꝝ
domos eligerẽt.Taceo quę ſequũtur,nõ tantũ
eis parcens quantũ pudori meo:qui talia pro-
ferre erubeſco:& ſancto noſtri ordinis nomini
conſulens.Qui quãuis nulla immundoꝝ con
tagione maculetur:tm̃ a minus eruditis,& ta-
lium infamia ſcandalizatis nomen dñi blaſ-
phematur. Vnde & de his ſcriptura loquitur.
Vęh his p quos nomen dñi blaſphemaᵣ. In Eſa.lij.
quo nãq; non ꝓpter iſtos nomen dñi blaſphe-
matur:qui in hypocriſi omnẽ ſanctitatẽ men
tiri volentes,ſed iam nõ valentes:quia occul-
ti eſſe nõ poſſunt:publici apoſtatę fiunt:qui ſe
cundũ figuram mulieris ꝓſtitutæ diuaricant
pedes ſuos omni tranſeunti:& peruerſa obe-
dientia inclinant dorſum malignis ſpiritib':
præcipiẽtibus incuruare vt tranſeam'.Fluxi, Eſaię.lj.
inſtabiles, præcipites,ſuperbi, cupidi, auari:
quoꝝ ꝓfeſſio preuaricatio,quoꝝ ſtabilitas per
uagacitas,morum cõuerſio eſt,a deo auerſio:
quoꝝ obedientia cõtumacia,quoꝝ clauſtrum
totus orbis,quoꝝ deus vẽter,quoꝝ abbas ꝓ-
pria voluntas.quoꝝ iugum nullum quorum
mortificatio eſt omnimoda carnis oblectatio.
Hi loca deo ſacrata male viuendo temerant,

Mat.xxj. domum orationis ſpeluncam latronum fa-
ciunt:ibi perditis operibus diabolo nō vitulos
aut arietes,ſed animas ſuas ſacrificant:dicen
tes ſe noſſe deum:factis autē negant. Iſti ſunt
ligna infructuoſa,inutiliter terram occupātia:
digna ſuccidi,digna comburi: peſſimi coloni
vineę,fructū in tempore ſuo reddere contem
nentes :& hęreditatem filij in iniuſtitia deti-
nentes.Faciendum eſt eis:quod patremfami
lias malis agricolis feciſſe Euangeliū loquitur.
Mat.xxj. Malos male perdet:& vineam ſuam locabit
alijs agricolis qui reddant ei fructum tempo
ribus ſuis. Ita a te qui hui⁹ patriſfamilias vices
obtines talibus faciendum eſt:vt ſi fructus iu
ſtitię de dñi vinea dño reddere noluerint:ne-
quaq̄ eius hęreditatem eos occupare patiaris.
Hęc eñi mala ad cumulū perditionis eoꝝ in-
tantū inueterata obducto callo indurauerūt:vt
iam nec correptionis verba audire:nec etiam
quęlibet duriſſima diſciplinę verbera ſentire
poſſint.Squamę quippe ſūt ī corpe Leuiathā,
Iob.xlj. de quib⁹ dr̄. Vna vni cōiungitur:& nec ſpiracu
lum quidem incedit per eas. Vna alteri adhę-
rebit:& tenentes ſe nequaq̄ ſeparabūtur. Sed
hanc diabolici corporis peſſimā vnitatē atq;
duriciam:durior verbi dei gladius diuidere,
acutior ſpiritualis pharetrę ſagitta penetrare
poterit.Cuius gladij memorat Apoſtolus.Et
Ephez.vj gladium ſpiritus,quod eſt verbum dei.Et de
Eſa.xlix. ſagitta Propheta. Poſuit iquit,me ſicut ſagit-
tam electam:in pharetra ſua abſcondit me.
Hanc ſagittam,videlicet te venerabilis atq;
amātiſſime pater,in pharetra conſilij ſui de⁹
ab æterno vſq; ad hęc tempora abſcondit:&
nunc de arcu fortitudinis ſuę ad conterendos
inimicos ſuos vt credim⁹,emiſit:& gladium
hoc eſt,verbum ſuum in ore tuo poſuit:quod
ij.Tim̄.ij. ſcd̄m Apl'in nō eſt alligatū.& de quo dr̄.Male
Hierem̄. dictus qui ꝓhibet gladium ſuum a ſanguine.
xlviij. Hoc gladio iuxta Pſalmiſtam,diuiduntur lin
Pſal.liiij. guę impioꝝ:& iniquitates & contradictiones
in ciuitate. Sanctifica ergo rurſus man⁹ tuas
dño quę ſemel ſanctificatę ſunt ī ſacerdotio.
quia ſcd̄m beatū Gregorium. Nullum gratius
offertur deo ſacrificiū:q̄ zelus contra peccatū.
Pudeat generoſitatē ſanctę animę tuę ꝓuin-
ciam tibi cōmiſſam,eccleſiaſtica dignitate oī-
bus gallicanis eccleſijs ſuperiorem: & religio-
ne eē inferiorem. Vt enim cernere datur:per
totam occidentis plagam,& maxime intra
hanc noſtram Galliam religioſa loca & quæ
nunq̄ fuerant frequentiſſime oriuntur:& quę
inueterauerant renouantur. In Lugdunenſi
vero prouincia e contrario & noua fere nulla
orta ſunt: & vetera iā pene nulla ſunt. Fuerit
hoc tempori & ſtrennuitati tuę a deo reſerua-
tum :vt ſi noua condere non eſt facultas,ſal-
tim ad vetera renouanda adſit tot⁹ niſus atq;
voluntas.Habebis ad huius rei adiutorium,
totum quale eſſe poteſt poſſe meum:& illum
qui tibi ad omnia ſufficit deum.Sit tuum ei⁹
accepta gratia incipere:erit illius opus ſuum a
te cœptum perficere Licet igitur hoc opus val
de arduum eſſe non ignorem,de dei tamen
gratia & tua probitate confidens:hortor,ſup-
plico,moneo,& per omnipotentis Ieſu Chri-
ſti miſericordiā obteſtor:vt tam bonum,tam
deo placens , tam ſalutiferum ſtudium : nul-
lę a corde tuo curę pellere valeāt:ſed maneat
in mēte tua radix ſanctę intentionis:quouſq;
ad optabilem fructum glorioſę prodeat actio
nis. Nam nec mihi deſunt innumerabiles re-
rum temporalium ſollicitudines: pro quibus
tuā neceſſario vt moris eſt ſollicitare poſſem
beatitudinem.Sed non eſt nunc mihi ſuper
auro & argento quęſtio:non eſt ſuper iniurijs,
depᷓdationibus,exultionibus,& varijs ac mul
tiplicibus rerum noſtrarum damnis ad aures
maieſtatis tuę ſolita interpellatio. Illud vnū,
illud ſingulare,illud præcipuum:& ſępedicen
dum,ſępe rogandū:oro,rogo,obſecro:vt huic
diuinę rei:cui nihil humanum,non dico pręe-
poni,ſed nec componi debet : cuncta ſuppo-
nas:& teipſum etiam ſi neceſſe fuerit,vt bo-
nus paſtor pro tanta tantarum ouium ſalute
impendas. Paratus ſum & ego:ad quem non
ex cura,ſed ex charitate hoc ptinet:nec meis
nec mihi pro hac dei cauſa parcere:nihilq; in
pręſenti remunerationis ſperans:nō tm̄ mea
ſed & meipſum impendere. Hęc certe tota &
ſola ad te ſcribēdi cauſa fuit. Cęterum tibi vi-
dendū:ne fruſtra fuerit.Oro ergo in fine Epi-
ſtolę mihi dulciſſimam & totis viſcerib⁹ am-
plectēdam dilectionem tuam:vt ſerioris ali-
quantulū occupationibus,amici literis in hoc
quoq; pro te ſolliciti locum tribuas : & eis vel
horam ad ſtudioſe legendum prouideas. Re-
pende inquam,hāc meo labori vicem:vt qd̄
ego immodicis curarum diſtenſionibus impe
dietib⁹ vix potui ſcribere:tu inter tuos quoti-
dianos tumultus ſtudeas legere. Nec deter-
reat a lectione prolixitas:quam iuſta(vt ipſe
agnoſcis,peperit neceſſitas.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola.III.ad dominum Papam Inno-
centium. Imprimis ſummi erga proſperita-
tem pontificis cognoſcendam affectus Abba
tis indicatiua:vt pote pro qua multum labo-

rauerit:a qua etiam totius eccleſię proſperitatem pendere non ignoraret. Deinde,cũ multa Albano epiſcopo pro laboribus in huiuſmodi proſperitate & pace procuranda deberentur:q pauca negata ſint,hoc eſt ſolum reſcriptum,expoſtulatoria. Deniq; vt idem pontifex dicto epiſcopo reconcilietur:ne forte res eccleſię vergat in deteriorẽ exitũ:cõſultoria.

SVMMO Eccleſię dei paſtori, & noſtro ſpeciali patri domino Papę Innocẽtio,Frater Petrus humilis Cluniacenſiũ Abbas, fidelem obedientiam. Non ſatis verbis aperire valeo,quãtum pro inſito mihi veſtræ paternitatis amore de reſciendo ſtatu veſtro ſolliciter:quantũq; a patribus veſtris audire quod cor meum lętificet,exoptẽ. Quid autem amplius cor meum lętificare poterit:q̃ ſi proſpere,ſi pacifice:ſi triumphaliter vos degere audiero? Vt enim quod apud me ſentio dicam,hoc in me deſiderium ita omnib⁹ alijs quę in corde humano eſſe poſſunt deſiderijs dñatur:vt excepto illo quo cœleſtia deſiderantur affectu:hic omnium(vt dictum eſt) deſideriorum affectibus principetur. Nec mirum ſi ſic ardenter finem laborum veſtrorum exopto: cum propter hoc vnum a principio apoſtolat⁹ veſtri nullum pro modulo meo ſubire laborẽ recuſauerim,i nullo quod expediret mihi vel his quæ commiſſa mihi erant pepercerim:& quod forte maius his omnibus eſt:nunq̃ fidelior,quod ipſe melius noui:vt vere patri filius eſſe potuerim. Nam inter ſtudia partium,inter diuiſiones cordium,inter ſchiſmata tam noſtrorum q̃ extraneorum ſeu prope ſeu longe conſtitutorum:exerto ſemper gladio quãtum perſonæ aut officij mei qualitas patiebatur perſtiti:nec illum vnq̃ a ſanguine etiam chariſſimorum cum neceſſe fuit prohibui. Quoſcũq; mihi & Cluniacenſi eccleſię qualibet amicitia iunctos:reges & pricipes.nobiles & ignobiles, magnos & puſillos agnoui:hos maieſtatis veſtrę pedibus ſubdere:per me ipſum ſiue p alios loquendo,ſcribẽdo,mandãdo,terrendo:mulcendo pro poſſe non diſtuli. Sed quia non ad hoc cœpi:vt opera mea ſi qua erga vos recta fuerunt iactem:compeſcẽdus eſt ſtylus:& hoc tñmodo dicendũ:quoniã hęc idcirco tetigi:vt agnoſceret ſapientia veſtra,me iure pacem veſtram deſiderare:pro qua nõ parum contigit laboraſſe. Eſt & illud quod non ſolum me,ſed & omnes ad hoc optandum mouere debet: quod vniuerſorũ & totius eccleſiæ pax de pace veſtra pendet:quę ſicut generaliter(paucis ſchiſmaticis exceptis)vos in ſummum paſtorem aſſumpſit:ita ſine veſtra requie nunq̃ requieſcere poterit. Cuius laboribus quos pro Chriſto & pro vobis ſuſtinet:quod ſalua ſublimitatis veſtrę reuerẽtia dixerim,non parum gratię debetis:quia ſicut illa vobis filialem:ita vos ei paternum impendere decet amorẽ. Et ſicut mihi videtur,omnes quidem præcepto dominico ſunt diligendi,ſed iuxta quod vita vel actus eorum exigit:in amoris diſcretione alijs alij ſunt præferendi. Hoc ad quid inferã: attendat paululum veſtra nobis ſuper aurum & topazion chara paternitas. Nam inter illos quibus magis debitrix totius amoris & beneficij eſt charitas veſtra:domnum Albanũ epiſcopũ hucuſq; exiſtimauimus. Quid enĩ ille p vobis fecerit,quid pertulerit,quid perdiderit, q̃ fidelis in regno Eccleſię cui pręſidetis ingrediens & egrediens ad imperium veſtrum fuerit,ſuperſedeo referre:cum & ſapientię veſtræ hoc bene notũ ſit:& tam diutina infirmitas, immo ipſa mors,a cuius ianuis vix tandem reductus eſt:ſatis indicare poſſit. Quę omnia eum propter immẽſos labores,& aſſiduos per totum pene mundũ procurſus & excurſus pertuliſſe: ob veſtra niſi fallor ſeruitia:omnibus manifeſtum eſt. Cum igitur ſe totũ vobis impenderit:cum nota vniuerſis religio eius,cum ſcientia eius,cum virtus corporis eius ab exordio præſulatus veſtri non niſi vobis militauerit.& militando pene defecerit:non ſatis ego veſter:ego ego(inquam)veſter: & qui mecum hoc nouerunt mirari ſufficimus:quod non dicam maximum pro tam magnis ſeruitijs beneficium,ſed nec modicum quando maxime poſtulauit meruerit habere reſcriptum. Tunc certe,quod prorſus ſubdita & humili:& idcirco audaci mente dicimus:tunc plane omnino clauſa ſunt ei viſcera miſericordię & reſponſionis veſtrę:qñ ipſe vobis vt patri aperuit omnia intima conſcientię ſuæ. Tunc vere exiccata eſt fontis vbertas:quando magis expoſcebat rigari terrę ariditas. Debuit(vt mihi videtur) plus amoris mereri nudata conſcientia:non debuit propter ablatum cordis velamen priſtina imminui gratia. Vt enim quod iam vulgare factum eſt referam:ſi inter amicos omnia nuda:inter talẽ patrẽ & talẽ filium,nulla ſecreta debuerunt eſſe velata. Quę ſi ipſe alijs non vobis ſoli reuelaſſet:patris forſitan commotio iuſta fuiſſet. At cum non niſi illi cui nihil talium celare debuit cor ſuum denudauit:nõ iram ſed gratiam vt videtur ampliorem promereri debuit. Hęc pater chariſſime me bre-

uiter vobis ſcribere, filialis & idcirco fidelis cõ
pulit affectus: ne qui de vobis magꝫ merẽtur,
minus conſequi videantur: & ea de cauſa q̃ plu
res a veſtro ſeruitio deterreantur. Cõſulo igi-
tur, ſi tamen conſilium meum inter ſapientio
rum nõ tamen forte fideliorꝫ conſilia admit-
tẽdum cenſetis: vt epiſcopum veſtrum, colla-
teralem veſtrum, fideliſſimum veſtrum: quẽ
multum exacerbare ex hoc, niſi ſapientia in-
dignationem compnmeret, potuiſtis: lenire q̃
cito remiſſis literis ſtudeatis. Recolite, nullũ
vnq̃ nimium amari potuiſſe: recolite, nullum
vnq̃ plus iuſto amicis abũdaſſe: recolite quod
Eccli. vj. ait Salomon. Amici ſint tibi multi. Et ideo
nunq̃ talibus vos ſatis abundare credatis: ma
xime hoc tempore, quando (vt ipſe quotidie
experimini) abundauit iniquitas, & refriguit
charitas multorum. Parauerat ipſe poſtq̃ con-
ualuit, ſuſcepto a vobis mãdato redire ad vos:
ſed poſtq̃ de ſilentio illo vr̃o accepit: ignorans
quid illud portenderet, & ipſe ſilere propoſuit.
Rumpatur ergo infructuoſum quod nũq̃ fuiſ-
ſet ſilentium: & aut eum cum illo quem vos &
eũ decet honore ad vos redire facite, aut apud
nos, hoc eſt intra Gallias, ad deſtruẽdos ſchiſ-
maticos, & cauſam veſtram quę & dei eſt ma
nutenendam: quod vobis & Romanę eccleſię
pluſq̃ ad præſens propter feſtinantiam dicere
poſſimus expedit, poteſtatiue, quouſq; vobis
illum reuocare placeat: remanere facite. Vtinã
daretur auribus veſtris ocium: quod quia ad
præſens non habent: cogimur ori noſtro etiã
valde neceſſariarum rerum imponere ſilen-
tium. De hac igitur re & de pace veſtra quam
omnimodis deſidero & deſiderãter expecto:
remandate quod eſt: vt aut ſi eſt, gaudeã: aut
ſi nondũ plene eſt: qualiter adimpleatur quic-
quid poſſum & etiam meipſum impendam.
Hoc inſuper rogo, vt cauſa noſtri Romanum
morem de retinendis diu nuncijs infringatis:
& q̃ cito curſorem noſtrum cum rei poſtulatæ
certitudine ad nos remittatis.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. IIII. ad Gilonem Schiſmaticum,
olim Tuſculanum Epiſcopum. Primũ quidẽ,
lugendum eſſe de ſeparatione tam nobilis fi-
lij a matre, declaratoria. Dehinc ꝙ errorẽ ſuũ
tueri non poſſit: etiam ſi prætermiſſis partis
ſui papę ſacrilegijs, ſymonijs, periurijs, & hu-
iuſmodi, nulla alia eſſet ratio: niſi infinita pe-
ne multitudo ſapientum & proborum virorũ
oppoſitum ſentientium, & paucitas adhęren-
tium ſibi: oſtenſiua: Demum vt redeat ad gre
mium matris Eccleſiæ reconciliationem ſibi
prout licuerit, pollicendo: exhortatoria.

PEtrus humilis Cluniacenſium Ab-
bas. Giloni olim Tuſculano Epiſco-
po. Multa quidem dilectioni veſtræ
loqui, enormitas materiæ imperat:
ſed ſtylum ſe diffundere volentem, epiſtola-
rum & maxime modernarum modus: ne etiã
in neceſſarijs diffluat, coanguſtat. Qui ſi a pro
poſitis & neceſſario conceptis nõ cohiberetur:
non iam epiſtola ſed liber conficeretur. Quis
enim non videat quanta ſit loquendi mate-
ria, immo lugẽdi. Chariſſimum fratrem & (vt
ſic dicam) vterinum: a viſceribus vnicę matris
non cum paruo eius dolore auulſum: ſic lapi-
pideum permanere: vt nec ſuę ſeparationis re
cordari, nec matris doloribus compati, nec cõ
fratrum charitate reuocari: nec ad reſipiſcen-
dum quibuſlibet incantationibus videaẽ ani-
mari? Tantum ne valet peregrinæ mulieris
amor: vt meretricia oblectamenta, ſponſę ca-
ſtis amplexibus præponantur? An tantipen-
dendi ſunt ciues Babylonicæ confuſionis: vt
ciuibus pacificæ Hieruſalem pręferantur? An
calix aureus Babylonis quo potantur reges ter
ræ dulcior ad ſorbendum viſus eſt, q̃ ille Chri-
ſti de quo ipſe ait. Calix meus inebrians q̃ prę Pſal. xxij.
clarus eſt? Ad quid iſta? Vt pace veſtra loquar,
quoniam tam præclarum membrum eccleſię
dei ad præſens ab ea ſeparatum dolemus:
quoniã tam dilectum fratrem a confratribus
disiunctum lugemus: quoniã a Romana & ca
tholica eccleſia epiſcopum: quoniã a Cluniacẽ-
ſi eiꝰ monachum deſciuiſſe videmus. Sed for-
te vos ad hęc, nos errare, nos deuiare: nos de-
ceptos eſſe inclamabitis. Nos vero quid? Vt lõ
ga diſputatio conquieſcat, vt infinitarum ar-
gumentationum obiectio conticeſcat: vt am-
bitio, cupiditas, ſacrilegium, ſymonia, periu-
rium, vis armata, homicidia: quę pro parte nõ
veſtra ſed papę veſtri militant: vt hęc inquam
omnia & adhuc deteriora ſi qua eſſe poſſunt
ſeponantur: hoc vnum attendite, hoc inſpici-
te, hoc conſiderate: vbi eccleſia eſſe exiſtiman
da ſit: quæ in omnibus mundi nationibꝰ eſſe
credẽda eſt: in angulo vrbis Romæ, an in toto
orbe, in particula Aquitanię, an in mari vſq;
ad mare: in pauciſſimis & pene nullis homini
bus: an in omnibus quæ ſub cœlo ſunt genti-
bus. Aut enim nobiſcum eſt eccleſia & ouile
in quo ſunt oues veri paſtoris, de quibus ipſe.
Oues meę vocem meam audiunt: veſtrumq; Ioan. x.
ouile non oues, ſed hędos ad ſiniſtram ponen
dos continet. Super quibus vobis exprobrat
Eccleſia dicens. Paſce hędos tuos iuxta taber- Canti. j.

nácula paſtorum:aut ſi vobiſcum eſt:heu mul
tum regnum Chriſti arctatum eſt. Si inquam)
vobiſcum eſt eccleſia,falſa eſt vox patris filio
Pſalm̄.ij. promittentis. Dabo tibi gentes hęreditatem
tuam,& poſſeſſionem tuam terminos terræ.
Pſal.lxxj. Falſa eſt vox Prophetę. Dominabitur a mari
vſq; ad mare,& a flumine vſq; ad terminos
p̄s.lxxxv orbis terræ. Falſum eſt & illud quod ait. Om-
nes gentes quaſcunq; feciſti venient & adora
bunt corā te dn̄e,& glorificabunt nomen tuū.
Falſa certe iſta omnia,ſi tam parua eius hęre-
ditas & poſſeſſio facta eſt: vt non niſi Petri
leonis turres & comitis Pictanienſis paucas
munitiunculas poſſideat. Si hoc verum eſt,iā
Chriſt⁹ qđ aſſūpſerat deponat:& qui iā poſſeſ-
ſione quolibet regulo inferior factus eſt:regiū
quoq; nomen amittat:nec eum quilibet voca
re regem regum vel dominum dominātium
audeat. Si hoc verum eſt,iam Chriſtus gratis
mortuus eſt: qui tam pauciſſimos morte ſua
lucratus eſt. Hoc ideo dicendum putaui: vt
agnoſcat eruditio veſtra,periculoſiſſime vos
opinionem veſtram totius mundi ſententiæ
præponere: magiſq; ſuperbę obſtinationi pau
corum q̄ deuotę vnanimitati multorum ad-
quieſcere. Cum eñ & canonica decreta hoc ha
beant,vt maiori & ſaniori parti in omni ne-
gocio cedendum ſit:qui tantis numero,tantis
ſcientia,tantis ſanctitate non cedit:non ſapiē
tia ſed inſania agi credendus eſt. Plura hinc
dici poſſent,ſed ſapiēti quod vos & fuiſſe ſci-
mus & futurum eſſe confidimus:pauca ſuffi-
ciunt. Reuocat igitur vos communis mater
eccleſia,reuocat quodāmodo affectuoſi⁹ quę
iterum vos Chriſto peperit,Cluniacenſis eccle
ſia:parata vos iterum pijs vlnis excipere,para
ta dulcius quā fecerat fouere,parata omne ꝑ
vobis onus ſubire:parata vos rurſum Chriſto,
eccleſię:ac domino papę reſtituere.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. V. fratrum de Charitate ad dom-
num Petrum Abbatem. Pro immenſis bene
ficijs a dicto Abbate eiſdem collatis:quorum
aliqua ſpecialiter memorātur:gratiarū actio-
nis exhibitiua:& an Cluniaci feſtum ſummo-
rum Apoſtolorum Petri & Pauli ſit celebratu
rus:interrogatoria.

C Vriſſimo ac piiſſimo patri noſtro
domino Abbati,Frater Theotar-
dus prior de Charitate indignus,
totuſq; conuentus,quicquid deuo
tiſſimi filij. Si condignas veſtræ
paternitati gratias referre poſſemus:pro im-
menſis beneficijs quæ nobis immeritis ſeruis
veſtris exhibere dignamini: dignum vtiq;
eſſet,vt hoc omnimodo ſtuderemus. Sed quo
niam plene & efficaciter non poſſumus:ſaltē
tantę gratię debitores nos eſſe fatemur. Quo
modo vero veſtris reſpondere valemus bene-
ficijs:cum pro nobis veſtris exiguis ſeruis,tan
tum feceritis:quantum vix aut nullomodo fa
ceretis ꝑ magnis dominis? Vt tamen veſtra
cognoſcat benignitas,beneficiorum nos eſſe me
mores,& teneri debitores:ipſa ex parte me-
moramus:quāuis rependere non poſſimus.
Cellararium noſtrū & nos omnes in illo ſum-
mo ſuſcepiſtis cum honore,exhibuiſtis dile-
ctionem:& optimā dediſtis mulam dilectio-
nis probationem. Miſiſtis nobis dominū Pe-
trum, exemplar cordis veſtri ad nos.qui cor
veſtrum cordibus noſtris inferret & ſua præ-
ſentia quantū vobis placet nos lętificaret. Ad
cumulum deniq; tantę pietatis dediſtis nobis
magnę martyris magnas reliquias,magnum
theſaurum,magnas diuitias quę nobis ſunt
ſuper aurum & lapidem præcioſum multum.
Pro his omnibus illi a quo eſt omne bonum,
& beatę Marię,& vobis dulciſſime pater,quā-
tum poſſumus referimus gratias. Nouerit eñ
veſtra paternitas,ꝙ & nos & burgenſes noſtri
magnam ex his habemus conſolationem,&
magnam de veſtra ſancta dilectione certitu-
dinem. Benedictio domini & veſtra ſup nos:
& ſuper omnes filios veſtros. Quod debuiſſe
mus ponere in principio:in fine ponim⁹. Item
gratias agimus de hoc quod nobis ꝓmiſiſtis:
feſtiuitatem beatę Marię apud nos veſtra prę
ſentia honorare. Vnde de his & de cæteris ve
ſtrum noſſe veſtrumq; velle nobis remanda-
te:præſertim ſi poſſemus vos inuenire Clunia
ci vſq; ad feſtum ſancti Petri:quia ſi potueri-
mus præparare nuncios ad benedicendum
mittemus.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. VI. reſponſiua ad fratres de Cha-
ritate. Tanta ex literis fuiſſe lętitia perfuſum
abbatem:quāta eos lętificatos ſonabāt,expli-
catoria:eundemq; feſtum beati Petri Clunia-
ci:& Aſſūptionis in Charitate,ſe celebraturū
ſperare:denunciatoria.

V Enerabili atq; intimo nobis domi-
no Theotardo priori,ac dilectiſſimo
nobis conuentui de Charitate,Fra-
ter Petrus humilis Cluniacenſium
abbas,totius ſalutis, gratiæ & benedictionis
plenitudinem. Legimus & relegimus intenti
literas veſtras: quæ tanto cor noſtrum gau-
dio exhilarabant:quanto vos lętificatos ſona-

bant. Cur enim non lętificaret nos veſtra lęti-
tia: quibus illud totum debemus quod poſſu-
mus: cum & de illis quibus longe minus q̄ vo-
bis debemus: nobis precipiatur ſcilicet gaude-
Rom̄ xij. re cum gaudentibus, flere cum flentibus? Nā
Phil. iiij. vt verbis apoſtolicis vtar, quod eſt gaudium
meum atq; corona: nonne vos ante dominū?
Quę licet meis erga vos, vt illius erga illos la-
boribus non debeatur: ſpem tamen quam nō
dat boni operis effectus, poterit forſitan ſpe-
rare bonę voluntatis affectus. Et ſi enim mul
ta nō conferimus: ſi quid tamen in nobis mul
tum dilectionis eſſe poteſt: multum diligim⁹.
Adiuuat & accendit non mediocriter ignem
huius amoris veſtra charitas: quādo (qđ ꝓprie
bonorum filiorum eſt qđ ſalua ea reuerentia
quę pignoribus ſanctorum debetur dixerim)
patris etiam parua munuſcula pro magnis du
citis: quando non datum ſed dantis affectum
conſideratis: quando ex modica ſcintilla vos
multum flāmare monſtratis. Conſeruet in vo
bis & adaugeat hunc charitatis affectum ve-
ra charitas deus: quo et & hic adhęreatis per
ſpem: & in æterna vita coniungamini per ſpe-
ciem. Chariſſimum fratrem noſtrum Petrū,
quem de latere noſtro ad vos direximus, vt
partem cordis noſtri cōmendatum habete: vt
quem ante pro vobis quaſi ſimpliciter dilexi-
ſtis: iam pro nobis ſi poteſt fieri dupliciter dili-
gatis. Feſtum ſummorum Apoſtolorum Pe-
tri & Pauli nos Cluniaci facturos: & beatę dei
genitricis aſſumptionem: quia vos velle co-
gnouimus: apud vos eſſe celebraturos per dei
miſericordiam confidimus.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. VII. ad Theotardum priorē Cha
ritatis: ab officio ſibi commiſſo abſolui peten-
tem: indiſcretę eius abſtinentię, propter quam
ad huiuſmodi onus inſufficiens reddebatur:
reprehenſiua. Et vt ab intentione relinquen-
di officij animum reuocet: ſed adhuc paululū
certet, diſcretione tamen ſeruata & labores re
quię alternando, pręceptoria ſeu conſultoria.

Incerę charitatis viſceribus con
fouēdo, Fratri Theotardo prio
ri de Charitate, Frater Petrus
humilis Cluniacenſiū Abbas:
in ſpiritu ſancto diſcretionem
adipiſci ſpirituū Scribis mihi ſępechariſſime,
& frequentes nuncij ſibi inuicem ſuccedunt:
quos ad me cum deprecationibus dirigis: vt
te a cura quam tibi impoſui abſoluā: & ſcđm
quod dicis: deo abſq; occupationis onere ſer-
uire permittam. Obijcis naturę imbecillitatē,
ęſtatis intemperantiam: morborum incōmo-
ditatem. Detrimenta multa pati domum ti-
bi commiſſam: te talia patiente, nec ad nego-
cia ſufficiente: denuncias. A me exigi quod a
te impoſſibilia exigo: & quod humeros tuos
ad ea ferēda quæ ferre non valent compello:
affirmas. Agnoſco ego querelas, nō coruino,
ſed columbino de corde prolatas: adeoq; neq;
illis moueor, neq; (vt iniurijs a quibuſdā qui
non ea quæ dei ſunt ſapiunt ſolet fieri) ad in-
iurioſe reſpondendum accendor. Te tm̄ ad-
uertere ea quæ dictur⁹ ſum, rogo. Quod pror-
ſus facere non poteris: niſi obſtinatę volunta
tis appetitum fregeris. Non enim capax veri
conſilij animus eſſe poterit: niſi velle ſuum
vtilitati proprię ratione ſubdiderit. Sunt ſane
ſapienti multomagis appetenda amara ſalu
tifera: q̄ dulcia mortifera. Præponenda con-
triſtans vtilitas: ſupponenda noxia voluntas.
Hoc ad quid dicam attende. Audio quidem
te de difficultate paſtoralis officij conqueren-
tem: ſed video te ipſum tibi cauſas ipſius dif-
ficultatis inferentem. Video te inquam, con-
tra impoſitum officium, contra obedientiæ
virtutem, contra matrem virtutum charita-
tem: & ideo contra ſalutem tuam agere. Dum
enim ętati non parcis, dum aſſiduo labore te
conficis, dum corpus morbis innumeris con-
quaſſatum magis ac magis indiſcrete viuen
do conteris: vniuerſa hęc quæ a me tibi ſunt
obiecta incurris. Sic nanq; te habendo, con
tra impoſitum officium agere comprobaris:
quia ſicut quotidie cernitur, ſuccumbunt iu
menta oneri, quibus non datur victus neceſſa
rius operi. Fortiſſima etiam quæq; animalia
deficiunt: ſi & labor diutius protendatur: & la
boris nullum leuamen ſubſequatur. Clamant
ſancti doctores noſtri perimendum hoſtem: Gregori⁹
nutriendum ciuem. At tu ex aduerſo hoſtem
perimere nequis: dum hoſtem pariter & ciuē
extinguere conaris. Nam non erit qui hoſtem
opprimat: ſi ciuis ſuccumbat. Non penitus ab Leuiti. v.
rumpi: ſed retorqueri caput immolatę auis ad
pennulas lex iubet. Tu autē lege dei contem
pta: ad abrumpendum caput a corpore toto
conatu laboras Sed non ſuſcipit deus holocau
ſtum: quod cōtra legis ſuę decreta cernit obla
tum. Suggeſſit diabolus Chriſto: vt ſe perime
ret dicēs. Si filius dei es, mitte te deorſum. Sed Math. iiij
noluit ſpontaneo pręcipitio interire: qui tñ ve
nerat ꝑ mūdi ſalute aīam ponere. Vt doceret
vtiliter quidem carnem eſſe mortificandā: ſed
nō more homicidarū crudeliter ꝑimēdā. Ne-
mo, ait Apl's, carnē ſuā odio habuit: ſed nutrit Ephe. v.

& fouet eam.ſicut & Chriſtus eccleſiam. Sicut inquit Chriſtus eccleſiam. Nutrit quippe Chriſtus & fouet eccleſiam:non maliciam:iuſtitiam:non impietatem.na turã:non iniquitatem. Oſtendit Apoſto lus Chriſtum ſequẽdo, ita ſe fouere Ec= cleſiam: dum diſcipulo cui inter cetera dixerat, exemplũ eſto fidelium in verbo in cõuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. quia ſtomachũ dolebat: poſt=
Thimo. v. modũ ait. Noli adhuc aquã bibere: ſed modico vino vtere. propter ſtomachum tuũ, & frequentes tuas infirmitates. Sic poſt Chriſtum ſummus doctor eccleſiæ. vt etiam corpori ſobrie prouideret, di= ſcipulum admonebat: non interitũ vio= lenter compellebat. Cui & ille obediuit & laborioſum prædicationis & eccleſia ſticę adminiſtrationis officium: nõ fugi= tando, nec reclamando: ſed manendo & perſiſtẽdo expleuit. Poſſes & tu q de im= poſſibilitate cauſaris, iniunctũ officium implere: ſi vt diſcipłus veritatis acquie= ſceres obedirę. Si inquam præcepto pa= tris obedire, ſi fratrum charitati velles obtemperare: & crimẽ inobędiẽtiæ effu= geres, & ĩpoſitũ regiminis q̃tũlibet gra= ue onus, ferre p̃ualeres. Nec mireris me crimen inobedientiæ nominaſſe: cũ mul tis hoc criminibus: propheta præferat dicens. Quoniam quaſi peccatum ario= landi eſt: repugnare, & quaſi ſcelus ydo
j.reg.xv latriæ, nolle adquieſcere. Mãdaui quip= pe ſepius. vt propter nimiã quã ipſe fa= teris morborum incõmoditatem: a con= uentu, aliorũ infirmorum more, paululũ ſecedẽs requieſceres: nec feciſti. Iuſſi vt paulo remiſſioribus alimentis vtereris: nec obędiſti. Præcepi vt diſpoſitiõi fra= trum, quorum erga te charitatẽ exube= rare gaudebam: quantũ ad infirmitatis tuæ leuamẽ pertinebat obtemperares: nec audiſti. In quo fraternæ charitatis contẽptu: non parũ te deliquiſſe, ſi bene perpendis, recognoſces. Remota eñ pa ternæ iuſſionis auctoritate. quod de cor dibus fidelium ac pie viuẽtiũ ſubditorũ etiã prælatis charitas præcipit: non eſt aliquo modo cõtẽnendũ. Quod ſi fit: nõ ille qui charitatis verba proferre videt, ſed ipſa quæ verba eadẽ ꝓfert charitas ſpernit. Quã qui ſpernit: eã nullo modo habere ꝓbatur. Iam vero charitatẽ non habenti qd proſit ieiuniũ, vel quelibet corporis exaſpatio; ab Apoſtolo audi. j.Corin.
Si (inquit) tradidero corpꝰ meum ita vt xiij.
ardeam. charitatem autem nõ habuero: nihil mihi prodeſt. Abſtine ergo a carni bus, abſtine a piſcibus, abſtine & ſi vo= lueris ab omnibus. affli ge, verbera, con= tunde iumentum tuũ: non dederis ſom= num oculis tuis, non dormitent palpe= bræ tuæ: noctes vigilijs, dies laboribus tranſige: velis, nolis audies Apoſtolum. etiam ſi tradideris corpꝰ tuũ vt ardeat: nihil tibi prodeſt. Iam hoc non eſt ſeruũ dño ſeruire nõ poſſe. ſed nolle. immo ad maiorem contumeliam: ante velle mori quã obſequi. ante interire quam ſeruire. prius a facie eius fugitãdo deliteſcere: quam ſeruitutis onera tolerare. Sed iam quia finire verba feſtino. reuoca quæſo dilectiſſime ab hac intentione animum tuum, in breuiſſimo certamine ꝓ ſempi= terna requie deſudando contende: noli vt piger ſeruus in terra talentum abſcõ= dere: ſit tibi pro tanta, ſi perſtiteris repo ſita mercede per modicus vitæ præſen= tis labor. Et vt laborãdo durare poſſis: interdum requie labores alterna. vt nõ, ſicut huculq; feciſti, obſtinate laborãdo ad laboris defectum: ſed diſcrete operã do ad laboris ꝑfectum (quod forſitã nõ diu differetur) peruenire contendas.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola. vij. ad Sigiuardũ Noruuegię regẽ. de gratijs & virtutibꝰ ſibi collatis, & ſpecialiter de inſpirato relinquẽdi ſe culi propoſito. quod ad effectum vſq; ꝓ= duci rogatur: deo gratiarum actionis perſolutiua.

Nobiliſſimo regum & nr̃æ ſocie= tatis amico. Sigiuardo Noruue= giæ regi. Frater Petrus humilis Cluniacenſiũ abbas. In præſenti felici= ter. in futuro feliciſſime cum Chriſto re= gnare. Omnipotenti & eterno regi toto cordis affectu gratias agimus: qui men= ti veſtræ timorem & amorem ſuum in= ſpirare dignatꝰ: in vobis amorẽ celeſtiũ terrenis affectibus præualuiſſe oſtendit. Cum enim in extremis finibꝰ orbis atq;

ſub gelido axe ſeculorum diſpoſitor vos conſtituerit: meridiano tamen ſui ſpiritus calore in tantum veſtrũ aquilonale frigus tempauit: vt ſoluta infidelitatis & corporis glacie, de vobis etiam cantari poſſit. Surge aquilo & veni auſter. Cãti.iiij perfla ortũ meum. & fluent aromata illius. Et illud. Dicam aquiloni da: & auſtro noli prohibere. Esaie xlij. Vere enim omnes: & præcipue nos, q ceteris vos affectuoſius diligimus: gratulãter famam veſtrę erga dei obſequium deuotiõis audim⁹, qualiter quæ dei ſunt reuereamini & diligatis, qualiter regiũ factũ ſuaui Chriſti iugo affectuoſiſſime ſubieceritis, qualiter vos ꝓtectorẽ eccłiæ dei cõſtitueritis qualiter iimicos Crucis xpi. a fideliũ dominatione non tantum in veſtris, ſed etiam in remotiſſimis meridiei & orientis finibus: vi bellica terra mariq; & olĩ reppuleritis: & nunc etiã maxima claſſe repellere feſtinetis. Super hæc omnia quod in animo veſtro tant⁹ ſpiritus ſancti feruor exarſit: vt tantam regni excellentiam & tantam rerum opulẽtiam cõtẽnendi, ac pro æterno regno viam perfectionis arripiendi vobis affectum inſpirauerit: ipſi omnium bonorum largitori grates quas poſſumus agimus. & vt hoc ad affectũ ꝑducere ſatagatis: votis omnibus exoramus.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola. viij. ad fratres de Norantona pro Thoma notario ſuo, ne de eiuſdem abſentia triſtentur: deprecatoria.

Dilectis filijs & fratribus noſtris de Norantona. Frater Petrus: humilis Cluniaceñ. Abbas. Salutem. Gratiam & benedictionem. Cum omnes ad Cluniacenſis congregationis corpus pertinentes communi charitatis debito diligamus: vos inter reliquos ſpeciali quodã affectu complectimur. Et licet locũ veſtrum corporali aſpectu nunq̃ viderim⁹: intuitu tamen vere dilectionis, vos non tantum quotidie, ſed & continue intuemur. Facit hoc bonæ conuerſationis veſtrę fama. ſed ſpecialiter Thomas ille veſter: immo noſter. quo & ſi perſonaliter caretis: pro eo tamen nos & noſtra omnia poſſidetis. Eſt eñ nobis intimus & tantum in Chriſto chariſſimus. vt cũ innumera Cluniaco ſæpe veſtra Anglia munera miſerit: nihil vnq̃ iſto gratius aut carius obtulerit. Non igitur grauet vos eius abſentia, quia plurimum cum tempus fuerit: vobis ipſius apud nos poterit conferre præſentia. Quod ſi ſapiẽter negotiamini. ibi merces veſtras debetis exponere: vnde maiora lucra ſuo poſſitis tempore reportare. Patiẽter igitur tanti ad præſens ferte diſpendij iacturã. quia quod (vt diximus) modo ſentitis damnoſum: iuuante domini gratia quandoq; experiemini lucroſum.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola. ix. ad Papam Innocẽtium. Reuocationis Albani Epiſcopi ad eũdem papam iam per literas facte, reprobatoria. Quia vero dictus Epiſcopus mãdatis Apoſtolicis omnino obtẽperare volebat: perſonę eiuſdẽ cõmendaticia.

Summo eccleſiæ dei paſtori. & noſtro ſpeciali patri. Domino Papæ Innocentio. Frater Petrus humilis Cluniaceñ. Abbas. Humilem obędiẽtiam. & deuotum obſequium. Multa interpoſitarum terrarum longiquitas, quæ multo ſpacio nos a veſtra paternitate ſeparat: cogit nos prolixiores quam aures veſtræ pati cõſueuerunt, quandoq; literas dirigere. Nam ſi in proximo vos haberemus: frequens inquietudo negociorum ad vos ſe ſperans habere poſſe recurſum: compendioſior in verbis exiſteret. Sed quia & multarum ſpacijs terrarum, & plurimorum (quod magis veretur) interpoſitionib⁹ gladiorum, ſe ad vos rurſum penetrare poſſe pene deſperat: fit importunior in referendo. magis cogitans quid cura illi debeat paterna conferre: quam quid in ſua relatione eam tedeat audire. Ideo venia danda eſt prolixitati: ſi quod ſuum eſt. non negatur neceſſitati. Audiui, & in literis dño Albanenſi Epiſcopo directis legi: ſublimitatem veſtram eidem mandaſſe. vt ad vos reditum acceleraret: & ſuam vobis præſentiam exhiberet. Peruenit hoc & ad aures multorum, de veſtra pace & ſalute

non parum ſollicitorum: qui omnes eo dilectionis voto quo vobis aſtricti ſunt, valde mirantur: tale a veſtra maieſtate proceſſiſſe decretum. quod ſi bene perpēditis, veſtris vtilitatibus proſit nihil, obſit plurimum. Et vt taceam: q̄ niſi per inimicorum manus, in eius captionem vel necem veſtri cauſa paratas: ei ad vos iter non ſit: quid etiam ſi peruenire integer poſſet: in medio bellorum imbellis, quid in medio armatorum facturus eſt inermis? Magis ille quia ſacerdos dei eſt. manuū ad deum cū moyſe extenſione. quam alieni ſanguinis effuſione: & irā domini auertere, & Amalech ſuperare conſueuit. Quod ſi longe melius Moyſes in monte orationis ſecretum dante, quam in campo bellis patente hoſtes populi dei ſuperare preualuit: & Epiſcopus veſter, vere quicquid hoſtis inſibilet veſter: multomagis & vobis patri ſuo & vniuerſæ Chriſti eccl'iæ orationibus & conſilijs nobiſcū: quā tumultibus & prælijs vobiſcum proſpicere valeret. Videtur hoc nō ſolum inſipientiæ meæ. ſed & plurimorum ſapientum & religioſorum virorum ſapientiæ. de quibus & dominus Clareuallenſis Abbas. qui totum ſe (vt noſtis) negotijs veſtris impendit. eidem domino albanenſi coram Vizeliacenſi & Pontinienſi Abbatibus ſe valde dolere. quod ad partes illas a vobis accerſiretur: dixit. Sup quo tam ego quam plures partium noſtrarū perſonæ ſapientiæ veſtræ ſcribere propoſuimus: ſed ab ipſo domino Albanēſi prohibiti, propoſitum dimiſimus. Feſtinat enim iuſſionem veſtram, inquantum licuerit: totis viribus adimplere. Vnde & diuerſos tanti itineris labores adhuc diutina illa infirmitate ſatis debilis aggredi: & Italiam magis bellorum tumultibus quam montium rupibus exaſperatam penetrare diſpoſuit. Serenate igit̄ obſecro erga tantum tanq̄ vobis vtilem ac fidelem virū, ſi quod vel leuiter fuit animi veſtri nubilum. talemq̄ vos ei exhibete: qualem eum ergo vos pro certo cognouimus eſſe. Et ſicut alijs literis fideli auſu admonui, ita & adhuc moneo: vt ſi q d forte auſterius literæ quas ſæpe mittit in aurib⁹ veſtris ſonuerint, æquo animo accipiatis: magiſq̄ dulcem ſcribentis affectum, quā ſcriptorum elemētorum verba ſignetis. Meliora ſunt enim (vt me melius noſtis) vulnera diligentis. quam fraudulenti oſcula. ſalubriorq̄ mordens pietas: quam mulcens iniquitas. Nec magnitudini veſtrę indignū eſt. dicere quod de vtroq̄ hoc genere hominum maximus ille rex & ꝓpheta dicebat. Oleum peccatoris nō impinguet caput meum. ſed corripiet iuſtus in miſericordia: & increpabit me. Quod ille quidem non facit. ſed morem habens in corde & corde non loqui. pium vobis ſeruat affectum in mēte: ſed quod ſibi videtur ſeueriore demōſtrat ſermone. Hunc eum loquendi morem habere. longe vobis durius nō abſens literis ſed præſens verbis ſepe in faciē ipſe expertus ſum: ſed cor vnde illa procedebant cogitans, æquanimiter oia paſſus ſum. Quis enim non ferat, imo quis non gratias agat: non publice arguenti, ſed ſecreto quaſi in cubili cordis commonenti ſeu corripienti charitati? Non tamen ille ſcribens vel loquens, quicquam imperat vt dominus: ſed quæ dicenda ſūt humiliter ſuggerit vt ſubiectus. Venientem ergo ad vos vel prope vos Epiſcopum veſtrum, eo quo noſtis apud deum & apud homines honore dignum: ſi placet cum honore, & maxime cū illo quē a vobis promeruit amore ſuſcipite: vt & illi quod iuſtum eſt retribuatis, & alios hoc exemplo magis magiſq̄ ad veſtrum obſequium accendatis. Sed ne in partibus italicis hoc tempore quo in Chriſti meſſe pauci ſunt operarij ocioſe immoretur: oramus vt ſi placet eum ad noſtras Gallias remittatis, vbi quanto notior: tanto nobis vobiſq̄ poterit eſſe vtilior. Ibi quantam veſtri habuerit auctoritatem: tantam ibi veſtram operari poterit vtilitatem.

[Margin: Exodi xiiij. — Prouer. xxvij. — pſal. cxl.]

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola. xj. ad domnū Mattheum albanen̄. Epiſcopum. Primum quidem, monſtrum deteſtabile temporibus illis acciдiſſe. q̄ ſcilicet Monachi Verdunen̄. a ſedibus ſuis expellerentur, Clericis pro

eiſdem intruſis,deploratoria.deinde vt
tali negotio prouideatur:deprecatoria.

CHriſtianorum nobiliſſim⁹ orator
Hieronimus contra vigilãtium. hieronymus.in quadam ſua epi
ſtola.multa,(inquit)in orbe mõ
ſtra generata ſunt.Centauros &
ſirenas.vlulas & onocritalos.in Iſaia le
gimus.Iob leuiathan & vehemor myſti
co ſermone deſcribit. Cerberũ & Cym
phalidas.aprumq; erimantiũ narrãt fa
bule poetarum. Triformen gerionẽ hy
Nota. ſpaniæ prodiderunt.Sola gallia mõſtra
non habuit: ſed viris ſemper fortiſſimis
& eloquentiſſimis abundauit.At cũ tãti
viri teſtimonio expers talium prodigio
rum noſtra ſemper a ſeculis gallia fue
rit:heu noſtris diebus ſupraſcriptis om
nibus longe informius monſtrum pepe
rit.Felicia priora ſecula. quæ ne tã peſſi
mo fœtu deturparentur: diu ſterilia per
manſerunt.Sed noſtra tempora miſerã
da:quæ infanda fecunditate deteſtãdã
ſobolem ꝓfuderunt.Habuit ætas illa,li
cet fabuloſe:Euandrum caci perempto
rem,Herculem cerberi alligatorem:hy
dræ eundem multorum capitum detrũ
catorem.Portentum vero nouiter apud
nos exortũ.ſicut non eſt qui vinciat: ita
non eſt. qui extinguat. Ita omnes qui
inuiſum ꝓdigiũ mox vt apparuit ſuffo
care debuerant,eneruati ſunt:vt vel ni
hil mali actũ,vel nihil noui ortum eſſe:
ſuo ſilentio fateri videantur. Sola pene
in veſtro ſolito iuſticiæ zelo, vltima in
veſtris viribus ſpes remanſit: quas tãto
maiores huic negotio adhiberi oportet
quantomagis de veſtro auxilio omnium
noſtrum intentio pendet, Et quia hoc
✠ alias attentũ. quaſi proemio ſatis (vt credo) ✠
intentũ vos reddidi. ne diu ſuſpenſum
teneam:queror ego.querũtur fratres no
ſtri oẽs ad quos hoc peruenire potuit.
quæritur totus monachicus ordo:& cõ
munem iniuriã pari quærela deplorat.
Expulſos a ſedibus ſuis Monachos vir
dunenſes.Clericos pro eis intruſos. ſua
deſeruiſſe,aliena occupaſſe:ſola vi,nul
lo iudicio:in meſſem proximorum falcẽ
miſiſſe.& proprijs cultoribus eſurienti
bus eorum auidiſſime fruges deuoraſſe.
Et quod maius oſtẽtum? Quod deteſta
bilius monſtrum? Quod portentuoſius
prodigium? Solebant clerici diuerſorũ
ordinum, canonici diuerſarũ profeſſio
num:& quid de minoribus agam? ipſa
Eccleſiæ cacumina.Epiſcopi dico.con
ſueuerant pontificalem dignitatem pro
abiecta Monachorum vilitate commu
tare,& de ſummis eccleſiaſticorum ho
norum gradibus; ad humilem ſe huius
propoſiti ordinẽ incliare.Noſtis & ipſe,
in quanto apud antiquos patres ordo
iſte honore fuerit:non ignoratis quanto
ſtudio eum apoſtolica ſedes præ ceteris
eccleſiæ inſtitutionibus coluerit: non la
tet quantos deo fructus feracius alijs
Chriſti ſegetibus protulerit.At nunc ne
ſcio quo iudicio præiudicium paſſus.nec
ſua retinere iam præualet: cum aliena
ſua facere in melius commutando ſole
ret. Contẽnitur, expellitur,cõculcatur:
& iam nec laicali conſortio dignus ha
betur.Quodq; nec de furibus fit: anteq̃
audiatur condẽnatur. antequã ſub iudi
ce de culpa agatur,ꝓſcribitur:ante rea
tum cognitum vt reus addicitur.Sed vt
aduerſarij aiunt. fuerint propter mala
ſua Monachi expulſi, expellendi: arro
gauerit ſibi fama conſentiens iudiciale
decretum: quid etiam perſonis peccan
tibus ſanctus ordo peccauit? Quid alijs
delinquentibus.iuſticia promeruit? Cur
cum reis innocentia condẽnata eſt? Cur
malis Monachis ſecũdum quoſdam ex
pulſis:monaſtica inſtitutio expulſa eſt?
Vt quid ſaltem malis illis; boni Mona
chi non ſuccedebant? An quia nuſquã
tales inueniri poterant? O quam innu
merabilis Monachorũ turba. per ſuper
nam gratiã noſtris maxime diebus mul
tiplicata,vniuerſa pene gallica rura ope
ruit: vrbes,caſtella; oppida impleuit.
quem varius veſtibus,inſtitutis: domini
Sabaoth exercitus ſub vna fide & chari
tate,in eiuſdem Monaſtici nominis Sa
cramenta iurauit. Aut ergo omnes iſti
pro expulſis introducendi expulſorib⁹
defuerunt.aut tanta multitudine eis in
nauſeam uerſa:inopes eos (vt dicitur)
copia fecit. Et ne diu eccleſiaſticis ne
gocijs occupatas beatitudinis veſtrę au
res detineam: rogamus inſtanter,& no

biſcum dñs Catalaunenſis Epiſcop⁹, ac
multæ aliæ noſtri ordinis perſonæ de=
præcantur: vt detis operam abſtergere
ab ordine noſtro tantæ dedecus igno=
miniæ, ne reuerentia ſemp huic profeſ=
ſioni ab apoſtolica ſede conſeruata, vo=
bis domino papę aſſidẽtibus depereat:
ne ve tanta, ſi inulta remanſerit, iniuria
riſum inimicis monaſtici ordinis præbe
at. Nec miremini me vehementi⁹ de iſta
quã de proprijs ſollicitari cauſis: cum cõ
munia bona ſemper maluerim præferre
priuatis.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola. xij. ad Chartuſienſes. ſup mor
te fratrum, q ad celeſte gaudium diuti⁹
deſideratum tranſijſſe putandi eſſent: cõ
ſolatoria. quodq; in caſu illo probatio=
nis diuinę, Iob patientiam imitentur:
commonitoria.

BEatiſſimis & ſinglariter ho=
norandis ac nominãdis do
minis ac patribus Carthuſi=
enſibus. Dñono Guigoni prio
ri. & ceteris fratribus. Fra=
ter Petrus hũilis Cluniacẽ. Abbas ęter=
nam a pijſſimo ſaluatore Ieſu Chriſto ſa
lutem: & a conſolatore ſpiritu pleniſſi=
mam recipere conſolationẽ. Audita di=
lectiſſimi, & vix credita Apoſtolici nu=
meri & cęleſtis collegij veſtri tam ſubi=
ta & inopinata iminutione: fateor qua=
ſi in extaſi raptus diu ſtupui. Occurre=
bãt mihi, & quaſi violenter cordi meo ſe
imergebãt: hinc rei nouitas, illinc abyſ=
ſus conſiliorum dei, hinc præcioſa in cõ
ſpectu domini mors ſanctorũ eius, illinc
mortis eiuſdem ex humano affectu do=
lor: qui & ſi ſanctorum funeribus nõ de=
betur: ex diligentium tamen cordibus
ipſa vi dilectionis extorquetur. Sed cũ
per aliquot dies iſta mecum reputans,
& quaſi cũ amicis beati Iob in terra ſe=
dens ac merens conticuiſſem: ſtatui di=
lectioni veſtræ mihi ſuper aurum & to=
pazion charæ ſcribere: atq; ſtatũ animi
veſtri modo quo poterã reſcire. Neq; ei
permitterẽ epiſtolam meã me præueni=
re: ſi adeundi ſanctitatem veſtram mihi
aliquaten⁹ facultas data fuiſſet. Sed cũ
vniuerſorũ cõſonaret ſententia, obſtan=
te immẽſo niuiũ aggere neminẽ ad vos
equitem poſſe ingredi: peditẽ me poſſe
pergere deſperaui. Nam re vera ſi vel
illud fuiſſet poſſibile: nõ recuſaſſem etiã
hoc cum magno labore tentare. Vnde
licet quam citius potero hoc me factu=
rum confidã: hunc tamẽ nuncium quaſi
ſubſecuturi præcurſorem vobis interim
mitto. Et quãuis ſecũdum vulgare pro=
uerbium: ſtolidiſſimũ videatur, humeris
ligna ad ſiluam deferre, & aqua vrceo
allata mare infundere: nihil tamen dif=
fuſa in cordibus veſtris per ſpiritum ſan
ctum qui datus eſt vobis charitas poteſt
contẽnere: quod ex eiuſdem charitatis
videatur fonte deſcendere. Hortor igit
& obſecro, ac mecũ quæ Cluniaci dño
Chriſto ſeruit, & vobis ex corde compa
titur, tota fraternitas depræcat: ne caſũ
hunc cordi apponatis, ne inde plus iu=
ſto doleatis, ne iuſtorum morte qua ma=
gis gaudere debetis: vos ipſos multis
alijs cõfectos laboribus afficiatis. Nam
ſi res bene perpendit, nõ eſt quod vobis
dolorẽ importet: ſed eſt plane quod in=
gentẽ leticiam ſubminiſtret. Quis enim
dolor illis debetur qui dolorem euaſe=
rũt: quæ lachryme, qui lachrymarũ oẽm
materiã exuerũt: qui ad vitam illam p=
uenerunt: de qua in Apocalipſi Ioanni
vox de cœlo ait. abſterget deus omnẽ la Apocal.
chrymã ab oculis ſanctorũ, & mors non xxj.
erit vltra: neq; luctus neq; dolor? Quid
inquã illis dolendũ eſt. qui quod diu de
ſiderauerũt: nũc tãdẽ cõſequi meruerũt?
Quid ſane illi viuẽtes exoptabãt: niſi qđ
Aplus de ſe dicit. Cupio diſſolui & eſſe
cũ Chriſto? Nã quis viator plixũ iter la= Phil. j.
borioſe peragens, & eodẽ itinere ad de=
ſideratã requiẽ tendens, tã ſtultus eſt: vt
nunq̃ ad requiẽ peruenire, nũq̃ aſperri=
mum viæ laborẽ velit finire? Quis agri=
cola tam durus: vt hyeme vrgente, plu=
uijs ingruẽtib⁹, ęſtu feruente: terrã tan=
tum pſcindere, ſemina ſerere: nunq̃ fru=
ct⁹ exoptet percipere? Quis negociator
terra mariq; ſæpe latrones ppeſſ⁹: ſemp
pauidus, ſemp ſuſpect⁹, multa multotiẽs
flagella vel vulnera paſſus: nõ toto affe=
ctu animi tãtis malis carere, & multo cũ
lucro pãtriã parẽteſq; reuiſere cõcupiſcat?

ſic a familiari colloquutione nos hactenus diuiſerūt. Vnde ego metuēs,ne diuturna diuiſio corporū diuiſionē quoq; pariat animorum : animi mei abdita quæ verbis non potui , literis vobis cōmunicare decreui . Nam recordatus priſtini amoris:& illo eum tempore perire formidans,quo maxime iſdem mutuus veſtræ charitatis affectus pluribus proficere poſſet.quando multorum poſt deū ſalus de vtriuſq; noſtrū moderamine pendet:ignem diu ſub cinere conſopitū ne in toto deficiat, quo poſſum flabello ſuſcitare contendo.Expectaui quidem.& diu ſuſpenſus ſuſtinui.ſi forte aliquid iocundum a veſtris partibus audire mererer:ſed vt aliquid vel ludendo dicere liceat.fruſtra a veſtro occidente mihi ſolem oriri ſperabam, in caſſum marinos turbines nr̄i diei obſcura ſerenare credebam,ſuperfluo a lateribus aquilonis auſtrinis flatib⁹ frigora noſtra poſſe tepefieri ſuſpicabar.Sed fortaſſis & hunc noſtrum ludum dignitas veſtra nō ęquo animo acceptabit.Quid igitur faciam? Si ſeria dixero:gratus non ero. Si alluſero;nec ſic placebo . Si quæſtus fuero: aſper videbor.Si acceſſero vt laudator notabor vt adulator.Quod ergo placendi conſilium? Quod,niſi quod ipſe dederitis? Date,date inquam conſilium:& iubentis mandata,mea ſtatim ſequet̄ obedientia.Arbitror tamen & etiam me ſcire confido:quid ſup his veſtra mihi præceptura ſit ſapientia.Et hoc vn̄? Qm̄ ſicut impoſſibile eſt.lucē tenebras generare:ſic fas non eſt, ſapientem aliquid ſapientiæ cōtrarium iubere . Inde certum mihi eſt:quod nec alludentem,nec quęrulum , nec adulantem quæ ſupraposui me eſſe cenſebitis: ſed veri fidem amici a me vobis ſeruari mandabitis. Fateor, iam quaſi ab ore veſtro prolatum verbū ſuſcipio.& hoc me ſeruaturū,ſi mihi idē repenſum fuerit:modis omnibus repromitto.Teneor iam ſpōſione mea:& ipſe mihi libens quę nunq̄ excutiam,vincula inieci.Fidem veri amici me vobis ſeruare promiſi. Quod ſi ita eſt: falſi amici perfidiam me expedit deteſtari. Falſus vero amicus eſſem : ſi in corde & corde loquēs,aliud mente tegerem : aliud ore ꝓferrem . Vnde quia inter amicos oīa nuda,nihil vltra illi tegere diſpoſui:cui omnia etiam intima reuelare propoſui. Familiari ergo auſu conqueror:excellētiam veſtram citius iuſto dudum aduerſum me cōmotā fuiſſe,& pro re leuiſſima fixam amicitiæ grauitatem mobili facilitate commouiſſe. Noſtis ipſe quid hoc fuerit.quod hac de cauſa reticeo ; quia nec memoria dignū eſſe iudico. Hoc nō dico vile vel leue,ſed nihil prorſus fuiſſe oſtēderem:ſi literarum prolixitatem ꝓpter legentis faſtidiū non vitarē. Quod igitur nec graui cauſa extante fieri debuiſſet,nulla præcedente materia factū eſt:& cor magni illius & ſingularis amici in contrariū verſum eſt. Vnde qui nil talium meruerā,multa pertuli:& quē intimum amicū credebā:ex inſperato hoſtem perſenſi . Hoſtem autem voco non mala inferentem , ſed bona denegantē: non inimicitias effectu oſtendētem : ſed affectum amicitiæ ſubtrahentem . Nec ego replico frequentes querelas,quibus aures legatorum noſtrorum in angliam tranſfretantium implere conſueſtis: nec monſtruoſa illa quæ apud charitatem in nos commiſſa ſunt memoro. quorū ipſe vltor non defenſor, vel certe mediator eſſe debuiſtis.Iſta inquam & ſi qua ſunt alia taceo.Ne quem mihi laboro placare ; videar forſitan prouocare . Ad hoc ſolum tota quærela mea concurrit : ꝙ me anno præterito per multum temporis in Anglia morante, vobiſq; pene iugiter adherente:habere vos ſiniſtri aliquid aduerſum me minime dixiſtis : & hoc tamen in corde continuiſtis.Multa de multis inter nos conferebantur : hoc profundo ſilentio tegebatur.Nihil aliarum rerum a nobis familiaris ſermo veſter abſcondebat:hoc neſcio quid meditans mens veſtra ſummo ſtudio in intimis recondebat.Impendebantur a liberalitate veſtra innumera mihi noſtriſq; beneficia.ſed hoc vnum, quod pro magno mūere ducerem⁹:tenax celabat cōſciētia.Et qd multa ? Oportet vt materiā verboꝝ fertilē:breuis ſermo coartet. Sit iſte ſi placet : mutuarū finis q̄relarū.

Indulgeo ego prior abſq; aliqua pœna, multa quæ in me non iure cõmiſſa ſunt. Indulgentiam & mihi etiam ſi non peccaui : poſtulo. Penã vero peccatorum ꝓ velle ſumendam: poteſtati veſtrę concedo, Scio regij ſanguinis animũ . cum ſe viciſſe cognouerit: tunc multomagis victum. De cetero me & totã Cluniacũ melius quoq; quã vvintoniam poſſidete .& noſtræ amodo pater patriæ, rector, Abbas: & Epiſcopus eſtote.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola.xiiij. ad Stephanum clericum Lugduneñ, vt iam ceptũ bene viuendi curſum non deſerat. neq; ſpiritũ melioris vitę ſibi datũ extiguat: exhortatoria.

INtimo amico ſuo. Dño. S. Frater. Petrus humilis Cluniaceñ. Abbas. Salutẽ quã ſibi. Anima mea iam de veſtra vt de ſe ſollicita: pro ſalute illius meditando, loquẽdo, ſcribendo: requieſcere neſcit. Cæpiſti chariſſime, cæpiſti currere: non deſi-
j.cor. .j. ſtas. Oẽs currunt: ſed vnus accipit brauium. Sic curre: vt compræhẽdas. Vide ne latro malignus impediat iter tuum, Non enim tu de Hieruſalẽ in hierico deſcẽdere, ſed de hierico ad Hieruſalẽ cępiſti aſcẽdere. Sed facilis (vt ait quidã)
Virgiliꝰ ſexto eneidos deſcenſus auerni. Sed reuocare gradũ. ſuperaſq; euadere ad auras : hic labor. hic gemitus. Iſtud ad quid? Vt ſapiẽter aduertas, ad vicia demergentia in interitum pronam eſſe humanã naturã : ad virtutes ſubleuantes ad cęlum difficulter ſe attollere humanã ſegniciem . Nã fugiens laborem, appetẽs requiem, ſubponit breuẽ paruũq; laborem doloribꝰ perpetuis: præponit voluptatem horariam delectatiõibus ſempiternis. At nõ ita amator æternorum: non ita auditor Apoſtoli dicẽtis. Et mũdus trãſit & concupiſcentia eius. Sed quia multa de his
j.Ioã.ij. tecum contuli, & plura in proximo collaturum me ſpero: longam Epiſtolã iam facere nolo. Maxime vero, quia iam ſpiritum dei tibi locutum ſenſi : & cor tuũ plene tetigiſſe cognoui. Hoc tantũ caue ne gratiam eius in vacuũ accipias : nec eũdẽ ſpiritũ a deo tibi datũ extinguas. Veni ergo ad me cito ſicut & tecũ cõdixi, & poſtmodũ remãdaui: vt ſi qua adhuc de his ſunt dicenda, dicant: & quæ implenda impleantur. Hac prima ebdomada quadrageſimæ & ſequẽti: me Cluniaci dilectio tua inueniet.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola.xv. ad Hugonẽ catulã quendã militem. q neglecta ꝓmiſſione de habitu monachali ſuſcipiendo Hieruſalẽ ire diſponeret: repræhẽſoria . & q nec iter illud cõficere, cũ ſit minus bonũ. a voto religiõis excuſet, declaratoria,

CHariſſimo Amico noſtro. Dño Hugoni catulę. Frater Petrꝰ humilis Cluniaceñ. Abbas. Salutẽ & multum amorem. Magno dilectiõis affectu quo erga vos teneor cõpulſus, non poſſum de ſalute veſtra non gaudere: & de periculo non dolere. Noſtis qua cathena nõ mihi ſed deo, immo quod verius eſt: mihi propter deũ aſtrictus teneamini. cũ nullo cogente ſed ſpiritu dei inſpirãte: corpꝰ & animã vr̃am corã teſtibus in manu mea myſterijs cœleſtibus conſecrata poſuiſtis, vos ipſum in monachum pro arbitrio meo tradidiſtis, in ſignum redditionis comam a me præcidi & ſeruari voluiſtis: habitum religionis die conſtituta Cluniaci vos ſuſcepturum iuraſtis. Et nũc (vt audio) cõtra diuinam ſententiam quæ dixit. non
periurabis. reddes autem domino iura- Mat.v.
menta tua, & contra prophetam qui ait Pſalm.
reddam tibi vota mea que diſtinxerũt lxv.
labia mea: Hieruſalem ire diſponitis. Sed quis ſapientem in tantum poſſe deſipere credat? Credat, credat qui voluerit: ego me penitus credere diffiteor. Indignum eſt , vt de tanto tamq; graui & veraci amico ea a me credantur: quę de quoli bet ſcurra crederevix quilibet poſſet. Sed quia, licet ſapienti. laico tamen & militi loquor : debeo his quæ verſari in corde veſtro rationabiliter videntur reſpondere. Fortaſſis enim apud vos dicitis. Quæ vita, quod opus, quæ cõuerſio: ſepulchro dñi poteſt componi ? Ad quod ſi qs ierit: quid ſimile facere poterit? Ad quod ego. Minora pro maioribꝰ bonis poſſunt dimitti: pro minoribꝰ aũt maiora vel ꝓ paribus paria. nũq̃ debẽt

ſtm mutari. Maius eſt vero deo ꝑpetuo in humilitate & pauptate ſeruire: quam cum ſuperbia & luxu Hieroſolymitanum iter conficere. Vnde ſi bonum eſt, Hieruſalem vbi ſteterunt pedes domini viſitare: lõge melius ẽ. cœlo vbi ipſe facie ad faciem conſpicit, inhiare. Qui ergo qđ melius eſt, ꝓmittit: quod deterius eſt ꝓ meliore compẽſare nõ poteſt. Nam ſi cuilibet centum ꝓmiſiſtis ſolidos, ſalua ſponſione ducẽtos poteſtis reddere: ſed ſolos quinquaginta ſine p̄uaricatione nullo pacto valetis exoluere. Tractate iſta ſapienter, & cauete ne vñ deo placere feſtinatis: inde grauiter ei diſplicere incipiatis. Rogo igitur, vt cum p̄ſentium latore vero amico veſtro venire acceleretis: vt qđ his literis nolo mandare, viuo vobis ſermone valeam intimare.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. XVI. ad fratres Cluñ. ꝓ obitu matris ſuæ domnę Raingardę dei ancillę, deprecatoria.

CHariſſimis & honorandis fratribus nr̃is, Prioribus Obediẽtiarijs & alijs ꝑ diuerſas terrarꝫ ptes diffuſis, Frater Petrus humilis Cluniacẽſium Abbas: Salutẽ & æternam a domino benedictionẽ. Si veſtræ charitatis affectus, ſi viſcera pietatis, ſi vbera miſericordiæ erga me qualemcunqꝫ ſeruum veſtrũ & miniſtrum vigent: nunc p̄cor expiar. Vñ abſens corpore, p̄ſens ſpũ, pedibus ſanctitatis veſtrę toto me cordis affectu ꝓſterno: & vt a vobis audiri merear.: quantis poſſum p̄cibus imploro. Ancilla dei carnalis mater mea, ſpũalis ſoror veſtra: Marciniacẽſis monacha Raingarda, poſt diutinam & optimam cum ſanctis ſororibus conuerſationẽ: ſecundum dñi volũtatem. vij. kł. Iulij. commune debitum mortis in ſancta confeſſione exoluit. Quæ quoniam dimiſſis omnibus ad vos ſpecialiter de ſeculi naufragio confugit: & in vobis totam ſpem ſalutis ſuæ repoſuit: non ſolum meis p̄cibus, ſed & ipſius deuotioni debens: vt animæ illius ad æternum trãſlatæ iudicium ſuccurratis. Orat ergo & ꝑ filium mater, & ꝓ matre filius: vt tricenarius miſſarꝫ ei ꝑ loca vbi poſſibile fuerit, ꝑſoluať: & xij. paupes reficianť. Reliqui ſacerdotes duas ꝓ eius requie miſſas decãtẽt: abſqꝫ officio & miſſa gñali quæ iuxta morem agiť. & exceptis his q̃ charitas dei diffuderit in cordibus veſtris: ꝑ ſpiritum ſanctum, qui dat⁹ eſt vobis.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. XVII. ad germanos ſuos, quæ eſt eiuſdẽ matris Epitaphium. Primum quidem mœſticię ſuæ, quã ex nuncio mortis dictę matris habuit. & quid poſtmodum ꝓ anima eius Marciniaci fecerit: explicatoria. Deinde poſtq̃ germanos ſuos ſecum collachrymari hortatus eſt, illudqꝫ Chriſtianis licere ſup pioꝝ funeribus oſtẽdit: vt tamẽ leniať dolor ex ſpe beatitudinis iam ab ea aſſecutę, & ꝑ eandem cõſequẽdę: integerrime ipſius vitæ & conuerſationis, declaratoria. Quomodo videlicet adhuc matrimoniali vinculo ligata pijs operibus ſemp inſiſtẽs: etiam religionis votum feciſſet. Quo poſt mariti mortẽ apud Marciniacum impleto: poſtq̃ diu⁹ cum omniũ ſororꝫ gratia cellariæ functa fuerat officio: viceſimo ſuę ingreſſionis anno mortẽ cum vita commutauit.

CHariſſimis fratribus & filijs, Iordano, Põtio: Armanno, Frater Petr⁹ Humilis & indignus fratrum Cluniacẽſium Abbas: Fraternũ vt fratribus. Paternum vt filijs dilectionis affectũ. Inueſtiganti mihi diutiſſime & ſollicite huc, illucqꝫ circũductis oculis diſquirenti: quibus cõmunicare cordis mei ſecreta, vel apud quos animi nup conceptum dolorem exponere, & ſi fieri poſſet, etiam deponere valerem: nemo iuſtius occurrit q̃ vos: quibus & eadẽ cauſa merendi, & communis eſt mecum materies mœrorem ſolandi. Adhibete animos, & affectus vbiubi diſpſos pariter cõgregate, nec legendũ neglıgẽter putetis: cui nõ ſolum veſtra ſtudia, ſed etiam voſipſos debetis. Non debet aliqua cordium veſtroꝝ portio rei de qua nunc agiť quibuſlibet impedimẽtis deeſſe: ꝑ quam vos diuinitatis diſpoſitio ꝑduxit ad eſſe. Regreſſo mihi nup a piſano concilio, poſt multa quæ in illo itinere incommoda ꝓuenerũt: omni mœrore triſtior nuncius occurrit. & alternas confabulationes quæ de euaſione periculorũ, de incolumitate ſociorum, de alijs ꝓſpis euentibus (vt mos eſt) cum gaudio ꝓferebanť: repentino ſuo aduẽtu turbauit. Nam inter loquentes taciturnus aſſiſtens, inter letãtes nubilum mœroris indicem, vultum p̄tendẽs ad me propi⁹ acceſſit: & funereas literas mihi nihil taliũ ſuſpicanti, ingeſſit. Ego, vt pote, qui nũcium domeſticum agnoſcerẽ, & vnde eſſet ſcirem: & a ptibus illis nihil mihi ſiniſtri nunciari poſſe p̄ſumereť: velut ſecurus Epiſtolam a notis miſſã ſuſcepi: & quaſi optima referentẽ citato eã oculo ꝑcurrere cœpi. Cũqꝫ p̄miſſa ſalutatione ad ſequẽtia feſtinarem: ſubito quaſi trabea mole repulſus hęſi, velut ſaxo caput percuſſus obſtupui, ſicut acri vulnere telo tranſfixus ingemui

quando beatę matris meę celerē, & velut fur-
tiuum de mundo receſſum: litera ſilēter loquē
te cognoui. Tunc nimia doloris vi pect⁹ vigē-
te, & literis anteq̄ eas plegerem lachrymarum
nimietate humefactis: a loco quem iam exoſū
habebā cito ſurrexi. & ſecretiora petens aliquā-
to liberius gemitu: & fletibus impatienti ad ho
rā aio ſatiſfeci. Inde cū vltra modum mœror
pcederet: meoq; iam cōtempto imperio, etiā
a magnis quæ aderant pſonis ꝯſolari renuerē:
nox ſupuenit: & qđ alij nō poterant: quiete ſua
doloris quantulumcūq; magnitudinem ſeda-
uit. In craſtino dilectam animam pio redem-
ptori commendaturus: ad altare acceſſi. & ſa-
crificium ſpiritus contribulati ſalutari hoſtiæ
adiungēs: repropitiari eius excelſis⁹ diuinam
clemētiam imploraui. Aderāt in comitatu no
ſtro venerabiles & p̄cipuæ dignitatis viri Ar-
chiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Sapientes cle-
rici, religioſi monachi, Remēſis: Rothomagē-
ſis, Trecēſis, Cōſtantiēſis, Sagiēſis: & alij q̄ plu
rimi de diuerſis partibus terrarū congregati.
Hi ſupra dicti concilij occaſione itineri noſtro
indiſſolubiles ſocij adheſerant: & ab eadem ſy
nodo mecum pariter redibant, horū benigna
conſolatione. & maxime illorū reuerēda ſocie-
tate compulſus: ne mœſticię meę nubilo tāto-
rum virorum ſerena iocunditas offuſcaref: vio
lenter tandē me mihimetipſi ſubegi. & verum

Als ✠ ſanctus.

comprimēs mente dolorē: fallacem ✠ ſciens
ſocijs hilaritatis repēte vultum exhibui. Qua
mea pmutatione & ipſi mutati: qui prius cum
dolēte doluerant: me conſolatum rati, gaudē-
ti pariter aggaudere ceperunt. In hoc ſimula-
ticio alacritatis gaudio poſtq̄ quod reliquum
erat viæ ſpatium emēſum eſt: ipſis vt decebat
Cluniaci ſolenniter exceptis, ego Marciniacū
valedicēs eis velociter pfectus ſum. Nā & hoc
mihi ſtimulos adaugebat, & quaſi ſeuius inſli
cto vulnere conſcientiam cruentabat: q illud
lumen meum me inuiſo, abſente, inſalutato:
extinctum fuerat. Vnde qđ dum adhuc ſpira
ret/ſaltem in extremis heu videre non merue
ram: iam ſubtractum ab oculis, clauſumq; ſe-
pulcro: vel lachrymis rigare quęrebam. Veni
ergo, & magnificum illum/ac ſacrum ancillarū dei
gregem: mœſticia mortis eius pœnę cum ea ſe
pultum inueni. Fuerat illa cum cœleſti illo ſan
ctarū ſororū collegio p viginti fere annos ſic cō
uerſata: vt ſicut earū ſingult⁹, gemit⁹, luctuſq;
fatebanf: pene maluiſſent ei cōmori, q̄ ea ſub-
tracta viuere. Mugiebat Eccleſia beatæ Virgi
nis matris: ad quam primitus p more orandi
cauſa diuerti. Mugiebat, inquam, & velut exi-
tium omnibus immineret: ſuſpirijs illarum &
ſingultibus reſpōdebat. Putabam me ſolū fi-
liali tantam matrem affectu diligere. ſed dū
eas attēderem: omnes eius cogebar filias iudi
care. Augebant ipſe luctu ſuo meum mœrorē,
& dum eam gratis ſolo pietatis affectu deſle-
rent: quid ego naturæ, quid deo deberem: do-
cebant. Tandē luctuoſa oratione finita agen-
dam incepi: & velut tunc defungeref/ quia pri⁹
non potueram, tunc vniuerſa de more cōple-
ui. At vbi ad commune colloquium ventū eſt:
explicare nō poſſum tantam piarum ingemi-
nationem q̄relarum. Nam/ vt innumera taceā
quæ nec referre, nec recolere facultas eſt, hęc ſe
matrē, illa filiam, iſta ſororem, ea famulam: ſe
amiſiſſe teſtabanf. Dicebant hāc triſtiū fuiſſe
ſolamē, infirmarū robur, debilium baculum,
indigētium auxilium: & ad poſtremum neceſ
ſitudinum omnium ſupplementū. Obmutu-
erant diuerſa negocia cauſarū: nec de ipſis quo
tidianis neceſſitatib⁹ tractabaf. Vna totū mo
naſterium lingua: defunctam dei famulam lo
quebaf. Nec iſta tm̄ in ſacri loci penetralibus
agebanf: exteriora quoq; & adiacētia omnia
conſimili querimonia murmurabant. Paupe-
res quibus ſemp p poſſe munifica fuerat: vitę
ſubſidia ſibi perijſſe gemebant. Circumpoſita
ſanctimonialium pauprima loca: quibus ſępe
conferre conſueuerat, quod ſibi ſubtrahere ſo-
lebat: velut ſuam matremfamilias deflebant.
Milites ipſi & laici: quibus p officio reſponde-
re & ſeruire cogebaf: iam ſe Marciniacum ne-
ſcire dicebant. Sed quid multa? Induerāt vni-
uerſa mœroris vultum: & tota facies monaſte
rij tenebroſo quodam pallore horrebat. Non
ceſſabat tamē ſacer conuētus ab orone: & deo
ſingule, deo omnes dilectam animam cōmē-
dabāt. In craſtino capitulum ingreſſus, priuſq̄
pene os ad loquēdum aperirē: iterato gemitu
cuncta ptinus impleuerunt. & quicquid a me
vt cūq; dictum eſt: totum vberrimis lachrymis
pfuderūt. Abſolui tandē p officio matris ani
mam: quā ipſe lachrymoſum amē reſpondēti
do: ad vitam abſq; dubio pduxerunt ęternā.
Inde cum vniuerſis Eccleſiam ingreſſus: ſalu-
taria rurſum p ea ſacramēta obtuli. ac poſtmo
dum ad eius ſepulcrum accedens: ſup venerā-
dum corpus ſolēnem cum oratione abſolutio
nem dedi. Cumq; & animæ requiem & corpo-
ri ad vitam implorаſſem reſurrectionē: beatę
matri infelix filius vale dixi. & ſic ab illa non
anio, ſed corpore tm̄ receſſi. Exacta itaq; Mar
ciniaci triduanę mœſticiæ ſepultura: tertia iā
die velut de morte reſurgēs, animam reſūpſi.

ac loco egreſſus:vobis o chariſſimi mei.
Hoc cõmunis matris lamentabile epita
phium ſcribere decreui. Elegi vos ex mi
libus,quibꝰ mecũ collachrimandi eadẽ
poſſit eſſe affectio: quibus non diſſimilis
mecũ probatur eſſe conditio. Volo igiẽ
vniꝰ matris filios:ſecum pariter eius fu=
nus deflere.ne qui flere noluerit, eius ſe
indicet filiũ non fuiſſe. Nolo,nolo:vt lu=
ctui noſtro ſe quilibet importunꝰ conſo=
lator imiſceat:vel apoſtolicum teſtimo=
nium velut pro ſe faciens pretẽdat, quo
Mortui ait. Nolumꝰ vos ignorare fratres de dor
licite lu= miẽtibus vt nõ contriſtemini. Quod ſi di
geri poſ xerit:reſpondebo Apoſtolũ hunc iſtis in
ſunt.& tellectum abſtuliſſe,& qđ dixit ſub diſti
obiectio ctione protuliſſe. Nam poſtq̄ dixit,nõ cõ
ex Aplo triſtemini , ſubiecit , ſicut & cæteri qui
j.the.iiij ſpem nõ habẽt.De infidelibꝰ ergo,nõ de
ſoluitur. fidelibꝰ ſermo erat,q putabãt cũ corpore
animã interire:q dicebãt nulla.poſt mor
tem meritis premia ſupereſſe:qui carnis
reſurrectioni conſueuerãt derogare.Fle
bant illi mortuos deſperãtes reſurrectu
ros,flebant chariſſimos: nunq̄ ſe eos exi
ſtimantes inæternum viſuros. Ea de cau
ſa fletus ſpei chriſtianę cõtrarius apoſto
lico mandato deſiccandus erat,infidelis
triſticia a fidelium cordibꝰ expellenda:
fides reſurrectionis vehementius com=
mẽdanda. At non noſter talis fletus,quẽ
fundimus:nõ futurorũ deſperatione:ſed
naturę compaſſionę. Nõ noſter talis do=
lor,quẽ generat nõ fidei defectꝰ: ſed nul
la lege prohibitus mutuę germanitatis
affectus. Hoc fletu antiqui iuſti carnis ꝓ
ximos defunctos fleuerunt: hoc dolore
magni patriarchę charorum ſuorum fu=
nera proſequuti ſunt. Hinc de Iſaac di=
ge.xxiiij cit ſcriptura. Introduxit Rebecam in ta
bernaculum Sarę matris ſuæ,& intantũ
dilexit:vt dolorẽ qui ex morte matris ac
ciderat:temperaret. Quis ergo nos cha=
riſſimi ꝓhibeat ſuper pia ſancte matris
morte dolere:cum audiat tantũ patrem
de ꝓprię mr̃is occubitu doluiſſe? Quid
ſi & pii patris piiſſimus filiꝰ Ioſeph i me
diũ adducaẽ,de quo legitur, ꝙ mortuo
Iacob ruit ſuper faciẽ pr̃is flẽs & deoſcu=
Ge.vlti. lans eum? Cuius corpus cum de ægypto
tuliſſet,& in terra Chanaã humaſſet:ad

iunctis fratribus & ęgyptiis comitanti=
bus planctu magno atq; vehemẽti ſeptẽ
diebus exequias cęlebrauit.chananeis
dicentibꝰ. Planctus magnus eſt iſte ęgy Ge. vlti.
ptiis,locoq; nomẽ imponẽtibus, planctꝰ
ægypti. Sed nec ille ſingularis inter pri
mos patres rex & ꝓpheta Dauid nobis
deerit, qui ſciens qđ naturę deberet:cũ
prius admirabili charitate extinctos ini
micos planxiſſet: fratricidam.& inſuper
patricidã filium operto capite lugebat
dicẽs. Abſalon fili mi,fili mi Abſalon:qs ij. Regũ.
mihi tribuat, vt ego moriar pro te? Sed xviij.
quid iſtos velut ſolitarios replico:cũ om
niũ veterum mos fuerit ex nature beni=
gnitate deſcẽdens:quoſlibet affines vel
maiores de medio factos deflere: & pu=
blico luctu eoꝝ exequias celebrare? In
quo ſocietatis humanæ quedã reueren=
da concordia cõmendabatur, quæ piis
mẽtibus eſſet quoddã deſolationis ſola=
tium:& ad ęterna diſquirẽda magnũ ex
defectu pręſentiũ incitamentum. Hoc af
firmat & liber Sapiẽtię,in quo diciẽ. Fili Eccli.
ſuper mortuũ produc lachrimas: & ve= xxxviij.
lut dira paſſus incipe plorare. Non eſt er
go contrariũ fidei,nõ diſſonãs ab eccle=
ſię moribus:ſi ſuper priorũ funera pii ho
mines pia intẽtione cõpungũtur, & quo
ipſi demigraturi ſint:velut quodã pręlu
dio preloquũtur. Nam i eo qđ alios mor
tuos plorãt:ſe quoq; mortales factos de=
plorant,a qua miſera mortalitate ſe per
Chriſti gratiam erui,& ad beatã immor
talitatem perduci, huiuſmodi oratione
exorant. Quod ſi ad euangelium ſtilus
transferatur, apparebit nõ fruſtra dictũ
beatę virgini matri. Et tuã ipſius animã Luce.ij.
ptrãſibit gladius. Qui eiꝰ animã nõ per=
tranſiſſet:niſi ineffabiliter quodã huma=
nitatis affectu:de morte dei & ſui filij do
luiſſet? Quę licet non dubitaret mortem
filij ſui eſſe vitam mundi: eũ tamen dire
doluit moriẽtẽ:quẽ mire nouerat a mor=
te homines eruentẽ. Maneat ergo inter
nos o dilectiſſimi mihi, occultus noſtræ
deplorationis affectus, & his exẽplis be
atos matris cineres defleamus, ſitq; iam
delectabile qđ fuit lamentabile:vt quæ
nos viuẽs peperit cum dolore ad p̄ſentẽ
miſeriam:iam carne mortua pariat cum

iocunditate ad ſempiternā gloriam. Pa
riet inq̄ animas precibus, quæ(vt dixi)
noſtram carnem peperit cum doloribus
ſitq; illi hoc ad ſingulare refrigerium:cū
eos quos ex ſe mūdo ꝓtulit, cœlo quoq;
ſecum intulerit. Audeo & de ipſa hoc di
cere, ne quis hoc me temere iudicet af-
firmare:quoniam & cōuerſio eius a mea
opinione in nullo diſſentit: & conuerſa-
tio ipſius mecum nihilominꝰ per omnia
ſentit. Talis eni extitit:quæ (inquantū
homini cognoſcibile eſt)& ſibi ſufficere
& alios debeat adiuuare. Veniat ergo
tantę feminę conuerſatio admiranda in
mediū,vt ea cognita me vera dicere co
gnoſcatis,& anios meſticia exaſperatos
iocunda lectione & mutua collatione le
niatis.Erit hoc abſentis & defunctę ma
tris quędā viuax pręſentia: & imago ve
rorū emula a cordis noſtri penetralibus
nō recedet, qua nec poſt occaſum vobis
accidere: nec poſt tumulum valeat inte
rire.Cogit ipā rei vtilitas de qua agitur
non ſilere: ne ſi dicenda tacuero:tātam
vobis materiam videar inuidere.Nō de
bet alicui noſtrū aliquid fieri ſingulare:
quibus non ſolū charitas:ſed etiam na-
tura totū voluit eſſe cōmune.At ego nec
claritudinē generis, nec amplitudinem
poſſeſſionis,nec quantūlibet in ea com-
mendandā ſuſcepi gloriam carnis:qua-
rum illa rerū multis ſuperior, paucis in-
ferior erat,ſed deuotum deo animū,mū
di contēptum,cœleſtium appetitum.Ad
quæ vt cōpendioſum trāſitum faciā,cū
in flore fœni adhuc recubans/iuncta eſ-
ſet viro,alligata mundo:ad ea velut ca
ptiuus ad libertatem:vinctus ad ſolutio
nem:exul ad patriā ſuſpirabat,& ſe con
iugali viculo prepeditā:hominibꝰ igno-
to,deo cognito mētis angore deflebat.
Ea de cauſa cum ciues ciuitatis illiꝰ vel
cui inhiabat,ad quā ſuſpirabat/forte oc
curriſſēt,adorabat,ſuſcipiebat,colebat:
& abiecta omni domeſtica & mundana
cura:ſe totam in eorum affectus, & obſe
quia tranſfundebat. Suſcipiebātur mo-
nachi,trahebantur heremite, & oēs ha-
bitu vel fama religiōis ornati:paſſim ad
hoſpitandum, etiā cum reſiſterent,coge
bantur.Nō audebat iam quilibet talium
per terrā eius iuri ſubditā cōmeare quin
ad eam diuerteret,& vno die vel pluri-
bus apud ipſam manendo: deuoto erga
diuia aio ſatiſfaceret.Flebatꝰ remotis ar
bitris corā notę ſanctitatis viris,& ꝓfun
dos gemitus profundebat: ꝙ a lege viri
nōdum ſoluta,ſeruire ſeculo cogeretur:
aliorum curam gerere: ſui negligere:ex
terius tumultibus implicari,interius oc-
cupationibus impediri:pręſentia ample
cti:futura contēnere: & iram ſibi in die
ire malis inumeris theſauriſare. Hęc di-
cens prouoluebaꝛ ad genua ſanctorum:
& velut cū Maria peccatrice,pedes eoꝝ
lachrimis abluebat. Orabat eos vt ꝓ ſe
ad fores eternæ miſericordiæ inſtanter
pulſarent:quatinus quę per ſe audiri nō
merebatur:eorum pręcibus mediantibꝰ
audiretur.Producta eſt eouſq; talis intē
tio,nec a cepto curſu potuit fatigari:do
nec famoſo illi Roberto de bruſſello ad
ſe venienti,& ſecum aliquādiu morāti:
impulſa violento eſtu animi ſe in mona
cham ignorante viro redderet: vt eo de
functo vel concedēte: ſtatim ad fontem
Ebraudi (ſi ſuperuiueret) demigraret.
Fecit hoc,& timori dei quē conceperat
velut inferiori mole ſuperiorem adiun-
gens:beatā ſpe domini miſericordiā ex
pectabat. Et ne cōiugē cui idem qđ ſibi
debebat:tanto chariſmate fraudare vi-
deretur,eū adit:occulta detegit:ſecreta
pandit:horrenda eternę mortis mala in
tentat:optanda vitæ eternæ gaudia cō
mendat:predicat fallacis mundi contē-
ptū:obſecrat celerē ab eo receſſum.Tan
dem tanti dux femina facti, ad hoc ma-
ritum impellit: vt deo ſibi vitam largiē-
te,cōgruo tempore ſe cum ea velle renū
ciare ſpōderet. Quod ſi alterutrum priꝰ
obire contingeret:ſuperſtes ſtatim votū
vtriuſq; compleret. Nā nec ipſe in toto
expers diuini timoris vixerat,fide ſingu
lari vigens:orationes frequentās:ſepul-
chra ſanctorum annuatim diſquirēs:ele
moſinis inſiſtens:hoſpitum indiſcreta ſu
ſceptione vltra q̄ dici poſſit, exultans.
Hoc iter cōiuges pacto firmato,cum in-
numeris/& maxime pręlijs vtriuſq; deuo
tioni obuiantibꝰ res ꝓtraheretur:ſuper-
uenit meroris dies, quo coniuge de vita

ſublato:ſicut turtur ſocio viduata remã ſit,in quo caſu qualiter ſe habuerit,q̃ vi rili tantũ infortunium animo tulerit:q̃ fi delẽ ſe viro cõiugẽ(qđ perrarũ eſt) etiã poſt mortem, oſtenderit:ſi narrare inci= pio,deficio:ſi aggredior,vicor: ſi conor, deijcior.Credite chariſſimi vereor ver= ba mea,& cogitãs quæ dicẽda, & quali ter ſint dicenda:pene ceptũ deſero.Sed quid agã? Ignorãtia prohibet,amor im pellit,materia deterret,charitas adhor= tatur,pondus p̃mit:natura inſtigat.Sed meo hic iudicio magis timẽda eſt inuti= lis taciturnitas:q̃ quęlibet icõpta loqua citas.Dicatur ergo vtcũq;:qđ prope ne= phas eſſet ſilere.Decũbente illo/ aſſide= bat lecto imota:ſuiq; oblita/nihil niſi ei⁹ ſalutem meditabatur.Ad quã procuran dam totis mẽtis facibus ardebat: a qua ne vel in modico infirmãtis intẽtio auo= caretur:ab omni cura corporali eius pri mo animũ abſoluit:teſtamentũ eo p̃ſen= te compoſuit:lites diremit:hęredes inſti tuit:caſtra diuiſit:& ad vnguẽ vniuerſa perfecit.His ita ordinatis,vt animę ſuæ iam liber a corporalibus conſuleret: ve lut de quadã docentis cathedra me au= diẽte admonebat,vt conſcientiã ſcruta= retur:peccata confiteretur:ſua pauperi= bus & monaſterijs largiretur:tremẽdum eſſe dei iudicium: multã eius miſericor= diã,ſpiritui abſolutionẽ: corpori proui= deret(dũ adhuc viueret) ſepulturã . In= tonabant clamoribus oia,luctu & lachri mis vniuerſa miſcebantur: cõfuſe popu= lorum voces cœli altiſſima quatiebant, filiorum corona:familiæ multitudo:no= biliũ catherua meſta gemebat,ſola mu= lierẽ excedens ſiccis oculis virili cõſtan tia perdurabat. Iudicabat ſatius eſſe oc cupare animũ vtilitate morientis: q̃ ſo= ciari populi fletib⁹ inutiliter abiecta ra tione dolẽtis. Vnde poſtq̃ cõfeſſione mu nitum,corpore Chriſti refectum, mona= chili cucullo indutum, gaudens pariter & merens pręmiſit:corpus eius innume= ra hominũ pręcedẽte & ſubſequẽte mul= titudine celſinanias detulit,ac eum mo= nachis inter monachos vt monachũ tu= mulandũ cõtradidit.Ita terrę terram cõ mẽdans,& velut quoddã depoſitum ſuo tẽpore reſtituẽdum cõmittens:ad procu randam requiẽ ſpiritui totam operã con uertit,& amoris ſtimulis agitata,vniuer ſa perluſtrat:prouincias oberrat:eccl'ias viſitat:mõaſteria circuit,exhaurit i pau peres erariũ, facit ſibi amicos de mãmo na iniquitatis,nephas putat:ſi quemni= ſi munere donatum relinquat.Orat pro defuncto,orat & pro ſeipſa:vt & illi pec catorũ remiſſio, & ſibi detur a peccatis conuerſio.Ordinat interea fugã,& mun do nouis rurſum retibus greſſus eius im pedire, quęrenti ſpe remanendi data/ beata fraude illudit. Nam magnis ami= cis monentibus vt demũ nuberet: poſſe ſe magnarũ opum & potentię copulam inire:maiores rerum ſucceſſus in prõptu adeſſe: ita reſpondit. Et quidẽ facio qđ cõſulitis,& q̃ in breui potero, nouos tha lamos iterato nupta intrabo.Tali reſpõ ſo velut alia curantẽ diabolum deludẽs, & condigno talione fallacię principem fallens:prędã quã ille iam faucibus ſe cõ tinere credebat: hęc furare & ſubripere qua poterat arte, curabat. Celat ergo imo in pectore ſalutis ſuæ archanum,& quaſi a raptoribus theſaurum abſcõdit, vt ab omnibus poſſet eſſe tutum:qđ oñi bus maneret occultum.Sed quia aliquo rum ad hęc agenda egebat auxilio duo bus tantũmodo myſteriũ aperit,quorum nota fides & conſtantia credẽda eis oia ſuadebat. Vni qui laicali licentia viue= bat, omnẽ vt ſtrenuo fuge apparatũ cõ= mittit:alij probatę religionis monacho ſpiritualia ſecreta prodit. Conſtituitur dies quo de ęgypto exeat,quo graui diu faſce dep̃ſſa:a iugo Pharaonis colla ſub ducat.Suſtinenſ ſpe libertatis iam leui= ora ægyptiorum onera: & opera lutoſa in breui cõmutanda feruntur.Expectatur nouũ paſcha,quo abiecto fermẽto mali= cię & nequitię epulari liceat in azimis ſinceritatis & veritatis.Et o quãta inte= rim diſſimulationis arte mentẽ vultu ve labat,quãta de ſe ſeculo promittebat,q̃ hilarem ſe(etiam pl⁹ ſolito)quibuſlibet exhibebat.Videbaſ ſe totam ſeculo de= uouiſſe:& nunc magis q̃ ante ſecularib⁹ cõmodis inhiare.Sed in abſcõdito deo canebat. Dñe ante te omne deſiderium Pſalm. xxxvij.

meũ:& gemitus meus nõ eſt a te abſcon
inſignita: locum nobis ſecreti colloquij aptiſſimum præbuit. Nec mēte excidat. quod Epiſcopo locum Abbas (vt dignū erat) in ſede propria tribuit: reluctātem ſedere coegit. ipſe ei in matta Monachica quæ ſedi illi contigua erat: aſſedit. Collatio non de imis ſed de ſupernis habita eſt. aliquādiu. quia res ſic exigebat. protracta eſt. Eouſq; ad vltimū deducta eſt: vt redeundi ad nos a vobis indiceretur dies, a nobis ſuſciperetur, ſuſceptus expectaretur, expectatus differretur, & licet te rogante, me cōcedente, de tēpore in tempus dilatus: adhuc tamen a me

Obiectō expectat, monetur: inuitatur. Sed o qd faciam? Sacerdotem ab altari, pontificē a populo, paſtorem ab ouibus, ſeiungere quero? Frontē illam auri lamina radiantem, ineffabile nomen dei geſtantem caput cidari decoratum, rationali pect⁹ ſuphumerali humeros adornatos, veſte ſacra & gēmata corpus preſulgēs, ipſos in totius corporis fabrica vltimos pedes ſandalijs indutos: iſta inquam omnia & adhuc plura ſupernum ſonantia, & hominem illum his indutum nō iam terrenum ſed totum cæleſtem ſignātia: cœlis detrahere, luto adiungere laboro: dum tantam ſublimitatem, tantum faſtigium humilitati monaſticæ ſociari ambio: & hoībus qui omniū peripſima facti ſunt:

Reſponſio. Epat⁹ dignior: ſtat⁹ Monachi ſecurior. parem fieri cōcupiſco? Noui, noui ſacerdotalis ordinis dignitatē, agnoſco ſublimitatem: ſed altiorem & ſecuriorem his iudico humilitatem. Audio Chriſtū dicentem. Super cathedrā moyſi, ſederūt Scribæ & Phariſei, Sed recolo eundem adiungentē. Omnia quæcūq; dixerint vobis: ſeruate & facite. Secundum vero opera eorum: nolite facere. Reminiſcor

Matthęi xxiij.

& ipſum, in ſcribas & legis peritos inuehendo dixiſſe. Ve vobis qui tuliſtis clauem ſcientie. Ipſi non introiſtis: & eos q introire volebāt ꝓhibuiſtis. Item eiſdē, Amen dico vobis, quia Publicani & Meretrices præcedent vos in regnum dei,

Luce.xj

Item ad ipſos. Ve vobis duces cæci: qui dicitis. Quicūq; iurauerit, per templum nihil eſt. Qui aūt iurauerit in auro templi: debet. Item. Ve vobis vobis ſcribæ & Phariſei Hipocritæ, qui comeditis domos viduarum: orationes longas orantes. Propter hoc: amplius accipietis iudiciū. Rurſus eundem per antiquum ꝓphetam. Ve paſtoribus iſrael, qui paſcebant ſemetipos. Et poſt pauca Ecce ego ipſe ſuper paſtores. & requiram gregem meum de manu eorum. Et ceſſare eos faciam vt vltra non paſcant gregem meū: nec paſcant amplius paſtores ſeipſos. & liberabo gregem meum de ore eorū: & non erit eis vltra in æſcā. Quorſum iſta? vt attendens chariſſime, pontificalis ordinis faſtigium: attendas & periculum. Agnoſcēs honorē: agnoſcas & laborem. Diligens forte gradum altiorem: formides; ſicut ab antiquis dictum eſt, caſum grauiorem. Si alliciunt aliqua oblectantia: deterreant ab eorum amore, longe plura non ſolum vbi poſt mortem ſperātur: ſed hic etiam vbi de ꝓximo ſentiūtur: pungentia, mordētia: amaricantia. Hæc inquā & illa deterreant, hæc & illa inuitent: vt ſancta periculoſa fugias, & ad ſancta ſecuriora confugias. Quia (vt apertius loquar) ſicut ſanctis Epiſcopis præparatur in altis ſuperior loc⁹: ita (vt ſic dicam) vita & moribus exepiſcopis, reſeruatur in imis inferior infernus, Et ne forte quilibet me ad iſta icōſulte monere pontificem æſtimet: accipiat nō ſolus ille, ſed mundus cum eo vniuerſus, ſole clariora exempla: quibus non ſolū regia, ſed & ipſa pontificalis dignitas. hoc eſt. non tantū ſecularis ſed & eccleſiaſtica ſublimitas, eſſe docetur aliquādo cōtēnenda. Hinc de regia vel ſeculari euāgelium. Ieſus (inquit) Cum cognouiſſet quod venturi eſſent vt raperēt eū, & conſtituerent ſibi regem fugit in mōtem. Hinc de pōtificali: vel eccleſiaſtica Puer autem creſcebat & confortabatur ſpiritu: & erat in deſertis, vſq; ad diem oſtenſionis ſuæ ad iſrael. Quod vtiq; de Ioanne baptiſta, filio ſacerdotis zachariæ dicens: oſtendit eum in ordine vicis ſuæ more patrio & ſacerdotium habere potuiſſe: & illud tamen in faſtu, luxu & delicijs: vilitate, ieiunijs, ſolitudine cōmutaſſe. Sed ſi opponatur. Ioannem baptiſtam non adeptum ſed adipiſcēdum Epiſcopatum fugiſſe, ſuccurrūt innume-

Ezechi. xxxiiij.

Sclaris dignitas & eccleſiaſtica quādoq; cōtēnēde.

Ioan.vj. Luce.j.

ra exempla magnorum præſulum, ſan-
ctorum abbatum: qui non adipiſcēdos
ſed iam adeptos honores fugientes, do-
cuerunt poſteros: eſſe quidem in officio
commiſſo conſtanter & fideliter ſtandū,
ſed omni tamen officio, om̄i gradui, oi
dignitati: interno vrgente periculo eſſe
Sctũs iuſtus reliquit epatum Lugduneñ. renunciandum. Sed ne ſanctum iuſtum
Lugdunenſem Epiſcopum, vt de proxi-
mo exempla ſumantur: cum multis ſan-
ctis Coepiſcopis. ne ſanctum hilarionem
Syrum Abbatem, cum multis ſanctis Co
Sctũs hilariõ Abbatiã ſirie. abbatibus producere moleſtum ſit: mit-
to legentem ad geſta antiqua ſanctorū.
vt quæ dico aut neſciens diſcat: aut ſci-
ens, vera me dicere recognoſcat. Nō au
tem hoc dico: vt adeo tibi timeam, aut
te ſaluari in inſtanti miniſterio diffidā:
ſed quia his noſtris peſſimis temporib⁹
mundi maliciam viribus excreuiſſe: ho-
minum inertiam a virtutibus defeciſ-
ſe conſidero. quia abundantiam nequi-
tiæ quaſi ex adipe prodiſſe, iuſticiam &
pietatem velut exangues remanſiſſe vi
deo: opto tibi non quod forti⁹ ſed quod
quietius, non quod glorioſius ſed quod
ſecurius eſt: quia (vt ait pater Auguſti-
nus) Melius eſt paruum bonum cū par-
uo malo: quam magnum bonum cū ma-
gno malo. Sed eſto. quantum ad animā
nihil periculi ſit: omnia tuta, omnia ſe-
cura, maneat paſtorem pro ouibus co-
pioſa merces in cœlis: quid de latratib⁹
canum. quid de inſidijs, dolis, fraudib⁹:
circunſtantium, coherentium, ſeruien-
tium? Nonne hæc ſentiebat. hæc dole-
ps. cxix. bat ille qui dicebat. Domine libera ani
mam meam a labijs iniquis. & a lingua
doloſa? Item cum dicebat. Domine di-
uide linguas eorum: quoniam vidi ini-
quitatem & contradictionem in ciuita-
te. nonne hæc fugere deſiderabat, maxi
ps. liiij. me cum ſuperius dixiſſet. Ecce elonga-
ui fugiens & manſi in ſolitudine? Non-
Prouer. xv. ne per ſapientem. ait ſapientia. melius
eſt ire ad olera cum charitate: quam ad
Prouer. xxj. & xxv. vitulum ſaginatum cū odio? Nonne ea-
dem rurſum. melius eſt (ait) ſedere in an
gulo domatis: quam cū muliere litigio-
ſa? Nūquid non hanc mulierem litigio-
ſam, Eccleſiam dico tibi commiſſam: in
quadam ſui parte, quotidie, immo con-
tinue experiris? Nunquid ad lites eius
& perpetuas contentiones: non obſur-
duiſti? An te ſolum nō quaſſant: quæ au
dita amicos tuos defatigant? Hinc an-
nui ad vrbem romā itus ac reditus, hinc
frequētes legati a gallijs ad italiam, de
italia ad gallias: ab ortu ſolis vſq; ad oc
caſum, item ab occaſu ad ortum: omnia
luſtrant, quietum inquietant: & cum his
qui oderunt pacem pacificum eſſe vo-
lentem: gratis impugnare non ceſſant.
Fugienda ergo ſunt iſta (vt mihi videt̄)
Amice Chariſſime, nō amplectēda: bea-
ta quies labori, ſecuritas timori, ſal⁹ pe-
riculis præponenda: ab hoſtib⁹ ad ami-
cos, ab extraneis ad fratres, immo ad fi-
lios & famulos veniendum. qui te am-
biunt: qui de te longam famem ſuam re-
ficere concupiſcunt. Expectat te in Clu-
niaco tua ante Paradiſum voluptatis,
Paradiſus charitatis: vbi lignum vitæ,
vbi amænitas iocunda, vbi areole aro-
matum conſitæ a pigmentarijs. quorum
aſpectu iocundaberis, odore oblectabe-
ris: guſtu ſatiaberis. Rependes & tu vi-
cem filijs tuis, ſacris virtutibus tuis: dū
humiliando pontificalem maieſtatem:
docebis non ſuperbire monaſticam hu-
militatem. Quod donec gratia dei dan-
te, ſpiritu dei inſpirante fiat: interim ro-
gādo ſupplicat tibi ſemper deuota vni-
tas multitudinis noſtræ. vt te eis tandē
poſt longa ſecula repræſētes. paſſionis
ſcilicet & reſurrectionis dominicę ſacra
tiſſimos dies, ſacerdos dei cum eis pera-
gas: & ſplendore aduentus tui, rutilan-
tium dierum lumen adaugeas. Reliqua
ſuper quæ ſcripſit paternitas tua. preci-
pue de domno Teobaudo Archidiaco-
no: in ore fidi legati poſui, quem quia &
meus eſt. profeſſione, & tuus deuotione:
dilectioni tuæ mihi ſuper omnia pene
iſta mortalia care tranſmittere ſtudioſe
curaui.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola. lj. ad Nicolaum capellanum Epiſcopi eiuſdem Trecenſis: vt aduentū memorati pontificis ad Cluniacum procuret: deprecatoria.

CHariſſimo filio Nicolao, Frater Petrus Humilis Cluniacenſium Abbas: perpetuā ſalutem in domino. Quoniam ex quo te agnoui, bonum & remotum in corde meo tibi ſemper hoſpitium reſeruo: oportet & te aliquando vicem affectui meo rependere, & quod potueris diligenti te compenſare. Dominum Treuēſem Epiſcopum, quem iam ab antiquo (vt noſti) in ſumma pectoris mei arce conſtitui: neſcioquomodo factum inuiſibilem doleo, quem vt ruſus appareat: literis & precibus directis inuito. Tanto enim iam tempore, ſe abſentauit. vt cū p dei & ſui gratiam ſe, qđ in proximo ſperamus, repræſentauerit: vereor multum ne illum ſine indice non cognoſcam & deleta de corde meo non dilectione, ſed dilecti imagine: coram aſtantibus cum occurrerit, erubeſcam. Ne igitur hoc contingat: da operam, vt maturius veniat. & in hebdomada paſſionis & reſurrectionis dominicæ, mœroris & gaudij, triſtitiæ & conſolationis: diſcipulus & Epiſcop⁹ Chriſti, ſeruos & monachos Chriſti, præſentia viſitet: exhortatiōe ſuſcitet, & tantos humanæ ſalutis dies non cum populis furētib⁹: ſed cū quietis & humilib⁹ celebret.

℄ Epitoma Epiſtolæ.

℄ Epiſtola. LII. ad dominum Heinricum epiſcopum, ſuper ſtatu regni Anglici, eiuſdem epiſcopi, ac ſuorum: inſup & Cluñ. illic commorantium, interrogatoria.

VENERABILI ET iocunda cordis memoria recolendo, domino Heinrico Vvintonienſi epiſcopo, Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas: Salutem quam præparauit Deus diligentibus ſe. Ex quo amplectenda reuerentia veſtra nuper a Cluniaco receſſit: muta vobis permāſit lingua mea, ſed non tacuit de vobis conſcientia mea. Siluit allocutio, ſed nō ſiluit deuotio: tepuit loquacitas ſed non refriguit charitas. Nec mirum. Cum enim omnes pœnæ Cluniacenſium ouilis amici, cum omnes prouiſores, cum omnes benefactores, in vobis vno confluxerint: non eſt mirandum ſi per multos olim diuiſus noſter amor, ad vos ſolum concurrerit. Sed quoniam iſtud apud vos conſtare certum habemus, nō ſūt de his multiplicāda verba: neq; quod optime noſtis, faſtidioſe replicandum. Illud tamen quod nunc mihi fuit cauſa ſcribendi requiro, illud ſummopere mihi, veſtriſq; reſcribendū depoſco: quis regni Anglici, ſed maxime quis veſter veſtrorumq; ſit ſtatus: quæ corporis incolumitas, quæ rerum proſperitas: qualiter noſtra quoq; loca ſe habeāt: vtrum pace lętentur, an adhuc dubia ſub ſorte laborent: quæ noſtrorum conuerſatio, quæ ſit fama. Iſta omnia idcirco a vobis requiro, qa vobis maxime noſtra omnia innituntur: & a vobis ſingulare poſt Deum (vt noſtis) auxilium præſtolantur. Fratres noſtri, filij veſtri, pro vobis aſſidue omnipotentis miſericordię affectibus & precibus ſupplicantes: reuerentiā veſtrā venerando ſalutant & vt etiā apud dominum eorum memoriā habeatis: implorāt.

℄ Epitoma Epiſtolæ.

℄ Epiſtola quinquageſimatertia ad Alberonem Epiſcopum Leodienſem, imprimis beniuolentiæ eius accanonicorum captatiua, ex magnificatione beneficiorum eorundem ad Cluniacum, præſertim in egregijs viris, qui ex Leodienſi Eccleſia venientes, humili Cluniacenſi gregi copulati ſunt. Deinde pro locorum Cluniacēſium illic exiſtentium tuitione, & ſingulariter de Bertreis: deprecatoria.

EGregio & ſublimiter venerādo Alberoni magnę Leodienſis Eccleſię magno Pōtifici, ac nobili eiuſdē Eccleſiæ cōuentui. F. P. Humilis Cluñ. Abbas, humiliſq; grex Cluniacenſis ouilis: Salutem. Vtinam humilitati meæ talis daretur facultas, qualis ab antiquo iam data eſt voluntas: vt amplectendam nobis & omnibus bonis perſonam veſtram, vt ſacrum & venerabile Eccleſiæ vobis a Deo commiſſę collegium videre: vt feruentiſſimū charitatiſq; affectum, quem ad vos iam dudum habeo, non chartis committere: ſed ore ad os communicare vobis corā poſitis poſſem. Cum enim omnib⁹ Chriſti Eccleſijs, quæ numeroſitate ſua vnius & catholicæ Eccleſiæ corp⁹ pficiunt, charitatis compagine honorem ſimul & amorem debeamus: inter oēs Germanorū Eccleſias, hoc vobis quadam familiari prorogatiua debemus: quorū nō ſolum amore prouocati, ſed etiam frequētibus beneficijs & pmaximis muneribus ad mutuam beniuolentię viciſſitudinē repēdēdam, magnifice inuitati ſumus. Et frequēter quidē a magiſtris Eccleſię dei, & ab innumeris populi Chriſtiani principibus multa Cluniacēſe monaſterium dona, multa beneficia percepit: ſed cum hæc veſtris donis, veſtris beneficijs, veſtris muneribus comparātur: licet magna ſint & precioſa: vileſcunt. Suſcepit vere Cluniacēſis Eccleſia, & ſæpe (vt dixi) ſuſcipit multorum & diuerſorum non in terra, ſed in cœlo theſaurizantium Gazas: ſed

veſtra xenia tanto aliorum munera ſuperant:
quanto homo pecoribus, quanto ſapientia cũ-
ctis opibus antecellit. Auro igitur & topazio
longe chariora Cluniacus a Leodienſi eccleſia
munera ſuſcepit: quando magnificos viros, &
ſumma cum laude ac dulcedine recolendos a
vobis ad nos venientes: humili ſuorum colle-
gio copulauit. Nam vt alios ante noſtra tem-
pora venientes, nobiſq; vultu incognitos tace-
am: quando Leodienſis Eccleſiæ memoria
apud Cluniacum perire poterit, quæ Hezelo-
nem, Tezelinum, Algerum, Canonicos, ma-
gnoſq; ſuis temporibus magiſtros: humilitatis
diſcipulos, & vt ipſi qui vidimus, atteſtamur,
veros monachos fecit? Quorum primus mul-
to tempore ꝓ Eccleſia ad quam venerat labo-
rans, ſingulari ſciẽtia & prædicabili lingua, nõ
ſolum audientium mores inſtruxit: ſed & cor-
poralem nouæ Eccleſiæ fabricam, quam aliq
veſtrorum viderunt: plus cunctis mortalibus
poſt reges Hiſpanos & Anglos, conſtruxit. Se-
quens ſpũalib9 tãtũ ſtudiis totum ſuum homi-
nem occupans, in ſancto ꝓpoſito longęuus cõ-
ſenuit: & prius Cluniaci ſub ſãcto patre Hugo-
ne, dehinc Vizeliaci cũ domno Rainaldo Ab-
bate eius nepote, ac demum Lugdunenſi Ar-
chiepiſcopo, degẽs: laudabilem vitam ſancto
fine cõcluſit. Tertius cuius vix memoriam ſi-
ne lachrymis facio: humilitate, puritate, vitæ
totius ſinceritate ſecundum meum iudicium
longe ꝓcedentes exuperans: ita meo tempore
apud nos vixit, ita tantũ benigne & ſancte con
uerſatus eſt: vt licet a nobis carne receſſerit, ſpi
ritu tamẽ & memoria ſingulari nobiſcum ſem
per dum viuimus non eſſe nõ poſſit. Qui & li-
brum de ſacramento altaris, auctoritatib9 ſan
ctorũ patrum inuincibiliter communitum: no
bis & fidei ſuę inſigne teſtimonium, & contra
quorundam modernorũ vel impietatem vel er-
rorem, ſingulare ꝑſidium: dereliquit. Inſpiret
igitur omnipotens ſpiritus qui vbi vult, ſpirat
cordib9 veſtris: vt ſanctorum iſtorũ quos ante
oculos mentis veſtrę memorans reduxi, vitã
& exempla imitemini: qui a vobis vt dixi, ve-
niẽtes: & more magni patriarchæ de terra, de
cognatione, de domo ꝓpria egreſſi: peregrina
tione ſancta amiſſam patriã repererũt. & mũ-
di ſuꝑbiam in humilitatẽ, luxũ in frugalitatẽ,
diuitias in paupertatẽ, cõmutantes: ad eam iã ꝑ
dei gratiã ꝑuenerunt. Hac ergo recordatione
chariſſimi velut quodã charitatꝭ glutino vobꝭ
adhęrentes: voſq; viciſſim nobis adhęrere ro-
gantes vt hæc memoria apud vos ſit cõtinua
quę & apud nos ẽ ꝑpetua: ꝓcamur. Hac cõfidẽ-
tia fiducialiter vos etiam ꝓ locis Cluniacenſi-
bus in diœceſi veſtra conſtitutis oramus: qua
a vobis nos nõ repelli, ſed exaudiri ſperamus.
Specialiter autẽ ꝓ dño Gerardo priore de Be-
treis, & domo ſibi commiſſa veſtram amicitiã
deꝑcamur: q nõ tm̃ nobilitate generis qua vo-
bis bñ notus eſt: ſed etiam honeſta vitæ cõuer
ſatione qua a nobis commendandus eſt: hoc
vt credimus, promeretur.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. LIIII. ad Rotgenũ Sicilię regem.
Primum quidẽ, de ſublimatione eius, & de pa
ce regni ſui p eundẽ, & reſtituta & conſeruata:
gratiarũ deo exhibitoria. Deinde ſup aſcriptio
ne ei9 cathalogo benefactorum Cluñ. & de cõ
mendatione eius apud Papam, cuius pacem
amplecti hortat ab Abbate alias facta: admo
nitoria. Demum cuiuſdam Gaufridi cum mo
naſterio Cluñ. apud Siciliam fundato: orando
vt & alia multiplicentur, commendaticia.

Illuſtri & glorioſo regi Siciliæ,
domino & amico Rotgeno: Fra
ter Petrus humilis Cluniacen-
ſium Abbas: Salutem ab eo qui
dat ſalutem regib9. Per me ait Prouerb. viij.
dei ſapientia, reges regnant: &
legum conditores iuſta decernunt. De quo-
rum numero, quia vos eſſe cœleſtis cenſura cẽ
ſuit: eidem ſupernæ moderationi quas poſſu
mus gratias agimus. non tm̃, quia ſublimita-
tẽ veſtram magnis populis ꝑtulit: ſed qm̃ ma-
xime eiſdem populis vos ꝓferendo prouidit.
Inde enim lætamur, inde in domino gloria-
mur: inde celſitudinem veſtram, & ſi vultu
incognitam, verę dilectionis brachiis ample-
ctimur: & vt ad honorem nominis ſui, ad ſa-
lutem populi ſui omnipotens Saluator veſtrã
regalem potentiam magnificet & conſeruet:
humiliter & frequenter precamur. Quis enim
non gaudeat, quis non totis viribus, ſi neceſſe
fuerit, collaboret: vt poſt tantos bellorũ & ma-
lorum turbines, tam profundæ pacis bonum
a deo per vos ſiculis, Apulis, Calabris, multiſ-
q; aliis gentibus collatum: conſeruetur, augea
tur: dilatetur? Quis Eccleſię dei ſe membrum
agnoſcens, de tantarum Eccleſiarum tam in-
concuſſa & ſtabili pace per vos (vt dixi) & reſti-
tuta & conſeruata: in domino non exultet?
Quis audiens clericos, monachos, milites, ru-
ſticos, onuſtos pecuniis & diuerſis mercibus
mercatores: omneq; genus hominum in ter-
ra veſtra manentium, aut per eam tranſeun-
tium, tyrannorũ raptorum: inſup ipſorũ latro-
num omni timore ſublato, ſua omnia pacifice

obtinere:quis(inquam)tanta bona per vnum bonum principem tot tantiſq; hominum generibus impendi audiens,non quas poteſt regi regum gratias agat: & vt tali regi regnum ab eo conſeruetur & augeatur,imploret? Iſta me vt dixi ad vos amandum,primit⁹ impulerũt:iſta vt inter magnos reges Romanos dico,Frãcos,Anglos,Hiſpanos:maximos Cluniaceñ. Eccliç amicos& bñfactores,vos quoq; admitterẽ:coegerunt. Ea de cauſa iã ex multo tp̄e ꝑ pace, ꝑ honore, ꝑ ſalute veſtra: & apud deum p̄catoré,& apud homines p̄dicatorem me cõſtitui & ad idẽ agendũ tam de noſtris q̄ de alienis/quos potui attraxi. Teſtis eſt hoꝝ cõſcientia mea,teſtis Romanus cancellarius, teſtis & ipſe dñs Papa:quẽ Piſis,quẽ Romç, quẽ intra Gallias cõſtitutum:p̄ſens verbis,abſens literis de pace veſtra ſçpe ꝯueni:& ne inimicis veſtris vr̄am pacem,eiuſq; ꝑturbãtibus crederet:& rogaui,& monui. Q̄d licet diu dilatum, ſed nũc tã dẽ ad effectũ ꝑductum:nos & oñes quicũq; audire potuerunt,pacis amatores letificat:& ad gratiaꝝ actiones deo ꝑſoluẽdas inuitat. Rogo ergo,& in quantũ poſſum vos, vt chariſſimũ & ſublimẽ amicum admoneo: vt hanc pacẽ paſtoris vr̄i,ac ſummi Eccleſiæ dei magiſtri toto affectu amplectamini, toto animſu retinere ſtudeatis:quatinus & ipſe de vobis ſicut de optimo & ſpeciali filio, & vos de ipſo ſicut de benigno & ſingulari patre:in ſp̄ualibus pariter,& tp̄alibus gaudeatis. Filiũ noſtrũ Gaufridum,cũ literis veſtris oẽm beniuolẽtiam redolẽtibus ad nos veniẽtẽ, vobis cum his literis remittim⁹:atq; tã ip̄m q̄ cõmiſſũ ei monaſteriolũ,q̄d ſolum adhuc in regno Siciliç veſtra Cluniacus habet:regię Clemẽtię cõmẽdamus.& q̄a tam ſe q̄ locũ eundẽ ſingulariter a vobis diligi,retulit: gratias agimus. Idcirco aũt dixi,adhuc ſolũ illud nos i regno Siciliç habere:q̄a q̄d nõ ſolũ diu manere debeat:de tanti amici ſingulari amicitia oĩno p̄ſumo. Nam ſi hoc deus cordi regio inſpiraret,& ꝑ vos in regno veſtro de iam iacto ſemine i multam frugem paruũ illud pricipiũ multiplicaret: creſceret & in corde noſtro multiplicãdç in terra illa monaſticç religionis affectus. Quia ſicut bene nouit ſapiẽtia veſtra:ſpes lucri maioris, maius efficit fomentum laboris. Lucrum autem maius vocaui,multiplicatç religionis augmentũ: quã maior numerus monachoꝝ meli⁹ poteſt

Eccles.iiij ſeruare q̄ paruus. q̄a vt ait ſcriptura ſacra, Væh ſoli:quia cum ceciderit, nõ habet ſubleuantẽ. & ſicut rurſum loquit. Frater fratrẽ adiuuãs, ſicut ciuitas fortis & munita. Maior ergo ſi fieri poſſet fratrum vel locoꝝ numer⁹,maiorẽ in in nobis ſuccẽderet ꝑpagandç religionis affectum: quia in eorum multiplicatione maiorẽ ſentimus eẽ ꝑfectum. Nec vtilior poſſet accreſcere regijs Gazis theſaurus:q̄ ille quẽ de terris ad cœlos tranſlatum,p̄do nõ diripit:latro nõ

ſubripit.& iuxta ſanctum Euangelium, tinea nõ corrumpit:fures nõ effodiunt, nec furant. Mat.vj.

Animet vos,& ad bene agendum magis magiſq; ſuccendat:non ſolum,q̄d p̄cipuum eſt,timor dei. maximum regnorum omnium robur:ſed etiam quã p̄miſi ꝓbitatis veſtrç fama ꝑ regiones hac illacq; diffuſa.quoniã magnifico regi timore dei iuſtitię colla ſubmittere glorioſum eſt:& famam optimam velle dilatare, vtile ſimul & honorificum eſt.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola.LV.ad domnum Põtium Abbatem Vizeliacenſem, q̄ ſe laborante quieſcat, nec collaboret,exprobratoria. vtq; tẽp⁹ in quo eum Cluniaci vl̄ circa alloqui poſſit,deſignet: poſtulatoria.

VEnerabili & chariſſimo fratri, Põtio Abbati Vizeliacẽſi. F.P. hũilis Cluniacenſiũ Abbas:Salutẽ. Expectaueram,vt fraternam nõ quidẽ ſenectutem,ſed ſenectuti p̄ponderãtẽ, diuturnam laboris fatigationẽ:fraternç iuuẽtutis robur exciperet & nõ arundineo,ſed eburneo baculo aſſiduis extenuatas vires ſudoribus ſuſtentaret. Sed aliter,aliter quã putaueram,ceſſit. nec requiem quã ſpauit in fratre: fraternus affectus inuenit. Circũeo,ſatago, ſollicitor,angor, hac, illacq; diſtractus:tũ de ꝓprijs,tũ de alienis negocijs:nõ ſine magnis animi motib⁹ curioſus Laborat ſenior,quieſcit iunior,& nec affectu, nec ætati deferẽs:vmbra laborantis,ab çſtu ſe abſcondit laboris. Sed deo gratias,reportat de laboribus proprijs nobilem laborans triũphũ: nec alteri inuidens gloriam.ſolus quã meruit, victoriæ obtinet palmam. Dormiẽti itaq; fratri,nec pro fratre,nec pro fratribus a ſõno diutino euigilare volenti,indico:tantã tanq; diuturnam fratrum guerram. meo,meo(inquã) ſtudio,mea cura,mea inquietudine,pręuia & adiutrice dei gratia conſopitam: Erachiumq; & Euſtachium Germanos,ſacramentis inuiolabilibus in perpetuum fœdus, amicitiamq; iuratos Hæc indicando & velut exprobrando mandaui: vt de pace fratrum meis ad præſens laboribus prouiſa, mecum gaudeatis. & deinceps de requie veſtro ſtudio nobis cõparata:nos vobiſcũ gaudere faciatis. Vt tñ ſerio aliquid loquar,ꝑ filium meum chariſſimum

uallenſis preſens erat: Carnotenſis Epiſcopus domos noſtras obſederat. Nicolaus meus, immo & veſter, Roma redibat: Comes Teobaldus pro negocijs ſuis inſtanter & conſtanter me perurgebat. & ecce literæ amici, manus amici ingrediuntur. Furor me ipſum omnib⁹, immo & mihi: & gaudẽtes oculi deſiderata pagina perfruuntur. Obſtupui fateor: & dulcedine literarum, & extirpatiõe negociorum: quæ vos ita ore aureo ſuppreſſiſtis. Vere redijt rex, ſiluit armorum ſtrepitus, aeris aſpirauit clemẽtia: ſed meſſes in horreis recondite non ſunt: quia eas meſſores non inuenerunt. Spes fuit in oculis, ſed ecce luctus in manibus: quia tempeſtas a domino immiſſa, faciem terræ noſtræ vindemiauit. Multa in dolijs non ſunt: quia vineę noſtræ vix adhuc matureſcere cœperunt. Frequẽs epiſcopatus noſtri neceſſitas, rei cura familiaris: prohibent ne exeam⁹. Sed ſi negocijs credimus: quando negocia finem habebunt? Eripiam me de corpore mortis huius, & ibo ad illum quem diligit anima mea: vt videam voluntatem domini, & viſitẽ templum eius. Quinta die ante feſtiuitatem ſancti Remigij, Domnum Hugonem trecis habere volumus. vt cum illo & pillum, quos videre deſideramus, iam tandem videre poſſimus.

❡ Explicit liber Quartus.

❡ Incipit liber Quintus.

❡ Epitoma Epiſtolę.

❡ Epiſtola prima, ad Gregorium monachũ. Primum quidem, ſup ſtudio literarum ſacrarum, eiuſdem Gregorij commendatoria. Deinde trium quęſtionum ab eo propoſitarum ſolutiua.

VENERABILI ET chariſſimo fratri Gregorio, Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas: conſiderare mirabilia de lege dei. Gaudeo, & vt dignum eſt, vehementer exulto: quod inter innumerabiles noſtri temporis miſeros: pene te ſolum beatum inuenio. Huius tuæ beatitudinis non ego nouus prædicator ſum, nec a me primum inuenta loquor: ſed vocẽ Chriſti domini tui in te qui membrum eius es, nõ incongrue transfundo: qua loquitur in Pſalmis. In capite libri ſcriptum eſt de me. Dicit caput, quod verum eſt de ſe. In capite libri ſcriptum eſt de me. Dico & ego, nec falli me credo: In capite libri ſcriptum eſt de te. Si enim beatus dicitur in capite Pſalmorum: cuius voluntas in lege domini, cuius meditatio in lege domini, die ac nocte eſt: cur ego te beatum nõ ęſtimem, non dicam, non prædicem: cuius voluntatem in lege domini, cuius meditationem in lege domini, cuius oculos in legendo legem domini, cuius os in ſonando legem domini, cuius non ſolum articulos: ſed & omnes artus in ſcribendo legem domini nocte ac die perſiſtere, immo deſudare video? Beati inquit alius Pſalmus, qui ſcrutantur teſtimonia eius: in toto corde exquirunt eum. Nonne igitur ſecundum has ſententias, non meas, ſed ſpiritus ſancti: nõ hominis, ſed dei iure te beatum prædico? Quocũq; enim me negocia trahunt, quaſcunq; domos adire, quęcunq; penetralia vel receſſus domorum penetrare cogunt: Gregorium cum ſermonibus, Gregoriũ cum Epiſtolis, Gregorium cum diuerſis tractatibus: cum infinita ſcedarum vel librorum congerie inuenio. Iſtis vndiq; ac ſemper latera tua ambiri, ſinus impleri, gremium grauari aſſidue conſpicio: & monachum longe melius Cluniaci: quam quemlibet Philoſophum in archademia philoſophantem ſtupeo. Cerno lãguidos, eneruęs & miſeros orbem terrarum impleuiſſe: non deo, ſed ſibi vacare, ſtudia negligere, talentum iuxta magnum Gregorium

Grego.

in terra abſcondere, & ſecundum alium quendam cum loquendo vel ſcribendo quam maxime prodeſſe poſſent: veluti pecora inutili vitam ſilentio tranſigere. Sed quid eſt quod dixi, loquendo, vel ſcribendo: cum vix etiam legendo ſeſe a diuina ſtudeant animare? At tu non ita: qui iuxta Hieronymum dicentem.

Hierony.

Ama ſtudium ſcripturarum, & carnis vicia non amabis: non ſolum a te hoc ſancto ſtudio carnis vicia excluſiſti, ſed inſuper gratiarum & virtutum ſpiritualium fruges de præmiſſo ſemine in multam meſſem conſurgere coegiſti. Vtinam certe, vtinam ſic mea mitigarentur negocia: vtinam ſic ſe offerrent ocia, vt tecum frequenter talia meditari, talia tractare, & meditata ac tractata: poſſem tibi verbo vel ſcripto quolibet communicare. Interim quod inſtat: agatur. Propoſuiſti tria capitula, treſq; de tribus ipſis quæſtionum nodos implicuiſti: meq; ad diſſoluendum ipſos, velut ſolutorem idoneum elegiſti. Quod quidem neq; in alijs ego ſum. Voluntati tamen tuæ, & charitati, qua tibi aſtringor: pro poſſe deeſſe, nec debeo, nec poſſum. ❡ Prima propoſitio tua eſt, qua te & tecum multos alios moueri aſſeris. vtrum beatæ Virgini matri: cui dictum

Prima q̃ſtio.

eſt. Aue gratia plena: atq; adiunctum. Spiri
tus ſanctus ſuperueniet ite. & virtus altiſſimi
obumbrabit tibi & in qua iuxta Hieronymũ.
tota diuinitatis vnda ſe contulit. vtrum certe
illi in aduentu ſpiritus ſancti die Pentecoſtes
facto ſup Apoſtolos: aliquid gratiarum auctũ
ſit. Sic enim proponis. Si aliquid gratiæ ſupra
quã prī⁹ habuerat, accepit: illud accepit, quod
non habuit. Q; ſi habuit: non accepit. Et ad-
dis. Nec tamen credimus: quod hęc ex aliquo
ſcripturæ diuinę fonte diriuetur opinio. Ac ſta
tim. Si enim totã Actuum Apoſtolorum hiſto
riam reuoluamus: nihil in ea vnde vel leuiſſi-
mam coniecturam, ne dicam huius rei argu-
mẽtum quis poſſit elicere: vt arbitror inuenie
mus. Nam cum ex auctoritate euangelica ple
ni tudo omnium gratiarum fuerit in Maria: in
cuius carnem tota ſe diuinitatis vnda contu-
lit: & ſingulari ac inſolita veneratione ab ange
lo ſalutata. gratia plena. ſpiritu in eam ſup om
nem creaturam ſupueniente: & virtute altiſſi-
mi obumbrata fuerit: mirum atq; ſtupendum
mihi videtur: quõ alia ſupueniente gratia indi
guerit: quæ dei filium in vtero virginali de ſpi
ritu ſancto concepit. Confirmandi ſane & cor
roborandi ſpiritu ſancto aduenĩete, adhuc in-
firmi erant Apoſtoli. adhuc carnales & diui-
norum ſacramentorum, quæ per orbem terra
rum fidelium mentibus infundere debebant,
min⁹ capaces. Et quia in omnẽ terram exitu-
rus erat ſonus eorum, & i fines orbis terrę ver
ba eorum: congruum erat vt omnium lingua-
rum genera cognoſcerent. Ne in nationes gẽ-
tium miſſi: linguarum varietatem aliquaten⁹
ignorarent. Nunquid dicendum eſt Mariam
cum Ioſeph & puero, angelo in ſomnis appa-
rente, in Aegyptum pfectam, ante hunc ſolẽ-
nem ſpiritus ſancti aduentum: Aegyptiorum
linguam ignoraſſe? Hæc certe verba tua ſunt:
q̃ ex epiſtola mihi a te miſſa excerpſi. Hęc ver
ba & ex parte videtur quærere. vtrũ aliquid
(vt iam dictum eſt) plus gratiæ ſancta illa vir-
go & mater domini in illo Pentecoſtes die ac-
ceperit. & ex parte velle aſtruere: qđ nihil plus
Solutio prię q̃ſtionis p̃miſſa diſtinctione de duplici gratia. quã ante habebat, acceperit. ¶ Quod vt abſq;
præiudicio ſanioris forte ſentẽtiæ loquar, vtrũ
ita, an aliter ſit, clarius videbitur: ſi gratię a gra
tiis ſecernantur, ſi maiora a minoribus ſpirit⁹
ſancti chariſmata diſtinguantur. Maiora vero
ſpiritus ſancti chariſmata dico: quæ ad perficiu-
endam iuſtitiam hominis ptinent. vt ea de qui-
j. Co. xiij. bus Apoſtolus ſcribit. Nunc autem manent,
fides, ſpes, charitas: tria hæc. Maiora autem
j. Timo. j. his eſt charitas. De qua ipſe alibi apertius. Cha
ritas (inquit) de corde puro, & cõſcientia bona,
& fide non ficta. Hec eſt illa charitas, non tñ
faciens: ſed omnino perficiens iuſtitiã. ad quã
cæteræ virtutes iuſtitiæ cooperatrices, velut
ad matrem filię reſpiciunt: de cuius radice ex-
oriuntur, de cuius ſtipite velut fructuoſiſſimæ
arboris: ramorum infinitas ſpecioſa depẽdet.
Ibi caſtitas, ibi humilitas, ibi veritas, ibi ſince-
ritas, ibi obedientia: ibi omnis iuſtitia. Lege
Apoſtolum, & inuenies cętera ſingillatim ex-
poſita Lege Euangelium: & audies Chriſtũ. Mat. xxij
In hac vniuerſa lex pendet, & pphetæ. Hoc ẽ
chariſma, maius omnibus chariſmatib⁹: hæc
eſt gratia, maior vt ſic dicam omnib⁹ gratiis.
Hæc eſt inquam illa maxima & ſuperexcel-
lens gratia: de qua Gabriel beatæ virgini ait.
Aue gratia plena. Hac gratia hãc ſingularem
virginem a tempore prolatæ angelicæ ſaluta-
tionis ſic plenã vel repletam eſſe intelligo: vt
ei aliquam creaturarum, ſiue terreſtrium, ſiue
cœleſtium præferre nephas ſit: conferre inſu-
per abſurdiſſimum ſit. Hac virtutum vniuer-
ſarum gratia, cunctis creaturis excellentius il-
lud omnipotentis creatoris: nõ tñ ſpirituale,
ſed etiam corporale hoſpitium impleri & or-
nari decebat: vt ſapientia dei, quę ſe delectari Prouerb, viij.
p ſingulos dies, quæ ſe ludere in orbem terra-
rum, quæ delitias ſuas eſſe cum filiis hominũ
per ſapientem fatetur: quæ nec delectari, nec
ludere, nec delitiari, niſi in ſacris virtutibus, &
ſanctis affectibus poteſt: in hac ſancta & ſuper-
cœleſti virgine matre ſua, præ cunctis homi-
nibus vel angelis virtutum gratia plena: ma-
gis delectaretur, luderet: delitiaretur. Præ cun
ctis plane creaturis, & in terris virtutum gratia
exornari, & i cœlis ſublimi gloria illam decuit
clarificari: quæ ſola inter omnes creaturas, ma
tris dei nomine meruit decorari. Nam cum
multi dicantur martyres dei, cum multi dicã-
tur Apoſtoli dei, cum multi dicantur Prophe-
tæ dei, cum multi dicantur angeli dei, cũ mul
ti dicantur diuerſorum ordinum ſancti Dei:
ipſa ſola dicitur mater dei. Vnde iuſtum erat:
vt iuxta quod Apoſtolus ad Hebræos loqui-
tur. Sicut Moyſes fidelis famulus in domo, ſi- Heb. iij.
cut Chriſtus vnicus fili⁹ dominans in domo,
ſic ipſa eius mater virtutibus & gloria toti fa-
miliæ poſt ipſum in eadem principaretur do-
mo. Sicut igitur eſt in ipſa ſingulare, ac ſuper
omnia poſt deum, nomen matris Dei: ita eſt
ſingularis, & ſuper omnia poſt deum in ter-
ris, & in cœlis grã & gloria eiuſdẽ matris Dei.
Vñ quantum ad illã gratiã ptinet, qua p ſpiri-
tũ ſanctum & virtutem altiſſimi: vt pote con-

ceptricem, genitricem, ac nutricem omnipotentis filij dei: eam decuit purgari, ſanctificari, glorificari: die Pentecoſtes nihil ei additũ credo: immo abſq; omni heſitatione confirmo. Quis enim ſani capitis hoc vnq̃ vel ſuſpicari potuit: vt quantum ad aliquam partem iuſtitiæ ſpectat, poſt filij dei in ipſa conceptionem, & de ipſa Natiuitatem: aliqua gratiæ portio ei addita fuerit: cum ipſam ante iſta angelus gratia plenam dixerit? Nõne hoc abſurdum, immo nepharium eſſe, quilibet etiam valde brutus aduertit: vt concipiens vel pariens deum imperfecta fuerit, poſt conceptionem vero vel partum diutinum: ad perfectionem ante non habitam peruenerit? Quis hoc non tm̃ abijciat: ſed nõ etiam exhorreat? Nihil enim ei vſq; ad vltimum vitæ mortalis terminum, gratię perfectricis acceſſit: quod deum concipiens & pariens non habuit: quia ex quo gratia plena dicta eſt ſemper eadem gratia plena permanſiſſe: abſq; augmento aliquo credenda eſt. Q̃ ſi nullo tempore vitæ ſuæ, poſt ſæpe dictã Cõceptionem vel Natiuitatem, ei aliquid præfatę gratiæ additum eſt: nec die Pentecoſtes ipſi in talibus aliquid adiunctum eſt. Quia enim quod plenum eſt, nulla ex parte vacuum intelligitur: nihil ei addi potuiſſe cognoſcitur: quæ plena gratia prędicatur. Quid enim virtutum ſpiritualium ad iuſtificandam vel ſanctificandam animam pertinentium, die illo Pentecoſtes acciperet: quæ iter cætera hoc in plenitudine euangelizatæ gratiæ accepit: quod nullus Apoſtolorum vel die iam dicto, vel aliquo vitæ ſuæ tempore accipere meruit? Nam licet magna & immenſa dona Apoſtoli ea maxime die a datore gratiarum ſpiritu dei acceperint: nullus tamẽ illorum hoc donum meruit: vt in carne mortali vſq; ad carnis mortẽ abſq; peccato omnino eſſe potuerit. Hinc verba illa Apoſtoli Iacobi ꝓfuſa ſunt. In multis offendimus om̃es. Hinc & illa Ioannis. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus: & veritas in nobis non eſt. Hinc & illa magni Apl̃i. Nihil mihi conſcius ſum: ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum. Q̃d ergo nec die Pẽtecoſtes Apoſtoli accipere meruerunt: hoc multo ante Pentecoſten tempore, de qua agiꝰ mater Virgo, accepit. Vnde Auguſtinus cõtra cœleſtium pelagianum, in libro de perfectione iuſtitiæ hominis. Cum de peccatis (inquit) agiꝰ: nullã prorſus de matre domini volo haberĩ q̃ſtionẽ. Vnde enim ſcimus. quid ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum. quæ concipere ac parere meruit:

Hic ſẽtire videꝰ cũ catholicꝭ: virginẽ, nec etiã originale habuiſſe.

Iaco.iij.

j.Ioan.j.

j.Cor.iiij.

Nota Auguſtinum

quem cõſtat nullum habuiſſe peccatum? Hac ergo ſancta virgine excepta: ſi omnes ſanctos & ſanctas dum hic viuerent, congregare poſſemus: & interrogare vtrum eſſẽt ſine peccato: ſine dubio reſpondiſſent, quod de ſe Ioannes etiam Apoſtolus ait. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos metipſos ſeducimus: & veritas in nobis non eſt. Hucuſq; Auguſti. Nullo autem pacto eſſe potuit vel debuit, ipſa ratione hoc ipſum vociferante: vt ſpiritus ſancti ſacrarium, filij dei reclinatorium, totiꝰ deitatis ſolium, qualibet vel parua peccati nubecula poſtmodum ſubintrauerit: & cor illud conceptæ deitatis luce præfulgens, aliquis vel modicus tenebroſæ cogitationis fugax ſaltem volatus fuſcauerit. Ergo ſecundum ea quæ præmiſſa ſunt, beatæ matri Virgini, nec die Pentecoſtes, nec aliquo poſt Cõceptionem filij dei die, quãtum ad maiora & ſupra dicta gratiarum dona pertinet: nihil additum eſt. Sed ſicut ei nihil additũ in maioribus confirmo: ita ei aliquid in minoribus forte adauctum non nego. Quæ ſint vero illa minora & ſępe fatus Apoſtolus docet. Alij (ait) datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij gratia curationum, alij ꝓphetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum: & ſimilia. Dicuntur vero minora reſpectu maiorum ſupraſcriptorum: quia maiora illa ſine minoribus iſtis ſaluare poſſunt. Nam ſine ſermone ſapientiæ vel ſcientiæ, nõ dico ſine ſapientia & ſcientia: ſine gratia curationum, ſine prophetia, ſine diſcretione ſpirituum, ſine generibus linguarum, ſine interp̄tatione ſermonum ſaluari poſſum: ſine charitate & ei cohęrentibus ſacris virtutibus nõ poſſum. Maiora ergo ſunt ſine quibus ſalus non eſt: minora dicunꝰ, ſine quibꝰ ſalus integra eẽ poteſt. Vnde quãtum ad illa maiora nihil (vt iam dixi) die Pentecoſtes adauctum eſt beatę Virgini. quantum vero ad iſta minora, Apoſtolis quidem omnia data ſunt: ſed neſcio vtrũ & beatæ Virgini. Decebat enim, vt illis, quorum ſonus exiturus erat in orbẽ, ſicut & ipſe ſcripſiſti, terrarum. & quorum verba peruentura erãt in fines orbis terrarum: daretur ſermo ſapientiæ, daretur ſermo ſcientiæ, daretur gratia curationum, darẽtur genera linguarum, & ſi qua alia tantę p̄dicationis officio neceſſaria eſſe iudicauit donoꝝ eorũdẽ diſtributor: ſpũs ſanctus. Adiecta ẽ eis ab eodẽ ſpũ dei animoſitas cordiũ: ſine qua nichil ꝓfuiſſent vniuerſarum genera linguarũ. Quid enim prodeſſet pentia loquendi: ſi non adeſſet virtus audendi

Gratiæ gratis datæ.

j.Co.xij.

di? Quid plane ꝓdeſſet multiplex ſcientia ver
borum: niſi pelleretur timiditas animorum? Vt
igitur fortes & inuincibiles animo eſſent: in-
duti ſunt ſicut Chriſtus eis promiſerat, virtute
ex alto: ne muti coram Barbaris gentibus ap-
parerent, & ad quod mittebantur ꝑdicare ſuf-
ficerent: impleta ſunt ora eorum, omniũ quæ
ſub cœlo ſunt gẽtium verbo. De matre autem
domini quid dicetur? Quid dicetur, & de alijs ſan-
ctis mulieribus: quas fuiſſe cum Apoſtolis tp̃e
illius magni aduentus ſp̃us ſancti, quis nega-
re poteſt? Quis negare inquam, poteſt eas tp̃e
illo fuiſſe cum Apoſtolis. cum dicat ſcriptura.
Actu. j. Q̇d regreſſi poſt Aſcẽſionẽ domini Apoſtoli a
monte Oliueti Hieroſolymã venerunt: & aſcẽ
derunt vbi manebant. Petrus & Ioannes & re
liqui: ac ſtatim ſubdat. Hi omnes erant ꝑſeue-
rantes vnanimiter in oratione cũ mulieribus,
& Maria matre Ieſu, & fratribus eius? Neq; enĩ
dici poteſt, q̃d hęc vnanimitas orationis diſci-
pulorũ & mulierũ ſãctarũ diſſoluta fuerit: vſq;
ad diem illum, quo etiam ꝑ ſigna viſibilia ſup
Apoſtolos & alios credentes, ſp̃us diuin⁹ deſcẽ
dit. Q̃ꝫ ſi vnanimitas illa & ꝑſeuerãtia oratio-
nis, ac loci, vſq; ad diem illum ꝓtracta ẽ: vtiq;
mater domini & mulieres illę Saluatoris diſci
pulę, cum Apoſtolis & alijs credẽtibus ꝑman-
ſerunt: nec ab ipſis vſq; ad ſacram illam diem
donis cœleſtib⁹ inſignẽ receſſerunt. Ibi plane
erat iam dicta ſãcta mater domini: ibi Maria
Magdalene, Iacobi, & Salome. & cæteræ quæ
(vt Euangelium loquitur) eum ſecutę fuerant a
Galilęa: miniſtrãtes ei. Quid igitur? Accepit ſan
cta illa virgo & mater dñi, acceperunt & aliæ
beatæ mulieres q̃ aderãt: eam quã Ap̃li gratiã
vel munera ſpiritus ſancti? Acceperunt maio-
rem ſanctificationem? Acceperunt maiorem
quam habuerant cordis conſtantiam? Accepe
runt eandem quam Apoſtoli linguarum gra-
tiam? Et de beata quidem Virgine ſupra di-
ctum eſt, & omnino certum eſt: quod ei nihil
ad puritatis, nihil ad ſanctificatiõis, nihil prorſu-
s ad omnium virtutum ſpiritualium perfe-
ctionem acceſſerit. Nihil enim ei augmẽti ad
iuſtitiæ vel ſanctitatis plenitudinem, ꝑ illum
ſpiritus ſancti aduentum accedere potuit: quã
ante cõceptum, & in conceptu filij dei: omniũ
virtutum ſanctificatione & perfectione, idem
ſpiritus adimpleuit. Sed nec de alijs bonis mu
lieribus dubium eſt: q̃d eis multa de ſimili vir-
tutum gratia, ante illum ſpiritus ſancti aduen
tum deerant: quarum imperfectionem idem
ſpiritus qui ſpirat vbi vult, & prout vult: ſecun-
dum menſuras ſibi tñ notæ donationis ſuæ
perfecit. Cum enim Apoſtolis ſp̃is ante diem
illum plurima de ꝑfectione defuerint: nõ mi-
rum ſi mulieribus illis multa ꝑficienda reſta-
bant. Acceperunt ergo illę gratiam quam pri⁹
nõ habuerant, & ſicut in eodem loco cũ Chri-
ſti diſcipulis facto de cœlo repente ſono inuen
tę ſunt: ſic nec ab eadem collata Apoſtolis gra
tia, quantum ad ſpeciales animi virtutes perti
net: excluſæ ſũt. Sed quid de miraculis? Quid
de linguis diuerſis? Et iſta cum Apoſtolis bea-
ta virgo ac mulieres iam dictæ acceperunt? Et
aliorum quidem miraculorum potentiam di-
ſcipuli Chriſti, & ante ipſius paſſionem ſuſce-
perunt: pręcipiente ipſo. infirmos curate, mor Mat. x.
tuos ſuſcitate, leproſos mũdate, dæmones eij-
cite. & poſt reſurrectionem inſup: quando tam
de ipſis, q̃ de credituris dictum eſt. Signa au Mar. vlti.
tem eos qui crediderint: hæc ſequentur. & reli-
qua. Omnium vero linguarum gratiam non
alio die, vel alio loco acceperunt: ſed die Pente
coſtes, quando ſimul Apoſtoli & mater domi-
ni: ac ſępe dictę mulieres in cenaculo vnanimi
ter in oratione perſeuerabant. Apoſtoli ergo &
alij diſcipuli qui adfuerunt: gratiam illam lin-
guarum ea die acceperunt. Accepit igitur eam
beata virgo? Acceperunt & ſanctæ mulieres?
Sed certa ẽ cauſa: qua diſcipulis hęc gr̃a data ẽ.
Prædicaturi enim erant (vt ſupra dictum eſt)
orbi vniuerſo Euangelium. Sed nunquid ad ꝑ
dicandum idem Euangelium, beata virgo vel
reliquæ ſanctę fœminę miſſę erant: vel mittẽ-
dę in orbem vniuerſum? Nõ vtiq;. Mater enĩ
dñi nõ ad ꝑdicandũ verbũ dei, ſed ad gñandũ
verbũ dei electa fuerat: nec ad aliquẽ gẽtẽ hac
de cauſa mittẽda erat. Sed nec mulieres reliq;
ad ſimile officiũ alicubi leguntur deſtinatæ. Nõ
ſexũ fœmineũ hoc decebat q̃d virilẽ, vt ad ꝑdi
candũ ꝑ diuerſa mitteretur: cũ mulieres magis
debeant parare aures ad audiẽdũ, quã aperire
os ad ꝑdicãdũ. maxime cũ Ap̃s dicat. Mulie- j. Timo. ij.
ri loqui in Eccleſia nõ ꝑmitto. Et rurſus de eiſ- j. Co. xiiij.
dẽ mulierib⁹. Si q̃d diſcere voluerint: domi vi-
ros ſuos interrogẽt. Sed dicet aliq̃s. Nõne q̃dã
ſanctarũ mulierum Hymnos, vel Cantica di-
uina ſcripſerunt? Sed aliud ẽ cantare: aliud ꝑ-
dicare. Aliud pſallere: aliud euangelizare. Nã
ſicut virum ſana doctrina: ſic mulierem de-
cent religioſa cantica. Inde eſt quod Maria ſo- Exo. xv.
ror Aaron ſubmerſo Pharaone: Delbora occi- Iudicũ. v.
ſo Siſara: Anna nato Samuele. Hæc ipſa vir- j. Reg. ij.
go & mater domini cõcepto Saluatore exultaſ
ſe & cantaſſe, leguntur. Nulla tamẽ harum vel
aliarum mulierum: in aliquo textu diuino ad
prædicandum miſſa, narratur. Sola Maria

Magdalenę legitur non quidem prædicaſſe,
ſed nunciaſſe diſcipulis: quia vidi dñm & hęc
Ioan.xx. dixit mihi. Mater ergo dñi & reliquę ei adhę-
rentes ſanctę mulieres quę ad nullam mitte-
bãtur gentiũ: quid neceſſe habuerũt die Pente
coſtes accipere a ſpiritu ſancto linguas oim gẽ
tium? Nã quod in Epiſtola tua legi, qñ in ęgy-
ptum cum filio fugit: non ignoraſſe eã linguã
ęgyptioꝝ, ſi ꝓbatur ex ſcripturis: tenẽdum eſt:
ſi non ꝓbatur: non multum inſtandum eſt.
Quę eñ neceſſitas fuit ſcire eam ęgyptiorum
linguam, cũ nec Iudęi iam per totum orbem
Maria an diſperſi quoꝝ linguę erat, ægypto defuerint:
acceperit nec interpretes deeſſe potuerint? Vt ergo bre-
dona lin- uiter quod ſentio exprimã: accepiſſe eam die
guarũ in Pẽtecoſtes gratiã illã liguaꝝ oim: nec affirmo
Penteco- nec nego. Non affirmo, quia nullam neceſſa-
ſte dubi- riam vel probabilem cauſam qua gratiã illam
tat au- accipere debuerit: inuenio. Nõ nego, quia for-
thor. taſſe alius inuenire poterit: ad quod ego non-
dum ſufficio. Hoc tñ conſtanter aſtruo, quod
tñ ſupra iam dixi, beatę virgini poſt cõceptũ
dei filium, nihil de illis excellẽtibus ſancti ſpi-
ritus donis: aliquo tempore dum mortalis vi-
xit, adauctum. De inferioribus vero nihil ſu-
perfluũ aut indecens additũ, ſed ſi quid om-
nipotentis filij dei matrem de taliũ numero
habere decuit: abſq; dubitatione adiunctum.
Siue tamen ei de hmõi chariſmatib⁹ quę die
Pẽtecoſtes data ſunt Apoſtolis, totum aut ali-
quid datum ſit: & maiorib⁹ quę prędicta ſunt
adiunctũ, ſiue nõ: nõ idcirco inferior iudicabi-
tur Apoſtolis: nec aliquis ipſoꝝ ꝓpter huiuſce
modi dona vel quęlibet alia, maior ipſa aut
par ei eſſe cenſebitur. Nam neq; Heliſęus He-
lię præfertur: quia duplex in eo nõ virtutum
ſpiritualiũ, ſed miraculoꝝ extrinſecus apparẽ-
tium ſpiritus apparuit: nec vt æſtimo Iudas
proditor aut Petro Apoſtolo ſe conferet, quia
Ioan.x. par eim miraculis viſus eſt: aut Ioãni Baptiſtę
ſe iſtoꝝ ſignoꝝ faſtu ꝑferet. de quo in Euan-
gelio legit̃. qa Ioãnes Baptiſta ſignũ fecit nul-
lum. Hęc mihi de ꝓpoſita prima quęſtione,
abſq; melioris ſententię (vt ſupra dixi) præiu-
Quęſtio dicio: ad præſens videntur. ¶ Secũdę ꝓpoſi-
ſecunda. tionis tuę hec ſumma eſt: qua ratione poſt cõ-
ceptum dei filium & naturę humanę in aluo
virginali ꝑſonaliter vnitum: glorioſa illa Ma-
ria aliquid in creaturis ignorauerit, & illam in
qua omnes theſauri ſapientię & ſcientię etiã
corporaliter erant abſconditi, aliquid in creatu
Gregori⁹ ris latuerit: cum ſcriptum ſit de quodam ſan-
de bene cto. Animę videnti creatorem, anguſta eſt ois
dicto. creatura. Et poſt pauca ſubiungit. Ex gr̃a itaq;
ſuperaddita & meriti prærogatiua, quę virgo
ſimul & mater dei meruit exiſtere: etiã in car-
ne poſita, videtur ſua ſapientia angeloꝝ ſciẽ-
tiam tranſcendiſſe: ſicut etiam ſuper omnem
angelicam naturam credimus eam exaltatã
eſſe. Si vero ſcđm diuinitatis cognitionẽ alius
alio fit beatior, alius alio ſapientior, hec virgo
etiam in carne omnibus angeloꝝ ordinibus
longe mihi ſapientior videtur extitiſſe: cui da
tum eſt, non ſolum in carne præter carnem vi
xiſſe: ſed ipſum etiam dei verbũ carnẽ factũ
genuiſſe. Hæc quidem ſcripſiſti, ſed vt de eru
ditione tua cõfido: non tam tua q̃ aliena ꝓtu-
liſti. Quis enĩ (vt compendio vtar) ſaltem me-
diocriter eruditoꝝ ignorat: qđ glorioſa illa (vt
ſcribis & vt verum eſt) Maria, poſt cõceptum
dei filium: nõ dico tñ aliquid vel aliqua, ſed
etiam multa in creaturis ignorauerit? An nõ
ignorauit multa in creaturis, quæ multa etiã
ignorauit in rebus domeſticis? An non igno-
rauit multa in alijs: cui neceſſarium fuit vt Io-
ſeph ſponſus ab angelo admoneretur & dice-
retur ei Surge, & accipe puerum & fuge in ęgy Matth.ij.
ptum: & eſto ibi vſq; dum dicam tibi? An non
potuit multa ignorare in creaturis: cui iterum
neceſſe fuit, vt rurſum angelus Ioſeph in ægy Matth.ij.
pto appareret, & diceret ei. Surge & accipe pue
rum & matrem eius: & vade in terram Iſrael:
defuncti ſunt enĩ qui quęrebant animam pue-
ri? Nam ſi ipſa hoc & illud prius nouerat: &
Herodem ſcilicet quærere puerum ad perden
dum eum, & rurſus poſt fugam ſuam in ægy-
ptum, ipſum preſcierat ante defunctum: ſup-
flue & tunc hortatus eſt Ioſeph angelus ad fu-
gam: & poſt ſuperfluo cõmonuit ad reditum.
Cur enĩ angelus ſollicitaretur, aut aliquẽ ſolli-
citaret pro ſaluando puero: cuius mater om-
nia noſſet, cui⁹ perſecutores omnes cognoſce-
ret, quoꝝ voluntates, cõſilia, fraudes, ſubtili
ſpũs ſciẽtia dinoſceret: quoꝝ vita, quoꝝ obit⁹ i-
pſam nullaten⁹ latere poſſet? Dubia ſint iſta:
his tñ quib⁹ dubitare more quorundã Philo-
ſophoꝝ de omnibus conceditur. Succedat tñ
exẽplum, poſt quod nec ipſis qui omnia ſub
vtrũ ponunt: hæſitare liceat. Remanſit inquit Luce.ij.
Euangelium, puer Ieſus in Hieruſalem: & nõ
cognouerunt parẽtes eius. Eſtimantes autem
eum eſſe in comitatu, venerunt iter diei: & re-
quirebant eum inter cognatos & notos. Et nõ
inuenientes, regreſſi ſunt in Hieruſalem: re-
quirentes eum. Quomodo certe, quomodo
opinari potuit bonus animus nihil in creatu-
ris beatam virginem latere: cum eam latuerit
filium Hieroſolymis remanſiſſe, cum ęſtima

uerit eum in comitatu eſſe,cū eo inter cognatos:& notos non inuēto,Hieruſalem redierit: & vix poſt biduum requirendo inuenerit?Sed audiatur ipſa virgo:& magis ipſi de ſeipſa q̄ cuilibet incircunſpectę opinioni credatur. Fili ſait,quid feciſti nobis ſic?ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Et vtiq; eum dolens per diuerſa nō quęſiſſet:ſi vbi eſſet ſubtili ſpiritus indagine cognouiſſet. Quę ergo vbi tātus eſſet fili⁹ ignorabat:quomodo omnia quę in creaturis fieri poterāt cognoſcebat?Sed mirum eſt,vt pponis,quomodo illam in creaturis aliquid latuerit:in qua erant omnes theſauri ſapiētię & ſcientię etiam corporaliter abſcōditi. Sed hęc ſentētia quā ex parte neſcio quorum proponis,ſicut noſti apoſtolica eſt:& non de illa beata & ſemp nominanda virgine:ſed de eius filio dicta eſt. In illo eñ hoc eſt dei & ipſius filio,vere ſunt omnes theſauri ſapiētiæ & ſcientię abſconditi:vnde nec aliquid eū ſicum deum in creaturis latere,nec quicq̄ eorū que in cœlis,quæ in terris,quæ inſuper apud inferos agūtur ignorare:poſſibile eſt. Qui eñ ſolus creator eſt omnium:ſolus eſt rector & cognitor vniuerſorū. Eapropter licet in vtero huius virginis ille in quo omnes hi theſauri latebant,etiam(vt dicis)corporaliter latuerit:non tñ ex theſauris illis ſapientiæ & ſciētiæ in ipſo abſconditis,omnium rerum ſciētiam quādiu hic mortaliter vixit:ſancta hec virgo ſuſcepit. Hoc eñ ſolius dei eſt:nec alicui mortalium in hac vita conceſſum eſt. Quod vero ſolius dei eſt,participē habere non poteſt. Vnde & ipſe per Prophetam loquitur. Gloriam meam alteri non dabo. Et cui per quēdam ſapientem dicitur. Tu ſolus noſti corda filiorum hominū. Si quis tñ hanc Apoſtoli de Chriſto ſententiā, gloriæ beatæ virginis voluerit adaptare:ſic ſaltē hoc faciat,ſic erga ſanctā virginē officioſus & deuot⁹ appareat:vt regulā fidei nō excedat. Attēdat & videat:q̄ caute Hieronym⁹ in talibus de Chriſto ad ipſam trāſlatis,incedat. Ait eñ in quadā re ſimili. In Mariā vero,totius gratiæ quę in Chriſto eſt,plenitudo venit. Statimq; adiungit,Q̄ q̄ aliter. Tot⁹ eñ grę quæ in Chriſto eſt,plenitudo in Mariam venit:q̄m Chriſt⁹ plenus gratię & veritatis in Maria conceptus,de Maria ad hoies pceſſit. Tñ aliter, quia nō ipſa plenitudinē illam gratię quæ in Chriſto eſt,quantum ad perſonam propriam ſpectat:ſuſcepit. Aliud eſt eñ in perſona ppria habuiſſe illā plenitudinē gratiæ:aliud pſonā illā genuiſſe,in qua erat illa plenitudo gratiæ. Sic forte,imo ſic plane(vt mihi videtur)dici poteſt:abſcōditos in Maria theſauros ſapiētię & ſciētię,nō quia in ea pſonaliter,hoc eſt quātū ad ppriam eius pſonā pertinet,theſauri illi abſconditi fuerint:ſed quia ſacra illa ipſi⁹ viſcera Chriſtū dñm in quo vere pſonaliter erāt abſcōditi,portauerint. Iam ſequēs illa ſentētia quæ quaſi ad roborādā opinionē falſam ppoſita eſt,qd valeat:prudētia tua aduertat. Nā facile eſt videre:nō tm̄ tibi qui longe difficiliora citiſſime puides,ſed cuilibet etiā leuiter attendēti:qd hec ſentētia iā dictę opinioni in nihilo ſuffragetur. Primo quia nō ex canone tali eſt:cui oimodā fidē prębere cogamur. Licet eñ a ſctō Gregorio hec in dialogo plata ſententia ſit:nō tñ eā debem⁹ fidē quibuſlibet ſcriptis doctorū:quā nos debere nouim⁹ ſūmo ſanctarū canoni ſcripturarū. Nec tm̄ deferre cōpellimur poſt veterū ac noui teſtamēti paginas alicuius quātūlibet docti & catholici ſcripto:quātū eidē canoni diuino. Vnde Hieronymo Auguſtinus. Abſit inquit,a ſanctitate & ſapiētia tua:vt eā ſcriptis tuis velis auctoritatē dari: quę ſoli dignitati ſanctarū ſcripturarū ſeruat. Cuiuſlibet eñ ſcripturā licet examinare: de ſcriptis aūt illis nulli prſus permittitur dubitare. Hoc in epiſtola Auguſtini,& ſi nō per eadē verba:eandē prorſus cōtinens ſententiā inuenies. Præter hoc etiā ſi de illo diuino canone ſumpta eſſet:nec ſic quidē ad pbāda pmiſſa valeret. Quod cuilibet paulo diligēti⁹ aduertēti:ſtatim patebit. Nā quia ait ſanct⁹ ille, Vidēti creatorē anguſta eſt ois creatura:nō inde ſequit q̄ nihil eum latere potuerit in creatura. Subiecit eñ hāc ſentētiā verbis illis ſuis,quib⁹ a ſancto patre Bñdicto totū mūdū velut ſub vno Solis radio collectū viſum eē:iā dixerat. Potuit vero & ille ſanct⁹,& totū mūdū ſimul collectū videre:& potuerūt eū multa q̄ in mundo fiebāt latere. Nulla eñ neceſſitas vrget fateri,vt quia totū mundū collectū vidit:ſimul etiā q̄ in mūdo fiebāt cognouerit. Ipſe quippe etiā cōmunis intuitus noſter hoc habet:vt de turri vel mōte,vel aliquo ſublimi loco multa ſimul terrarū ſpatia videam⁹:cū vix pauca aliqua eorū q̄ in ſpatiis illis agūtur,diſcernere valeamus. Et licet lōge valētior noſtro fuerit ſancti illi⁹ a deo dilatat⁹ intuit⁹,intm̄ vt ſicut dictū eſt,totū ſimul mūdū aſpicere potuerit:vbi tñ legit eū totū mūdū collectū vidiſſe,nō legit oia quoq; eū quę i creaturis tūc tpis agebātur: aliquaten⁹ agnouiſſe. Eapropter nulla eſt,vel a ſimili vel a minori ſimilitudo,ppoſita:vt qa ille totū mūdū ſimul collectū vidiſſe ſcribitur, idcirco ſancta virgo mater dñi cūcta q̄ in crea

Col.ij. Eſa.xlij. ij. Para.vj Ad auctoritatē gregorij prima ſolutio. Secunda ſolutio.

turis dum in corpe vixit fiebāt:agnouiſſe credatur. Eſt adhuc & de hac ſentētia,quę forte ſe diſcutiendā obtulit:qd dicatur. Nā qd ait

Tertia ſolutio ſiue rñſio.

ille, Vidēti creatorē āguſta eſt ois creatura:verū eſt,ſed in futura vita. Qꝛ eñ creator hic a mortali videri vt eſt,non poſſit:teſtaṫ illa orbi terrarū nota ſentētia. Nō videbit me homo,

Exodi. xxxiij.

& viuet. Nec tñ idcirco falſam hāc ſentētiā dico,vel ſanctū illū eo tpis ſpatio quo aſſuetā hominū viſionē exceſſit:creatorē vidiſſe put datum eſt,nego. Neui nāq; & alios fuiſſe vel eſſe modos vel modū vidēdi deū:quo & Iacob eū

Geneſis. xxxij.

ſe vidiſſe fateṫ,cū dicit. Vidi dñm facie ad faciem. quo & de Moyſe legiṫ. Loquebatur dñs

Exodi. xxxiij.

Moyſi facie ad faciem,ſicut ſolet loqui homo ad amicū ſuū. quo & .lxx. ſenioribꝰ Iſrael ap-

Exodi. xxiiij.

paruit. vt ſcriptū eſt. Et viderūt deū,& comederūt & biberūt. quo & Eſaias. Vidi dñm ſedē-

Eſaię. vj.

tem ſup ſoliū excelſum,& eleuatū. quo & Mi-

iij. Regū. xxij.

cheas. Vidi dñm ſedentē,& oēm militiā coeli aſſiſtentē ei a dextris & ſiniſtris:& multa ſimi-

j. Cor. xiij

lia. Hinc ſunt & illa verba Apli. Videmꝰ nunc per ſpeculū in ęnigmate:tunc aūt facie ad fa-

j. Ioan. iij

ciē. Hinc & illa Ioānis. Nondū apparuit quid erimus:ſed cū apparuerit,videbimus eū ſicuti eſt. Cū ergo oēs iſti deū nō illo futurę vitę modo,ſed vnicuiq; cōgruēti modo deū viderint:ſub nullius tñ hoꝝ cōſpectu,ois creatura coarctata legiṫ. Potuit tñ hoc in iſto deū vidēte fieri:qd in alijs deum videntibus factū nō eſt Sed quolibet mō vel fāctū illi,vel ſanctꝰ iſte deū viderit,eo res deduciṫ:quo nec illi nec iſte i viſionibus illis ſuis totū qd in creaturis gerebaṫ,viſionū ſuarū tpe cognouerint. Qd ſi vt iam dictū eſt,in viſionibꝰ ſuis multa eos in creaturis latuerūt:nō valet qd allatū fuerat ad pbandū,ſanctā dñi matrē nihil in creaturis latuiſſe:nihil eoꝝ quę in creaturis ſuo tpe gerebantur,

Nō eſt neceſſe dicere beatā virginem habuiſſe oēs grās gratis datas alioꝝ.

ignorare potuiſſe. Qd ſi cuilibet ſanctoꝝ,qd tñ nuſq̄ legiṫ,datū in pręſenti ad horā fuiſſet:nō inde cogeremur credere,quia & hoc beatę virgini datū eſſet. Eſſet eñ hoc quoddā miraculi genus:nō ad ſumma & maiora pertinens ſancti ſpūs dona:quę ſicut ſupra pmiſſum eſt,plus omni creatura beata virgo habuit:ſed ad illa media,inter quę & miracula numerantur:quę beatā virginē in carne mortali poſitā accepiſſe,nemo i toto canone diuino legiſſe vt puto ſe recolit. Nec idcirco tñ minor facientibus miracula ab aliquo ſanū ſapiēte ęſtimari poterit:quę qd ſummū & maius eſt accipiēs:talibus,licet ſpiritus ſancti donis non eguit. Qd ſi quilibet pertinacius inſtans:eam ſine miraculis aut minorem miraculorum factoribus

Miracula nō faciūt hominē maiorē alijs.

eſſe,aut videri dixerit:dicat & Chriſtum eo chriſtiano vel eſſe vel videri minorē:qui maiora q̄ Chriſtus miracula opatus fuerit. De quo ipſe in Euāgelio. Qui credit inquit in me opa quę ego facio & ipſe faciet:& maiora horū faciet. Maiora vero Chriſto miracula feciſſe mltos ſępe chriſtianos legimus. Quos maiores

Ioā. xiiij.

eo eſſe diſputandū nō eſt:quia longe longius eo inferiores eſſe,certum eſt. Iam quia de verbis illis dialogi,ne ad probanda quę propoſita fuerant valere poſſint,ſatis actum arbitror:ad ſequentia ſtylus procedat. In quibus legi-

Snīa quorundā de ſapia marię & angeloꝝ.

tur videri quibuſdam,ꝙ ſępe dicta virgo mater dñi etiam in carne poſita,ſua ſapiētia angelorum ſcientiam tranſcenderit:ſicut & ſup omnem angelicam naturam exaltata eſſe creditur. Et ſequitur verſus. Si eñ inquit auctor,ſcdm diuinitatis cognitionem,aliꝰ alio fit beatior,alius alio ſapientior:hęc virgo etiam in carne omnibus angelorum ordinibus longe mihi ſapientior videtur extitiſſe:cui datum eſt non ſolum in carne pręter carnem vixiſſe:ſed ipſum etiam deum carnem factum genuiſſe. Hęc verba,vt quod verum eſt fatear venerabili & chariſſime mihi dilectioni tuę:nō a te quidē ſed per te plata,& opinionē non tuā ſed quorūdā pponentia,in tñ mihi abſurda videtur:& de rudi & prorſus incircūſpecto corde pcedere:qd vix admirari ſufficio.

Prio ponitur diſtinctio de grā vitę huius & grā futurę.

Quis eñ admirari ſufficiat,eum cui iſta videntur non diſcreuiſſe quod perfacile erat:gratiam a gratia,laborem a retributione:meritum a beatitudine? Quid autem dixi gratiam a gratia,laborem a retributione:meritum a beatitudine? Hęc verba non nunc primum a me proferuntur. ſed in Euāgelio Ioannis legūtur. Nos

Ioan. j.

(ait) omnes de plenitudine eius accepimus:& gratiam pro gratia. Quid eſt gratiā p gratia? Accipiūt eñ ſancti eiꝰ geminā ab ipſo gratiā:ita vt ex pręcedēte gratia ſequatur & alia. Primo eñ hic accipiunt gratiam operationis:ac pro ipſa alibi gratiam retributiōis. Primo hic accipiunt gratiā ſanctificationis:ac pro ipſa alibi gratiam glorificationis. Nec enim ſimul & opus bonum faciunt,& boni operis mercedem accipiunt:neq; ſimul in ſanctitate & virtutibus perficiuntur:& virtutum & ſanctitatis gloriam aſſequuntur. Hic enim operātur:ibi remunerantur. Hic ſanctificantur:ibi glorificantur.

Scdo ponitur reſolutō bimēbris.

Quantum ergo ad morum puritatem,quantum ad vitę perfectionem,quantū ad omnium virtutum ſanctificationem pertinet:beata virgo etiam in carne poſita,oēm creaturam vel humanā vel angelicā ſumme

Opio contraria ſupradictę.

tranſcendit. Quantū vero ad ſapientiā, qua
quibuſdā videtur etiā in carne poſita angelo-
rū ſcientiā tranſcēdiſſe: mihi prorſus nō ita eſſe
videt. Si enī hoc cōceſſero: labori retributionē,
merito beatitudinē adiungā: & mercedē illā,
gloriam illam, magnificētiam illam, qua vni-
uerſis creaturis poſt carnis mortē prelata eſt: eā
ante mortem recepiſſe cōcedam. Hoc ſi con-
ceſſero, omni auctoritate & ratione deſtitutꝰ,
angelis & hominibus oſtentui ero. Nā ſi dixe
ro eam in carne mortali poſitam, angelorum
ſapientiam nō dico tranſcendiſſe, ſed ſaltem
ſapientia ſua adęquaſſe: neceſſe erit, vt eā ad-
huc in terris poſitam, omni miſeria mortalita
tis exuam: omni incorruptione, immortalita-
te: beatitudine induā. Nam ſi in carne (vt dr̄)
poſita, ſapientiam angelorum aſſequuta eſt:
etiā beatitudinē conſequuta eſt. Neq; enī an-
gelorum ſapiētia ſine beatitudine eſſe poteſt,
quę idcirco vera ſapientia eſt: quia beata eſt.

Btitudo quid ſit.

Beata autem, non niſi beatitudine eſt. Beati-
tudo autem eſt, vt eā vel definiam vel deſcri-
bam: ſine omni moleſtia totius boni ſufficiē-
tia. Hanc autem beatitudinē, glorioſam ma-
trem domini in hac mortali vita aſſequutam
non eſſe, quis neſciat? Nam ſi hāc aſſequuta
eſſet, adhuc in terris poſita omni corporali
moleſtia caruiſſet: totius boni adepta iocundi
tate gauderet. Caruiſſet profecto indigentia,
caruiſſet metu, caruiſſet dolore: & tādem om-
ni corruptionis vel mortalitatis incommodo.
Sed ita non fuiſſe, auctoritati euangelicę cre-
dentibus, vel rationem ipſam ſuſcitantibus:
aduertere perfacile eſt. Licet enim ipſa poſt
filij dei conceptionem omni peccato caruerit:
dum tamen in carne vixit, pœna peccati nō
caruit. Pœna vero contraria eſt beatitudini.
Si enim beatitudo eſt, quę omni caret mole-
ſtia: hanc ipſa in carne mortali aſſequuta non
eſt: quæ in ea multa moleſta paſſa eſt. Nam ſi
egere non eſt beatitudinis, ſi timere non eſt
beatitudinis, ſi dolere non eſt beatitudinis, ſi
denique mori non eſt beatitudinis: tunc ipſa in
carne beata non fuit: quæ in ea iſta omnia to-

Lucæ. ij.

lerauit. An non eguit, quando pariens ſuum
& dei filium, reclinauit in præſepio: quia non
erat ei locus in diuerſorio? An non eguit, quæ

Lucæ. ij.

pro filio hoſtias deo oblatura, quia agnum nō
potuit: par turturum aut duos pullos colum-

Matth. ij.

barum obtulit? An nō timuit: quæ a facie He-
rodis in ægyptum fugit? An non doluit: cuius

Lucæ. ij.

animam moriente ſaluatore filio, iuxta iuſti
Symeonis verba, nimij doloris gladius per-
tranſiuit? An non omnes præter peccatum
miſerias conditionis humanę experta eſt? Et
quid tandem? Nonne & mortua eſt? Hęc om-
nia certe contraria ſunt beatitudini angelicę,
quam eam aſſequutam etiam in carne mor-
tali neceſſe erit dicere: ſi quis eam angelorum
ſapiētiā vel tranſcendiſſe dixerit vel ęquaſſe.

Sapiētia angelica & beatitudo idē ſūt ſi cōphendaſ per ſapientiam actꝰ vtriuſq; potētię. Nam btitudo angeli nō eſt niſi viſio & fruitio dei, q̄s habet.

Sapientia enim vel beatitudo angelica, in tan-
tum indiuidua, immo ſic vnum ſunt: vt nec
eorum ſapientia ſine beatitudine: nec beati-
tudo ſine ſapientia eſſe poſſit. Alioquin quod
omnino ſtolidum & pecuale eſt ſentire: eſſet
eorum aut ſapientia miſera, aut beatitudo in-
ſipiens. Quod quia impoſſibile eſt: vt vel ſa
pientia quantum in ipſa eſt miſera, vel beati-
tudo poſſit eſſe inſipiens: neceſſe eſt fateri an
gelicam ſapientiam ſemper beatam, vel bea-
titudinem ſemper eſſe indiuiſibiliter ſapien
tem. Vnde quoniā nullo pacto beatitudinem
ab angelica ſapiētia quilibet ſecernere poteſt:
ſi ſapiētia angelica beatę virgini in carne mor
tali datur, conſequēter & btitudo angelica cō-
cedetur. Quę ſi ei in illa mortali carne conce
ditur: eā nec eguiſſe, nec timuiſſe, nec doluiſ-
ſe, nec ad vltimū obiſſe, imo nec hoiem eā fuiſ
ſe: dicetur. Detur ergo ei in carne mortali mul
ta & magna ſapiētia: ſed nō tāta quę vel ange
lorum ſapientiā ſuperet, vel adęquet. Licet enī
ſublimis illa & ſupercœleſtis virgo: ſapientiā dei

Sap. viij.

quę attigit a fine vſq; ad finē fortiter, & diſpo
nit omnia ſuauiter: amictam carne humana
in vtero portauerit: genuerit, lactauerit, foue-
rit, nutriuerit: non tñ dum mortalis vixit, eū
vt angeli agnouit: vel ſicut illi reuelata facie,
& abiecto velamine comprehendit. Manet
enī quod ſupra ſcriptū eſt, Nō me videbit ho-

Exodi. xxxiij.

mo & viuet. Videbāt enī eū angeli ſicuti eſt:
videbat eū mater virgo, pluſq̄ ab aliquo mor-
taliter viuēte videri poterat. Videbat ipſa eū
plena gratia, plena deo, plena virtutibꝰ, plena
ſpiritu ſancto & virtute altiſſimi, fide & incō-
parabili diuini amoris plenitudine: videbant
eū beati illi ſpūs nō fide ſed re, nō vt homo per
ſpeculū & in ęnigmate: ſed facie ad faciē. Vide-
bant eū clarius in ipſo gremio virginis matris:
q̄ ipſa poſſet videre beata virgo mater, quia
ipſa latentē in carne deū ineffabili ſpūs exul-
tatione gaudēs admirabaſ: ipſi eū in carne ſi-
cut & ante carnē nullo carnis obſtaculo prępe-
diti cernebāt: adorabāt, contemplabantur: pa-
ſcebātur. Vnde hoc nō velatę ſed reuelatę vi-
ſionis diuinę paſtu ſatiati, & cōtēplatiōe cla-
riſſima ſummę ſapientię pleniſſime ſapiētes
effecti, beati nō eſſe nō poterāt: qui in eo quē
conſpiciebant, beatitudinē integrā poſſidebāt

Qui igitur Chriſtū, dei virtutē & dei ſapiētiā:
lōge clari⁹, ſubtili⁹, ꝑfectius beata virgine dū
mortalis vixit, cernebant: nōne ipſa ęterna ac
ſumma ſapiētia quā cōſpiciebāt, lōge ſapiētio-
res beata virgine erāt? Plane ſapiētiores erāt:
qui nō velatā vt erat apud matrē, ſed reuelatā
vt eſt apud patrē: videbāt. Videbāt eam certe
ſicuti eſt: & in ea viſione ſingularē nulliq; in
carne mortali cōceſſam ſapiētiā poſſidebāt ac
btitudinē. Quā iā retinebat plus oībus ſanctis
beata virgo ꝑ fidē, ſpem, & ſublimiſſimā cha-
ritatē: qua illi (vt dictū eſt) fruebātur facie ad fa
ciē. Nō igitur eā quā angeli beata virgo dū in
carne viueret ſapientiā obtinebat: quia nō dū
vt illi, qđ poſtea fuit, beata eſſe poterat. Nam
angelicā ei oino ſapientiā ſine btitudine cōce-
dere, ſicut eſt omni auctoritati & rationi con-
trariū: ſic eſt etiā nō mediocriter ſtultū. Quid
eſſet eñ angelica ſine btitudine ſapiētia: niſi
(vt ſic dicā) dęmonica quędā ſciētia? Dicūtur
eñ dęmones ſciētes vel ſcij: qm̄ plurima ſci-
unt: ſed quia btitudinē nec re nec ſpe obtinēt:
oino miſeri & deteſtabiles ſunt. Sapiētes eñ
eos vocare nō poſſum, licet multa pluſq̄ hoies
in rerū natura cōprehēdant: qm̄ nec ſapientia
dici poteſt, quę reb⁹ diuinis vel ęternis nō mi-
litat: nec eñ ſapientē qui ſibi diuina vel ęterna
cōgruis officijs vel affectib⁹ nō ꝓcurat. Inde ē
q̄ & ſapiētia mūdi ſtultitia dr̄: & ſapiētes, mū
do nō deo ſeruiētes: ſtulti vocātur. Nō habuit
ergo beata virgo dū moritura vixit, maiorem
vel parē ſanctis angelis ſapientiā: qa nec habe
re poterat btitudinē: ſine q̄ eoꝝ ſapiētia nunq̄
eſſe poteſt: nec habuit dęmonū vel impiorum
hoim ſapiētiā: quę nec oino vere dici ſapiētia
poteſt. Maiorē vel parē ſanctis angelis nō ha-
buit ſapientiā: quia nec vt dictū eſt habere po-
tuit btitudinē quā illi obtinēt re. Maloꝝ ange-
loꝝ vel dęmonū nō habuit: quia nec eſt ſapiē-
tia quā ad btitudinē nō referunt, neq; re neq;
ſpe. Sed plane habuit ingentē, & omni ſancto-
rū mortaliter viuentiū ſapientię valde pręferē
dā ſapientiā: nō eā quę more Philoſophico de
creaturis curioſe diſputat, ſed eā quę creatoris
cognitionē deuote ac ſollicite inueſtigat. Quā
tūcūq; eñ intellectus ꝓficiat ad ſolā creatura-
rū veritatē ꝑſcrutandā: magis ſciētia q̄ ſapien
tia dr̄. Ille aūt intellectus qui vel per creaturas
vel ſine creaturis ſe in agnitionē & amorē ſo-
lius creatoris extēdit: ſapiētia vere vocat̄. Hāc
itaq; ſapiētiā: q̄ cęteris affectib⁹ poſthabitis, in
ſoli⁹ cōditoris & oīm bonoꝝ auctoris agnitio-
nē & defecatiſſimū amorē, adiuta ipſi⁹ condi
toris gr̄a ſe totā diffūdit: beata virgo & mater

Sapiētia eſt ſolū de reb⁹ diuinis.

De ſapiētia virginis Marię.

dei pl⁹ omni mortali in carne viuēte obtinuit:
& ea ſapiētia ſumme ſapiēs, cōditorem ſuū &
oīm, omni mortali creatura excellētius: agno-
uit, coluit, dilexit: & quantū hic a viuēte videri
vel cōprehēdi poterat: licet incōꝑhēſibilē cōpre
hēdit. Hic meus de illis ſenſus eſt chariſſime,
qđ abſq; preiudicio verioris ſententię loquor:
vt puto catholicus. Sentētię vero ſancti Hiero
nymi quas velut ad cōfirmādā iā dictā ꝓ ipſa
opinionē in epiſtola tua legi, prius ꝓ ipſa nihil
faciūt: ſed vel ad demōſtrāda virtutū priuile-
gia q̄ mortalis adhuc accepit, vel ad oſtedēdā
ſublimē & oēm creaturā ſuperantē ipſi⁹ gloriā
quā poſt carnis mortē ꝑcepit: poſitę ſunt. Sed
diſtinguendę ſunt a ſtudioſo lectore, qm̄ qñq;
permixtim ponere videt̄, & gratiā ſanctifica-
tionis qua in terris cōſtituta bn̄dicta, ſanctifi-
cata, atq; ad deū in carne portādū, gignendū,
ęducādū, idonea facta eſt: & gloriā ſublimatio
nis qua poſt carnis mortē fortaſſis & reſurre-
ctionē: decorata, glorificata: & ſup oēs choros
hoim & angeloꝝ exaltata eſt. Qñq; eñ i duo-
bus vel plurib⁹ ſibi ꝓximis verſib⁹, qñq; in eo-
dē verſu vtrūq; & pene ſimul ponit: ita vt ali-
qñ q̄ terrę ſunt cœlo, aliqñ q̄ cœli ſūt terrę, hoc
eſt, ea q̄ beata virgo vel in terrę ante, vel in cœ
lis poſt, accepit: vel totū terrę vel totū cœlo tri-
buere videat̄. Si ergo vbicunq; hęc diuerſa ſi
mul poſita ſint, ꝓprijs intellectib⁹ reddita fue
rint: error nullus vel dubietas erit: nec aliud ꝓ
alio acceptū, cōfuſionē aliquā lectori generare
poterit. Inde eſt verbi cauſa illud, qđ in epiſto-
la tua de verbis ſancti illi⁹ poſitū legi. Creden-
dū eſt beatā virginem ampliora angelis ꝓme
ruiſſe virtutū priuilegia: & ꝑcepiſſe gr̄am, ab
angelis etiā collaudatā. Et illud. Si mirabilis
eſt eoꝝ virt⁹ & firmitas ꝑpetuitatis: mirabilior
tn̄ in Maria, quā obumbrauit virt⁹ altiſſimi:
vt vltra oēm virtutē angelicā ſit qđ factū eſt in
ea: & admirabile cūctis ſeculis ſacramentum.
Quę partim i hac vita, partim in futura: i ipſa
& de ipſa ipleta ſunt. Porro duo verſus qui ſe-
quūtur, quoꝝ prim⁹ ſic incipit. ac ꝑ hoc etiam
angelis exinde maior ꝓſtat̄ gr̄a, vſq; ad finē
ſecūdi. vbi legit̄. tāto clarior reſultat in gloria-
nō de hac ſed de futura intelligūtur. Et ne lō
gus ſingula diſcutiēdo fiā: reliqua ſimilia ſic le
gēda, intelligēda, & diſtinguēda ſunt. ¶ Ter-
tia q̄ſtio ex euiſdē doctoris de euiſdē ſermone
beatę virginis exorta eſt verbis: quibus dicit.
temp⁹ nō ꝑiudicaſſe ſacramēto vniti hois ac
dei: ita vt iā eſſet in illo ꝑ vnitatē ꝑſonę ab ini-
tio ſeculi: qui nec dū erat nat⁹ de Maria virgi-
ne. His verbis moueri ſe ſagax & circūſpecta

Nota diſtingui aliqñ oportere dicta ſacrorum doctoꝝ.

Quæſtio tertia ex quibuſdā dictę beati Hieronymi.

eruditio tua ideo fateť, qđ eũ hoc eſt hoiem a
deo aſſumptũ, qui nec dũ erat natᵘ de Maria
virgine: in illo hoc eſt deo a quo aſſumptᵘ eſt,
ab initio ſeculi iã p vnitatẽ pſonę fuiſſe affir-
mat. Pulſas ergo & ſingulari noſtro tpe vigilã
tia tua me velut circa talia ſtudia frequenter
dormitãtẽ, imo etiã dormiẽtẽ excitas: & nõ ad
legẽdũ tm̃, ſed & ad intelligẽdũ q̃ legero, inſti-
gas. Et vere in hoc huiᵘ tractatᵘ loco, ſic mihi
nũc contigit. Sępe eñi imo pene aſſidue, in no
cturnis ipſiᵘ dñę noſtrę officiis hoc legi audie-
rã: nec ita vt nũc aduerterã. Sed poſtq̃ flatᵘ ſtu-
dioſi pectoris tui, in emortuũ pene, quãtũ ad
iſtud ptinet, intellectus mei igniculũ ſufflauit:
aliquãto ac ſubito inde extorto lumine, p̃cedẽ
tes tenebras vtcũq; fugauit. Vidi nã q̃ prout
mihi videť, verba illa ſancti illiᵘ: p̃terq̃ ſe alios
rũ ſanctorum de hmõi re tractatus habeãt, aliqd
noui ſonare: intellectui tm̃ catholico p oĩa con-
cordare. Et qm̃ de tãti viri fide & ſano intelle-
ctu, nuſq̃ noſtri tpis vel linguę eccleſia, ſaltẽ in
modico dubitauit: vt pote quẽ inter p̃cipuos
fidei ſuę defenſores, poſt Apl̃os & martyres
habet: ad defendẽdũ catholicũ eiᵘ ſenſum, mi
nus forte vſitatis verbis platũ: oẽm quã poſſu-
mus operã dare debemus. Neq; eñi ſolus es,
qui hmõi verbis eiᵘ moueris: cũ meminerim me
ante biẽniũ vel trienniũ, cũ quodã & erudito
& vt crediť religioſo: eadẽ verba praue interp̃-
tãte, nõ ſemel tm̃, ſed freq̃nter egiſſe. Nã ſum-
pta ex verbis illis occaſione, peregrina quędã
& pene hęretica magis cõiicere q̃ aſtruere vide
bať: antiquis illis hęreticis fere cõſonãs, qui ſal
uatorẽ humanã carnẽ ante virginem de coelis
attuliſſe, & ſuſpicati ſunt & pfeſſi. Qđ ſanctũ

Preclaratio quõ p cul ſit hieronymus in illis verbis a ſententia quorũdã hereticorũ.

illũ ſenſiſſe nephas eſt opinari: cũ eum ab hac
ſuſpitiõe, & ſingularis eruditio & fides pbatiſ-
ſima & maxime ipſa eiᵘ verba nõ dubia, nõ
obſcura, ſed certa & clariſſima adiuncta his,
de quibᵘ agiť verbis: oĩno defendãt. Ait enim
ſic in ſermone illo vnde verba iã dicta excer-
pta ſunt. Non qđ iã (inquit) Ieſus aut Chriſtus
eſſet ex Maria: ſed qa in illo vnico filio dei, iã
vnitas pſonę cõmẽdabať: q̃ occulta erat i my-
ſterio. Quid aptius? Plane vt vides negat, qđ
Ieſus aut Chriſtᵘ quãtũ ad carnẽ ſuſceptã de
virgine: ante virginẽ fuerit. Quis ergo eũ qđ

Obiectio cõtra ſolutionem.

tã apte negat, ſenſiſſe fatebiť? Sed obiicis. Verũ
eſt quidẽ qa hoc negat. Aſtruit tm̃ cõſtãter & p̃-
dicat: tempus nõ p̃iudicaſſe ſacramento vniti
hois ac dei. Et ſtatim euidẽtius. Ita inquit, vt
iã eſſet in illo p vnitatẽ pſonę ab initio ſeculi:
qui nec dum erat natus de Maria virgine. Ac
poſt aliqua. Ideo iam Ieſus erat in filio qui po-
pulũ educebat, & Chriſtus in eo qui tentaba-
tur: qm̃ per ſacramẽti vnitatẽ in deo fuiſſe nõ
dubitať. Et verſu interpoſito. Scrutãdę (iquit)
ſunt ſcripturę, in quibᵘ vnitas in Chriſto com-
mendať pſonę: cui nõ p̃iudicat tempᵘ, ne vnᵘ
ſemp dicať. Quid ad iſta diceť? Dicit iã fuiſſe
in illo, hoc eſt in deo p vnitatẽ pſonę eũ id eſt
hoiem: qui nec dũ erat natᵘ de Maria virgine
dicit iã Ieſum fuiſſe in filio, & Chriſtũ in eo
qui tentabatur: dicit vnitati pſonę Chriſti tem
pus nõ p̃iudicare, ne vnus ſemp dicať. Quõ
tempᵘ nõ p̃iudicabit huic diuerſarũ naturarũ
vnitioni: cũ diuina ab ęterno ſemp fuerit, hu-
mana ex virgine eſſe coeperit? Quõ nõ p̃iudi
cabit tempᵘ ne vnus ſemp dicať: cũ hãc diuer
ſarũ naturarũ, hoc eſt humanę & diuinę vnitio
nẽ, nullũ pręteritũ tẽpus habuerit: ſed ex tẽpo
re virginis de ipa aſſumpta, ac filio dei vnita,
vnũ deũ & hoiem & eſſe & dici fecerit? Nõ re
inquã, ſed ſacramẽto vel myſterio. Hęc & eñi
verba ab ipſo ponũtur, cũ tẽpus nõ p̃iudicaſſe
ſacramẽto dr̃: cũ vnitatẽ pſonę occultã in my
ſterio, fuiſſe, fateť. Sed rurſum quęris quod ſit
hoc ſacramẽtũ, vel quale hic intelligať myſte
riũ. Et prius vt mihi videť, tota hęc quãtacũ

Rñſio ad obiectionem.

q; difficultas quęſtionis in verbis illis vel circa
ea verſať. Cũ eñi in omni ſacramẽto duo ſem
per quæri ſoleãt: occultãs & occultatũ, ſignans
& ſignatũ: nã & hoc eiᵘ vel diffinitio vel deſcri
ptio notat: ſacramẽtũ ſcilicet dici cuiuſlibet ſa-
cre rei ſignũ: quæri poteſt & de iſto de quo nũc
agiť ſacramẽto: quid in eo occultũ, quid mani
feſtũ, quid ſignãs, quid intelligať ſignatũ. Nã

In ſacramẽto duo ſunt: ſignãs & ſignatum.

de noie myſterii ſi quærať: certũ eſt: quia i hoc
differt a ſacramẽto: qđ ſacramẽtũ ſemp aliqd
tegere dr̃, myſteriũ tegi nõ tegere p̃dicať: licet
aliqñ alterũ p altero ponať. Hoc eſt ergo totũ
qđ intellectui legẽtis hãc obſcuritatis nebulã
ſupducit: qđ in innumeris tã veteris teſtamẽti
q̃ euãgelii ſacramẽtis: quid pateat, quid lateat
ſtatim cerniť: in iſto vero de quo ſermo eſt ſa-
cramẽto: quid p ſigno quid p ſignato accipi
debeat nõ videť. Quęritur eñi, vt ſicut verbi
cauſa in antiquis ſacramẽtis duo hęc diuerſa
apparẽt: mare rubrũ quod videbať, & Chriſti
baptiſmus qui eo mari pręſignabatur: agnus
paſchalis quẽ Iudęus comedebat, & Chriſtus
quẽ idem Iudęus occiſurᵘ, & chriſtianus com-
eſturus erat: tabernaculũ qđ Moyſes, vel tem-
plũ qđ Salomon cõſtruxit, ac noſtri tpis eccle-
ſia quã vtraq; fabrica p̃ſignauit: ſicut (inquã)
in his tribus ſacramẽtis duo hęc diſtincta mõ-
ſtrantur: ſic & in iſto diſtingui quæ runtur. Nã
verbum myſterii quod ſimiliter ponitur, cla-

rius eluceſcit:precipue cum Apoſtolus de re
Col.j. ſimili hoc idem verbũ in epiſtola ponat, dicẽs
myſteriũ tpibus ęternis tacitũ. Et ne diu quod
aliter inueniri nõ poteſt quęrẽs:mihi laborem
infructuoſum, lectori ꝓlixitatẽ tędioſam im
portem:nihil eũ aliud ſacramẽti vel myſterij
Hic ſolu- nomine intellexiſſe, nihil aliud diſtinxiſſe vel
tio ponit. aſtruxiſſe arbitror:ꝙ ipſum ęternũ & latẽs dei
tatis cõſiliũ, quod penes eũ ęternaliter fuit:ſed
hoibus temporaliter apparuit. Hoc indicant
& verba ipſi⁹:quę diſputationi ꝓfuſę interſe
rit dicens. Quod ſi tibi nouũ videt̃ ꝙ ꝓ te ho
minem aſſumpſit : noueris ꝙ ſemp cũ eo &
in ei⁹ cõſilio fuit, vt ſic fieret:& nunc qñ pleni
tudo tpis venit id factũ eſt:quod & in Chriſto
ſemp fuit. Hoc certe totũ eſt quãtũ mihi vide
re datur, quod aſſerit:hoc totũ quo vnitatẽ ꝑ
ſonę Chriſti ex deo & hoie etiã ante virginem
factã docet. Hoc totũ quod myſteriũ vel ſacra
mentũ nominat:nõ quod iã vt ipſe fatetur.
Hoc eſt ante virginẽ eſſet Ieſus aut Chriſtus
realiter:ſed quod iã in immutabili deitatis cõ
ſilio cõſtabat ęternaliter. Sicut eñ ſemp deus
verbũ apud deũ erat:ſic in imutabili & æter
no (vt dictũ eſt) cõſilio, quod nõdũ re ſubſiſte
bat:verbũ caro factũ erat. Quid autẽ mirũ, ſi
hoc de Chriſto & ipſe ſenſit & nos ſentimus:
cũ de quolibet hoc hoie & de ipſis etiam crea
turis inferiorib⁹ ſentiamus. Nã de hoibus ele
ctis ait Apl̃us, quod & ſanctus ille ad cõfirmã
dũ quod ꝓbare intẽderat, adducit. Qui elegit
Ephe.j. nos in ipſo, hoc eſt in Chriſto ante mũdi cõſti
tutionẽ:vt eſſemus ſancti & immaculati. Qui
ergo elegit hoies anteꝗ̃ eſſent hoies: & elegit
vt eſſent ſancti & imaculati, anteꝗ̃ eẽ poſſent
ſancti & immaculati:quid mirũ ſi a Hierony
mo, imo ab ipſo Apl̃o tũc dr̃ fuiſſe Chriſt⁹:qñ
nõdũ erat vnde dictus eſt Chriſtus? Quid mi
rũ plane, ſi hoc dr̃ de rõnali aiante:cũ legat̃
ſimile quid dictũ ab eodẽ Apl̃o de irrationali,
imo etiã de inſenſibili creatura? Loquẽs eñ in
Rom.iiij. Epiſtola ad Romanos de fide Abrahę, eamq;
magnifice cõmẽdãs:introducit deũ ei dicẽtẽ.
Quia patrẽ multarũ gentiũ poſui te, ante deũ
cui credidiſti:qui viuificat mortuos, & vocat
ea quę nõ ſunt:tanꝗ̃ ea quę ſunt. Ergo iuxta
illam ſententiã viuificat deus mortuos, & vo
cat ea quę nõ ſunt:tanꝗ̃ ea quę ſunt. Q: ſi de⁹
viuificat mortuos, imo qđ plus eſt, ſcđm aliã
Luc.xx. Euãgelij ſententiã, oẽs ei mortui adhuc mor
tui viuũt:nõ qđ vere quãtũ ad carnẽ viuãt, ſed
qđ apud ei⁹ ꝑ quẽ victuri ſunt imutabile cõſi
liũ iã quaſi viuũt:ſi nõ ſolũ mortuos, ſed etiã
quælibet alia nõdũ exiſtẽtia ſic vocat velut iã
exiſterẽt:quia futurũ eſſe rerũ illarũ apud eius
cõſtans cõſiliũ iam exiſtit:quid vel valde mi
rãdũ vel diu diſputandũ eſt, ſi in eadẽ ꝑſona
deus homini vniẽdus, iã ab initio ſeculi vnit⁹
eſſe dr̃? cũ non re ipſa (vt dictũ eſt) ſed firmo ac
cõſtãti deitatis cõſilio, vnitio illa ab ęterno fa
cta eſſe credat̃? Nã & inde dictũ eſt:qui fecit ꝗ̃
futura ſunt. Hoc confirmat & illa ſublimis, ac
orbi terrarũ iam ab antiquo Euãgelij nota ſen
Ioan.j. tẽtia. Qđ factũ eſt, in ipſo vita erat. Neq; eñ
angeli vel hoies, Sol & Luna, coelum & ſide
ra, mare ac terra, & ꝗ̃ infra cõtinẽtur:in verbo
dei ſubſtãtialiter viuebãt. Nã ſi ſic in eo viue
rent:ei coęterna eſſent. Sed qđ factũ eſt, in ipſo
vita erat:quia in eius nõ mutãda volũtate vel
cõſilio, quicquid creandũ erat/exiſtebat: imo
(vt verbo euãgelico vtar, in illa imutabili volũ
tate vel cõſilio:ꝓpriũ eẽ ſine dubio ſortitur)
iã viuebat. Q: ſi iſta oĩa in illo verbo dei hoc
modo viuebãt:quare nõ illa carnis humanæ
cũ ipſo verbo dei vnitio ꝗ̃ ſuo tpe futura erat,
hoc modo iam ab ęterno facta nõ dicet̃:non
ſcribet̃. nõ p̃dicabit̃: maxime cũ Apl̃us dicat.
Rom.j. Qui p̃deſtinatus eſt filius dei in virtute, ſcđm
ſpũm ſanctificatiõis? Homo eñ ille a filio dei
aſſumpt⁹, & cõgruo tpe ei ꝑſonaliter vnit⁹:an
te oẽ ſeculũ, ante oẽ tẽpus, ante oẽm crea
turã, fili⁹ dei p̃deſtinatione ęterna factus eſt:&
qui ſcđm ſpũm ſanctificatiõis in virgine ſup
Gal.iiij. uenientẽ & ei obumbrãtẽ, poſtꝗ̃ iuxta Apoſto
lũ venit plenitudo tpis, in eadẽ virgine eſſen
tialiter cõcept⁹:& de ea nat⁹ eſt:ipſe iuxta pſal
mũ ante luciferũ iã dicta p̃deſtinatione hac &
ſempiterno cõſilio, ei dẽ ęternaliter vnitus eſt.
Si ergo clarior vel verior ſentẽtia de verbis ꝓ
poſitis nõ alluxerit, iſta interim teneat̃:& ſi ti
bi chariſſime cui hãc epiſtolã ſcripſi, ſic viſum
fuerit:ſecure lectio ſæpe lecta legatur.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola.II. ad Papam Innocentium, vt re
gi Francorum, ſi quid forte contra Archiepi
ſcopum inconſulte egiſſet, remitteretur:depre
catoria. Dehinc ſuper lapſu ac deformatione
Luxouienſis monaſterij:admonitoria.

SVMMO pontifici & noſtro ſpe
ciali patri, domino Papæ Inno
centio, Frater Petrus humilis
Cluniacenſium Abbas, obediẽ
tiam & amorem. Si quid mi
nus ſapienter dixero:rogo vt pietas paterna
ſupportet. Nam fortaſſis ineptum eſſe pote
rit:ſed indeuotum erga vos eſſe non poterit.
Pro domino rege Franciæ:magno, nobili &
ſpeciali filio veſtro:benignitatem apoſtolicam

deprecor: vt quia nō ſolū rex eſt, nō ſolum magnificus rector chriſtiani populi eſt: ſed etiam quia opus manuū veſtrarū eſt, quē ad regnum ꝑuexiſtis, quē ſacris manibꝰ veſtris inunxiſtis quē Gallis noſtris potentiorē patribꝰ regē deſignaſtis: ſi quid forte adhuc vt ętate iuuenis inconſulte egit, ei condeſcendatis: & eius forte errorem ſapiētię veſtrę velamine contegatis. Eſt enī patris: vt filij & maxime tanti, & errorem emēdet: & honorē cōſeruet. Hoc ꝓ diſcidio qđ inter ipſum & dñm Bituricēſem Archiepiſcopū eſt: dico. Eſt enī ſicut ſenſi, res nō leuis: & ne de graui incepto grauiorē vergat in exitum: multū cauēda. Spūs aūt cōſilij qui ſpirat vbi vult, qui per vos eccleſię ſuę per totum orbem diffuſę aſſidue conſulit: etiā nunc per vos regno Francię nō vili portioni eccleſię ſuę cōſulat: & tam de his q̄ de oībus: vnctio eiꝰ cor veſtrū edoceat. Nā nō eſt meū vltra ꝓcedere, vel ſapientiā veſtrā cui per dei gratiā vtile conſiliū nō deerit: quid in iſto negocio agendū ſit edocere. Prætęrea notū facio Luxouienſe monaſteriū cui anno pręterito per fratres noſtros Cluñ ꝓuidere voluiſtis: & vere ſed breui tempore ꝓuidiſtis, in deteriorem ſtatū q̄ prius fuerat relapſum, omni pene monaſtica religione & obſeruātia deſtitutū, parū a ſecularibꝰ differre: in tantū vt qđ priſcis tēpibus cuncta Galliarū monaſteria anteibat: nūc pene vniuerſa vix a longe ſequi videatur. Additur ad hoc malum hebetudo ne dicā ſtultitia paſtoris: qui ita gregi ꝓprio pręeſt, vt iā fere de abbate nihil ei niſi nomen ſupſit. Quid plura dicerē? Omne caput languidū: & oīne cor mœrens. A plāta pedis vſq; ad verticē: nō eſt in eo ſanitas. Prouideat pater filijs.

Iſa. j.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. III. ad eūdem Papam. Primum quidem, ſuper terminatione litis exortę inter magiſtrum Petrum Abelardum & Bernardū Clarçuallen̄. occaſione quorundam errorum prętenſorum a dicto Petro ſeminatorum: admonitoria. Deinde vt idem Petrus iuxta deſiderium ſuum Cluñ fratrum collegio iungi concedatur & iubeatur: deprecatoria.

SOMMO Pontifici & noſtro ſpeciali patri, domino Pape Innocentio, Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas, obedientiam & amorem. Magiſter Petrus ſapientię veſtrę (vt credo) optime notus, nuper a Francia veniens: per Cluniacū tranſitum fecit. Quęſiuimus quo tenderet. Grauatum ſe vexationibus quorundam: qui ſibi (quod valde abhorrebat) nomen hæretici imponebant, maieſtatem apoſtolicā ſe appellaſſe: & ad eam confugere velle reſpōdit. Laudauimus propoſitum, & vt ad notum & commune refugiū confugeret: admonuimꝰ. Iuſtitiam apoſtolicā quę nulli vnq̄ etiam extraneo vel peregrino defuit: ſibi nō defuturā diximꝰ. Miſericordiā ipſam, vbi ratio poſtularet: ſibi occurſurā ꝓmiſimus. Venit interim dñs Ciſtercienſis abbas, & de pace ipſius & dñi Clarçuallenſis cuius cauſa appellauerat: nobiſcū & cum ipſo pariter egit. Dedimus & nos operam paci eius: & vt ad illum cū ipſo iret, hortati ſumus. Addidimus hoc monitis noſtris, vt ſi qua catholicas aures offendētia aut ſcripſiſſet aut dixiſſet: hortatu eius & aliorum bonorum & ſapientum: & a verbis ſuis amoueret, & a libris abraderet. Et factum eſt ita. Iuit, rediJt: cum domino Clarçuallenſi, mediante Ciſtercienſi ſopitis prioribus querelis ſe pacifice cōueniſſe: reuerſus retulit. Interim a nobis admonitus, magis autem a deo, vt credimus ꝑinſpiratus: dimiſſis ſcholarum & ſtudiorum tumultibus, in Cluniaco veſtra ſibi perpetuam manſionem elegit. Quod nos ſenectuti eius, debilitati eius, religioni eius congruere putantes: & ſcientiam eius vobis ex toto non incognitā, magnę fratrū noſtrorū multitudini ꝓficere poſſe credētes: voluntati eius aſſenſimꝰ: & ſi ſic benignitati veſtrę bene placitū eſſet, benigne & cum gaudio nobiſcū & veſtris vt noſtis per omnia, remanere conceſſimus. Rogo igitur ego qualiſcūq; tamen veſter, rogat deuotiſſimus vobis Cluñ conuentus, rogat ipſe per ſe, per nos, per pręſentiū latores filios veſtros: per has quas vt ſcriberem rogauit literas: vt reliquos dies vitę & ſenectutis ſuę qui fortaſſe non multi ſunt in Cluniaco veſtra eum conſummare iubeatis: & ne a domo quam velut paſſer: ne a nido quem velut turtur inueniſſe ſe gaudet: aliquorum inſtantia aut expelli aut commoueri valeat: more quo omnes bonos colitis, & etiam iſtum dilexiſtis: ſcuto defenſionis apoſtolicę protegatis.

Petrus Abelardꝰ

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. IIII. ad eūdem, cuiuſdā Lugdunen̄ canonici ſui carne Germani apud maieſtatem apoſtolicam: commendaticia.

SVMMO Pontifici & noſtro ſpeciali patri domino Papæ Innocentio, Frater Petrus Humilis fratrū Cluniacenſium Abbas, obedientiā & amorē. Confiſus de benignitate paterna ſoleo filiali pſūptione etiā remotos & igno-

tos maieſtati aplícę cõmẽdare.In quib⁹ qa me ſæpe exauditũ pſenſi, de notis & pximis me magis audiẽdũ eſſe ſperaui. Vñ dõnũ Heracliũ Lugdunenſem canonicũ,nẽm carnę germanũ,pietati aplícę de ea cõfix⁹ cõmẽdo:cui nulla alia vrbẽ adeũdi cauſa extitit: quã vt patrẽ viſeret,eiuſq; animũ multiplicib⁹ filiorũ vtilitatib⁹ occupatũ: ſibi arcti⁹ cõciliaret. Rogo p eo, nec rogare erubeſco;qm teſtioniũ pteritę iuuẽtutis ei⁹ maxie inter ſclares(vt dicit)clericos,nec me ipcib⁹ cõfundit:nec aures vras ab his exaudiẽdis auertit. Quærat hoc,ſi placet,diligẽtia prña,a Lugdunẽſi in qua educat⁹ & magis cõuerſatus eſt eccřia:quærat & a domino Stephano Archidiacono: cui ſi credi debeat,vos ipm iudicẽ facio. Suſcipiatur ergo obſecro in affectu veſtro, foueatur in gremio veſtro:vt cũ ſe a gratia veſtra ſenſerit non excluſum, ea inſtantius agere ſtudeat: p quibus & dei & veſtram gratiam,ſibi multiplicius adquirat,

Epitoma epiſtolæ.

Epſa.v.ad Clericos Lugduneñ.quęrulosa ſup violatiõe pacti nõdum finito anno inter Lugduneñ.eccřiam & Cluñ. firmati:vtq; oẽm diſcordię materiã amputent:præſtolatoria.

HOnorãdis & diligẽdis fřibus: Dõno Lioni Abba. Dõno Stephano Archidiacono. & toti ſãctæ Lugdunẽſis eccřię capitulo.Fra.Pe.humilis Cluñ.Abba. Salu.

Heb.xij. Receptũ apři ẽ: Pacẽ ſequimini cũ oib⁹ & ſctimoniã:ſine qua nemo videbit deũ Itẽ eiuſdẽ mãdatũ eſt.Si fieri poteſt, qđ ex vobis ẽ:cũ oĩbus hoĩbus pacẽ habentes.Hæc ego & ſimilia ſacræ legis iuſſa attẽdẽs:fraťnæ charitati & paci ſicut mihi cõſciẽtia atteſtať, oẽm iã ab antiquo operã dare diſpoſui.Nec iſtud dilectionem vřam ex toto latere arbitror:cũ excepto pteriti anni diſcidio, iã per vigiti fere ãnos nulla, iter Lugdunenſem & Cluñ.eccřiam lis:nullũ iurgiũ, nulla vel parua amicitiæ lęſio: xp̃o corda nřa ad inuicẽ vniẽte:cõtigerit.Hãc vnitatẽ tpibus reuerẽde mẽoriæ Hubaldi, Rainaldi,Petri,Archieporũ: deuote cõſeruare ſtudui,& vt a nřis integre cõſeruaretur: p poſſe ſemp effeci.Seruaui igiť & ſemp (vt dictum eſt)ſeruare pposui,inter noſtros & veſtros pacis & cõcordiæ bonũ: nec quoſdã etiã anteceſſorũ in ſępe con mouẽdo animos veſtros ſecutus ſum, & vt vinculum hui⁹ charitatis indiſſolubile maneret:aſſidue facere niſus ſum. Admiror ergo,& adhuc familiarẽ corã vobis quærelam depono:quod pactum pacis in quod p manus ſapientũ & religioſarum perſonarũ nõdum finito anno cõuenimus:nõ quidẽ oẽs,ſed quidã veſtrũ vt mihi relatũ ẽ,diſſoluerũt: & ne apud villã Francã dñs Lugdunẽſis Archiepus ſcdm placiti tenorem,cimiteriũ dedicaret:etiã publice phibuerunt. Quod vtrũ fieri debuiſſet:ipi videte, Vt tamẽ quicquid ad nos pertinet,verbo & opere impleatur:moneo reuerẽtiã veſtrã, & ne facto aliquo me hoc dimittere putetis, etiam rogo:vt morbum diſcordiæ nup ſanatum nequaq̃ ruſus ſerpere permittatis: & iam pacẽ quã nos vobis non ficte ſeruare volum⁹:vos quoq; nobis ex corde ſeruetis. Et ne in quẽlibet vel paruũ obicẽ, pes inter nos mutuæ pacis offendat: ſi quid forte de tenore pacti(quod tamen neſcimus)reſtat implendum, parati ſum⁹ implere:& oẽm quãtum in nobis eſt,materiã diſcidij vel ſcandali amputare. Nõ ſolum eñ vobiſcum, quos ſicut viros eccřiaſticos decet, pacẽ diligere credimus:ſed etiã cum his qui oderũt pacem:ſi fieri poſſet pacifici ſemper eſſe vellemus.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola.vj.ad Papã Innocẽtium.pro confirmatione Sagienſis Archidiaconi in Epiſcopum Luxouiẽſem, & ne in contrarium comes Andegauorũ audiatur: depræcatoria.

SVmmo pontifici & noſtro ſpeciali patri Domno Papæ Innocentio.Frater Petrus humilis Cluniacenſis Abbas. Obædientiam & amorem. Verboſus ſepe ſum vobis:& ſicut timeo,oneroſus. Conſolať hunc meum timorem pietas paterna:quæ vix filijs ſolet iraſci, & ſi iraſcitur, cito ſolet

placari. Clerus Luxouienſis & pplus: & tota ſimul (vt audiui) eccleſia deſtituta morte Epi ſui, dnm Arnulfum ſagieſem Archidiaconũ ſibi in pōtificē & paſtorē elegit: & a dño Rotomagēſi ad quē iure canonico cōſecratio ſpectabat: cōſecrari more Eccliaſtico fecit. Eũ inquã elegit, eũ cōſecrari fecit: nō ſolũ qa optimi & ſingularis inter ſuos teſtimonij pſona eſt, nō ſolũ qa nobilis lraturę eſt, nō ſolũ qa prudētia & ſtrenuitate vobis (vt credo) nō incognitus eſt: ſed qa veſter ſpecialis fili⁹, & romanę eccliæ ab ipſa adoleſcētia familiaris alũn⁹ eſt. Nã quis eũ Romanæ eccliæ alũnũ nō agnouit: qui eũ audiuit? Quis eũ nō a puero educatũ in ſinu Romanæ ecclię nō putauit: quicũq; eũ de illa loquētem aduertit? Quis nō eũ vere vrm qtũ ad ſpm ſpectat filiũ iudicauit: qui ei⁹ nō tãtũ verba audire, ſed qd nro tpe prarum eſt: ſcripta legere potuit? Quæ ſicut Salomō ait. nō agnoſcitur in bonis amic⁹, nec abſcōditur in malis inimic⁹: ita eum amicum, ſcimatis tpe pdiderũt: vt pene ſupfluũ ſit, eũ nos de fidelitate & amicitia cōmēdare: quē tanti tempeſtatũ & turbinũ tumultus, fidiſſimũ & deuotũ alumnũ noſcũtur probaſſe. Proſit ergo ecclię quę eum elegit, quæ illum ſibi hac fiducia paſtorē præfecit: quod honeſtatē in eo, quod ſcientiã, quod in iuuenili ętate moꝝ maturitatē: qd tãdē in ei⁹ pmotione vrãm gratiam cōcupiuit. Proſit, vt ei⁹ electio & conſecratio a ſede apłica cōfirmeť: nec cōtra eum nō ſolũ eius ſed & totius eccliæ dei quæ in partib⁹ illis eſt, hoſtis: comes Andegauoꝝ aliquaten⁹ audiať. Quicquid em̃ dixerit, quicquid ſub noie appellationis a ſe factæ prętenderit: certum eſt eũ appellaſſe, nō vt grauatũ ſed vt grauare volentē: nō vt oppreſſum ſed vt opprimere cupiētē: nec vt iuſticia pro ſe faceret: ſed vt iiqtas eqtatē, vt falſitas veritatē vinceret: meditantē. Ne em̃ eps Luxouienſis eccliæ fieret, voluit nequitiæ ſuę moras lucrari: vt paſtore abſente, nō eſſet q lupo reſiſteret: nec eſſet q morſib⁹ beluinis ne gregē dei peſſundarēt: vel in modico obuiaret. Videat hęc oia ſapiētia vrã, puideat his oibus pietas vrã: & ne tyrãn⁹ vt dicit, appellatiōe apłica nō tyrannis ſed indigētibus debita, abutatur: permittat prudentia veſtra.

Eccl. xij

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola. vij. ad Milonē Epm Taruuanēſem ſeu Terrauanēſem. imprimis, ſuper denigratiōe Monaſtici ordinis & ſingulariter Cluñ. ab eo facta. deide & de diſſuaſiōe qua epm Ambianeñ. auerterat, ne ius in canonica quadē Abbatiſuille habitũ, Cluñ. daret: expoſtulatoria.

Venerabili dño dōno Miloni mori norũ epo. Fra. Pe. hũilis Cluñ. Abbas. Sa. Qm̃ charitatis leſio apud deũ tanti pendiť: vt ſicut nouit eruditio vrã nec mun⁹ cũ ea ad altare oblatũ ſuſcipiať, nec elemoſinæ ſuffragentur, nec martyriũ pſit, nec pctã dimittantur, immo iã dimiſſa ad actorē reuertanť: non debeo diſſimulare, nec animũ aduerſus fratrē & maxie epm cōmouere: niſi forte iuſta fuerit zelo iuſticiæ cōmotiōis materies. Nã p iuſticia moueri, non eſt charitatis leſio: ſed æquitatis actio. Vellē ſi de⁹ grãm largireť, hũc animũ erga oēs habere: vellē hũc etiã & vobis itegre cōſeruare. Quod vt meli⁹ poſſim: propoſui nō occultare animũ meũ vobis nec i corde & corde loqui. ſed qd me ad cōmouēdum inſtigat: ſicut amico abſq; vllo doli velamine denudare. Relatũ nobis eſt, ſi tamen ita eſt: nō a paucis, nō a quibuſlibet, ſed a pluribus & magnis pſonis: vos (qd ſalua fratna pace dico) ordini monaſtico derogare, data qlibet vel leui occaſiōe freqnter lacerare, i publicis inde cōuētib⁹ etiã declamare: ei⁹ bona etiam maxia extenuare, leues exceſſus qui ad huc vt hoib⁹ nō angelis aliqñ ſubripiũt ſermōib⁹ rethoricis aggrauare. Dictũ ē & hoc. i ſinodo vrã corã cleri & ppli multitudine impcatũ vos eſſe: vt Cluñ. ſupbiã de⁹ deſtrueret, pp͂q; a vobis iiñctũ: vt hinc dñm exoraret. Et vtinã miſericors ſaluator i nobis & noſtris atq; in oibus ſuis: nō ſolum ſupbię: ſed & omnes vſq; ad ſolum Sathanæ parietes deſtruat: muros in eis hieruſalē ſpiritualis cōſtruat: ideq; oim bonoꝝ pces exaudiat. Sed ſi hoc erat dicēdũ: nō erat deridendum. ſi erat admonēdũ: nō erat pdican-

Nota.

dum.ſi erat orãdũ:nõ erat declamandũ. Nã eſto. Sup̃bi ſum⁹,rei ſum⁹:pctõres ſumus. Sed nõ tamẽ erãt pctã fratrũ in eccleſia prędicãda,nõ erãt delicta Monachorũ in exẽplũ pp̃lo ꝓferẽda:ne Monachos ſupbos & maxime Cluniacẽſes populus audiẽs:ad imitãdũ traheref.ne ſuperbiã quã in Monachis audiebat notabilẽ:ideo i ſe min⁹ dãnabilẽ credere doceref. Nõ ſatis idonea ad euitãdã ſuperbiã pſuaſio eſt. ꝓpoſitũ exẽplũ ſupbiæ: cũ magis cõtrarijs hũilitatis & aliarum virtutũ exẽplis,morbus ſupbię & aliorũ malorũ ab humanis pectorib⁹ ſoleat expurgari. Oportuerat ſapiẽtiã vr̃am, hoc nõ in Taruuanenſi pp̃lo,ſed in Cluniacẽſi capit̃lo p̃dicare:& ad hũilitatis viã, fratrũ nr̃orũ ſupbiã vt põtificẽ decet:ſacris pſuaſionibus reuocare. Fuerat hoc ingerẽdũ ſine pp̃lis,aurib⁹ ipſoꝝ:nõ ſine illis aurib⁹ pp̃loꝝ:vt eos exhortatio corrigeret:nõ derogatio diffamaret. Nõ eĩ de tã diuerſis & remotis partib⁹ terraꝝ, Cluniacẽſes fr̃es audire nedũ exaudire poterãt apud Taruuanã ep̃m de eoꝝ ſuperbia diſputãtẽ:cũ fortaſſis obtẽperaſſent,ſi eum audiſſent ſe de talib⁹ i capitulo ſuo cui bis aut ter interfuit: admonẽtẽ. In illo(in q̃)capit̃lo cui,ſicut dixi, bis aut ter iterfuit. & vbi ſuperbos illos de amicitiæ,bñficiorum,augmentorũq; ꝓmiſſione:nõ modicũ exhilarauit. Non ita ep̃s Auguſtinus vera vel falſa fratrũ mala pp̃lo p̃dicauit, vel in ſcriptis ſuis prædicari mandauit.cum dixit,vbi orit̃ peccatũ ibi moriatur.nec ad plures eius correctio quã noticia extendat̃. Nõ ita patres priores & Magiſtri Eccl̃iarũ dei, nõ ita(vt de nr̃i tẽporis ſingularibus viris loquar)dõnus Guigo prior Cartuſiẽſis.qui hoc de fonte veræ non fictæ charitatis hauſerat:vt mala cuiuſq; auctori ſuo tãtum nota faceret: bona cuiuſlibet non ipſi,ſed eo abſente oib⁹ diuulgaret Sed vñ tñ hec ſupbia? Cui ep̃oꝝ Cluniacen.fr̃es reſiſtũt? cui nõ obędiũt? cui nõ ſeruiũt? Cui nõ obędientiã iuſtã, nõ obſequiũ ꝓ virib⁹:nõ reuerẽtiã prę cũctis pene aliaꝝ cõgregationũ Monachis impendũt? Neſcio,neſcio:de⁹ ſcit. Si ſcirẽ. non paterer:ſi noſſem,corrigerẽ. Video

Auguſti. dictum.

res Cluñ.velut toti⁹ rei publicę xp̃ianæ ærariũ eſſe.de quo oẽs hauriũt,qđ pene exhauriũt,in qđ rari pauca iniciunt: de quo plures multa accipiũt. Sed quia per gr̃am dei vniuerſos pene latinę eccl̃ię ſacerdotes amicos habem⁹: præcamur vt vos quoq; iter reliquos,ꝓpitiũ habeam⁹ cui & pauca illa nr̃a q̃ penes vos habentur expoſita ſũt:& plurima alia ꝑ diuerſas mũdi partes diffuſa,ad obſequendũ reuerẽtiæ vr̃æ,ſi tñ ita placuerit,parata ſunt. Accedit ad hãc q̃relã familiarẽ,qđ canonicã Abba.villę ſcl̃ariũ canonicoꝝ quã comes de Põtiuo Cluniacẽſi monaſterio q̃tum ad ius ſcl̃aſtre ꝑtinet, dedit: etiã Ep̃s Ambianẽſis ad quẽ ex Eccl̃iaſtica cura ꝑtinet dediſſet:niſi ei a vobis & a paucis alijs diſſuaſũ fuiſſet. Sed qđ ego hic de alijs q̃ror? Poſſum qdẽ de eis iure conq̃ri: ſed de vobis magis habeo ius q̃rẽdi. Cũ em̃ & charitas cõis,& amicitia ſingularis, nil contra amicũ facere ſuaderẽt: exceſſiſtis amicitiæ metas:& nil vos ledẽtẽ amicũ leſiſtis. Cũq; ſub ditiõe vr̃a ſcd̃m ſpẽ a vobis datã,icremẽta m̃ltiplicia ſparem⁹:ceſſit nobis ſpes illa in cõtrariũ.vt nõ ſolũ nihil infra mætas ep̃ij vr̃i vr̃a largitas nobis cõferret: ſed & alioꝝ donis & largitiõib⁹ contrairet. Probat hoc,vt accepi,apud Remoꝝ vrbem nup fact⁹ Ep̃oꝝ cõuẽt⁹:vbi cũ dñs Remẽſis archiep̃s,Sueſſionẽſis,Catalaunẽſis,Atrebatẽſis & alij ep̃i:vtiq; magni ſapiẽtes & religioſi viri. i negotio iã dicto aſſenſũ darẽt:ſol⁹ iter oẽs ab oib⁹ diſſentiẽs appuiſtis. Quare hoc? Si iuſta de cauſa:bñ. Si nõ:ipſe videte. Credo tñ in partib⁹ vr̃is Sc̃m Bertinũ,Abba. villã, Gaſtũ,Romiliacũ, & alia vobis cõtigua loca hoc iudicare:qđ fr̃es Cluniacenſes, ep̃alis auctoritas tã facile tã ſeuere non debeat cõdẽnare. Parco verbis,ne amicũ quẽ placare cõtendo: prouocare videar. Oro igit̃ in fine epiſtolæ: oro ego, dep̃cant̃ & nr̃i: vt qđ nobis de amicitia (ſicut ſupra dixi) ꝓmiſit bẽignitas vr̃a: obſeruet veritas vr̃a. Abſit em̃. vt aliter faciendo quã ꝓmittendo ſit in Sancto ore vr̃o eſt.& non:ſed eadem implendo quæ dicendo:ſit ſemper in illo eſt.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola viij. ad Papã Innocentium. pro tranſlatione Epiſcopi Salamãtini ad Archiepẽpatum Sancti Iacobi deprecatoria.

ac familiaris: multiſq; ſępe ab ipſis. ſed & a ma
gno Papa Gregorio laudib⁹ prędicat⁹: itercu
iuſdā nobiliſſimę ſed ad religionis monaſticę
ꝓpoſitū nup cōuerſę fœminę deſcribēs: ſic in
epiſtola Sulpicio Seuero directa loquif. Vidi
mus gloriā dñi: in illo matris & filioꝝ itinere.
In eo quidē, ſed lōge diſpari cultu. Macro illā
& viliore aſellis burico ſedentē, tota hui⁹ ſeculi
pōpa qua honorati & opulēti poterāt circūfluí
ſenatores ꝓſeqbanf: carrucis nutātib⁹, falera
tis equis, auratis pilentis, & carpentis pluribus
gemēte appia atq; fulgēte. Sed ſplēdorib⁹ va
nitatis: ꝑlucebat chriſtianę humilitatis gratia.
Admirabanf diuites pauperē ſanctā: at illos
noſtra paupies ridebat. Vidimus dignā deo
hui⁹ mūdi cōfuſionē: purpureā, ſericā, auratā
q; ſuppellectilē: Pānis veterib⁹ & nigris ſeruiē
tem. Bñdixim⁹ dñm, qui humiles excelſos fa
cit: eſurientes implet bonis: & diuites dimittit
inanes. Ecce nō ſolū viri antiquę religionis,
ſed etiā mulieres ſanctitatis ꝓpoſitū aſſumen
Nota de nigro colore. tes: veſtib⁹ nigris vſe ſcribunf. Nā vt qđ ſentio
fatear, viſum eſt vt mihi videf, magnis patri
bus illis nigrū hūc de quo agif, colorē: magis
humilitati, magis pœnitētię: magis luctui cō
uenire. Quib⁹ ſtudijs quia totā monachi vitā
maxime inuigilare oportet: decreuerūt: vt co
lor morib⁹, veſtes virtutib⁹: qua poſſent cogna
tione iungerentur. Veſtes eñ cādidas magis
gloriā quā abiectionē, magis gaudiū q̄ mœro
rē antiquit⁹ deſignaſſe: magis etiā eccleſię vt
oībus notū eſt, ſic interpretātibus: & angelus
reſurgētis, & angeli aſcēdentis dñi ꝑcones in
dicant: ipſeq; ſaluator in illa trāſformationis
ſuę gloria veſtib⁹ niueis ꝑclar⁹ apparēs, oſten
dit. Inde bon⁹ & doctus vir Sidonius Aruern⁹
Epiſcop⁹, quorūdā vicia mordaci rephenſiōe
irridēs: inter alia quib⁹ in eos inuehif: ꝓcedūt
(inquit) albati ad exequias, pullati ad nuptias:
oſtendens eos intēm morib⁹ & actu cōfuſos: vt
apparatū funereū nuptiali, nuptialē funereo:
peruerſo ordine ꝑmutarent. Nā qui morē cō
munē tpis illius ſeruabāt: nō albati ad exequi
as, pullati ad nuptias: ſed albati ad nuptias,
pullati ad exequias ꝓcedebāt: vt albati nuptia
li gaudio: pullati luctui funereo cōcordarēt. vi
di nuper ipſe in Hiſpanijs cōſtitut⁹, & admira
tus ſum: antiquum hunc morem ab Hiſpanis
adhuc oībus obſeruari. Mortua quippe vxore
marit⁹, mortuo marito cōiunx, mortuis filijs
patres, mortuis patrib⁹ filij, defunctis quibuſ
libet cognatis cognati, extinctis quolibet caſu
amicis amici: ſtatim arma deponūt, ſericas ve
ſtes, peregrinarū pelliū tegmina abijciūt, totū

q; pe nit⁹ multicolorē ac ꝑcioſum habitū abdi
cātes: nigris trilibuſq; indumētis ſe cōtegūt.
Sic crinib⁹ ꝓprijs, ſic humeroꝝ ſuoꝝ caudis de
curtatis: ſeq; & ipſa atro ꝑſus colore denigrāt.
Talib⁹ luctus doloris ve inſignib⁹, ſubtractos
chariſſimos deflēt: & integri ad min⁹ ſpatium
anni in tali mœrore publica lege cōſummāt.
Hac tāta auctoritate vel rōne tibi colonię tuo
niger monache ſatis facio: nec tñ ideo albi al
bedinē cōdēno. Laudaris tu, qa patrum tuoꝝ
ſanctū nō vis excedere morē: laudaf & ille, qa
veſtiū inſolito cādore, ſui magis ac magis ani
mi in ſancto ꝓpoſito excitat, etiā hoc mō fer
uorē. Diſtinguit ſe quodāmodo tali colore, nō
a cōmuni qđ nephas eēt charitate: ſed a mul
toꝝ hui⁹ ordinis nota oīb⁹ tepiditate. Cū ſis
igif ſub vno paſtore Ieſu Chriſto, cū habites in
vno ouili eccłię: cū ex vna viuas ęternoꝝ fide
& ſpe: tā tu albe q̄ tu niger monache, quid de
varijs vellerib⁹ vt parū auſteri⁹ loquar: ſtultiſſi
mę oues cauſamini? Quid tā nulla imo tā ſtulta
de cauſa: cōtra vos adinuicē mouemini? Cur
tā puerili occaſione primā illā ſtolā charitatis
ſcinditis? Cur ipſa habitacula ſepatis? Cur vos
ipſos nō iā ouino ſed lupino dente mordetis?
Cur detrahitis? Cur laceratis? Videte, cauete, ne
hoc nomē inocētię quo oues nūcupamini: nō
de illis vos faciat, quas poſitur⁹ eſt ſumm⁹ pa
ſtor a dextris. & de quib⁹ ipe ait. Oues meę vocē Ioan. x.
meā audiūt, & ego dñs agnoſco eas, & ſequūf
me, & ego vitā ęternā do eis, & nō peribit in
ęternū. ſed qđ abſit iter illas vos cōſtituat. de
quib⁹ legif & cātaf. Sicut oues i inferno poſiti
ſūt: mors depaſcet eos. Cernitis adhuc ſtultā eē ps. xlviij.
cauſā: de colore diſputare? Dānabilē frēm p co
lore odire? Peſſimā, frē p colore detrahere? Si to
ta hęc mutui cā erat diſcidij, ſi ſola tāti materia
diuortij: ſi inquā ſchiſmatis mōachorū hęc ſola &
tota erat occaſio: nōne hac tā multis rōnib⁹ ex
ploſa, cordiū vroꝝ iā vet⁹ ſciſſura vniet? Nōne
lęta charitas curabit? Nōne ad pacis filios euā
gelica pax reuertef. Satiſfacite igif paci, filij pa
cis: & cū ea ꝑpetuū fœd⁹ iite, ne forte, ſi aliter
fiat: ꝓferaf qñq; etiā cōtra vos diriſſima illa
Prophetę ſentētia. Nō eſt pax dicit de⁹ meus Eſa. xlviij.
impijs. Etiā deo grās, ęſtimo me quorūdā nři
ordis viroꝝ, ātiquas odioꝝ cauſas & latebras
penetraſſe: nec iā ad qrēdū etiā ſollicito cogita
tui aliqđ ſupeſſe. Qđ ſi res ita ſe habet: neq; tu
albe nigrū, neq; tu niger mōache albū ſi pſcri
pta ſeruare volueritis, infeſtabis: neq; aduerſus
frēm p diuerſo ꝯſuetudinū more, vel p vario
tāiꝑe noiato colore: a ſtatu altiſſimę charita
tis moueberis. Sed qđ dixi? Quō mēte exceſſi?
Vbi intellect⁹ animi? Vñ acies obſcurata videā

di? Putabam me oẽm ſcandaloꝝ materiam inueniſſe: arbitrabar me omnes odiorum latebras detexiſſe. Suſpicabar (vt dixi) ſolam diuerſitatem conſuetudinũ, ſolã varietatẽ colorũ, qualitatem aut quãtitatem veſtiũ aut ęſcarũ, charitatẽ inter monachos vulneraſſe. & tãti mali iſtã tñmodo cauſam exiſtere. Cernebam feſtucã in oculo fratris: ſed trabem ꝑmaximã & quercũ preualidã in meo vel ipſi⁹ oculo videre nõ poterã. At nũc clarificato oculo, ſerenata die, & Sole meridiano iã nil latere ꝑmittente: video, video inquã, qđ liceat mihi dicere pace oĩm: vnde tñ certus ſum, qđ licebit mihi oĩm pace bonoꝝ. Nã qui indignabit: de

Hieronymus.

ſe vt ait hieronym⁹ dictũ fatebit. Nõ refugit manũ medentis pars ſoſpes corpis, ſed quę ſe palpãtis digitis tremẽs ſubducit: peſtẽ ſine dubio intrinſec⁹ latere oſtẽdit. Quid eſt ergo qđ exciderat? Dic, dic inquam tu, vt mei ꝓpoſiti pri⁹ hoiem alloquar: dic o niger monache, da gloriã deo: & qđ in imis cordis tui cõtra fratrẽ adhuc latet: denuda. Quis inquis pati poteſt

Quarta occaſio diſcordię Prio quo ad nigros

nouos hoies veterib⁹ anteferri: eoꝝ ſtudia, noſtroꝝ actib⁹ ꝓponi: noſtros viliores, illos chariores videri? Quis ęquo oculo aſpicere poteſt, mũdũ ex plurima ſui parte a noſtro veteri ordine auerti, ad ipſoꝝ nouũ ꝓpoſitũ cõuerti: relinqui tritas a ſeculis vias, ꝯcurſus fieri ad ignotas hactenus ſemitas? Quis patiat nouos veterib⁹, iuniores ſeniorib⁹: albos nigris monachis anteferri? Hoc tu inquã niger dicis. Sed

Secundo quo ad albos.

tu albe quid ꝓponis? Felices nos inquis, quos longe ꝓbabilior inſtitutio cõmẽdat, quos beatiores aliis monachis mundus ꝑdicat: quorũ opinio, alioꝝ exiſtimationẽ: quoꝝ dies, alioꝝ lucernã: quoꝝ Sol, alioꝝ ſid⁹ obſcurat. Nos religionis perditę reſtauratores, nos emortui ordinis reſuſcitatores: nos languentiũ, tepentiũ, ſordentiũ monachoꝝ: iuſtiſſimi condẽnatores. Nos moribus, nos actib⁹, nos vſibus, nos veſtib⁹ a cęteris diuiſi: & veterũ teporẽ oſtentui fecimus, & nouum noſtroꝝ feruorẽ pręcellere approbam⁹. Ecce, ecce, vera illa occultior, ſed longe aliis charitati infeſtior cauſa: quę mẽ-

Hic oſtendit q̃ ſint nullę cauſę illę.

tiũ veſtrarũ vnitatẽ ſcindebat, q̃ ipſas domos abinuicẽ ſecernebat, q̃ ad verba detractoria vel maledica: linguas veſtras pſępe iuxta Prophetã, vt gladiũ acuebat. Sed retundat letalis

Ps. lxiij.

gladi⁹ gladio verbi diuini: & ne leui inanis glorię vẽto tãtis ſudorib⁹ fruges collectę diſpergãtur: ſi ſapiẽtes eſtis ſatagite. Ero infelix nimiumq; deflẽda iactura: ſi lõgiſſimi qui tin multi diſſimã cõtinẽtiã, ſi inuincibilẽ obedientiã, ſi ieiunia infracta, ſi ꝑpetuas vigilias, ſi tã graue iugũ diſciplinę, ſi tot palmas patiẽtię: ſi (vt breuiter multa cõcludã) tãtos tãq; innumeros nõ iã terrenę ſed cœleſtis vitę labores ꝑ tanta tpa ad ſtipendiũ ęternitatis, a te ꝑ dei gratiã cõgregatos: vnus nequã ſerpẽtis ſibilus diſperſerit: & te ſolo flatu euacuãs, inanẽ in cõſpectu ſummi iudicis draco veternus effecerit. Et vbi eſt qđ ſaluator hoc morbo adhuc laborãtib⁹ diſcipulis ait. Videbã Satanã quaſi fulgur de cœlo

Luce. x.

cadentẽ? Vbi eſt, qđ facta huic ſimili cõtentione inter eos, quis eoꝝ videret eſſe maior. alibi dicit. Vos aũt nõ ſic, ſed qui maior eſt in vobis fiat ſicut iunior: & qui ꝑceſſor eſt, ſicut miniſtrator? Vbi latet abſcõditũ ab oculis memorię: qđ excelſus ille & magn⁹, cui⁹ iuxta pſalmũ magnitudinis nõ eſt finis. & qui iuxta Apl̃m eſt

Ps. cxliiij.
Roma. ix

ſup oĩa deus benedict⁹ in ſecula: ſeruis ſuis nõ ſe ꝑferẽs vel cõferẽs, ſed ſubmittẽs: ſequit & dicit. Ego aũt in medio veſtrũ ſum ſicut qui miniſtrat? Corripitur Apl̃us ne ſe praeferat Apoſtolo: & non corripietur monachus: ne ſe praeferat monacho? Supponitur a Chriſto magiſtro, minori diſcipulo maior, inferiori ſupior: & ſup Ciſterciẽſem ego Cluniacẽſis eleuari conabor? Submittit ſe ſuis diſcipulis ipſe Chriſt⁹ & ſup fratrẽ longe forſitan meliorẽ tumentẽ ſuperbia leuabit ceruicem chriſtianus & monach⁹? Deiicit ſe maieſtas: & iactat ſe infirmitas? Humiliat ſe celſitudo: & extollit putredo? Seruit de⁹: & imperare nitit limus? Et quõ cecidiſti frater de gradu regulę tuę, quo te cõſcẽdiſſe gloriaberis, vt monach⁹ oĩb⁹ ſe inferiorẽ & viliorẽ nõ ſolũ ſua lingua ꝓnũciet, ſed & intimo cordis credat affectu? Et quid vltra laboro? Nõ eſt neceſſe religioſis, ſapiẽtib⁹, literatis, acri⁹ inſtare: nec vt vulgo dr̃ mineruã docere vel ligna ad ſyluã, vel aquã ad flumina ſiue mare deferre. Intelligit, agnoſcit vtriuſq; veſtrũ ſapiẽtia: ſicut ſine fide ſic & ſine charitate ipoſſibile deo placere: nec aliquem humilitate abiecta, poſſe eandem charitatem niſu quolibet retinere. Vnde enim humilitas recedit: ibi neceſſario ſuperbia ſuccedit. Vbi ſuperbia ſuc-

Nota bene.

cedit: ibi ſtatim & inuidia accedit. Vbi inuidia oritur: confeſtim charitas moritur. Nam neq; eum cui inuidet inuidus poteſt diligere: nec in non diligente charitas aliquo modo permanere? Propter iſta, vnde abeſt charitas: abeſt humilitas, & vnde abeſt humilitas: abeſt & charitas. Hoc docet clare & Apoſtolus, cum dicit. Charitas non ęmulatur, non agit perperam: non eſt ambitioſa. Et quia nec etiã alienarum rerum cupida; ſubdit: non quęrit q̃ ſua ſunt. Inflationẽ ergo oẽm, ambitionẽ oẽm, cu-

piditatem oẽm, auaritiam oẽm excludit chari-
tas: imo per charitatem iuxta sequẽtia Apo-
stoli, expellitur tota simul iniquitas. Iã si hanc
charitatẽ quã legẽ Christi idem Apl'us vocat:
vis frater Cluniacẽsis, frater Cisterciẽsis, inte-
grã conseruare: si per ipsam maximos tibi the-
sauros in cœlo recondere, si reconditos cõser-
uare: da totam quam potueris operam: & cau-
sas non dico eam fugantes, nõ dico eam peri-
mentes, sed vel parum eam lędentes a te abi-
ge, si expulsę redire voluerint, firmi pectoris
redeuntib' ostium claude: & cohabitatricẽ sem-
piternã, totis sanctę aię tuę amplexib' retine.
Subleuabit te charitas ipsa firmiter retenta ad
regna cœlorꝫ: quę nimia ac dulci vi sua inclina-
uit vsq; ad terras regem cœlorꝫ. Fidelis inde
testis est Apl'us, dicẽs ꝙ ꝓpter nimiã charita-
tem filium suũ miserit deus in similitudinem
carnis peccati. Gaudebis perenniter corã deo
charitate: & gaudiũ tuũ. sicut ipse ꝓmisit, ne-
mo tollet a te: qñ erit deus omnia in omnib'.
Qñ satiaberis a longinqua esurie tua: cũ ma-
j. Ioan. iij. nifesta fuerit gloria ei'. Quãdo cum apparue-
ris similis ei eris: & per hãc charitatẽ ei sempi-
terne vnitus: videbis eum sicuti est. Iam tan-
dẽ ad vos mi charissime, cui præsens epistola
mittitur, stylus recurrat: vt a quo sumpsit ini-
tiũ: in ipso suam fortassis importunã ꝓlixitatẽ
finiat. Causa mihi scribẽdi, vt superi' ꝓfessus
sum: teste conscientia, sola vere charitas fuit:
vt quãtũ ad vtrũq; nostrũ attinet, statu collo-
quutionis eã recalescere. & in mutui affectus
solitas vel maiores flãmas erumpere cogerẽ.
Restat vt vos quẽ lacteam fortemq; columnã
cui innititur, monastici ordinis ędificio summa
ꝓuidentia pręparauit: & velut rutilum sidus
exemplo verboq; nõ solũ monachis, sed & to-
ti latinę ecclesię nostro tpe insigniter lucẽ do-
nauit: restat inquã, vt totam quam potueritis
huic diuino operi detis operã: & vtriius nomi-
nis & ordinis maximas cõgregationes: nequa-
q̃ vltra dissidere patiamini. Studui ego semp,
vt sanctos illos cõgregatiões vestrę monachos
nostris fratrib' cõmendarem: & ipsos illis pfe-
ctę vnione charitatis, si fieri posset, etiã inuisce-
rarẽ. Hoc publice, hoc priuatim, hoc i magnis
nostrorꝫ cõuentibus facere nõ neglexi: & vt ru-
biginẽ illã liuoris & zeli contrarij, quę interio-
ra viscerũ latenter rodere solet eraderem: mo-
dis quibus potui laboraui. Instate & vos ꝓ ma-
gna illa gratia a deo vobis collata, agro cõmu-
ni: vt sicut nullus post vos nostris dieb' plura
vtilia in illo plantasse ꝓbatur: ita laudabili stu-
dio & industria, oĩne satus vtilib' cõtrariũ auel-
latur. Expellite sublimi illo & ex spũ dei flãmã-
te eloquio ab eorꝫ cordib' (vt initi' loquar) pue-
rilẽ illã ęmulationẽ: a lingua susurrationẽ & lo-
co istorꝫ velint, nolint: fraternã ingerite dile-
ctionem. Non segreget vltra greges vestros a
nostris gregib' visuũ diuersitas, colorꝫ varietas:
sed a summa vnitate deriuata: corrupta repa-
rãs, discissa redintegrãs: diuisa vnificãs vniuer-
sa vniat charitas. Sic plane, sic decet: vt quib'
est vnus dñs, vna fides, vnũ baptisma: quos
cõtinet vna ecclesia, quos manet vna perẽnis
& beata vita: eis quoq; iuxta scripturã sit cor
vnũ & aĩa vna. Misi gẽmeo amico salis gẽmã,
cui' corpalem visum vobis vtilẽ olim audiui: &
cui' specialẽ intellectũ, suprascriptis necessariũ
esse putaui. Nã quãlibet multos & ꝓciosos ap-
paratus virtutũ suarũ æterni regis mẽsę, sui si-
ne fraternitatis amoris sale intulerint: vt insul-
si reijciẽtur: si hoc sale eos cõdierint: epulę iã
placẽtes cũ offerentib' admittẽtur. Nã qui in
lege sua nullũ sacrificiũ sine sale suscipit nul-
lius munus virtutis sine tali cõdimẽto sibi pla-
cere ostendit. Misi & nouã translationem no-
strã cõtra pessimã nequã Mahumet hæresim
disputantẽ, quę dũ nuper in Hispanijs mora-
rer meo studio de lingua Arabica versa est in
Latinã. Feci autẽ eã transferri a perito vtriusq;
linguę viro, magistro Petro Toletano Sed qa
lingua Latina nõ adeo ei familiaris vel nota
erat vt Arabica: dedi ei coadiutorẽ doctũ virũ
dilectũ filium & fratrẽ Petrum notarium no-
strũ reuerẽtię vestrę vt ęstimo bene cognitũ.
Qui verba latina impolite vel cõfuse plęrũq;
ab eo ꝓlata poliens & ordinans: epistolã imo
libellũ, multis vt credo ꝓpter ignotarũ rerum
notitiam perutilem futurũ: perfecit Fuit au-
tẽ in transferendo hęc mea intentio: vt morẽ
illũ patrũ sequerer, quo nullã vnq̃ suorꝫ tẽpo-
rũ vel leuissimã vt sic dicã, hæresim silendo
pręterirent: quin ei totis fidei virib' resisterẽt:
& scriptis ac disputationib' esse detestandã ac
dãnabilẽ demonstrarent. Hoc ego de hoc ꝓci-
puo errore errorꝫ, de hac fęce vniuersarum hę-
resum: in quam omnium diabolicarũ secta-
rum quę ab ipso saluatoris aduentu ortę sunt
reliquię confluxerunt, facere volui: vt sicut læ-
tali eius peste dimidius pene orbis infectus
agnoscitur: ita q̃ sit execrandus & conculcan-
dus, detecta eius stultitia & turpitudine: a ne-
scientibus agnoscat. Agnoscens ipse legẽdo,
& sicut arbitror vt dignũ est deflebitis: p tã ne-
pharias & abiectissimas sordes tantã huma-
nigeneris partẽ deceptã: & a cõditore suo per
spurcissimi hominis sectã, etiã post redẽptoris

gratiā:iā leuiter auerſam. Nec ignoro equidē,
qm̄ ſcriptura iſta que perditis illis in ꝓpria lin
gua ꝓdeſſe nō potuit:in latinā verſa min⁹ ꝓ-
derit. Sed proderit fortaſſis aliquibus latinis,
quos & de ignotis inſtruet,& q̄ dānabilis ſit hę
relis que ad aures eoꝝ ꝑuenerat:impugnādo
& expugnādo oſtendet. Et vt nihil dānabilis
ſectę noſtros lateret:totā illā illoꝝ legē,quā in
ꝓpria lingua alkoran vel alkyren vocāt:ex in-
tegro & ꝑ ordinē feci transferri. Interpretatur
aūt alkoran vel alkyren,ſi e verbo verbi expſ-
ſa trāſlatio fiat,collectaneus ꝓceptoꝝ:quę ſibi
per partes de coelo miſſa:nequā ille confinxit.
Feci inſup & quaſdā ei⁹ fabulas cū quodam
Abdia Iudęo & alijs Iudęis habitas trāſferri:
quę inauditis deliramētis & velut ſomniorū
phātaſijs ſup vniuerſa ipſi⁹ ſcripta nephandā
ſectam etiā pecorib⁹ oſtētui faciunt. Sed quia
res diffuſa eſt,& ꝓpter linguę barbariem ex
magna ſui parte ad intelligendū difficilis:bre
uiter dico quis iſte fuerit,& quid docuerit. Pu-
tant eīm quidam hunc Nicolaum illum vnū
ex ſeptem primis diaconibus fuiſſe,& Nico-
laitarum ab eo dictoꝝ ſectam:quę etiā in Apo
calypſi nominatur,hāc modernoꝝ Sarracęno
rū legē exiſtere. Somniāt & alij alios,& ſicut le
ctionis incurioſi & rerū geſtarū ignari:ſicut &
in alijs caſibus falſa quęlibet opinantur. Fuit
autē iſte tempore Imperatoris Heraclij,paulo
poſt tempora magni & primi Gregorij Roma
ni pōtificis,ante annos ferme quingētos quin
quaginta,Arabs natiōe,vilis genere,antiquę
idolatrię cultor:ineruditus,nullarum pene li-
terarum,ſtrenuus in ſecularibus,& calliditate
multa de ignobili & egeno in diuitē & famo-
ſum ꝓuectus. Hic paulatim creſcendo,& con-
tiguos quoſq; & maxime ſanguinis ꝓximos
inſidijs,rapinis,incurſionib⁹ freq̄nter infeſtā
do:quos poterat furtim,quos poterat publice
occidēdo,terrorē ſui auxit:& ſępe in cōgreſſio
nibus factus ſuperior:ad regnū ſuę gētis aſpi-
rare coepit. Cunq; vniuerſis pari modo reſiſtē-
tibus,& eius ignobilitatē contemnentib⁹,vi-
deret ſe hac via nō poſſe cōſequi qd ſperabat:
quia vi gladij nō potuit,religionis velamine
& diuini Prophetę nomine rex fieri attempta
uit. Et quia inter barbaros barbarus,inter ido
latras & ipſe idolatra habitabat:& inter illos
quos,vt pote prę cunctis gentib⁹,tā diuinæ q̄
humanæ legis exortes & ignaros,faciles ad ſe
ducendum eſſe nouerat:conceptæ iniquitati
dare operam coepit. Et quia Prophetas dei
magnos fuiſſe homies audierat:Prophetam
ſe eius eſſe,prædicare iam omnibus coepit.

Nota de Mahumet.

Interim iudicio illius,qui terribilis in conſilijs Roma.ix
dicitur ſuper filios hominum:& qui miſere-
tur cui vult & quem vult indurat:dedit Satan
ſucceſſum errori,& Sergium monachum hæ-
retici Neſtorij ſectatorem,expulſum ab eccle-
ſia ad partes illas Arabiæ tranſmiſit:& mona
chum hæreticum pſeudo prophetæ cōiunxit.
Ita Sergius cōiunctus Mahumet,quod ei de-
erat ſuppleuit:& ſcripturas ſacras tam veteris
teſtamenti q̄ noui,ſcdm magiſtri ſui Neſtorij
intellectum,qui ſaluatorem noſtrum deum
eſſe negabat:partim prout ſibi viſum eſt ex-
poſuit:& cum ab idolatria auertens,chriſtia-
num Neſtorianum effecit. Et vt tota iniquita
tis plenitudo in Mahumet confluceret,& nihil
ei ad perditionem ſui vel aliorum deeſſet:ad
iuncti ſunt Iudęi hęretico:& ne verus chriſtia
nus fieret doloſe pręcauentes,homini nouis
rebus inhianti non ſcripturarum ſanctarum
veritatem,ſed fabulas ſuas quibus nunc vſq;
abundant:Mahumet Iudęi inſibilant. Sic ab
optimis doctoribus Iudęis & hęreticis Mahu
met inſtitutus,Alkoran ſuum cōdidit:& tam
ex fabulis iudaicis,q̄ ex hæreticorum nenijs
confectum nephariam ſcripturam barbaro il-
lo ſuo modo contexuit. Quod paulatim per
Thomos a Gabriele,cuius iam nomen ex ſa-
cra ſcriptura cognouerat,ſibi allatum menti-
tus:gentem deum ignorantem letali hauſtu
infecit,& more talium oram calicis melle li-
niens:ſubſequēte mortifero veneno,animas
& corpa gentis miſerę(proh dolor)interemit.
Sic plane impius ille fecit,quando & legem
iudaicam & chriſtianā collaudans:nec tamen
eſſe tenendam confirmans,probando repro-
bus reprobauit. Inde eſt ꝙ Moyſen optimum
Prophetam fuiſſe,Chriſtum dn̄m maiorem
omnibus extitiſſe confirmat:natum de virgi-
ne prędicat,nuncium dei,verbum dei,ſpūm
dei fatetur:nec nunciū verbū & ſpūm:vt nos
aut intelligit aut cōfitetur. Filium dei dici aut
credi,prorſus deridet. Et de humanæ genera-
tionis ſimilitudine vaccinus homo filij dei
æternam natiuitatem metiens,vel gignere
vel generari deum potuiſſe:quanto poteſt ni-
ſu denegat,& ſubſannat. Reſurrectionem car
nis ſæpe replicando aſtruit:iudicium commu
ne in fine ſeculi non a Chriſto ſed a deo exer-
cendū eſſe non negat. Illi tamen iudicio Chri-
ſtum vt omnium dominū:ac ſeipſum ad gē-
tis ſuæ præſidium affuturum veſanit. Inferni
tormenta qualia ſibi libuit,& qualia adinue-
nire magnum Pſeudo Prophetam decuit:
deſcribit. Paradiſum non ſocietatis angelicæ,

nec viſionis diuinę,nec ſummi illius boni,qđ
nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor
hominis aſcendit:ſed vere talem qualem ca-
ro & ſanguis,imo fex carnis & ſanguinis cócu
piſcebat:qualemq; ſibi parari optabat:depin-
xit. Ibi carniũ & omnigenoꝝ fructuum ęſum,
ibi lactis & mellis riuulos & aquarum ſplendē
tiũ,ibi pulcherrimarũ mulierũ & virginũ am-
plexus & luxus,in quibus tota eiꝰ paradiſus fi-
nitur:ſectatoribus ſuis pmittit. Inter iſta oim
pene antiquarũ hęreſum fęces quas diabolo
imbuente ſorbuerat reuomēs: cũ Sabellio tri
nitatē abnegat,cum ſuo Neſtorio Chriſti dei
tatē abijcit,cum Manichęo mortē dñi diffite-
tur:licet regreſſum eiꝰ nō neget ad cœlos. His
& ſimilibꝰ nō adquiſitiōis ſed pditionis popu
lũ imbuēs,a deo pleniſſime auertit:& ne euan
gelicus ſermo vltra in eis poſſet habere locũ:
velut oia q̄ ſunt Euāgelij & Chriſti ſciētibꝰ,cor
diũ eoꝝ aditũ ferreo impietatis obice obtura-
uit. Circũciſionē inſup velut ab Iſmaele gentis
illiꝰ patre ſumptā,tenendā eſſe decreuit:& ſu-
per hęc oia quo magꝫ ſibi allicere carnales mē
tes hoim poſſet,gulę ac libidini fręna laxauit:
& ipſe decē & octo ſimul vxores habens,atq;
multoꝝ alioꝝ velut ex reſponſo diuino coniu
ges adulterās:maiorē ſibi velut exemplo pro-
phetico numerũ perditoꝝ adiunxit. Et ne ex
toto inhoneſtꝰ pderet̃,ſtudiũ eleemoſynarũ
& quędā opa mię cōmēdat:orationes collau-
dat,& ſic vndiq; mōſtruoſus:vt ille ait,huma
no capiti equinā ceruicē & plumas auiũ copu-
lat. Qui qm̄ ſuadēte iam dicto monacho ac p̄-
fatis Iudęis,idolatriā & reliquit,& relinquēdā
quibꝰ potuit pſuaſit:atq; vnũ deũ,deoꝝ multi
plicitate relicta colendũ eſſe p̄dicauit:hoibus
agreſtibus & imperitis inaudita dicere viſꝰ eſt,
& quia rōni eoꝝ hęc p̄dicatio cōcordat,Pro-
pheta dei primo ab eis credit̃:dehinc pceſſu
tpis & erroris,in regē ab eis qđ cōcupierat,ſub-
limatꝰ eſt. Sic bona malis pmiſcēs,vera falſis
cōfundens,erroris ſemina ſeuit:& ſuo partim
tpe,partim & maxime poſt ſuũ tempꝰ:ſegetē
nepharíā igne ęterno cōcremādā pduxit. Nā
ſtatim Romano langueſcēte,imo pene deficiē
te imperio:pmittente eo p quē reges regnant:
Arabum vel Sarracęnorum hac peſte infecto
rum ſurrexit principatus:atq; vi armata maxi
mas Aſię partes cũ tota Aphrica ac parte Hiſ-
panię paulatim occupās:in ſubiectos ſicut im-
periũ ſic & errorē tranſfudit. Hos licet hæreti-
cos nominem:quia aliqua nobiſcũ credũt,in
pluribꝰ a nobis diſſentiunt:fortaſſis rectius Pa
ganos aut Ethnicos (qđ plus eſt) nominarem:

Horatꝰ de arte poetica.

quia quāuis de dño vera aliqua dicāt,plura tñ
falſa p̄dicant:nec baptiſmati sacrificio,pœni-
tētię,vel alicui chriſtiano ſacramēto qđ nunq̄
vllus p̄ter hos hæreticꝰ fecit,cōmunicāt. Quā
breuiꝰ potui,vitā hois ſummāq; nephādę le-
gis notaui. Hoc ea de cauſa feci,vt & rē vobis
notā facerē:& ad ſcribēdũ cōtra tā pnicioſum
errorē animarē. Nā licet vt ſupra dixi,hoc pdi
tis illis vt ęſtimo pdeſſe non poſſit:reſpōſionē
tñ cōdignā ſicut cōtra alias,ita & cōtra hāc hę
reſim chriſtianũ armariũ habere deceret. Quę
ſi ſuperflua quilibet cauſatꝰ fuerit:qm̄ quibꝰ reſi-
ſtere debeāt talibꝰ armis muniti nō adſũt:no-
uerit in republica magni regis,quędā fieri ad
tutelā,q̄dā fieri ad decorē:q̄dā etiā ad vtrũq;.
Nā ad tutelā facta ſunt a Salomone pacifico
arma,licet tpe ſuo minus neceſſaria:p̄parati
ſunt a Dauid ſumptꝰ,parata & ornamēta:tē-
pli diuini ꝯſtructioni & ornatui deputata. Sed
nec illa eiꝰ tpe alicui vſui pfecerũt:ſed in vſus
diuios poſt eiꝰ tpa trāſierũt. Māſerũt itaq; iſta
aliquāto tpe ocioſa:ſed incũbente neceſſitate,
apparuerũt q̄ diu vacauerāt fructuoſa. Nec tñ
(vt mihi videt̃) opꝰ iſtud etiā hoc tpe ocioſum
vocare debeo,qm̄ iuxta Apl'um. Veſtrũ eſt &
oim doctoꝝ viroꝝ,oēm ſcientiā extollentē ſe
aduerſus altitudinē dei:oi ſtudio verbo & ſcri-
pto impugnare,deſtruere:cōculcare. Qđ ſi hic
errātes cōuerti nō poſſint:ſaltē infirmis eccle-
ſię qui ſcādalizari vel occulte moueri leuibus
etiā ex cauſis ſolēt,cōſulere & puidere doctus
vel doctor ſi zelũ habet iuſtitię,nō debet negli
gere. Propono inde vobis p̄res oēs,& p̄cipue
patrē Auguſtinũ:q licet Iulianũ Pelagianũ,li-
cet Fauſtũ Manicheũ,& verbꝫ & labore ſuo ad
fidē rectā cōuertere nequiuerit:nō tñ de eoꝝ
errore magna condere contra eos volumina
omiſit. Sic de reliquis ſui tpis & nō ſui tpis hæ-
reticꝭ,ſic de Iudęis,ſic de paganis faciēs:nō ſo
lũ cōtra eos ſui tpis hoies armauit:ſed etiā ad
nos & ad poſteros oēs maximę ędificatiōis &
inſtructiōis chariſma trāſmiſit. Si igi reuerētię
vrę in his laborādi deo aſpirāte volũtas affue
rit (nā facultas p̄eiꝰ gratiā deeſſe nō poterit) re
ſcribite & mittemꝰ librũ quē nōdũ miſimꝰ:vt
p os vrm ipſiꝰ laude repletũ,ſpũs nequitię ſpũs
benignꝰ r̃ndeat:& theſauros eccleſię ſuę,gazis
veſtrę ſapiētię ſuppleat. Mittite ſi placet p p̄ę
ſentiũ latorē vel p aliũ,epl'am illā veſtrā q̄buſ
dā Carnotē ſibꝰ mōachis (vt mihi videt̃) miſſā,
r̃ndētē de regulę p̄ceptis,& de diuerſis mona-
ſtici ordinis vſibꝰ,quē Cluniaci ſemel legi:ſed
nūq̄ poſtea ad relegēdũ habere potui. Miſiſſē
& ego noſtrā eruditę dilectioni veſtræ,quam

Nota.

contra hęreticorum prouincialium quędā ca-
pitula ante quatuor vel quinq; annos ſcripſi,
ſi ad manū hāc habuiſſem, vt hāc legeretis:&
ſi quid ſupplendū eſſet: aliquo veſtro tractatu
vel epiſtola ſuppleretis. Sed a quodā fratre no
ſtro nuper in Aruerniā delata, & ante annū in
alio volumine cōtra ipſos hęreticos a me in p
uinciā miſſa: mitti vobis nō potuit. Mittet au
tē: poſtq̄ eā ex aliquo exēplari reſcripſero. Sup
his oibus quid vobis videat: reſcribite. Et licet
ego impedimētis pluribus prępeditus diſtule-
rim: vos ſi facultas eſt, diu differre nolite.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola XVII. ad Papam Celeſtinū. Im-
primis electioni eius pacifice congratulatoria.
Deinde latoris literarum cōmendaticia. De-
niq; vero pro expeditione cauſarum: quę pre
deceſſori eius a Cluū directę fuerant nec defi-
nitę: gratiarum actiones perſolutiua.

Niuerſali pōtifici & ſpeciali Clunia-
cenſis eccleſię patri, dño Papę Cœ
leſtino. Frater Petrus humilis Clu-
niacenſiū Abbas, ſyncerum amorē
& plenam obedientiā. Benedictus
dñs deus noſter, qui memor verbi ſui in quo
nobis ſpem dedit: more ſuo nullatenus ſe obli
tum verborū ſuorū etiam hoc tempore mōſtra
uit: quibus ſuos ab ipſis recedens conſolari di
gnatus eſt, dicens. Ecce ego vobiſcum ſum oi-
bus diebus: vſq; ad conſummationem ſeculi.
Apparet hoc in innumeris ipſi⁹ gratię donis,
apparet hoc nūc ſpecialiter & in vobis, quem
his noſtris diebus ſummum pontificem, ani-
marum noſtrarum cuſtodem, totius eccleſiæ
ſuæ adhuc in terris peregrinantis, hoc eſt vni-
cę columbę inter coruos gementis præſulem:
propitia mortalibus benignitas diuina con-
ceſſit. Non hoc (vt iam nobis relatum eſt hu-
manus faſtus, non ſibi prouidens humana cu
piditas, nō Romanus turbo ſępe auditus, or-
bemq; terrarum ſuo impulſu concutere ſolit⁹,
effecit: ſed aduerſa pacificans, diuerſa vniens,
iiij Regū. xix. diſciſſa redintegrans: ſpiritus ille qui vbi vult
ſpirat: velut in ſibilo aurę tenuis iuxta verbum
dñi factum ad Helyam: leniter adimpleuit.
Gauiſi ſumus audientes iſta, & in immēſum
cor noſtrum exhilaratum eſt: agnoſcentes nō
armis, non turribus, non minacibus agmini-
bus, rem diuinam tutari: ſed ſola miſericordis
domini manu & ſuaui protectione ad pacem
compoſitam eſſe. Agnouimus vere qd agno-
ſcendum erat, imperaſſe Chriſtum ventis &
mari, & factam eſſe inſolitam tranquillitatē:
ſtatuiſſe procellam maris in auram, & ſiluiſſe
fluctus ei⁹. Et hoc quis nō miret? Quis (inquā)
hoc nō miretur: a tpe Alexādri ſecundi Papę:
per Gregorium, Vrbanum, Paſchalem, Gela
ſium, Calixtum, Honorium, Innocentium,
ſummos eccleſię dei ac pręclaros pontifices,
quantū ad eorum promotionem pertinet, ec-
cleſiaſticam pacem pertrāſiiſſe: ſed in nullo eo-
rum pręter vos quieuiſſe! Nec adeo lapidei ſu
mus vt nō ſentiamus, nec adeo bruti vt non
intelligamus: eum ſine cuius nutu vt legitur,
nec paſſer ad terram nec folium cadit arbo-
ris: non ſine cauſa, non ſine certo inexhauſtæ
ſapientię conſilio, hanc pacem eorum primor-
diis ſubtraxiſſe, veſtris contuliſſe: quā eſſe illā
puto, & hanc vobiſcum ſemper durare confi-
do: de qua deo i pſalmis Propheta. Scdm mul Pſal xciij
titudinem (inquit) dolorum meorum in corde
meo: conſolationes tuę lętificauerunt animā
meā. Credo eñ & ſpero i deo ſalutari meo, q
qui principiis veſtris dedit tā amabilē pacē: da
bit & fini, ſuo tpe cōmēdabilē laudē. Lętabit
ſub vmbra alarū eius vobis amodo ſubdit⁹ or-
bis terrarū: & ſe tātos fidei ſuę patres, apſlicos
viros, ꝯfeſſores dico, & qd mai⁹ eſt martyres:
vel qd excellentius eſt, ipſos Apſlorū ſummos
Petrū & Paulū, imo ipſum Chriſtū in vobis ſo-
lo ſe habere gloriabit. Gaudebit & iā ineffabili
ter gaudet, licet nō numero, tñ virtutib⁹ puſil-
lus grex veſter Cluniacēſis: qui obediētiā, qui
ſubiectionē, qui qd mai⁹ eſt, dilectionē: quia p
ſeipſum nō poteſt, ore meo p has literas vobis
ingerit, & ſe totū licet abſens, ſanctitatiſ veſtrę
pedib⁹ ſubiicit. Certitudinē electionis veſtræ,
& collati a deo apſlat⁹ ſero accepi: & idcirco tar-
de reſcripſi. Nā diu variāte fama, vix in vigi-
lia ſancti Andreę epiſtolā veſtrā mihi & cōuē-
tui miſſam ſuſcepi. atq; die ipſo publice in capi
tulo lectā, tā literatis q̄ illiteratiſ, quos cōuerſos
vocam⁹, expoſui. Audita eſt, vere & ſuſcepta
ab oibus filiali affectu: qd vobis meli⁹ ore pro-
prio vel nūcioꝝ, pxime p dei gratiā indicabo.
Habeo eñ oimodā voluntatē veniēdi ad vos:
& nouū quidē patrē, ſed antiquū amicū: amo-
re & honore debito viſitādi: faciā hoc ſi ꝯgrue
potuero. Si non: p noſtros q̄ pxime vacauerit:
Chriſti iuuāte gr̄a viſitabo. Cōmēdo interim
paternitati veſtrę negociū fratris p̄ſentiū lato-
ris: vt illud benigne & ad cōmodū eccłię ei⁹ quā
tū iuſtitia pmiſerit: audiatis & diffiniatis. In ſi
ne quas poſſum gr̄as ago, qd ſicut mihi relatū
eſt, & in lr̄is veſtris legi: quaſdā alias cauſas bea
tę mēorię p̄deceſſori vr̄o directas benigne ac-
cepiſtis: ſicq; definiſtis, vt in ſnia ſucceſſoris: nō
ſit nobis lugenda ſancti mors prædeceſſoris.

℄ Epitoma Epiſtolę.

℄ Epiſtola.XVIII.ad Lucium Papam,executionis mādatorum eiuſdē in ꝓcib⁹ & pijs operibus ac cęterorum abbati cōmiſſis:declaratoria. De inde ſtat⁹ dicti pōtificis & regis Siciliç interrogatoria. Deniq; vero poſt negociorum Cluñ cōmēdationē,an iuxta requiſitionē pri⁹ factam mittendi ſint religioſi Romā poſtulatoria.

VNiuerſali Papę & noſtro ꝓprio patri dño Papę Lucio. Frater Petrus humilis Cluniacenſiū Abbas:cum debita obedientia ſyncerriſſimū in dño amoris affectum. Poſtq̄ a chariſſima mihi veſtra paternitate receſſi:quę iniuncta a patre fuerant,quę mandata filijs & ſeruis veſtris Cluniacenſibus,quęq; alia a vobis mihi praecepta:nō indeuotus filius ſollicite vt decebat ac ſtudioſe cuncta impleui. Sacrificia frequētia,orationes pene cōtinuas,eleemoſynarum multiformes erogationes, tam Cluniaci q̄ extra,tam per me q̄ per nuncios: fratribus noſtris impoſui. Quę ipſi auditis literis veſtris,cognito tā ex eiſdem literis q̄ ex relatione mea & ſociorum,multo erga ſe veſtro affectu libentiſſime ſuſceperunt: ac deuotiſſime peragunt. Aſtant ergo & aſtabūt deo ſemp ꝓ vobis:nec tm̄ patrem,tā benignū,tā ſibi clementē:ſummo oim patri deo:amodo ꝓ viribus cōmendare ceſſabunt. Nā & hoc ego quātū potui impreſſi cordib⁹ ipſorum,vt pote qui licet abſentis patris in me expertę benignitatis, & vltra perſonam vel meritum meum mihi impenſi honoris: obliuiſci non poteram. Vt eñ corā duobus quos nemo fallere poteſt teſtibus loquar, deo ſcilicet & ꝓpria conſcientia, pręcellit vere & longe pręcellit quē vobis in intimis animi mei receſſibus ſeruo ſynceri amoris affectus:omnium prędeceſſorum veſtrorum quos erga ipſos gerebam affectibus. Hoc quidē vt dixi benignitas & beneficia veſtra nobis impenſa fecerunt:ſed magis multus quē in ſancto pectore veſtro latere aduerti erga diuina religionis affectus. Sed ne adulari videar:his intermiſſis ad ſequentia veniam. Miſi praeſentium latorem cum literis iſtis,vt & nota facerem reuerentię veſtrę quę dixi:& de ſtatu ſublimitatis veſtrę,maxime de pace regis Siculi literis veſtris certificari mererer. Nā nō parū mihi credite ꝓ pace veſtra:vt multū eam exoptans ſollicitor. De pace eñ veſtra,oium noſtrum pax pendet:in requie veſtra,nos ſpecialiter veſtri Cluniacēſes requieſcimus:in dolore nō ficte ſed veraciter cōdolem⁹:quia mēbra q̄ capitis dolori nō cōpatiūtur:nō ſolū morbida ſed & mortua iudicātur. Reſcribite ergo nobis ſi placet,ſup illa.vt ſi eſt, put decet congaudeam⁹:ſi nondū eſt,ꝓ ſciētia,ꝓ virib⁹:vobis & apud deū & apud hoies collaborem⁹. De cętero precor,vt quia Cluniacēſia negotia tāta ſunt,vt pene aſſidue ꝓ diuerſis oporteat nos paternitati veſtrę ſcribere cauſis:nō hoc moleſte feratis:ſed vt ſpecialē & benignū patrē decet:ea quę mandantur audiatis & exaudiatis. Hoc autē a vobis mandari poſtulo,vtrū put mihi Romę a maieſtate veſtra iniunctum eſt: duodecim fratres cum tertiodecimo qui eis in abbatē pręficiendus ſit:vſq; ad feſtū ſancti Andreę Romā mittere debeā. Nā hoc veſtro iterum ſuſcepto mādato:ſtati eos ad iter parabo.

℄ Epitoma Epiſtolę.

℄ Epiſtola.XIX.quę eſt reſcriptū Papę Lucij ad dōnum abbatē,benignę ſuſceptionis literarum abbatis & exauditionis petitionum:inſuper & conualeſcentię pontificis,& colloquij cum rege Siciliç,ſignificatiua:vtq; fratres.xiij Cluñ,mittantur:petitoria.

LVcius Epiſcopus,ſeruus ſeruorum dei, dilecto filio Petro Cluniacēſi abbati, ſalutē & apoſtolicā benedictionē. Dilectionis tuæ literas debita benignitate ſuſcepim⁹, & petitiones tuas,quę nobis & fratrib⁹ noſtris rōnabiles viſæ ſunt:libēter admiſimus. De ſtatu vero noſtro te ſollicitū cognoſcētes,ſcire te volum⁹:q̄a ops dñs ſua nos gratia viſitauit,caſtigās caſtigauit: ſed morti nō tradidit. Per ipſi⁹ miam conualeſcim⁹:& priſtinā ſanitatē in breui nos recepturos ſperamus. Ad colloquiū regis Siciliæ cōdeſcēdim⁹: & q̄a ad honorē dei & eccleſiæ ſuæ firmā pacē cū eo facere nō potuim⁹:inſtāti tm̄ ipſi⁹ violentia nos cogēte,treugā cū eo cōpoſuim⁹. Placet aūt nobis,vt ſicut literis tuis nobis ſignificaſti:tredecim de fratrib⁹ tuis q̄ citius poteris ad nos trāſmittas:quia nos dño auxiliāte eos honeſte recipe,& ad honorē dei & Cluniacenſis eccleſiæ collocare curabimus. Sanctam cōgregationē veſtrā ꝓ nobis orātē grā diuina cuſtodiat,& ab oib⁹ peccatis abſoluat. Datū Laterñ. x.calend. Octobris.

℄ Epitoma Epiſtolæ.

℄ Epiſtola.XX.ad Eloyſam abbatiſſā. Imprimis,q̄ poſt ſecularium lrarum eruditionē ad philoſophiā Chriſti ſe cōtulerit:gratulatoria & cōmēdatoria. Dehinc,vt q̄ iā ſerpētis caput hūilitate cōterere cœpit:ampli⁹ cōterat cōterēdūq; ꝑdicet:exhortatoria. Deniq; vero hūilis apud Cluniaceñ cōuerſatiōis atq; obit⁹ magri Petri Abelardi,cuius fuerat coniunx,ſignificatiua.

VEnerabili & in Chriſto plurimũ dile-
ctę ſorori Eloyſę abbatiſſę, Frater Pe
trus humilis Cluniacẽſiũ Abbas, ſa-
lutẽ quã ꝓmiſit deus diligẽtibus ſe.
Acceptis literis charitatis tuę, quas mihi nuꝑ
per filium meum Teobaldum miſiſti, gauiſus
ſum & eas mittentis gratia, amicabiliter am-
plexus ſum. Volui ſtatim reſcribere qđ animo
inſederat: ſed impediẽtibus importunis cura-
rũ exactionib⁹, quib⁹ plerũq;, imo pene ſemꝑ,
cedere cõpellor: nõ potui. Vix tñ a tumultibus
tandẽ interpolata die quod cõceperã attenta
ui. Viſum eſt, vt affectui tuo erga me, quẽ &
tunc ex literis, & prius ex mihi miſſis xenijs
cognoueram ſaltẽ verborꝫ vicẽ rependere feſti-
narẽ, & quãtum in corde meo locũ tibi dilectio
nis in dño ſeruarem: oſtenderem. Reuera eñ
nõ nũc primũ diligere icipio: quã ex multo tẽ-
pore me dilexiſſe reminiſcor. Nec dum plene
metas adoleſcentię exceſſeram, necdũ in iuue
niles annos euaſeram quãdo nomen nõ qui-
dem adhuc religionis tuę, ſed honeſtorꝫ tñ &
laudabiliũ ſtudiorum tuorum: mihi fama in-
notuit. Audiebam tunc temporis, mulierem
licet necdũ ſeculi nexibus expeditam: literato
rię ſcientię (quod perrarum eſt) & ſtudio licet
ſecularis ſapientię ſummã operam dare: nec
mundi voluptatib⁹, nugis, vel delicijs ab hoc
vtili diſcendarũ artiũ ꝓpoſito, retrahi poſſe.
Cumq; ab his exercitijs deteſtãda deſidia, to-
tus pene torpeat mũdus: & vbi ſubſiſtere poſ-
ſit pes ſapientię, nõ dicam apud ſexũ fœmi-
neum, a quo ex toto exploſus eſt: ſed vix apud
ipſos viriles animos inuenire valeat: tu illo ef-
ferẽdo ſtudio tuo, & mulieres omnes euiciſti:
& pene viros vniuerſos ſuperaſti. Mox vero
Gal. j. iuxta verba Apoſtoli, vt cõplacuit ei, qui te ſe-
gregauit ab vtero matris tuę, vocare te per gra
tiam ſuã: longe in melius diſciplinarũ ſtudia
cõmutaſti: & pro logica Euangelium, pro phy
ſica Apoſtolum, ꝑ Platone Chriſtũ, pro acha-
demia clauſtrũ tota iam & vere philoſophica
mulier, elegiſti. Eripuiſti victis ſpolia hoſtib⁹:
& theſauris ęgyptiacis per huius peregrinatio-
nis deſertũ tranſiens, precioſum in corde tuo,
Exo. xv. tabernaculum deo erexiſti. Cantaſti cum Ma
ria demerſo Pharaone, cãticum laudis: & bea
tę mortificationis tympanum, vt olim illa prę
manibus gerens: noui modulaminis melos
vſq; ad ipſas deitatis aures: docta tympanu-
ſtria tranſmiſiſti. Conculcaſti iam incipiendo,
quod per omnipotentis gratiã bene perſeuerã
do cõteres: vetuſti anguis ac ſemꝑ mulieribus
inſidiantis caput: atq; ita elides: vt nunq̃ vlte-
rius contra te ſibilare audeat. Oſtentui facis &
facies ſuperbum principem mundi: & illum
qui diuina voce vocatur rex filiorũ ſuperbię, Iob. xlj.
iuxta ipſius dei ad beatum Iob verba. Tibi ac Iob. xl.
tecum cohabitantibus ancillis dei alligatum:
ingemiſcere coges. Et vere ſingulare miracu-
lum, ac ſuper omnia miranda opera extollen
dum: eum quo iuxta Prophetam. Cedri non Ezechiel.
fuerunt altiores in paradiſo dei, & cuius ſum- xxxj.
mitatẽ frondiũ abietes nõ adęquauerũt: a fra
gili ſexu vinci: & fortiſſimũ archãgelũ, a mu-
liere infirmiſſima ſuperari. Gignit̃ tali duello,
maxima gloria cõditori: infert̃ ecõuerſo, ſum-
ma ignominia deceptori. Exprobrat̃ ei hoc
certamie: nõ ſolũ ſtultũ, ſed & ſup oĩa ridiculũ
fuiſſe, illũ aſpiraſſe ad ęqualitatem ſublimiſſi
mę maieſtatis: qui nec breue luctamen ferre
pręualet fœmineę debilitatis. Suſtinet caput
cuiuſlibet victricis illius, merito talis victorię,
gẽmeã a rege cœlorꝫ coronã: vt quãto in tranſ-
acta pugna, carne infirmior: tanto in remune
ratione ſempiterna appareat glorioſior. Hęc
chariſſima in dño ſoror, vere nõ adulãdo ſed
exhortando dico: vt magnũ in quo aliquãdiu
pſtitiſti bonũ attendẽs ad caute illud cõſeruã-
dũ, animoſior reddaris: & ſanctas illas, q̃ tecũ
dño ſeruiũt, ſcdm gratiã a deo tibi collatã, vt
in eodẽ ſollicite agone cõtẽdãt: verbis pariter
& exemplis accendas. Es eñ vnũ de animali- Ezech. j.
bus illis, quę Ezechiel Propheta vidit, licet ſis
mulier: quæ non tñ vt carbo ardere, ſed vt lã-
pas ardere debes pariter & lucere. Es quidem
diſcipula veritatis: ſed es etiam ipſo officio,
quantũ ad tibi cõmiſſas pertinet, magiſtra hu
militatis. Humilitatis plane & totius cœleſtis
diſciplinę, tibi a deo magiſteriũ impoſitũ eſt:
vnde nõ ſolũ tui, ſed & cõmiſſi gregis curã ha
bere & ꝑ vniuerſis maiorem vniuerſis debes
mercedẽ recipere. Manet tibi certe palma pro
oĩbus: quia vt optime noſti, quotquot ducatu
tuo mundũ mundiq; principẽ vicerint: tot tibi
triũphos, tot glorioſa trophea: apud ęternũ re-
gẽ & iudicẽ ꝑparabũt. Sed nec oĩno apd mor-
tales inſolitũ eſt, fœminas fœminis principa-
ri: nec ex toto inuſitatũ et ã ꝑliari: ipſos inſuꝑ
viros ad ꝑlia comitari. Nã ſi verũ eſt quod dr̃.
Phas eſt & ab hoſte doceri & apud Gentiles,
Amazonũ regina Pentheſilea cũ ſuis Amazo Panthaſſi
nibus non viris ſed mulieribus, Troiani belli lea.
tẽpore ſępe pugnaſſe ſcribit̃: & in populo etiã
dei, propheteſſa Delbora, Barach iudicẽ Iſrael Iudic. iiij.
cõtra Ethnicos animaſſe legit̃. Cur ergo non
liceat fœminas virtutis contra fortem armas-
tũ ad prelia procedẽtes, ductrices fieri exercit⁹

domini:cum & illa,quod quidem indecẽs videbaf:manu tamẽ ꝓpria cõtra hoſtes pugnauerit.& hæc noſtra Delbora viros ipſos ad bella diuina commouerit,armauerit:accenderit. Victo dehinc Iabin rege, occiſo Siſara duce, deleto ꝓphano exercitu:cecinit ſtatim canticũ illa,illudq; dei laudib⁹ deuota dicauit. Erit dei gratia hoc faciente,poſt datam tibi, tuiſq; de longe fortioribus hoſtibus victoriam, lõge tuũ glorioſius canticum:qđ ſic lęta cãtabis:vt nũq̃ poſtea lętari, nunq̃ cantare deſiſtas. Interim eris ancillis dei,hoc eſt,cœleſti exercitui,quod illa ſuo Iudaico populo Delbora:nec a tam lucroſo certamine:aliquo tẽpore, quolibet caſu: niſi vincendo ceſſabis. Et quia hoc nomẽ Delbora,vt tua nouit eruditio,lĩgua hebraica apẽ deſignat.eris etiam in hoc & tu Delbora:id eſt apis. Mellificabis enim tu.ſed nõ ſoli tibi:quia quicquid boni p̱ diuerſos & a diuerſis collegiſti:exemplo,verbo,modiſq; quib⁹ poteris: domeſticis ſororibus,ſeu quibuſlibet alijs totũ refundes. Satiabis hoc exiguo vitæ mortalis tẽpore,& te ipſam ſacrarum literarũ ſecreta dulcedine:& beatas ſorores apta p̄dicatiõe:quouſq;
Iohe.iij. iuxta vocem ꝓpheticam. In illa quę ꝓmittif die,diſtillẽt mõtes ęternã dulcedinẽ: & colles fluant lac & mel. Hoc enim licet de hoc tẽpore gratię dicaf:nil obſtat,imo & dulcius eſt:vt de tp̃e glię accipiaf. Dulce mihi eſſet, diu tecum de huiuſmodi ꝓtrahere ſermonẽ:quia & famoſa eruditione tua delector, & prædicata mihi a multis religiõe tua:lõge magis allicior. Vtinam te Cluniacus noſtra habuiſſet, vtinã te iocundus Marciniaci carcer:cũ cęteris Chriſti ancillis libertatẽ inde cœleſtem expectãtib⁹ incluſiſſet. Prętuliſſem opes religionis ac ſcientiæ,maximis quorumlibet regum theſauris: & illarũ ſororũ illud p̄clarum collegium, cohabitatione tua clarius rutilare gauderem. Retuliſſes & ipſa ab ipſis nõ modicum queſtũ:& ſũmam mundi nobilitatẽ ac ſupbiam, pedibus ſubſtratam mirareris. Cerneres omnigenos ſeculi luxus,miranda parcitate mutatos: & ſordida quondam vaſa diaboli, in mundiſſima ſpũs ſancti templa conuerſa. Videres puellas dei:Satanę vł mundo,velut furto ſubtractas, ſup innocentię fundamẽtum altos virtutũ erigere parietes:& vſq; ad ipſa cœli faſtigia,felicis fabricę cacumen ꝓducere. Lętareris angelica virginitate florẽtes,caſtiſſimis viduis iunctas: & vniuerſas pariter,beatæ illius & magnæ reſurrectionis gloriam ſuſtinẽtes:intra arcta ſepta domorũ,etiam corporaliter beatę ſpei velut ſepulcro iam conditas. Quæ licet omnia & fortaſſis maiora,cum tibi datis a deo collegis habeas:licet forte nihil ad ſacrarũ rerũ ſtudiũ ꝑtinens tibi addi ✠ poſſit: augeref tamẽ augmento gratiarũ tuarũ.nõ paruis vt arbitror cõmodis:res publica noſtra. Als ✠ poſlet. Sed q̃uis a diſpenſatrice omnium rerũ ꝓuidentia dei,hoc nobis de te negatum ſit:cõceſſum tamen eſt de illo tuo,de illo inquam,ſæpe ac ſemp cum honore noiando,ſeruo ac vere Chriſti philoſopho: magiſtro Petro,quem in vltimis vitę ſuæ annis,eadem diuina diſpoſitio Cluniacum trãſmiſit:& eam in ipſo & de ipſo,ſup omne aurũ & topaziõ,munere chariore ditauit. Cui⁹ ſanctæ,humili ac deuotę inter nos cõuerſationi, qđ quantum ve Cluniac⁹ teſtimonium ferat: breuis ſermo nõ explicat.

De cõuerſione & conuerſatione Petri Abelardi

Niſi enim fallor,nõ recolo vidiſſe me illi in humilitatis habitu & geſtu ſimilẽ:intantum vt nec Germanus abiectior,nec ipſe Martinus bene diſcernenti pauperior appareret. Cũq; in magno illo frm̃ nr̃orum grege,me cõpellente gradum ſupiorem teneret:vltim⁹ omnium veſtitu inculiſſimo videbaf. Mirabar ſæpe: & in ꝓceſſionibus eo me cum reliquis p̱ more p̄cedente,pene ſtupebam:tanti tanq; famoſi nominis hominẽ, ſic ſeipſum cõtẽpnere:ſic ſe abijcere poſſe. Et qa ſunt quidam religiõis ꝓfeſſores, qui ipm̃ quẽ gerunt habitum religioſum,nimis eſſe cupiũt ſumptuoſum:erat ille prorſus parcus in iſtis.& cuiuſq; gñis ſimplici veſte cõtẽtus:nil vltra q̃rebat. Hoc & in cibo,hoc & in potu, hoc & in oĩ cura corporꝭ ſui ſeruabat.& nõ dico ſuperflua, ſed & cuncta niſi valde neceſſaria:tam in ſe q̃ in omnibus,verbo pariter & vita damnabat. Lectio erat ei cõtinua,oratio frequens,ſilẽtiũ iuge:niſi cum aut fratrum familiaris collatio, aut ad ipſos in cõuentu de diuinis public⁹ ſermo:eũ loq vrgebãt. Sacramẽta cœleſtia,immortalis agni ſacrificiũ deo offerendo:put poterat frequẽtabat.immo poſtq̃ literis & labore meo, Apſicæ gratiæ redditus eſt:pene cõtinuabat. Et quid multa? Mẽs eius,lingua eius,op⁹ ei⁹: ſemp diuina,ſemp philoſophica,ſemp eruditoria meditabaf:docebat,fatebaf. Tali nobiſcum vir ſimplex & rectus,timens deum,& recedẽs a malo:tali(inquam)p̱ aliquantum tp̃is cõuerſatione,vltimos vitę ſuæ dies cõſecrans deo:pauſandi gratia,nam plus ſolito,ſcabie & quibuſdam corporis incõmoditatib⁹ grauabatur:a me Cabilonẽ miſſus eſt.

Nota de Cabilone

Nam ꝓpter illi⁹ ſoli amœnitatẽ,qua cunctis pœnę Burgũdiæ nr̃ę partibus p̄minet:locum ei habilem,prope vrbem quidẽ,ſed tamẽ arari interfluente: puideram. Ibi iuxta qđ icõmoditas permittebat:

antiqua ſua renouans ſtudia, libris ſemper in-
cumbebat: nec ſicut de magno Gregorio legi-
tur, momentũ aliquod pręterire ſinebat: quin
ſemp aut oraret, aut legeret, aut ſcriberet: aut
dictaret. In his ſacrorũ operum exercitijs, eum
aduẽtus illius Euangelici viſitatoris repperit:
nec eum vt multos dormientẽ, ſed vigilãtem
inuenit. Inuenit eum vere vigilantẽ: & ad ęter
nitatis nuptias, nõ vt fatuam: ſed vt ſapientẽ
virginem euocauit. Attulit enim ille ſecũ lam
padem plenam oleo, hoc eſt, cõſcientiam refer
tam ſanctę vitæ teſtimonio. Nam ad ſoluẽdũ
cõmune mortalium debitũ, morbo correptus:
eoq; ingraueſcente, in breui ad extrema pdu-
ctus eſt. Tunc vero q̃ ſancte, q̃ deuote, q̃ catho
lice: primo fidei dehinc peccatorũ confeſſionẽ
fecerit: quanto inhiantis cordis affectu, viati-
cum pegrinationis ac vitæ æternę pignus. cor
pus ſcilicet redẽptoris domini accepit: q̃ fideli-
ter corpus ſuum & animam hic & in ęternum
ipſi commendauerit: teſtes ſunt religioſi frẽs:
& totus illi⁹ monaſterij, in quo corp⁹ ſãcti mar
tyris Marcelli iacet: cõuẽtus. Hoc magiſter Pe-
trus fine, dies ſuos cõſummauit: & qui ſingula
ri ſcientiæ magiſterio, toti pene orbi terrarum
notus, & vbiq; famoſus erat: in illius diſcipula
Mat. xj. tu, qui dixit. Diſcite a me: quia mitis ſum, &
humilis corde. mitis & humilis perſeuerans:
ad ipſum vt dignum eſt credere: ſic tranſiuit.
Hunc ergo venerabilis & chariſſima in dño ſo
ror, cui poſt carnalem copulam: tanto validio-
re, quãto meliore diuinę charitatis vinculo ad-
heſiſti: cum quo & ſub quo diu dño deſeruiſti.
Hunc inquam loco tui, vel vt te alterã in gre-
mio ſuo cõfouet: & in aduentu domini, in vo-
ce archangeli, & in tuba dei deſcendẽtis de cœ
lo: tibi p ipſius gratiam reſtituendum reſeruat.
Eſto ergo in domino memor ipſius: eſto etiã
ſi placet & mei, & ſanctis ſororibus tecum dño
famulantibus: fratres cõgregationis nr̃e, ac ſo-
rores, q̃ vbiq; terrarũ propoſito ſuo eidem cui &
tu domino famulantur: ſollicite commenda.

ℭ Epitaphium Abelardi

Gallorum Socrates: Plato maxim⁹
Heſperiarum.
Noſter Ariſtoteles: logicis quicũq;
fuerunt.
Aut par, aut melior: ſtudiorum cognitus orbi
Princeps: ingenio varius: ſubtilis & acer.
Omnia vi ſuperans rationis, & arte loquendi:
Abęlardus erat, ſed tunc magis omnia vicit:
Cũ Cluniacenſem monachũ, moreq; pfeſſus.
Ad Chriſti veram tranſiuit philoſophiam:
In qua longeuę bene complens vltima vitæ:

Philoſophis qñq; bonis ſe connumerandum
Spem dedit: vndenas Maio renouãte kalẽdas

ℭ Epitoma Epiſtolę.

ℭ Epiſtola XXI. ad Papam Luciũ, ne aſſen-
ſus prebeatur clericis Aurelianẽſem Epiſcopũ
inſectantibus: deprecatoria.

Vniuerſali põtifici, & nr̃o pprio patri
dño Papæ Lucio, Frater Petr⁹ humi
lis Cluñ. Abbas: Fidelẽ cum ſincero
amore obediẽtiam. Sępe ſupplicaui,
& adhuc ſupplico, ne occupatę in multis reue-
rẽtię veſtræ: grauia videantur tam frequentia
ſcripta mea. Multa enim ſæpe emergunt: quę
me etiam nolentẽ & hoc fugere conantẽ, im-
portunum eſſe compellunt. Nam quãdoq; p-
pria quæ multa ſunt: quandoq; magnorũ ami
corum negocia, quæ negligẽda non ſunt: im-
portunitatis huius cauſa exiſtunt. Inquietudo
quorundam Aurelianẽſium clericorum, quæ
Eccleſiam ſuam pene deſtruxit: nec dum reg-
eſcere didicit. Nõ enim zelo iuſtitiæ, nõ vtilita
te aliqua rei publicę ſuæ: canonici nõ canonici,
fingẽtes ſe q̃rere quę dei ſunt: ſed qđ omnibus
darũ eſt, p̃textu illo q̃rentes quæ ſua ſunt: ſicut
ſuam matrẽ Eccleſiam lętaliter pœnę leſerũt,
ſic cõtra ſuum patrẽ & Ep̃m, calcaneum erexe
runt. Nouit vero ſapientia vr̃a: qđ deus ipſe de
talibus ſentiat. Qui inquit, maledixerit patri Exo. xxj.
ſuo vel matri: morte moriať. Q; ſi hoc de ma & Leuiti.
ledicto dictum ẽ: quantomagis de iactura? Si xx.
hoc de maledicto dictum eſt: quãtomagis de
lęſura? Si dictum eſt, hoc de his qui maledicũt:
quantomagis de his qui quantum ad ſe perti-
net, perimunt? Tales, tales ſunt inquã & vere
tales ſunt quidam illius Eccleſię in quãtum fa-
ma teſtatur: nõ religioſi, ſed irreligioſi: non de
maioribus, ſed de inferioribus: non multi, ſed
pauci. Hi de inſectatione patris ſui negociari
volẽtes, indeq; lucrum qđlibet ſe cõſequi poſſe
putantes: dum ipſe cum his qui oderũt pacem Pſalmi
ſit pacificus: vel loquentẽ, vel tacentem, gra- cxix.
tis impugnant. Nõ erubeſcunt videri pauciſſi
mi inter multos, & ſoli ſeptẽ vel octo inter mil
lia tam clari q̃ populi eis cõtraria p̃dicãtis: men
daces & garruli apparere. Incitat me ad iſta ſic
ſcribenda, magnorum, multorum, ac religio-
ſorum teſtimonium: quorum quidam noſtri
ſunt, longe autem plures extranei. Præualeat
ergo ſi placet, & præpõderet tantorum apud
vos teſtimonium: & Epiſcopum veſtrum con
tra raros & mali nominis viros: qui magis (vt
mihi videtur) cornibus ventilandi, quam au-
ribus audiendi ſunt: ſapiens iuſtitia veſtra de-
fendat. Suffragetur ei & boni, religioſi, ac ſin-

gularis inter ſuos viri, diutina iam cohabitatio: quem mandato domini Papæ Cœl. ſtini: nō quidem ex nomine deſignatum, ſed a nobis ꝓ inſigni religione electum: ei in ſociū dedimus. Ipſe ergo ſi ſic iuſtum ſapientię veſtræ videtur: ſuper ipſo conueniatur, ipſe requirať, ipſi quia nullatenus eum mentiri velle teſtificor: magis q̄ nebulonib⁹ illis credatur. Valeat ſanctitas veſtra ſemper in Chriſto.

¶ Epitoma Epiſtolæ, ſeu verſuum ſequentium.

¶ Epiſtola. XXII. carminibus deſcripta ad Raimundum monachum Tholoſanum, petentem an Abbas iturus eſſet Romam. Primum quidem, mirandum eſſe, ſi iam ſenex tātū, tanq; arduum vellet tentare iter: declaratoria. Deinde expreſſiua, dictum abbatem nihil adhuc certū ſuper via illa ſtatuiſſe. ſi tamen illuc ire contingeret: indiuiduum ac ꝑpetuum comitem habiturum eundem Raimundum.

CVM caput albeſcat: tua muſa ſeneſcere neſcit.
Nec quia tu canes: hinc minus illa canit.
Albus es & cantas: albos imitaris olores.
Quorum iuncta magis, voxq; nitorq; placet.
Hinc color obtuſus: ſonus hinc demulcet & aures.
Sic nihil in tota nō placet amnis aue.
Nō norat volucres, nutrire garōna canoras.
Littora nunc cuius cantibus implet olor.
Fleuerat antiquis viduata Tholoſa poetis.
Gaudeat en ſtudium, te reparare ſuum.
Scribis Romanas te cernere velle ruinas.
Si temptare mihi, tale placeret iter.
Dum lego forte tui mirandos pectoris auſus.
Obſtupui fateor conticuiq; diu.
Non aliter quā ſi vires humeroſq; tiphonis.
Spondeat in lecto febre ſolutus homo.
Nec ſecus Hiſpana quam ſi telluſe creato:
Seſe teſtudo, curſibus ęquet equo.
Nam quis tanta tuæ, taceat miracula laudis.
Quod iuuenum tentas fortia facta ſenex?
Alpibus horrēdis inuicta ſenecta nequiuit
Cedere: vel ceptum iam reuocare gradum.
Aeriæ rupes. quæ vincere dura ſolebant
Pectora: virtuti ſuccubuere tuæ
Militis emeriti, te miſſio iuſta decebat.
Et ꝓ prætentis actibus: alta quies.
Sed virtus animi nec cano parcere nouit.
Et te plus requie bella cruenta iuuant.
Ergo veni Romam: nō differo: nolo moreris.
Pugnaces animos regna latina vocant.
Roma ſata ē bellis: lita ſanguine: clara triūphis
Quæ ſibi per tales ſubdere cuncta ſolet.
Si te robuſtum ſplendenti cinxerit enſe.
Et te pugnantium fecerit eſſe ducem.
Victrici gladio mox publicus hoſtis obibit.
Et ſibi totus adhuc ſubditus orbis erit.
Luſimus & cantus tecum deduximus equos.
Ne cygnus cunctas rideat orbis aues.
Iam decet vt noſtris ſuccedant ſeria ludis
Et monachi comptus, ſit grauitate iocus.
Si vires, ſi poſſe tibi natura miniſtrat.
Nil iter impediet te comitante meum.
Nō eris ingratus: quem nouit reddere charū
Fama frequens, ſtudium, vita, ſenile caput.
Ornabis totam nota ꝓbitate cohortem.
Virtutumq; viris ſignifer vnus eris
Pulchrior in ſyluis nuſq̄ frondeſcat oliua.
Dum candore ſuo deprimit omne virens.
Si pia te ſocium mereatur habere iuuentus.
Vt laudent dominum iunior atq; ſenex.
Nuꝑ me Robertus ad hæc dictamina traxit.
Per quem miſiſti carmina multa mihi.
Velle quidē mecum te Romam ꝑgere dicens
Vt reſponderem verſibus, admonuit.
At quæ reſpondi tamen iſta prioribus addes
Nullam me certam propoſuiſſe viam.
Si tamen vt dixi, fors quod puto fecerit eſſe
Perpetuus fies ad peregrina comes.
Sed non incuſes: ſi quid fortuna ſiniſtri
Intulerit: cunctos quæ facit eſſe pares.
Regibus & ſeruis quod vult iubet illa poteſtas.
Illi ſubduntur, diues inopſq; ſimul.
Cantaui monitus, ſi vis cantabis & ipſe
Præter auis morem: fuſcus & albus olor.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. XXIII. ad Lucium Papam, directorum ad eundem fratrum Cluniaceñ. commendatia & ne eos ab inuicem ſeparari, & ad diuerſa loca tranſmitti patiatur: deprecatoria.

VNIVERSALI PONTIFIci, & noſtro proprio patri Domino Lucio Papæ, Frater Petrus humilis Cluniacēſium Abbas: Fidelem obedientiam. Iuxta velle ac mandatum ſublimitatis veſtræ, dirigimus de ſinu Cluniacenſis clauſtri: hos dilectos fratres & filios noſtros patri communi, immo noſtro & ipſorum ſpeciali. Commendamus eos Apoſtolicæ pietati, commendamus inquam quia valde commēdandi ſunt. Cauſa enim Dei, virtute obedientiæ, violenter ſe ſibimetipſis ſubigunt: patriū ſolum deſerunt, peregrina adeunt: nec mortē ipſam, quam Romanus aer noſtratibus celer

tur inferre ſolet:refugiūt.& vt ſic dicam)quā-
tum ad hanc Gallorum noſtrorum formidi-
nem,velut agni ad victimam vadunt. Reſpi-
ciat ergo ſuper eos, pio intuitu paternus ocu-
lus & exules ſuos benignis ſæpe admonitio-
nibus,& congruis auxilijs conſoletur. Conſti-
tuantur ſi placet,in vno ex duobus mihi Ro-
mę a vobis nominatis monaſterijs: vetereſq;
ab illo coloni alibi collocandi pellantur. Nam
1.Cori.v. & iuxta Apoſtoli vocem. Modicum fermen-
tum totam maſſam corrumpit,& vt veſtra ſa
pientia nouit:diuerſi moribus,vſibus,affectu-
bus: non bene cōueniunt,nec in vna ſede mo
rantur. Et quia iuxta Magnum Gregorium.
Durum videtur in pectore veteri noua medi-
tari reſq; pene deſperata eſt,monachum a pra
uo vſu ad meliora inſtituta poſſe conuerti: ca-
uendum eſt,ne qui corrigi non poſſunt:corrū-
pant. Q; ſi forte quiſpiam aliquos ex his quos
miſi abinuicem ſecernere,& ad alia loca tranſ
ferre niſus fuerit:oro ne permittatis. quia per
partes diuiſi ,& nihil pficerent,& fructū quem
ſimul poſiti ferre poſſunt,perderent. Si enim
omnes bini vel terni ad diuerſa mittendi eſ-
ſent:alios & aliter elegiſſem. Sed quoniam a
vobis ſic diſpoſitum eſt:vt ad vnius tm̄ clau-
ſtri ordinationem,congruos tredecim fratres
mitterem:maiorem ex ipſis partem ad tenen
dum ſolummodo clauſtrū, vtilem elegi. quoſ
dam vero in ſecularibus aſtutiores, vt alijs p-
ſideant, diſpoſui. & iamdictis tredecim, du-
os qui genere Romani ſunt:pro ſupplemento
adiūxi. Hac de cauſa prout mihi videt̄,dam-
noſum eſt eos abinuicem recedere:fructuoſū,
ſimul manere. His dictis adiungo: & tam ex
me.q̄ vice vniuerſorū fratrum noſtrorum ſup-
plico:ne labor noſter quem cauſa dei,veſtroq;
præcepto in iam dicti monaſterij ordinationē
aſſumpſimus:veſtræ Cluniacenſi Eccleſiæ in
damnum quolibet tempore conuertatur. Hoc
autem præcauere & prouidere,poterit magni-
tudinis veſtræ prudentia:ſi donum inde a vo
bis publice factum:more Cluniacenſi,Apoſto
lico priuilegio confirmetur.

ℭ Epitoma Epiſtolæ.

ℭ Epiſtola. XXIIII.ad Eugenium Papam, pro Biſuntino Archiepiſcopo,ne eum accuſā tes audiantur:ſupplicatoria.

SVMMO Eccleſię dei rectori,
domino Papæ Eugenio, patri
noſtro, Frater Petrus Humilis
Cluniacenſium Abbas:diligen
tem cum dilectione obedienti-
am. Ex multa dilectionis fiducia,quam ſem-
per habere conſueuimus,ad Apoſtolicam ſe-
dem:ſoliti ſunt pleriq; amicorum noſtrorum
ad nos recurrere,& preces ſuas Apoſtolicę mā
ſuetudini: nobis mediantibus offerre. Vnde
hoc tam antiquo vſu,q̄ iam experta erga nos
in expulſione fratrum noſtrorum de ſancto
Saba paſtorali dilectiōe/ac ſtudio veſtro: quos
eiectos ſuſcepiſtis, deſolatos aluiſtis, verbera-
tos confouiſtis: confidenter reuerentiam pa-
ternam adimus.& pro domino Biſuntino Ar
chiepiſcopo,bono Cluniacenſis Eccleſię ami-
co:magnitudinem veſtram oramus. Accuſa-
tur enim' vt nobis relatum eſt,a paucis & vili-
bus Eccleſiæ ſuæ perſonis, excuſatur & com-
mendatur a pluribus & fide dignis viris & ma
xime archonis religionis & ordinis profeſſori-
bus. Qui vt bene credimus ,nullas pro eo pre-
ces funderent,in nullo pro ipſo ſupplicarent:
ſi eidem precibus ſuis vel commendationi,
iuſtitiam in aliquo obuiare ſentirent. Exaudi-
at ergo ſi placet,diligens diſcretio veſtra ipos:
exaudiat & nos ſupplicantes pro ipſo cū ipſis/
ne facilis & irreuerens tribuatur acceſſus im-
probis contra probos,vilibus contra optimos:
infamibus contra viros multis & magnis bo-
norum teſtimonijs fultos. In fine rogamus,vt
eum nobis in corde veſtro locum gratiæ con-
ſeruetis:quem velut hęreditario iure,apud ſan
ctos prædeceſſores veſtros poſſedimus:vt qui
eis omnipotentis domini diſpoſitione Apo-
ſtolicæ dignitatis ſucceſſiſtis officio: eis quoq;
erga nos & Cluniacum veſtram amore ſucce-
datis & beneficio.

ℭ Epitoma Epiſtolę.

ℭ Epiſtola.XXV.ad Rainardum Ciſtercieñ. pro reſtitutione cuiuſdam Abbatis,deprecatoria.

VENERABILI & in Chriſto
plurimum amplectendo, Domno
Rainardo Ciſtercienſi Abbati, Fra
ter Petrus Humilis Cluniacēſium
Abbas:Salutem & plenum charita
tis affectum. Grex domini:oues paſcuę eius,
deſtitutæ paſtore:per alta montium,per deue
xa vallium,per aſpera viarum, multo ſudore
paſtorem requirentes:in ſolenni ſancti ſpirit9
die,nuper ad nos Cluniacū venerūt. Compaſ-
ſi ſumus,vt iuſtum erat, religioſæ peregrina-
tioni: & multo fatigatos itinere, triduo apud
nos hoſpitari coegimus. Vide eos(quod pau-
corum eſt monaſtici ordinis virorum. non e-
quis,non mulabus,non ipſis ſaltem aſinis ve
ctos,ſed pedites & peregrinos: ſumma animi
deuotione:pro dando,imo ſi fieri poteſt, p

reſtituendo ſibi amiſſo paſtore, ad vos tendere: eaq; de cauſa nullum laborem refugere: nulla pericula deuitare. Non ſufficit eis, vnum vł duos de ſuis: hoc animo, veſtræ reuerentiæ mittere ſed eum qui cõtemni non poſſit, Apoſtolicum numerum præferentes: nihil negari. maxime cum non niſi iuſta poſtulent: credũt. Suſcipiendi ergo ſunt, ſi placet, benigne a vobis: & prout mihi videtur, audiendi & exaudiendi ſunt: quia iuxta domini verba. Alienum paſtorem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo: quia neſciũt vocem alienorum. Ago quidem ego, & intercedo pro eis, tractus eorum ſancto ſtudio: ſed ſpecialiter ad hoc me compellit, ſingularis quã habeo erga ipſos & locũ in quo morantur: dilectio. Nam fratres, nepotes, & pene tota conſanguinitatis meę linea: locum illum a primo fundationis lapide, multo affectu coluerunt: nonnulla etiam de ſuis ne dicam multa, veſtri ordinis ac religionis intuitu contulerunt. Proſequor ego eorum deuotionem, & ſi non beneficijs: tamen ſinceræ dilectionis affectu. Fuerit in remouendo Abbate ipſorum, ſeuera & cæteris terrorem incutiens, auſteritatis veſtræ ſententia: ſit ſi graue non eſt in reſtituẽdo, diſcreta prouidentia. Nam nec capitale, nec peremptorium fuit, vnde accuſatus ẽ: nec tot in ipſo quæ ex parte bene noui bona, quod amicabiliter ſuggero: condemnanda ſunt. Reſtituatur ergo ſi placet, bonis ouibus, bonus paſtor. & quia iuſtitiæ ſatiſfactum eſt, miſericordiæ quoq; ſatiſfiat: vt quæ multo cum labore & humilitate vos adeunt: multo cum gaudio, atq; in paracliti ſolennibus diebus, ad ouile proprium plena cum conſolatione redeant.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola XXVI. ad Atonem Epiſcopum Trecẽſem, vt Cluniacum, fratribus iuxta alias promiſſa aggregandus, ſaltem ſenex veniat: inuitatoria.

INTIMO AC IAM VEtuſto cordis mei inhabitatori, domino ac venerabili Atoni Dei gratia Trecenſiũ Epiſcopo. Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas: Salutẽ quã ſibi. Le-

Eccli.ix. gitur in Salomone. Vinum nouum, amic⁹ nouus veteraſcat: & cum ſuauitate bibes illud. Quid eſt hoc? Attende chariſſime. Hoc dicit, quod cernitur. Vinum enim dum recens eſt, abiecta iam inutili muſti dulcedine, bibẽtem quidem ſui nouitate allicit: ſed velut immaturæ iuuentutis violẽtia, ſorbentis guſtum compungit. Delectat & exaſperat: ac ſalubre ſimul & mordax, interna hauſtu reficit: ſed minus dum hauritur, iocundat. At vbi velut iuuenili feruore ſedato, veteraſcere incipit: & leni ſe ſapore quaſi miti ſenectutis ſuauitate condire: non ſolũ bonum, ſed & iocundũ efficitur: non tm̃ vt ſalubre, ſed & vt delectabile ſumitur & nihil in illo quod pungat vel mordeat: iam timetur. Lętificat iuxta ſcripturã, etiã ad literã cor hominis: & laborioſum curſum vitæ mortalis, indita ſibi a rerum conditore dulcedine conſolatur. ¶ Sic plane chariſſime: ſic protſus in te hoc Salomonicum verbũ impleri cognoſco. Dum nouus amicus fuiſti, ſæpe quidem profuiſti: ſed nunq̃ ſicut nunc quando iam ſenex es, delectaſti. Conſenuit tecum non defectu, non ætate, ſed ſola velut temporis antiquitate amicitia: quam ſecundum premiſſam ſimilitudinem, habilius ſuſcipiaris: ſuauius bibaris, iocundius hauriaris. Auſteritate recentis, vel amicitiæ, vel ætatis: ne te haurire, ne te in corpus Cluniacenſe tranſfundere poſſem: diu multũ obſtitiſti, reſiliſti, refugiſti. Sed ſpero, & de illius ſpiritus, qui vbi vult, ſpirat, gratia confido: quia quod non dedit amicitiæ iuuentus: conferet ſaltem ſenectus. Noui quid dictum ſit Apoſtolo Petro. Surge Petre: occi- Actu.x.
de, manduca. Qz ſi ego Apoſtolus non ſum: Petrus tamẽ ſum. Vñ iuxta hoc diuinum verbum: non ſolum te bibere, ſed etiam occidere: & manducare concupiui. Veni ergo veni: nec vltra gladium meum licet occidend⁹ expaueſcas nec dentes meos [illegible]us ab his attendẽdus & mandendus, reformides. Sed ne forte verearis: & tantas minas audiens, venire non audeas: noueris me non te, ſed in te velle mũdum occidere: monachum ſuſcitare, conſumere peritura, reformare permanſura. Et ne præſumptor iudicer: q humilis ſublimi, q inferior maiori, q Abbas Epiſcopo talia ſcribam: talia ſuggeram: dediſti ipſe mihi, vbi noſti, & ſicut noſti: loquendi materiam: prebuiſti audaciam. Nõ ergo vereor de his tecum agere, de quibus tu prior egiſti: de his tecum conferre, ad quę me prim⁹ incitaſti. Iam quoniam frequentibus ad amicum Epiſtolis paginas olim multas impleui: ceſſent verba vt tãdem ſuccedant opera: ne videar, aut ſim ſemper, ſicut æs ſonans: aut cymbalum tinniens.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola vigeſimaſeptima: ad Eugenium Papam, pro Epiſcopo Aurelianenſi ob nimiam filiorum Belial fatigationem, ad ſinum pietatis Apoſtolicæ confugiente: ſupplicatoria.

VNIVERSALI, SED SPEciali patri, Domino Papæ Eugenio, Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas: debitam obediẽtiam & fidele obſequium. Sicut inter vniuerſos filios ſuos, olim Iacob Patriarcha Ioſeph: ſingulari ac velut vnico amore dilexit: coluit, fouit: ſic felicis memoriæ beati ꝑdeceſſores veſtri: veſtram Cluniaceñ. Eccleſiam, ſicut beatitudini veſtræ non ignotum eẽ arbitror: præ cunctis pœne ſibi ſubditis, ac cõmiſſis Eccleſijs: affectuoſius dilexerunt, familiarius coluerunt: tenerius confouerunt. Quibus quoniam omnipotentis dei diſpoſitione, in ſede Apoſtolica ſucceſſiſtis: oramus, & licet abſentes, ipſo quoq; corpore ſupplicamus: vt quibus ſucceſſiſtis officio, ſuccedatis ſi placet amore: ſuccedatis & beneficio. Nam vt voce Iſraelis quondam populi dei vtar, ſicut obediuimus Moyſi, ſic obediemus & tibi: tm̃ ſit dominꝰ tecũ, ſicut fuit cũ Moyſe. Hoc eñ ad augmẽtũ grãæ a iam dictis patribus noſtris, viris vere vita & officio Apoſtolicis, licet immeriti meruimus: vt nõ tm̃ ꝓ ꝓprijs, ſed & pro aliorũ ac quandoq; valde remotorum negocijs audiremur: & fere perpetuo benigniſſime exaudiremur. Hoc filiali preſumptione exigimꝰ a patre noſtro: cui obedire, quem diligere, cui obſequi volumus: illo tam antiquo, & toti orbi cognito more noſtro. Venerabilis vir & ſacerdos dei, dominus Aurelianenſis Epiſcopus: paternitati veſtræ de[illegible]us filius, a filijs Belial multa perpeſſus: & cum his qui oderũt pacem, vt ouis mitiſſima ſemper pacificus: ad vos vt ad pacatum portum, & ad tutum pietatis aſilũ: & nuper confugit, & rurſum recurrit: vt virtus ac manſuetudo Apoſtolica, ſit ei turris fortitudinis a facie inimici. Scribit & obſecrat pro eo, tota pœne Gallicana Eccleſia: & ne pontificalis ſublimitas ab infamibus & viliſſimis perſonis: mendacibus contumelijs appetita, dehoneſtari permittatur, ſupplex implorat. Addimus & nos, ſi tamen alicuius momenti eẽ poſſunt, aliorum precibus preces noſtras: vt quia non ſolum Epiſcopali gradu ſublimatur, ſed & monachili honeſtate & habitu inſignitur: vtrũq; pro eo ordinem pater exaudiat, vtrũq; in oleo lętificet, vtrumq; honoret: & tot tantiſq; moleſtijs innocentiam diu ab improbis fatigatam, cum plenitudine Apoſtolicæ benedictionis & gratiæ: ad ſua, ſuoſq; remittat.

Ioſue.j.

℄ Epitoma Epiſtolæ.

℄ Epiſtola. XXVIII. Petri ſui Pictauiẽſis ad Dominum Abbatem in Sylua Cluniaceñ. cõmorantem, promptitudinis obedientiæ dicti Petri, & efficacię ſalutationis qua nomine eiuſdem Abbatis ſalutatꝰ fuerat: declaratoria.

DOMINO ET PATRI DVLciſſimo. P. ſeruus exiguus & indignus, a die glorioſi Apoſtolorum primi, hic martyris, per dei miſericordiam, veſtraſq; orationes aliquantulum me ſentiens releuatum: non poſſũ tam prope vos eſſe, & nihil vobis dicere. Prudentiæ tuum veſtrum cum Chriſti adiutorio paratus ſum incipere, ſi Domno priori clauſtri mandetis, vt pergamenum prebeat: & bonito, vt parare ſtudeat. Gratulor autem non modice, id mihi ex inſperato pręceptũ eſſe a vobis: quod auxiliante domino & facere potero, & ex obedientia facere cupio: vt ſcilicet propter obedientiã me aliquid feciſſe, deinceps apud vos gloriari poſſim. Illud quoq; ſilere nullatenus debeo, qa ex ea hora q̃ in feſto piiſſimi Apoſtoli Iacobi, dum maioris miſſę ſolennia agerentur: Frater noſter Theobaudus ſalutationem veſtram mihi indigno protulit, ita pes meus meliorari cœpit: vt ſicut ac ipſius Apoſtoli gratia, veſtraq; etiam oratione confido: a vobis ſalutari idem mihi fuerit, quod ſaluari. Incolumen vos proxime videamus, domine pie ac deſiderantiſſime pater. Valeant coęremitæ veſtri, & ſocij omnes, domini mei: qui vobiſcũ ſyluas incolunt.

Nota apparentiā miraculi Petri Venerabilis.

℄ Epitoma Epiſtolæ.

℄ Epiſtola. XXIX. quæ eſt reſcriptum Domni Abbatis ad eundem Petrum, emeritum iã eſſe abbatem, pugnamq; dicto Petro tãq̃ amico relinquere, declaratoria. dehinc quorundã hymnorum honore beati Benedicti compoſitorum, exhibitiua.

HONORANDO ET IN CHRIſto filio Petro, Frater Petrus Humilis Abbas Cluniacenſium: Salutẽ. Scribenti: omnino mutus eſſe non debeo. Syluas incolimus, pertęſi vrbium: rura amamꝰ. Et vt aliquid poeticum addam. Iam non mihi turbida Roma: ſed vacuum tibur placet, ac imbelle tarentum. Emeriti iam ſumus: & iuuenibus, tibi tuiſq; ſimilibus: bella reliquimus. Armare igitur, & quia per dei gratiam, vt ſcripſiſti, pes tuus conualuit: ad prelia procede, pugna viriliter, viribus hoſtes ſubige: & quia iam totꝰ mũdus in arma coniurat: tu quoq; armatorũ numero adiungere. Nam ea de cauſa, coęremita noſter fieri noluiſti. Ego tamen quod imputas ocium: non prorſus ocioſum eſſe volui. Et vt iterum verbis illius cuius ſupra vtar, mi

Horatiꝰ.

doctarum hederę premia frontium. diis miſcent ſuperis. Me gelidū nemus, taceo reliqua, ſecernunt populo Noſti quantum me pigeât, falſa in Eccleſia dei cantica: quātūq; nugę canorę mihi odibiles ſint. Inter quas, nam plurimæ ſunt, cum nuper in feſto magni patris Benedicti Hymnum præter ſententias, metricā legem, ſeriem q; verborum peroptimum: & cātari audirem, & cantare cogerer: nimium, ſed non tunc primum egre tuli. & tanti viri veras laudes mendaciter proferri erubui. Nam preter aptitudinem ſententiarum quę nulla eſt, ad minus viginti quatuor mendacia: canticū illud citato percurrens animo, in ipſo reppeti. Non igitur, vt præſumptor, ſed vt horū q̄ dei ſunt i hac licet minima parte zelator: ſumpta ex magni Gregorii verbis materia, in laude omnipotētis dei, ipſiuſq; iam dicti patris: eiuſdem metri Hymnum compoſui, tibiq; cui mea qualiacunq; ſint, frequenter ingero: trāſmiſi. Accipe igitur, & ſi dignum videtur: cæteris quæ trāſcribere ſoles, adiunge. Nam quod tacere nolo, cum antiquus ille Hymn⁹ de tot tantiſq; ſancti viri miraculis vix vnum attingat: hic præter ſpirituales eius virtutes: duodecim ipſius miracula breuiter explicat. Et qa ſemel cœperam de tranſlatione ſimul, atq; illatione eius alterius metri ſecundum: propter tędium cantantium altero breuiorem ędidi. Quem & mitto, Vale in ęternum.

¶ Hymnus de ſancto patre Benedicto.

INter ęternas ſuperum coronas,
Quas ſacro partas retinent agone:
Emicas celſis meritis choruſcus,
O Benedicte.
Sancta te compſit puerum ſenectus,
Nil ſibi de te rapuit voluptas:
Aruit mundi tibi flos ad alta,
Mente leuato.
Hinc fuga lapſus patriam parentes,
Deſeris feruens eremi colonus:
Edomas carnem ſubigiſq; Chriſto,
Tortor acerbus.
Ne diu tutus latebras foueres,
Signa te produnt operum piorum:
Spargitur felix celeri per orbem,
Fama volatu.
Fracta reſtauras prece præpotenti,
Frangis oblatum cruce mortis hauſtum:
Currit ignarus monachus per vndas,
Patre iubente.
Verberas fratrem, fugit hoſtis atrox.
Ad manus ferrum redit e profundo:
Pręcipis rupi, vomit illa riuos
Arua rigantes.
Ales agreſtis ſibi viſa complet,
Lora conſtricti pie viſa ſoluis
Conſpicis mundum radio ſub vno,
Raptus ad aſtra.
Mortuum vitæ reuocas precando,
Corde multorum penetras ꝓpheta:
Cernis ad cœlos animas leuari,
Clarificatus.
Laudet exultans deitas creatrix,
Te chori noſtri iubilus perennis.
Quem poli iungis ſuperis choreis,
Queſumus omnes.

¶ Sequitur Hymnus alius de Tranſlatione ſimul, & illatione euiſdem patris alterius metri, propter tędium cantantium.

CLARIS cum iubila Gallia cātibus.
Lętans Benedicti patris oſſib⁹.
Felix quæ gremio cōdita ꝓprio.
Seruas membra celebria.
Miris Italiæ, fulſerat actibus
Gallos irradiat corpore mortuus.
Signis ad tumulū crebri⁹ emicat.
Illuſtrans patriam nouam.
Hinc vatū veterū facta reſuſcitat.
Morti quod libuit mortu⁹ impat.
Extinctum ꝓpriis oſſibus excitat.
O q̄ mira potentia.
Nauis p fluuium nat ſine remige.
Mirando glaciem deſecat impetu
Sancti mēbra ferēs obuia flumini.
Vndas retro reuerberat.
Eductū fluuio ſenſit nunc arida.
Non curans gelidi frigora tēporis.
Veſtit cuncta nouis ilico floribus
Mutata facie ſoli.
Iam cœlo reſidēs, o pater optime.
Diuinis famulos imbue regulis.
Anguſtum p iter ſcādere largiens,
Dona regna perennia.
Cunctorum dominans omnipotentia.
Quæ de ſede poli conſpicis omnia.
Pſallentum placide ſuſcipe cantica.
Votis voce præcantia.

¶ Epitoma trium Epiſtolarum ſequentium.

¶ Epiſtolę quorundam ſociorum, ad Petrum Pictauienſem de Sylua Cluniacenſi reſcriptę, pro Epiſtola XXX. computate reſponſiue ad clauſulam illam vltimam Epiſtolę dicti Petri in qua eoſdem æremitas vocabat.

¶ Epiſtola Arnulphi, olim Romanæ curiæ literatoris egregij.

CHARISSIMO SEni ſocietatis noſtræ priori. P. Pictauienſi, Frater Arnulph⁹, æremita nouicius, & coæremitarũ ſuorum minimus: Salutem mentis & corporis. Salutatio veſtra, quam patri nouorum ſcolarum æremi. Domno Abbati nobis exhibendam miſiſtis: mihi ſociorum vltimo nouiſſime pene innotuit, & ſicut vnguẽtum a capite vſq; in oram veſtimenti, gratioſa deſcẽdit. Gratias vobis, quod amore noſtri tractus, tam ſublimia de nobis exiſtimatis: vt æremitarum nos vocabulo dignemini. & quod ſtudio tuendæ vtcunq; ſoſpitatis timidi aſſumpſimus, religioni imputetis. Nos enim tanq̃ rudes æremitæ, adhuc de craſtino cogitamus: nec parum nos religioſos credimus, ſi de periculo inſtantis temporis vix euadim⁹. Vos vero magis philoſophantem æremitam dixerim: qui metu mortis intrepidus, iuxta morientes ſecurus viuitis: & ab aduentãtium turbido incurſu ſegregatus, in veſtro ſurſum cenaculo ſolus poſitus, vobiſcum habitatis. At vero quantam nobis veſtra habemus, vel potius ſolitudo inuidiam ſuſcitet, ſcribere vtcunq; tentaueram: ſed Epiſtola domini, qua vos beatum dixerim, ſubito inter ſcribendum ſuperueniens: & ſuo illo more verbis philoſophicis ſublimius intonans, mutum me & elinguem effectum obruit: & tardiorem q̃ ſi vobiſcum claudicarẽ effecit. Obmutui igitur. Vnũ tamen quod mente conceperam, velut alter Helui comprimere non potui: & licet oppreſſus, ſtylo ruſtico rudis expreſſi. Quid illud? Si ad nos cum Auguſtino veſtro de achademia venire dignaremini: ocia cuncta diffugerent, & nouam ſtrueremus achademiam. Quis harum finis nugarum? Vt verum fatear: magis interim veſtrum ad nos deſideramus aduentum, q̃ noſtrum ad vos reditum. Quæ ſententia tam communis eſt omnium: vt etiam vetus bos noſter non recalcitret: qui captus amœna iocunditate æremi, ieiunus æque vt ſatur, indefeſſe ruminat.

¶ Epiſtola Roberti, viri eruditi atq; ſcholaſtici, & Phiſicę magiſtri.

VENERANDO FRATRI & chariſſimo ſocio. P. Frater Robertus, quod ſequitur. Præteritæ nuper dominicæ veſpertino crepuſculo, cum poſt eos qui digni habiti ſunt primo videre quæ mittuntur, primo audire quæ in aurem dicuntur: primum mihi contingeret legere literas veſtras quas antea non audierã: gauiſus ſum. Erat enim in eis ſicut hoc ipſum quidam ex noſtris altiore mentis intuitu notauerunt, quod nõ tñ aures demulcebat auſcultantium: ſed ora quoq; mouebat, & mitigabat animos omnium noſtrum. Et hoc quid erat, vel quid eſſe poterat. Illud (inquam) ad qđ cantant vel clamant: ſubſellia in theatro. De fine literularum veſtrarum loquor, quas domno direxiſtis: quarum cum principium at medium multa laude plena fuiſſent: iocundiore tamen artificio, lautioriq; maturitate, finem concluſiſtis. Dixiſtis enim. Valeat domnus, ſocijq; ei⁹ & coæremitæ: qui cum eo ſyluas incolũt. Itaq; domnum æremitam eſſe inſinuaſtis. Socios autem eius coęremitas deſignaſtis. Pro ando ſcolatu ęremi, humidas & algidas ſyluas cum grege magiſtrum delectare non tacuiſtis. Et hæc vnde tibi, o venerande ſenex, vnde hæc tibi, o miniſtri Chriſti, o angele dei: niſi qđ angelus ſeneſcere, caneſcere neſcit, nec claudicare? Et o (inquam) vnde hęc tibi, vt tam alto pectore vel nouo forſitan ꝓphetiæ ſpiritu: præſignares quod necdum ſcit, præcantares quod necdum inchoat, pręmonſtrares quod ſine te fieri vel amari nemini eorum quos ęremo donaſti, conſulitur? Igitur cum ad nos veneris: nec æremũ, nec æremitas inuenieris. Triceps namq; Parnaſus noſter: non iam biceps ſicut olim locuti ſunt Poetę priores. Hinc Faunos Bicornes, inde Satyros ſaltantes, circunquaq; vero ſtrepitus ferarum, ſuaueſq; garritus auiũ habens: nil tale inſinuat. Tantum hic ſurſum cucullatos poetas quære, coloratos nigro monachos mirare: religionis, orationis, lectionis, amatores fratres deſidera. Nihil fucatum penes hos exiſtimes: nihil admixtum vicio formides. Cuſtos & enim virtutum iuſtitia: nihil fluctuare ſinit in monte noſtro, charitate magiſtra. Et hoc de illis qui montem medium incolunt. Qui vero reliqua duo Parnaſi capita occupant: an ipſius familia cenſentur, quæ ꝑpetuo ſilentio damnat vocis articulatæ primitias: & quæ eouſq; religioſi manet, quod nunq̃ niſi vocata vel excita, reſpondet. Q; ſi religioſus es: approba ſimilitudinem. ſi creditus: ſolitudinem. ſi grammaticus & lectionis amator: conuictus cõditionem. Hæc frater chariſſime penes nos habentur.

¶ Epiſtola Giſleberti, nobilis & literati iuuenis.

VEnerando & chariſſimo Patri, domino Petro ſancti Ioannis, Frater. G. Salutẽ. Poſt illas dominorũ meorum, quos (ſi dici liceat) frẽs & ſocios habere merui: nitore preſulgentis eloquij ſplendidiſſimas epiſtolas: reuerentię veſtrę trãſmiſſis: & nos hanc noſtram linguæ pauperrimę pauperculam chartulam, ſolũ tantũ ſalutationis veſtrę diuitẽ baiulã: mittimus. Spero qđ ſatis facile pręſumptuoſæ ruſticitati ſtyli male fabricati, parũq; limati: veniã dabitis. Hoc vnde magis timeo, tutum eſſe rogo: ne videlicet iſta literarum tarditas, de tarditate ſeu tepiditate minus in me feruentis dilectionis: quin potius ex ſuppoſita cauſa, deſcendiſſe credatur. Noſtis ipſe quod cũ ſim inter omnes ſocios meos ætate iunior, ſcientia inferior, merito impar: magis eos ſubſequi q̃ pcedere debeo. Itaq; ceſſi maioribus, honorem dedi ſenibus, nec ante quicq̃ ſcribere preſumpſi: dõec omnes ſcripſiſſe cognoui. Preterea eſt & alia cauſa, quia vt verum fatear, non tam prudenter q̃ naturaliter, mihi ſemper inhęſit: vt & ſi nõ multũ velox ad audiendum, ſim tamen multum tardus ad loquendum. Ecce, non quia minus diligo, ſed propter iſta quæ dixi: tardi⁹ ſcribo. Pręcedant me ſocij in loquendo, precedant in ſcribendo: nunq̃ tamen patiar vt precedant in diligendo. Hæc premittere neceſſarium duxi: quo & mora dictæ paginæ excuſetur: & ea quæ ſequũtur, cum maiori beniuolentia audiantur. Igiť poſt illa quæ patri cõmuni ſingulariter in epiſtola veſtra mandaſtis: patris filios, fratres vtiq; veſtros & ſocios ſalutaſtis: magnoq; illo heremitarum nomine ſublimiter honoraſtis. Agnoſco me p̃fati patris filium, agnoſco me etiam fratris quãuis ſenioris, & cuius potius videar eſſe filius, fratrem adoleſcentulum, vnde nec diffiteor ſocium: & ideo inter ſalutatos agnoſco me vtiq; ſalutatum. Sed nunquid ſic dicere poſſum: quod & heremitam me fore cognoſcam? Reuera (ſicut ſcribitis) ſiluas incolimus, & ſæpe, plus ſunt nobis familiaria frondea tecta arborum: q̃ lapidea ſeu latericia domorum. Nondum tamen illo modo heremitico: facti ſum⁹ ſicut paſſer ſolitari⁹ in tecto. Illum etenim, non tantum circũfuſa nemorum opaca denſitas, quãtum ipſa longe remota mortalium ſocietas: ſolitarium faciunt. Nos autem quomodo ſolitarij ſumus, qui poſtq̃ huius heremi vaſtam ſolitudinem intrauimus, tantam poſt nos hominum frequentiam traximus: vt magis vrbem q̃ heremum ſtruxiſſe videamur? Nam vt illam turbam tumultuoſam taceã, quæ de tota circũpoſita regione pro litibus ſuis, aut ſine concordi dirimendis, aut ſententia iudiciaria limitandis, cateruatim confluit: tantam nobis tum tranſmarinus oriens, tum tranſalpinus occidens legatorũ copiam mittit: vt vel cuiuſlibet magni regis ampliſſima curia, vix reſponſa dare ſufficiat. Vnde igitur heremitarum nomen nobis impõitur? An forte dum pes veſter rectius ire inciperet, grauiorem lingua claudicationem incurrit: et a vero deuians, diceret quod non debuit? Enim vero qui lingua labitur, grauius claudicat: q̃ qui pede tumido terram timide calcat. Eſto tamen, vt & veri ſimus heremitæ, & veraciter heremitarum nomine nuncupemur. Tu igitur bellator fortiſſime, miles acerrime, pręliator victorioſe, qui tam longo tempore, fraterna ex acie contra rugientis hoſtis ſeuiciam fortiter pugnare doctus, tot palmarum inſigniris gloria: quot aduerſus ipſũ ſuſcipis bella. Cur de caſtris non egrederis? Cur illo ſpirituali gladio tuo non accingeris? Cur tandem nobis ſolitarijs non adiungeris, vt contra publicum hoſtem, ineas nobiſcum ſingulare certamen? Ecce te omnes ſpectamus: omnes aduentum tuum deſideramus: & ſi veneris, nos iam nouos heremitas, te ſocios habere probabis.

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola .xxxj. quæ eſt reſcriptum Petri Pictauienſis ad domnum Abbatem & ſocios, ex cuſatoria, q; pro tempore non reſponderit eorum literis: dehinc hym=

norũ dicti abbatis magnificatiua, & de=
ſiderij preſentię eius expreſſiua: demq;
fratrum Cluniaci habitãtiũ: ſalutatiua.

SErenißimo Patri & domi=
no. Petrus licet inutilis, de
uotus tamen ſeruus & filiꝰ.
Quoniam (prout video) ſil
uæ veſtræ non ſolum vt di
xeram Hęremitas, verum etiam Philo=
ſophos & Poetas, copioſe redolent: &
ego huiuſmodi ſtudia quãuis non aſſe=
cutus, ſequi tamen aliquando deſidera
ui: iam valde trahor, & ſi corpore adhuc
debili nequeo, animo tamen & eo quo
vtcunq; poſſum confabulationis genere
eaſdẽ vobiſcũ ſiluas incolere. Vnde &
aliquid metricum, quod maxime ſiluis
& mentibus, mihiq; olim familiare fuit:
mittere ꝓpoſuerã: ſed cum diuinus ille
philoſophꝰ dicat, muſica in luctu impor
tuna narratio, noſq; pene quotidie cha=
riſſimorum funera tractemus, cantare
deſtiti: qui inter tam inſcrutabilia dei iu
dicia, vix audeo loqui. Hac & enim cau
ſa præcipue, tamdiu ſilui, nec dulci=
bus ac iocundiſſimus tam veſtris q̃ ſocio
rum venerabilium epiſtolis, quæ animã
meam letificare non ceſſant: pro tempo=
re aliquid reſpondi. Nam pro elegan=
tiæ dignitate, vt de aliorum literatiſſi=
mis & pulchræ ludibundis literis tace
am: ſoli epiſtolæ veſtræ reſpondere quis
poterit? Vere dulcis & pie iocoſa epiſto
la, in qua ſic veſtram de ſilueſtri vel hę=
remitico vocabulo iniuriam vindicatis:
vt valde ſic me peccaſſe delectet: qui ꝓ
verberibus laudes accipio. De Hymno
autem maximi patris hęremi quid di=
cam, qui huc uſq; hymnum non habue=
rat, conuenientemq; ſuis meritis habere
dignatus non eſt: donec ei a ſui ordinis
principali magiſtro, in Cluniacenſi hęre
mo factus eſt. Mihi plane videtur, & ſi
hoc forte non cogitaſtis: vt fratribus il=
lis qui corpus eius obſeruant: hymni iſti
mittantur. Credo enim eos libenter can
taturos, proprij loci tam floride deſcri=
pta miracula, ne ſolum ſuper aquas cur=
rentem Maurum, aſſidue cantitando: in=
epto illo & falſo, quo iam perteſi eſſe poſ
ſunt carmine, vlterius crucientur. De ta
libus q̃ dulce mihi ſit ſemper vobiſcum
loqui: nõ ignoratis. Hinc eſt quod & mo
do & quotienſcunq; non adeſtis: ſolus
ſum. Et ſi multi adſint, & totus orbis ob=
ſtrepat: ſine vobis in veritate ſolum eſſe
me ſentio. Sciatis etiam Cluniacum vr=
bem veſtram clariſſimam, totam vnani=
miter imperialem, ac pijſſimum vultum
veſtrum quotidie deſiderare: noſq; om=
nes monti & ſiluæ illi multum inuide=
re, quæ cum aſſidue videamus: illis ob=
ſtantibus deſiderium noſtrum videre nõ
poſſumus. Sed rurſus dum cauſam qua
ibi eſtis ſubtilius attendimus: abſenti=
am veſtram: & ſi moleſte, tamen æqua=
nimiter toleramus. Sonum & incolumen
vos in proximo videamꝰ, & in æternum
habeamus, domine pater ſancte.

¶ Valeant etiam iterum & vigeant ſem
per vobiſcum chariſſimi ſocij & comphi
loſophi veſtri, ſi tamẽ vel hoc ſaltem no
mine cenſeri, dignentur, qui tantopere
hęremitarum vocabulum quo eos ve=
nerari ſtudueram, reſpuerunt, vt non im
pune tulerim, quod non potius illos fau
nos Satyroſq; vocaui. Tot enim chartas
habeo: totq; dictis vrbanis & ab heremi
tica ſimplicitate remotiſſimis obrutꝰ ſũ:
vt magis ab heremitarũ crimine purga=
re ſe non potuerint: quam quod tot be=
ne paratas pelles inuenire, tantiſq; vnũ
miſerum & claudum ſenem elogijs la=
ceſſere, fortes & iuuenes ſtuduerunt.
Valeant omnes qui vobiſcum ſunt in do
mino: poſt hęc quibꝰ anxiam vitam vt=
cunq; reuelamus ludicra, etiam ſerio me
mores inuicem noſtri, in orationibus ſan
ctis. Ignoſcite pauperi chartę & vili ſcri
pturæ, quoniam & propter abſentiam
veſtram, & funera frequẽtia, pediſq; mei
aliquantulam adhuc debilitatem: vix
aliquid facere dibet. Rogo etiam vt hęc
chartula mea, & alia minor: quæ tanti
ſolatij nobis materiam prebuit, mihi ſer
uetur. Nam & ego, epiſtolas veſtras dili
gentiſſime amplector & ſeruo

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola.xxxij. domni Abbatis ad eū dem Petrū, vt libros ibi deſignatos mittere habeat; imperatiua.

VEnerabili & chariſſimo Fratri & filio Petro. Frater Petr⁹ humilis Clunianeñ. Abbas. Salutem, gratiam, & bene. Quocunq; meum tendat iter: tu tamen ſemper mecum. Miraculum hoc. Homo clauſus, vbiq; diſcurrentes comitatur, nec ab eis vel puncto temporis abeſt. Fit hoc mente non corpore, affectu non effectu: charitate non ſocietate. Es quidem ocioſus & nos negocioſi: ſed tamē ocium tuum nō omnino ocioſum eſſe volumus. Quicquid de carioribus nobiſcum non ferimus: tibi relinquere ſoliti ſum⁹. Libri, & maxime Auguſtiniani, vt noſti: apud nos auro preciofiores ſunt. Quos vero viles ædidi: forte nec minus cari, Inde ergo ocium tuum interpolamus, nec omnino feriatum eſſe volum⁹: vt aliquem nobis de Auguſtianis laborioſi itineris noſtri conſolatorem dirigas, & epiſtolas noſtras ac vitam domni Matthęi epiſcopi, quia liber contra hereticos ædıtus deeſt: velut proprij cordis conceptus & partus.

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola.xxxiij. Ad Ludouicum Francorum Regem, expeditionis in Turcos diſpoſitæ commendatoria, & vt illi ſacræ expeditioni Iudæorum diuitiæ, vtpote a Chriſticolis pro magna parte doloſe ſubtractæ, inſeruire cogantur: deprecatoria.

ILLVSTRI ac magnifico principi, domino Ludouico glorioſo Regi Francorū. Frater Petr⁹ humililis Cluniaceñ. Abbas, fœliciter hic regnare. Regēq; Regum in regno ac decore ſuo videre. Licet regis æterni militiam: quā per te regem terrenum, contra inimicos crucis ſuæ armare diſpoſuit, ad peregrina euntem comitari non valeam: deuotione tamen, oratione, conſilio & auxilio, quali quantoue potero: proſequi concupiſco, Nec mirum. Quis enim, vel vltimus Chriſtiano nomine inſignitus, ad tantam tamq; ſtupēdam exercitus domini Sabbaoth cōmotionem: non moueatur? Quis ad iuuandam pro modulo ſuo: totis animi conatibus, cœleſtem expeditionem: nō accingatur? Renouantur iam noſtro tempore antiqua ſecula, & in diebus nouæ gratiæ: vetuſti populi miracula reparantur. Proceſſit de ægypto Moyſes: regeſq; amorreorum cum ſubiectis populis delenit. Succeſſit ei Ioſue: regeſq; Chananeorum cum infinitis gentibus dei iuſſu proſtrauit, terrāq; illam extinctis impijs, illi tunc dei populo ſorte diuiſit. Egrediens ab vltimis occiduæ plagę finibus: immo ab ipſo ſolis occaſu, rex Chriſtianus: orienti minatur, & nephandam Arabum, vel Perſarum gentem, ſanctam terram rurſum ſibi ſubiugare conātem: cruce Chriſti armatus aggreditur. Magni quidē & vitę ſanctitate modernos principes ſuperantes enituerunt, illi principes iu deorū: non tñ modo quodam potiores, immo fortaſſis inferiores videntur: hoc Rege Chriſtianorum. Delent illi iuſſu dei: vi bellica prophanos populos: terraſq; eorum vendicant deo ac ſibi, delebit & iſte nutu, iuſſuq; eiuſdem dei, hoſtes veræ fidei Sarracenos, terraſq; eorum ſubiugare laborabit deo nō ſibi. Implent illi præcepta diuina, ſpeq; terrenæ mercedis ex quadam parte militaribus rebus inſudant. Exponit iſte & immolat deo regnum, opes: vitamq; ipſam: non vt aliquid terreni rex magnus in mundo lucretur, ſed vt poſt mortalis regni defectum: a rege regum, honore & gloria coronetur. Nō deſtituet ergo certa ſublimiſq; victoria regem: magis cœleſtibus quam terrenis armis munitum nec exercitui dei viuentis, quantalibet oriētalis Barbaries reſiſtere pręualebit. Quis enī eis reſiſtere poſſit, qui honores, qui diuitias, qui voluptates, qui ipſam cū parentibus patriā: & ſi omnino relinquentes, Chriſtum ſuum ſequi: ipſi laborare, ipſi pugnare, ipſi mori, ipſi viuere

Nūe.xxj & deinceps. Ioſue.vj. & vltra.

elegerunt? Quis inquã poteſt illius exercitui obſiſtere in terra, qui dixit de ſeipſo. Mat. vl. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo et in terra? Quam poteſtatem licet in homine quẽ cauſa hominum ſuſcepit, a deo acceperit: hanc tamen ab æterno vt verus deus habuit. Sed quid proderit inimicos Chriſtianæ ſpei, in exteris aut remotis finibus inſequi, ac perſequi: ſi nequã blaſpemi, longeq; Sarracenis deteriores Iudæi: non longe a nobis, ſed in medio noſtri: tam libere, tam audacter, Chriſtum, cunctaq; Chriſtiana ſacramenta: impune blaſphemauerint, conculcauerint: deturpauerint? Quomodo zelus dei comedet filios dei, ſi ſic prorſus intacti euaſerint: ſummi Chriſti ac Chriſtianorum iimici iudęi? Cõtra iudæos. An excidit a mente regis Chriſtianorũ: quod olim dictum eſt, a quodam ſancto rege iudęorum? Pſalm. cxxxviij Nonne ait, qui oderunt te domine oderam: & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos. Si deteſtandi ſunt Sarraceni: quia quãuis Chriſtum de virgine vt nos natum fateantur, multaq; de ipſo nobiſcũ ſentiant: tamen deum deiq; filium, quod maius eſt, negant: mortemq; ipſius ac reſurrectionem, in quib⁹ tota ſumma ſalutis noſtræ eſt, diffitentur: quantum execrandi & odio habendi ſunt Iudæi: q nihil prorſus de Chriſto vel fide Chriſtiana ſentientes: ipſum virgineum partum, cunctaq; redemptionis humanæ ſacramenta: abijciunt: blaſphemant: ſubſannant? Nec ad hoc iſta dico, vt regalem vel Chriſtianum gladium, in necem nephandorum illorum exacuam: quia ſcriptum de eis in Pſalmo diuino recolo, loquente ſic in ſpiritu dei propheta. p̃s. lviij. Deus (inquit) oſtendit mihi ſuper inimicos meos: ne occidas eos. Non vult enĩ deus prorſus occidi, non omnino extingui: ſed ad maius tormentum & maiorem ignominiam, vt fratricidam Cain: vita morte deteriore ſeruari. Nam cum Cain poſt fraterni ſanguinis effuſionem, deo diceret: omnis qui inuenerit me occidet me: Geñ. iiij dictum eſt ei. Nõ (inquit de⁹) vt æſtimas morte morieris: ſed gemens & profugus eris ſuper terram, quæ apeꝛruit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Sic de damnatis damnandiſq; iudæis: ab ipſo paſſionis mortiſq; Chriſti tempore, iuſtiſſima dei ſeueritas facit: & vſq; ad ipſius mundi terminum, factura eſt. Qui quoniã Chriſti ſanguinem, vtiq; iuxta carnem fratris ſui fuderunt: ſerui, miſeri, timidi, gementes, ac profugi ſunt ſuper terrã, quouſq; iuxta prophetam, miſerę gẽtis reliquię, Eſa. x. iam vocata gentium plenitudine, conuertantur ad deum: & ſic ſecundũ Apoſtolum. Omnis iſrael ſaluus fiat. Non inquã vt occidantur admoneo: Rom. ix. ſed vt congruente nequitiæ ſuæ modo puniantur, exhortor. Et quis congruentior ad puniẽdos illos impios modus: quã ille quo & damnatur iniquitas, & adiuuatur charitas? Quid iuſtius q̃ vt his quæ fraudulenter lucrati ſunt, deſtituantur: quæ nequiter furati ſunt: vt furibus, & (quod peius eſt) hucuſq; audacibus & impunitis: auferantur? Quod loquor: omnibus notum eſt. Nõ enim de ſimplici agri cultura, non de legali militia, non de quolibet honeſto & vtili officio: horrea ſua frugibus, cellaria vino, marſupia nummis, archas auro ſiue argento cumulant: quãtum de his quæ (vt dixi) chriſticolis doloſe ſubtrahunt. de his quæ furtim a furibus empta, vili prętio res cariſſimas comparant. Si fur nocturnus Chriſti eccleſiam fregerit: ſi ſacrilego auſu candelabra, vrceos, thuribula, ipſas etiã ſacras cruces, vel conſecratos calices aſportauerit: cum Chriſtianos fugiat, ad Iudeos confugit: & apud eos damnabili ſecuritate ſecurus, non ſolum latibula fouet: ſed & quæ ſacris eccleſijs furatus fuerit, Sathanæ ſynagogis vendit. Diſtrahit vaſa corporis ac ſanguinis Chriſti, occiſoribus corporis, & effuſoribus ſanguinis Chriſti: qui & tũc eum inter mortales conuerſantem, quãtis potuerunt contumelijs & iniurijs affecerunt: & nũc in maieſtate diuinitatis ęternæ ſedentem: quantis audent verborum blaſphemijs laceſſere non deſiſtunt. Nec ſacra illa vaſa quæ penes

ipſos ſicut olim penes Caldeos, modo quo prædixi captiua tenentur, licet ſint inſenſibilia, iniuriarum expertia ſunt. Sentit plane in his quæ non ſentiunt ſibi ſacratis vaſis, Iudaicas adhuc contumelias Chriſtus. Quia vt ſæpe a veracibus viris audiui: eis vſibus cœleſtia illa vaſa ad eiuſdem Chriſto noſtrumq; dedecus: nephandi illi applicāt, quos horrēdū eſt cogitare, & deteſtādū dicere. Inſuper vt tam nepharium, furū, iudeorumq; cōmertium tutius eſſet: lex iam vetuſta: ſed vere diabolica, ab ipſis Chriſtianis principibus proceſſit: vt ſi res eccleſiaſtica, vel quod deterius, aliquod ſacrum vas, apud Iudæum repertum fuerit: nec rem ſacrilego furto poſſeſſam reddere, nec nequā furem iudęus prodere cōpellatur. Manet multum ſcęlus deteſtabile in Iudæo: quod horrenda morte ſuſpendij, punitur in Chriſtiano. Pingueſcit inde & delicijs affluit Iudęus: vnde laqueo ſuſpenditur Chriſtianus. Auferatur ergo vel ex maxima parte imminuatur, iudaicarum diuitiarum male parta pinguendo, et Chriſtian⁹ exercitus, qui vt Sarracęnos expugnet, pecunijs vel terris proprijs, Chriſti domini ſui amore non parcit: iudæorum theſauris tam peſſime adquiſitis non parcat. Reſeruetur eis vita, auferatur pecunia: vt per dextras Chriſtianorum: adiutas pecunijs blaſphemantium iudeorum: expugnetur infidelium audacia Sarracęnorum. Seruāt populis Chriſtianis: etiā ipſis inuitis, diuitię Iudæorum: ſicut olim cum deo placerent patres eorum: deo iubente, ſunt eis ad ſeruiendum traditæ,
Exo. xj. diuitiæ ægyptiorum. Hęc tibi benigne rex ſcripſi amore Chriſti, tuiq; atq; exercitus Chriſtiāi: quia & ſtultum eſſet, nec offenſa (vt arbitror) diuina careret: ſi ſacræ expeditioni, cui iuxta congruentem modum, impendendæ ſunt res Chriſtianorum: multo amplius nō ſeruirent pecuniæ prophanorum.

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. xxxiiij. ad Rotgerium Sicilię Regem, virtutum eiuſdem commentatoria, & dilatatiōis imperij optatiua: deinde munificentię eius ad ſuccurrendum neceſſitatibus Cluniacenſium, excitatiua.

GLorioſo ac magnifico principi Rotgerio Siciliæ Regi Frater Petrus humilis Cluniacenſiū Abbas, bonorum Regum dignitatem & gloriam. Gratias omnipotenti Regi Regū: qui ſublimitatem veſtram inter vniuerſos Chriſtiani orbis reges, ac principes, quadam ſpecialis magnificentia gloriæ inſigniuit, quadam glorioſi nominis fama ſingulariter exaltauit: in tantum, vt cum plures regij nominis habeatis conſortes: magnanimitate, prudentia, probitate: nullos aut pene nullos, habere inueniamini pares. Indicat hoc Sicilia, Calabria, Apulia: ex non modica ſui parte, in quibuſdam alijs regionib⁹, ſubiecta vobis Italia: quæ cum ante veſtra tempora, vel receptacula eſſent Sarracęnorum vel foueæ prędonum, vel ſpeluncæ latronum: nunc gratia miſericordis dei incitante ſtudia veſtra, iuuante labores veſtros: factæ ſunt pacis domicilium tranquillitatis hoſpitium: & velut alterius pacifici Salomonis pacificum, ac iocūdiſſimum regnum. Vtinam quod ſecretorum omnium cognitore deo teſte, non adulans dico: vtinam inquā, miſerabilis atq; iſœlicis Tuſciæ partes: fœlici veſtro imperio cum adiacentib⁹ prouincijs adiungerentur: & res perditiſſimæ pacifico regni veſtri corpori vnirentur. Vere non tunc ſicut nunc, res diuinæ atq; humanæ nullo ſeruato ordine confunderentur: non Vrbes, non Caſtra, non Burgi, non Villæ, non ſtratæ publicæ, non ipſæ deo conſecratæ eccleſiæ: homicidis, ſacrilegis, raptoribus, exponerent. Non pœnitentes, non peregrini, non clerici, non monachi, non abbates, non preſbyteri, non ipſi ſuprēmi ordinis ſacerdotes: epiſcopi, archiepiſcopi, primates, vel patriarchæ: in manus talium traderentur, ſpoliarentur, diſtraherentur. Et quid dicam? verberarentur, occiderentur. ¶ Hæc plane

vniuerſa,multaq; his ſimilia:tam nephā
da,tam execranda, iuſticiæ regiæ gla-
dio ſucciſa ceſſarent:vrſorum,pardorũ,
luporum,vngulæ rapaces languerent:&
vt de beato ac magno viro Iob dictum
Iob.v. eſt.Omnes beſtiæ agri quæ nunc in prę
dā inſaniunt:pacificæ vobis eſſent.Sed
luit adhuc ſcelerũ penas,& gemit miſera
terra ſub flagello diuino:qa ĩ his om̃ib⁹
nondũ eſt auerſus furor dei: ſed adhuc
manus eius extenta.Spem tamen maxi-
Eſa.v.ix mam gero: & in Ieſu ſalutari meo: om-
&.x. niũq; ſuorum cõfido: quod multorum id
deſiderantium pauperum,deſideriũ ex-
audiet dominus, & preparationem cor
dis eorum audiet auris eius.Sed ne for-
te quorũdam hominum,& ex ſemetipſis
alios metientium corrupta corda:me in
corde & corde loqui, aut venditorē olei
ſuſpicentur:reprimendus eſt ſermo,ne ſi
caſu ad aliquem talium epiſtola vobis
miſſa peruenit: meditentur inania,& ſu
ſpicentur falſa. Nouit enim teſtis & con
ſcius meus in excelſis: me neq; aliter lo-
qui q̃ ſentio, neq; ob aliud, vt & notum
vobis ſit: id me ſentire quod ſentio , &
vt regalis nobilitas veſtra magis ac ma
gis animetur ad meliora:agnoſcens me
iſta quæ dixi, multoſq; mecum ſentire.
Nam vt ſæpe maieſtati veſtræ manda-
ui,& verum eſt:his de cauſis ante vigin
ti annos,ſuper omnes reges & principes
temporis noſtri, vno excepto,qui mor-
tuus eſt,vt pacis amatorem & ſcelerum
vindicem,ſinceriter dilexi: & huiuſmo-
di affectum: vobis vſq; ad vltimum di-
em ſeruare propoſui.Hac de cauſa in cõ
ſpectu Romanorum pontificum,regum,
principum,maiorum ſiue minorum:hæc
atq; ſimilia veſtra bona ſemper extuli:
& perſonam veſtram,regnumq; omnipo
tenti deo, religioſiſq; tam noſtris q̃ alijs
congregationibus: ſtudioſiſſime commē
daui.Sed de eis hactenus. Nunc autem
notum fieri volo magnitudini veſtræ,
me veniſſe Romam,aliquantis ebdoma
dibus ibi manſiſſe,finitiſq; innumeris pe
ne Cluniacenſis eccleſiæ negocijs : ad
vos vſq; trāſitum facere decreuiſſe. Sed
ſicut preteritis annis idem facere fruſtra
conatus ſum:ſic & modo id in caſſum vo
lui: quia multiplici cura iam dictæ ec-
cleſiæ reuocante,non potui.Cauſa mihi
veniēdi ad vos: duplex erat,vt & pſonā
veſtrā mihi prę cæteris vt prefatus ſum
regib⁹ charam,ſicut millies optaueram
viderem,& neceſſitates veſtri Cluniacē
ſis monaſterij vobis incognitas:regi ſpe
cialiter(vt credimus)nos amanti:notas
facerem.Hoc quia,vt dictum eſt,per me
ipſum implere non valui: loco mei pro
bum & ſapientem virum, venerabilem
fratrem noſtrum.A.Cluniacum ſacriſtā,
nobiliſſimę liberalitati veſtræ tranſmi-
ſi:vt quod dicerem dicat,& ſi vobis non
diſplicet,etiā quod audirē audiat. Cla-
mat ad vos & pulſat ad oſtium amici,ve
ſtra Cluniacenſis eccleſia: vt ſicut beni-
gnitatem veſtram ad ſe diligendum cõ-
mouit:ita munificentiam veſtram, ad ſi
bi benefaciendum commoueat . Vrget Neceſſi-
hoc ipſa neceſſitas,& infinitæ illius ma- tas mõa
gni ac famoſi monaſterij (vt notum eſt ſterij clu
cunctis)expenſę:quod a primo fundati- niaceñ.
onis ſuæ lapide, ab omnibus ſolet colli-
gere:quod poſſit vniuerſis effundere.Fa
ctum eſt a ſui principio:nõ ſolum exter-
norum hoſpitium:non tantum confugiē
tium aſilum:ſed (vt ſic loquar) publicũ
rei publicæ Chriſtianę erariũ. Agit par
cius in proprios, profuſius ĩ alienos,nec
attendit quid poſſit: ſed quid ſuperueni
ens velit.Ea de cauſa,nec ſua ei nec ali
ena ſufficiunt: quia longe maior eſt quā
titas erogatorum:q̃ liberalitas largito-
rum.Additur neceſſitati, quod ſoliti be
neficiorum prouentus,deficientibus bo-
nis regibus & principibus defecerunt;
quoniam modernis adiacentium terra-
rum potentibus,& ſi benefaciendi nobis
aſſit voluntas: deeſt facultas . Inde eſt
quod Cluniacus debitores multos:bene
factores habet paucos.Amat,& (vt cre-
dimus)multum amat, Theutonicus rex:
amat Hiſpanus,amat Anglicus,amat &
alius nobis propinquior. Rex Franco-
rum Cluniacum: & cum horum & ſimi-
lium erga nos ſit amor magnus:eſt pene
amoris effectus nullus. Pares ſunt præ-
deceſſoribus ſuis in amando: ſed diſpa-

res in largiendo. Diligunt iuxta Ioan-
j. Ioh.iij nem Apoſtolum (quod non detrahens dico) verbo vel lingua: non opere vel veritate. Et quid multa? Vt verbis Pſal
Pſal. ix. miſtę deo loquentis Vobiſcum loquens vtar: tibi derelictus eſt pauper, pupillo tu eris adiutor. Dereliquerunt enim vobis, & velut priſcis adiutoribus deſtitutam, dimiſerunt iam dicti reges vobis Cluniacenſem eccleſiam. vt quia ipſi nobis largi eſſe volunt, ſed (vt dicunt) non poſſunt, vos quia per gratiam ſummi re
Mat. vj. gis poteſtis: oram⁹ vt etiã & velitis. Theſaurizate ergo vobis ſecundũ verba domini theſauros in cœlo: vbi neq; erugo, neq; tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt nec furantur. Implete (ſi placet) effectu, aliorum nudum affectum, vt ſicut pene oẽs noſtri ſeculi reges & principes, multis (vt ſupra dictum eſt) probitatibus vincitis: ſic & in iſto tam diuino, tam fructuoſo opere ſuperetis. Si quid minus dictum eſt: a iam dicto præſentium latore, viro prudẽte: quęrere & audire poteritis.

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. xxxv. ad Chartuſienſes: poſt ſingularis erga eoſdem affectus expreſſionem: miſſiõis librorum quos quęrebant: denunciatoria.

VEnerandis & chariſſimis noſtris, Domno Priori Carthuſię, & fratribus cæteris. Frater Petrus humilis Cluniaceñ. abbas, eandem quam ſibi Salutem. Agnoſco quid vobis debeam: agnoſco ꝙ prę cũctis mortalib⁹ religiõi deditis, nec eccleſiæ noſtræ voto profeſſionis aſtrictis: vos ſemper in domino carius dilexi, colui, venerat⁹ ſum. Feci hoc hucvſq; facio adhuc: faciam quãdiu fuerit ſpiritus in naribus meis. Cauſa huius mei erga vos amoris, Chriſtus eſt: quem quia in ipſo perſonaliter non poſſum: in vaſis eius, hoc eſt in vobis in quibus habitat: ipſum diligo, amplector, honoro. Scripſit mihi reuerẽda charitas veſtra: vt quoſdam Ambroſianos libros vobis mitterem. Dulce fuit quod mandaſtis: homini expectanti ſępe a vobis litteris vel nuncijs viſitari. Concupiſcit quidẽ hoc ſemper: ſed raro quod deſiderat aſſequitur: facio quod ſcripſiſtis, mitto qđ mandaſtis. Sed quibus? Literę quas miſiſtis, libros tantum ſonabant: ſed quib⁹ mitterentur tacebant. Non ſic (vt aliquid querelæ familiaris apud familiares deponam) non ſic piæ ſanctęq; memoriæ domnus Guigo prior ſcribebat: ſed epiſtolari more ſalutatione præmiſſa, affectum benigni cordis congruenter verbis ſubſequentibus indicabat. Sed fortaſſis verboſi apud nos eſſe timuiſtis: vel ne ipſi verboſi eſſemus, breuitate tanta monuiſtis. Cogitaſtis forte, & ſi nõ dixiſtis: quod Sanctus Iob amicis ſuis. Iob.xvj.
Verboſi amici mei: ad deum ſtillat oculus me⁹. Sed vt aliquid vel figurate vel in veritate loquar ad vtrunq; reſpõdeo: quia quãtum ad animi mei affectum attinet, ſi ſemper loqueremini, taciturni eſſe videremini: ſi ſemper vobis loquerer: mutus mihi viderer. Mittite per pręſentium latorem, vel quẽlibet alium, fidum tamen, vadimonia librorum quos miſi, non ꝙ inde maior conſeruandi eos ſecuritas detur: ſed vt iuſſio ſancti patris noſtri Hugonis de talibus facta ſeruetur. Valete: memores noſtri ſemper in domino.

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. xxxvj. ad fratres Cluniaceñ. conſolatoria pro mortalitate.

VEnerabilis & dilectiſſimis dñis & fratribus apud Cluniacum Omñipotenti dño ſeruiẽtib⁹. Frater, P. humilis eorum non tam abbas q̃ ſeruus Totius ſalutis & benedictiõis a dño plenitudinẽ. Audiui chariſſimi, & hoc antequã nuper a vobis recederem, ex parte videram: quod manus domini tetigit vos, quod flagellum inundans per vos tranſitum habuit: quod plurima & precioſa corporis noſtri membra: peccatis noſtris hoc promerentibus iudicij diuini gladius amputauit. Concidunt velut ex magna arbore, vehementi vento impulſi: maturi pariter & imaturi fructus: iamq; pene totam ſubiectam terram lapſu cõtinuo operuerũt. Ruunt ſup mortuos viui: & ſupra ſepultũ ſepultor ipſe ꝓcũbit. Nulla in qualibet ętate, vitæ fiducia: mixti ſenibus iuuenes, decrepitis

adoleſcentes,corruunt:ipſiq; pene pue-
Matth. ri centenarios moriendo p̄ueniunt.Dies
xxiiij. dñi vere(ſicut ipſe ait)vt fur in nocte ve
j.theſ.v. niens,ſollicitos quoſq; & improuidos ſi-
&.j.Pe. mul furatur,vixq; moriẽs ſe mori aduer
iij. tit: quia prius a morte quiſq; rapitur,q̄
plene ad ſeipſum morientis animus cõ-
uertatur.Minuitur quotidie magnus ille
ac celebris,vereq; cœleſtis ouium Chri-
ſti numerus:& vt dignũ eſt credere:ſum
mo paſtori ſuo i paſcuis ſempiternę ver
nantibus aggregatur. Patimur nos qui
viuimus,& licet ignorem⁹ q̄diu, adhuc
tamen reſidui ſumus: patimur inquã do
lenda,totiſq; lachrimaꝝ fontibus deflen
da damna:q̄d tantorum,tam vtilium,tã
ſanctorum fratrum, apud nos diuerſiſq;
in locis decedentium: corporali ad prę-
ſens ſocietate:ac conſueto adiutorio ca
remus. Dolendum quidem omnibus de
his eſt:ſed ſuper omnia mihi. Quomodo
enim non plus omnibus doleã: ad quem
magis ex officio,ad quẽ magis ex debi-
to:pertinet vt doleam? Nam vt de offi-
cio loquar:quis pater tã ferre⁹:quis tam
lapideus vnq̄ eſſe potuit: vt moriẽtes nõ
dico tot,non dico tam electos,ſed ſaltẽ
vnum & abiectum filium: mori ſine acri
dolore multiſq; lachrimis videat? Et vt
quod eſt ex debito ſubiungã: quis vnq̄
pater adeo filiis debitor eſſe potuit : vt
ego vobis? Quis enim vnq̄ pater,i filijs
carnalibus tantã obędiẽtiam: quis tam
ſincerum amorẽ:quis tãta tãq; prompta
erga ſe obſequia repperit: vt ego in vo-
bis? Quis vnq̄ ipſa frequẽter docente ex
perientia,tam dulcia de quolibet chariſ
ſimo ſentire potuit: vt ego de vobis? Si
alpes Italicas, vel Hiſpanas trãſiui: me-
cum affectu ac mente trãſiſtis.Si Romã
(quod ſępe contigit)adiui:indiuiſibiles
mihi ſocij adhęſiſtis.Si maria tranſfreta
ui,mecum animo:mecum deuotione:me
cum orationibus nauigaſtis.Si infirmari
vel leuiter cæpi:mecum compaſſione &
multo dolore animi ægrotaſtis.Sine vo
bis laborare nũquã potui:ſine vobis pe-
ricula nulla ſubire preualui. Q̃uo ergo
abſq; maximo & intimo cordis dolore:
tam frequenti & pene ſubita morte rapi
de latere meo tot tãq; chariſſimos cerne
re potero? Qualiter viſcera mea abrum
pi ab itimis meis:abſq; gemitu videbo?
Quomodo tanta nõ auri vel argenti:ſed
quod longe omni theſauro carius ac p̄-
cioſius eſt,tantorum fratrum diſpendia:
æquo animo tolerare valebo? Renoua-
ta ſunt priora ſecula: & ea iam non legi
mus:ſed experimur. Videtur angel⁹ do
mini extendiſſe manum ſuper noſtram
Hieruſalem,ſed in omnipotentis dei mi
ſericordia cõfido: non vt diſperdat,ſed
vt corrigat eam. Vtinã in hoc caſu,imo
æterna dei diſpoſitione: vtinã inquã eſ-
ſem Dauid:vt vel in aliquo tantæ cladi
occurrere poſſem:vt ira dñi in miſericor ij.Reg.
diam cõuerſa,diceretur ꝑcutienti ange- xxiiij.
lo:ſufficit:iam contine manum tuã.Hoc
tamẽ abſq; nota mendacij: cũ Dauid di-
cere poſſum. Ego ſum qui peccaui: ego
qui inique ęgi. Fortaſſis:& illud.Iſti qui
oues ſunt:quid fecerunt? Auertatur obſe
cro furor tuus a populo tuo.Sed quid fa
cio? Qui conſolari vos propoſuerã:deſo
lari videor. Qui minuere dolorẽ veſtrũ
debueram: talib⁹ verbis fortaſſis exag-
gero.Nõ eſt plane in his lamẽtationib⁹
diutius imorandum:ne dolori veſtro do
lorẽ,ne lachrimis lachrimas ſuperadde-
re arguar. Prohibet hoc orbi terrarũ no
ta vox apoſtolica: qui ꝓ ſimili charorũ ij.Theſ.
morte contriſtatos admonet.Nõ contri- iiij.
ſtemini,ſicut & cęteri qui ſpem non ha- Eccli.
bent.Et quãuis vt liber Sapiẽtiæ pręci- xxxviij.
pit.Super mortuo producẽdę ſint lachri
mæ, ſunt tamẽ ne cõgruum excedãt:ra-
tione media tẽperandæ. Inhibeo quidẽ
ego vos a lachrimis:quas tamen dũ hęc
ſcriberem inhibere nõ potui. Tempere-
mus tamẽ mętas ꝓprias excedentẽ dolo
rem,& hinc animo virili infortunia tãta
ferantur:hinc in abſcondito,coram deo
tam pro nobis q̄ ꝓ ipſis fratrib⁹ noſtris,
animas noſtras p̄cib⁹ & lachrimis effun
dam⁹.Plorem⁹ pro defunctoꝝ rege:plo
rem⁹ & pro noſtra(q q̄n̄q; & fortaſſis etiã
in proximo,eos ſubſecuturi ſumus)ſalu
te.Nõ poteſt quiſq̄ noſtrũ dicere. Quid
eſt,aia mea:i tã magna creatura? Nõ cu
rat altiſſim⁹ de nobis:nec q̃n viuim⁹,nec
quãdo morimur attẽdit.Huic deteſtãdę
opinioni:nõ p inuolucra, ſed aperte ob-

Roma. xiiij. uiat Ap̄ls:& dicit.Siue viuim⁹,dn̄o:vi=
uim⁹ ſiue morimur, dn̄o morimur.Siue
eni̅ viuim⁹,ſiue morimur:dn̄i ſumus. Et
Ibidem. in alio loco.In hoc ei xp̄s mortu⁹ ē.& re
ſurrexit:vt & viuorū & mortuorū dn̄eſ,
Luce. xviij. Et ip̄e dn̄s.Deus nō eſt mortuorum: ſed
viuorū.Oēs eni̅ viuunt ei.Nihil ſane vt
nouit reuerētia veſtra, in reb⁹ humanis
caſu fit:nullas mortes vel vitas hominū
fortuna cōfundit.Libranſ oīa iuſto pon
dere:& licet abyſſus iudiciorū dei nobis
occulta ſit:non dubitam⁹ tamen:quin p
Luc.xij. omnia iuſta ſit.Nullus paſſerū in terram
ſine patre cęleſti cadit: & aliquis ſeruo
rum dei,abſq; eodē patræ cœleſti vitam
Mat.x. mortalē finit?Capilli capitis nr̄i oēs nu=
merati ſunt.& hij quorū ſūt ipſi capilli:
Iob. xxxj. apud ęternā ſapientiā ſine numero ſūt?
Greſſus noſtros ipſa dinumerat; & vitā
mortemq; noſtrā,eadē nō diſpenſat?Cū
hæc vt dicta ſūt apd̄ vos conſtēt chariſ=
ſimi:non eſt afficiend⁹ vltra modū dolo
re anim⁹ veſter,ſed ad deū tota mēs,to=
ta intentio:tota deuotio attollenda.Eſt
quidē ip̄e mortificans & viuificās:dedu
cens ad inferos & reducens. Sed abſit:
vt ſuſpicemini. quod qui per ſe ip̄m ho=
mo factus,morte ſua mortuos viuificare
venit: vos ad ipſum qui vera eſt vita p
Nota. pœnitentiæ fructū cōuerſos:mortificare
diſponat. Non hoc ea de cauſa vt fides
mea eſt,facit:ſed vt & viuētes,defuncto
rum fratrū mortibus terrens: ad pœnitē
tiam vehementius accendat.& mortuos
vt ſplēdida horti ſui lilia colligat.Lilia
plane cādentia caſtitate:odorifera vir=
tutum exēplis & ſuauitate. Nō vult vos
p huiuſmodi mortes a ſe amputare, ſed
more ſtudioſi agricolæ vineā colētis pu
tare.quia vt in cāticis legitur:tēpus pu=
Cāti.ij. tationis aduenit.Aduenit tēp⁹.quo ſer=
uo dicēti.dn̄e factum eſt. vt imperaſti.
& adhuc loc⁹ eſt:reſpōdeat.Exi in vias
Lu. xiiij & ſepes,& cōpelle intrare: vt impleatur
dom⁹ mea.O quot nolētes, vt dom⁹ ei⁹
impleref intrare cōpulſi ſunt. Quis eni̅
Ioā. vlt. vnq̄ mori voluit?Nec ipſe Petr⁹ cui di=
ctum eſt.cū ſenueris extēdes man⁹ tuas:
& alius te cinget & ducet quo nō vis. Si
nolebat mori reſiſtente quadā humana
formidine.Petrus: quid mirū ſi eodē ti=
more nō vult mori.Petri diſcipulus? Si
nolebat mori Paul⁹ q dicebat.nolumus ij.co.xj.
ſpoliari ſed ſuper veſtiri,vt abſorbeatur
quod mortale eſt a vita:quid mirū ſi na=
tura & cōſuetudine tracti formidatis ex
cedere de præſenti vita? Cōtradicente
tamē carnali affectu,& Petrus libēter p
dn̄o ſuo mortē crucis āplexus eſt:& Pau
lus qui dixerat.Mihi viuere Chriſtus eſt Phil.j.
& mori lucrū:gladio ſibi caput deſecari
iocūdiſſime paſſus eſt.Vn̄ iuxta quiddā
volētes,cōpulſi ſunt Petr⁹ & Pau⁹ mori:
cōpellūtur ad idem ab eodē patrefami=
lias nr̄i vt impleatur domus dei. Suſci=
pienda eſt ergo cū iocunditate benigna
patris vocatio.quia & ſi dura videſ via
mortis qua trāſitur:iocūdiſſima eſt vita,
& perpetua quo peruenitur.Et o tu Ieſu Ioā.xj.
Chriſte creator oim. & redēptor tuorū.
qui dixiſti.Qui credit in me:etiā ſi mor=
tu⁹ fuerit viuet.& rurſum.nō veni vt iu=
dicē mūdū.ſed vt ſaluū faciā mundum. Ioā.iij.
& iterū.Oues meę vocē meā audient.& Ioan.x.
ego dn̄s agnoſco eas & ſequuntur me.&
ego vitā æternā do eis.& nō peribūt in=
æternū. neq; rapiet eas quiſq̄ de manu
mea.tu inq̄ o Ieſu Chriſte auctor vitę no
ſtræ tranſitoriæ & æternæ: has oues de
grege tuo in te credentes, mortuas vel
moritutas,in æternū viuere fac. Suſcipe
eas benigniſſime paſtor,nec a Lupis eas
deuorari permittas: neq; tradas beſtijs
animas cōfitētes tibi. Adeſto & tu bea=
tiſſima virgo Mater eiuſdem ſaluatoris
& redemptoris noſtri: & præ omnibus
poſt ipſum in te ſpecialius confidentes:
ab expectatiōe ſua nullatenus confundi
p̄mittas.Sed & vos ſummi Apoſtoli dei
orbis terræ præcipui principes: oim̄ qui
dem Chriſtianoꝝ vniuerſales,ſed noſtri
ſpeciales Patres:quibus pene continua
ſemp obſequia impenderuut:quib⁹ ſpe=
cialiter a deo cōmiſſi ſunt:nōne deficiē=
tibus ſuccurretis?Nōne morientib⁹ ade
ritis?Nōne ab incurſu nequā hoſtiū de=
fendetis? Recordamini principat⁹ vr̄i:
nec de numero cōmiſſorū vobis, aliquē
a prīcipe tenebrarū rapi patiamini. Sē=
tiant quia iā temp⁹ eſt,quod ſemp de vo
bis ſperauerunt:& cū claues regni cęlo=
rum in manibus veſtris ſint:humili & de

uoto corde cũ eis ſupplicam⁹: vt admiſſis aliis, iſtos nullomodo ab eodẽ regno excludi ſinatis. Accendite igitur chariſſimi quib⁹ hanc epiſtolã ſcribo, igne diuino vt Aaron vel filii leui, mẽtiũ veſtrarum Thuribula: & orationũ ſanctarũ velut aromatum fumũ in cœlum emittite. & ſtantes inter mortuos & viuentes, miſericordẽ omnipotentis dñi maieſtatẽ, ipſi corde contrito & humiliato ei facti ſacrificium: toto animorũ niſu placate. Rediiſſem ipſe ad vos. & qđ ſcribo ore proprio dicere maluiſſem. & vt ſãct⁹ vir
Iob.xvi. ait. Conſolarer vos ſermonib⁹, & mouerem caput meũ ſup vos: niſi cęptum iter verſus dñm Papã, ad quẽ certis de cauſis valde feſtino: impediret. Si deo ꝓpitio ſoſpes inde rediero: non præteribo donec videam quos diligit anima mea. Interi quod præſens non poſſum abſens facio, & pro officio ex parte oipotentis dei, auctoris & conditoris omniũ, & beatiſſime Mariæ ſemp virginis, genitricis dei & dñi noſtri Ieſu Chriſti: & ſummorũ apoſtolorũ Petri & Pauli, oimq; apoſtolorum: & ſancti Bñdicti patris & magiſtri noſtri: & omniũ ſanctorũ: quãtum poſſum⁹, quãtũ nouim⁹, corde & ore abſoluimus vniuerſitatẽ veſtrã, ſãctũq; collegium veſtrũ: Cluniaci vel extra manẽtium. ab oĩbus omnino peccatis: confiſi in abundantia gratiæ illius. qui in diſci
Matthęi viii. pulis ſuis etiã nobis dixit. Quæ ligaueritis i terris. erũt ligata & i celis: & quæ ſolueritis in terra. erũt ſoluta & in cęlis. Valete viſcera mea. & cũ apud deũ memores fueritis veſtri: rogo vt nõ obliuiſcamini ſi placet & noſtri.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola. xxxvii. ad Theobaldũ Pariſius epiſcopũ. de cõſolatione ei⁹ ſuper mortuis fratribus Cluñ, regratiatoria. & vt ipſe cum ſuis pro defunctis dominum exoret: deprecatoria.

VEnerabili & Chariſſimo Fratri & amico noſtro. Dõno Theobaldo. dei gratia Pariſiorum Epiſcopo. Frater Petrus humilis Cluñ. Abbas. Salutem & ſincerũ i dño dilectiõis affectũ. Placuit chariſſime mihi, reuerentię veſtræ. ſuper multa & magna in mortibus fratrum noſtrorũ deſolatiõe noſtra, nos conſolari: & vt ait Iob. Compatiẽdo mo Iob.xvi.
uere caput veſtrũ ſup nos. Reſcripſiſſem tunc quãdo allatæ ſunt mihi litere, idẽ quod nũc: & amicabili cõſolationi quas poſſem grãs egiſſem. Sed hoc quia tunc nõ licuit. non feci: & quia etiã nunc vix licet: vix facio. Prout licet tamen ſollicite de nobis dignationi veſtræ grãs ago: quia nõ cura multiplex, nõ faſtus honoris, non pontificalis apex, vos a Cluniacenſi corpore alienauit: quẽ iuxta apl'm ſeruãtẽ vnitatem ſpũs in vinculo pacis. Eph. iiii
Cerno gaudere cũ gaudẽtibus. flere cũ Rom. xii
flentibus. Et iuſte. Cõmune eñ dãnũ cõmunẽ luctũ exigit: vt charoꝝ mortes, q̃s antiqui multis menſib⁹: nos ſaltẽ paucis defleamus diebus. Flebant illi mortuos ſuos: nec a fletu, multo tẽpore elapſo reuocari poterãt, homines fideles erga viuos amicos: pii erga defũctos. Faciebãt hoc aliquando pii erga pios. afficiebantur hoc amoris intuitu, etiam quandoq; impii erga impios: & licet diuerſo reſpectu: eodem tamen vniuerſi erga mortuos ſuos detinebantur affectu. Qui ergo pios & impios in exemplũ deplorationis habem⁹: nõne inhumanũ vel beſtiale ẽ: ſi tot, ſi tantos, ſi tam vtiles, ſi tam neceſſarios: mortuos nr̃os nõ deplorem⁹? Faciendũ eſt hoc quidẽ corã hominib⁹, ſed temperanter: faciendum coram deo, ſed perſeuerãter. Cõuertendus eſt infructuoſus dolor ad fructuoſas lachrimas: vt q̃ iam charorum corpora nobis nõ poſſũt reddere, animas deo quãtũ poterũt ſtudeant cõmendare. Facimus hoc nos aliquãdo, faciunt hoc noſtri ſepius: facite idem & vos ſi placet, cui⁹ illi mortui veraces amici erant: quẽ ſinceriter diligebant, quẽ toto affectu colebant. Facite hoc non ſolũ vt Monachus: ſed qđ multo maius eſt. vt Ep̃us. id eſt. vt nõ ſolum eos propriis præcibus adiuuetis: ſed inſuper ſubditorum veſtrorum orationib⁹ eos omnipotentis miæ cõmendetis. De reliquo qđ mihi dicendũ reſtat: niſi qđ Iob amiſſa ſubſtantia, filiis & filiabus, dixit. Dñs dedit, dñs abſtulit, ſicut domino placuit: ita factum eſt: ſit nomen domini benedictum.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola.xxxviij. ad Odonē priorem & fratres Sancti Martini de Campis .ſup morte dōni Hugonis camerarij Cluñ.deploratoria . vtq; pro eius anima cęterorūq; Cluniaci defunctorū domino p̄ces effundantur:exhortatoria.

Venerandis & Chariſſimis fratri & filijs noſtris.Dōno Odoni priori. & ceteris apud Sanctū Martinum de campis omnipotenti dño ſeruiētibus.Frater Petrus hūilis Cluñ.Abbas Salutē & ab auctore bonorū oim, totius gratię & bñdictiōis plenitudinē. Quid dicā.qd loquar?Putabā i aſperis caſib⁹, & maxime in morte chariſſimi fratris & filij nři Hugonis: me vos pręuenire poſſe ſcribēdo,poſſe p̄uenire cōq̄rēdo, poſſe p̄uenire lacrimādo.Sed vt video : & ſcriptis me præueniſtis , & q̄relis p̄occupaſtis : ſed lacrimis tamē non anticipaſtis. Defleſtis funus ei⁹ poſt mortem ei⁹ , ſed ego adhuc viuentis,quia moriturū non dubitabā:defleui ante ipſius obitū mortem eius. Viciſtis me ſcribendo:ſed non viciſtis lamentando . Lacrimatus ſum ego prior,quia prius deficientē vidi:ſed prior ſcribere nō potui,quia ab aſſiduis negotijs.hoc eſt iportunis vitæ meę tortoribus:permiſſus nō fui. Scribo nūc tādem aliquādo permiſſus: & cōmunis fratris,filij,& amici defectū:vobiſcum pariter,licet abſēs,deploro. Habeo materiā deplorationis:quantā vix camelus ſcriptam,ſublimib⁹ & fortibus humeris portare poſſet:habetis vos tantā, quantā & ipſi noſtis:& ego ex p̄te forſitā non ignoro.Vt eñ primo de p̄prijs loquar . quis iam a viginti & eo ampli⁹annis,de vniuerſis qui ſub cœlo ſunt hominib⁹ : tam fideliter,tam conſtanter, tam perſeuerāter:onera mea a me ſibi ipoſita,& deuote cauſa dei & mei ſuſcepta:tulit,tolerauit,&quātaſcūq; habere potuit vires:ea tolerando,& mihi collaborādo , cōſumpſit?& vt quæ ſunt veſtra ſubiūgā : quis illo amplius vel adeo rē publicā veſtrā dilexit:quis ita coluit , quis tā me q̄ oēs noſtros ad eā diligendā, p̄tegendā,confouendā,ac defendendā animauit?Hęc omnia breuiter dicta.q̄ ſi diffuſius dicerentur,alio tempore & ocio indigentet admonēt nos,hortātur nos: vt tam dilecti,tā chari,tā vnici, fratris filij, & amici:etiā poſt mortē nō obliuiſcamur . ſed ſi veri amici fuim⁹, vel ſum⁹:magis nūc mortuo q̄ ſi viueret oſtendamus. Deploremus pia compaſſione funus eius, p̄ſequamur magis occultis lacrimis & præcibus animā ei⁹ : vt cui iam affectū nřm oſtendere non poſſumus cōridendo vel colletando:oſtendam⁹:orādo, ſacrificādo,ac pie pro anima eius corā deo collacrimādo . Fiat hoc apud vos ſpecialiter pro ipſo, fiat & pro priore noſtro : fiat ſi placet & pro multis ſanctis, religioſis & magnis corā deo hominib⁹nuper apud nos defūctis:quorū memoria ſicut bene noui in benedictione eſt.quorū recordatio coram deo non delebitur,ſed in memoria æterna erūt: & ab auditiōe mala per dei gratiā nō timebūt. Vnde ceſſent iam lacrimæ inanes,& incōſiderato dolore extortæ corā hominib⁹:& ſuccedāt gemitus pro ſalute iſtorum effuſi coram deo:cum præcibus. Valeat ſanctū collegium veſtrū deo acceptū,nobis iocūdū: & deo propitio de bono ſemper in melius prouehendum.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola.xxxix:ad Abbatē de rupibus. cōſolatoria pro morte fratris ſui.q̄ Chriſtiano/Religioſo/& fęlici fine quieuerit.

Venerabili & chariſſimo meo.dōno de rupibus.Frater Petr⁹ humilis Cluniacenſiū Abbas.Salutem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Licet ſer⁹rei ſequētis ſcriptor videar,meq; ipſum ipſe tarditatis accuſem : excuſat me tamen ex plurima parte:multipliciū cauſarū,quæ quādoq; vt fluctus marini acriter in nos irruūt: inundatio. quibus hoc paſcali tempore plus ſolito pręſſus: plus ſolito ſum fatigatus.Nunc tandem aliquātū a curis reſpirans,dico quæ tacenda nō ſunt:ſcribo quæ charitati vřæ notificanda ſunt.Quā oportunitatem ſi prius inueniſſem:nullū me in hac ad vos relatione priorē exiſtere,nullum me pręcedere permiſiſſem.Bon⁹ iuuenis,dign⁹ amore,dignus memoria:fra[illegible]r noſter,filius noſter Ioannes:quem mihi benigna

dilectio veſtra commiſerat,quéq; diu vt
optauerã ſeruare non licuit:nup hoc eſt
idus Maij rebus humanis exemptꝰ,vitã
præſentẽ,vt confido in dño:meliore mu
tauit.Noui quia doletis: noui quia hoc
ægre fertis.Nec mirũ. Optaſtis eñ ei ea
de cauſa vitã ꝓlixiorẽ:vt eam ſibi mul-
tiſq; gauderetis poſtmodũ vtiliorẽ. Sed
ſi doletis,ſi ægre fertis:cõſolamini quia
in his ſolus non eſtis. Non eſtis plane ſo
lus in his quia vt quod verum eſt.amico
fatear:vix aliquẽ a multo iam tempore,
inter fratres noſtros recolo cõuerſatum:
cuius cõuerſatio,Ioanni cõuerſatiõis &
moribus magis chara: cuiꝰ mors magis
omnibus fuerit amara. Teſtatur hoc do
lor oĩm,teſtanť & lacrimæ pene vniuer-
ſorum:quas eo languẽte fuderũt:& quas
eo moriente multomagis profuderunt.
Vix credere potuiſſem,niſi oculis cõſpe
xiſſem: quod tantũ ſui affectũ noſtrorũ
cordibus imprimere potuiſſet multorũ
ſucceſſu ãnoꝝ: quem impreſſit & meruit
ſpatio paucorum dierum.Sperabant de
illo vt de bona arbore fructus optimos
oportuno tempore carpere:quorũ opti-
mam ſpem floribus benignæ cõuerſatio
nis & dulcium morum præ cunctis fere
clauſtri noſtri iuuenibus prætendebat.
Eſa.xl. Sed ꝓh dolor.aruit fœnũ & cecidit flos.
quia ſpũs dñi ſufflauit in illo.Raptus eſt
vt æſtimo:ne forte proceſſu temporis, a
bono quod cęperat,malitia mutaret in-
Sap.iiij. tellectũ illiꝰ:aut ne fictio, quæ quãdoq;
etiã pronfunde religioſos deprauat:de-
ciperet animã illius. Non eſt oblitus iu-
uenis noſter ꝓ carnis incõmodo ſalutis
ſuæ:nec moleſtia corporis eũ ab aię ſuæ
cura auertere potuit.Nam ſtatim vt ſen
ſit grauari ſe vltra q̃ ſperabat morbo cõ
cepto:totũ cor,totam operã: ad ea quæ
poſt mortẽ ſequuntur conuertit.Et licet
nondum deſperaret de vita:adhuc inte
gro ſenſu vigẽte,& ratione animi i nullo
diminuta:antiquis & ꝓbatis in religiõe
ſenibus noſtris cuncta vt poſt ipſe mihi
retulit quæ de præterita vita ſua occur-
rere potuerũt:meraciſſime confeſſus eſt.
Nec his contentus, cum ei illa ſufficere
potuiſſent,mittit ad me nuncios,orat vt
venirẽ:præcatur vt eum pro officio ab-
ſoluerem.Erã & ego tunc tẽporis æger:
nec ęgros ꝓ more noſtro facile viſitare
valebam. Coegi tandẽ me ipm.& licet
non adeo:æger tamen ad ægrũ acceſſi.
Vrgebať ille grauiore ſolito morbi mo-
leſtia:ſenſu tamen integer perdurabat.
Quid multa? Velut ab initio cuncta de-
mũ replicat:nec ipa quotidiana & pue-
rilia itermittit.Flebat ita de leuibꝰ acſi
de grauiſſimis peccatis:& q̃tum poterat
ſinceriſſima ac luctuoſa confeſſione,ani-
mam corpuſq; ſuũ benigno ſaluatori af-
fectuoſiſſime cõmendabat.Quodq; nul-
lomodo tacendum eſt: cum in cõfeſſiõe
illa glorioſę matris dñi occurriſſet caſu
aliquo memoria: iam ſingultus ſingulti-
bus,fletus fletibus iungebantur: & con-
feſſionis cõtinuatio ad illius nomẽ: cuiꝰ
ſe maxime auxilio ſaluari ſperabat: la-
crimoſæ deuotionis augmento interrũ-
pebatur.Item cũ morbi importunitas eũ
cõfitentem aliquãdo vehemẽtius aggra
uaret ſancte ſpiritus(inquit) auxiliare
mihi.& ſi quid de confeſſiõe oblitꝰ ſum:
mihi ad memoriam reuoca.Hoc non ſe-
mel nec bis tantũ,immo ſæpe dicẽs,do-
cebat me quãta cura quid deberet con-
fiteri maiora:cum ipſe tanto ſtudio con
fiteretur etiam minora.Deinde a me ab
ſolutus:pœnitentia indicta: cõfeſſiõe fi-
dei & dñica orõne me iubente præmiſſa
biduo ſuperuixit.Quo toto biduo:omni
corporis cura abiecta, ad diuinã tantũ
clementiã inuocandã totum animum &
quicquid virium habere poterat cõtulit
atq; in hac mentis intentione,diem vitę
vltimũ clauſit.Moneo igitur vos vt cha
riſſimum fratrẽ noſtrũ,& vt intimũ ami-
cum vt amicus exhortor:ne cõmunẽ de-
fectũ humanæ naturæ, vobis tantũ ve-
lut peregrinũ ac ſolitarium aſcribatis:&
cum vos ipſum quãdoq; mori neceſſe ſit
pro fratris bono & vere xpiano trãſitu,
vos ſicut & cęteri iuxta apoſtolũ q̃ ſpem
nõ habent:plus nimio affligatis.Nõ de-
cet religioſum:vt ea illi diſpliceant,quę
deo placent:quia is ſine cuius nutu nul-
lus paſſerũ cadit in terrã:nõ potuit falli,
vt abſq; eius iuſſione vel permiſſu,frater
Ioãnes mortuus caderet in terrã: & per
ſepulturæ officium occultareť in terra.

Ad hoc aũt totum ſtudiũ veſtrũ & amorem erga defunct i cõuertite: vt ſicut nos noſtriq; fere quã:ũ poſſumus trãſlatũ ad æterna eũ auxilijs ſpũalib⁹ quib⁹ poſſumus iuuam⁹: ita & vos, imo pluſq̃ nos qa plus poteſtis: q̃tum poteritis adiuuetis. Optauerã eũ mihi a vobis bonũ cõmendatum, meliorẽ remittere: ſed vt credo: melius & mihi & vobis, ipſiq; cõtigit. qa quẽ vobis reſtituere nõ potui, deo a quo eũ maxime ſuſceperã: recõſignaui.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola.xl.ad Gaufredũ Carnotenſem Epiſcopum. pro beneficijs Cluñ. eccl'iæ impẽſis regratiatoria. deinde ad terrenorum contemptum & cæleſtium appetitum exhortatoria.

HOnorabili & Magno Sacerdoti dei. nobiſq; valde chariſſimo. dño Gaufredo ſctẽ Carnotenſis eccl'iæ famoſo Epõ. Frater Petr⁹ hũilis Cluniacẽſiũ Abbas. Salutẽ & totius in dño amoris affectum. Vt anteq̃ gr̃as agã, quærelas præmittã: amicabiliter conqueror: quod tant⁹, tã charus, tam antiquus amicus: vt non viſum, vt ignotum, vt non probatũ amicum me deſeruiſtis: ſpreuiſtis, abieciſtis Hoc non paucis diebus: ſed multis iam annis feciſſe videmini. Nã a cõcilio Piſano, tempore Papę Innocentij celebrato: cui & vos interfuiſtis & ego non defui: nec veſtros apices legi, nec nuncios vidi, nec aliquid eorum quæ a partibus amici amicus ſperare ſolet: accepi. Vidi quidem literas, audiui & quoſdã nuntios: ſed qui negotia cõmunia afferrẽt: nõ qui aliquid de vero amici affectu referrent. Icc irco nihil me ex parte veſtra vidiſſe dico: nihil me audiſſe ꝓfiteor. Nõne ergo merito quæror: nonne iuſte iraſcor? Dilexit vos: & adhuc diligit anima mea. Et quare? Quia ſemp in vobis deũ reueritus ſum. quia eũ ſemp in vobis coluí: quia pro inhabitante habitaculum adamaui. Cum eñ omnib⁹ pene latinis e p̃is aliqua neceſſitudie, aliqua de cauſa plus minusve aſtrictus tenear: vobis tamen licet forte hoc ignoretis, ſingularem iam ab antiquo inter plura cordis mei receptacula mãſionẽ paraui: & adhuc cõſeruo. Hoc ideo vt dixi. quia deũ in vobis veneror. quia verũ atq; ſincerũ vos ſemp diuinarũ rerũ cultorẽ expert⁹ ſum. Quãdo eñ labores veſtros, quando curſus. quando recurſus: pro eccl'ia dei. ſponſa Chriſti enumerare potero? Quãdo religionis amorẽ, & eius exquiſitum vbiq; augmentũ: enarrare valebo? Quãdo & ipſas ſacroꝝ locorũ frequẽtes viſitatiões: deſcribere præualebo? Sed hęc mi chariſſime ſubprimẽda ſũt: nec ĩ iſtis maxime plus iuſto ſtilum effluere decet Credo eñ & etiam noui: non præſtolari vos de pijs operibus veſtris mortaliũ fauorem: ſed æternã mercedẽ. Hæc tamen ea de cauſa breuiter tetigi: vt ſciretis & recordaremini. quia & vos diligo: & qua de cauſa & dilexi & diligo. Iam ad gr̃as religioſæ reuerentiæ veſtræ agẽdas nõ ſufficio: qa eas merita noſtra ſupaſſe cognoſco, Quid eñ dignũ referre poſſim: his quæ per priorẽ de Nogento cognoui? Qui mihi ſcripſit. quãtũ amoris affectum erga Cluñ. eccleſiã ſeq; ſpecialiter ac ſuos agnouerit: quãtũq; hoc nõ affectu tantũ ſed & effectu probauerit. Dixit eñ eccl'iam Caſtriduni quã Cluniacus olim poſſediſſe dicebat: a canonicis eiuſdem eccl'iæ, ab aduocato eccl'iæ vicecomite, ab oibus tãdẽ qui aliquid iuris in ea ſe habere dicebant, tã præcibus q̃ vi iuſticiæ extorſiſſe: & veſtræ Cluñ. eccl'iæ cuius iuris fuerat, reddidiſſe. Super his quidẽ gratias ago. ſed lõge maiores. qa in hoc opere quãto affectu veſtrã quod iterũ dico Cluñ. eccl'iam diligatis. agnoſco. Agnouiſſetis oli & agnoſceretis adhuc ſi experiri placeret. ſi vt dixi vos diligo. ſi dilectionẽ hanc vere in corde cõſeruo. Et quid his plura dicerem? Verboſus forſitan videri deberem. ſi non tã diuturno tempore tacuiſſem. Sed ad tã longi temporis ſilentiũ. quod poteſt videri verbũ ꝓlixum? Ergo bone. lõgeue. & ꝓbate ſenex & pontifex dei. memẽto quod tamẽ ſemp tibi cordi ineſſe credo. quod nec tua nec mea. diuturna eſſe poteſt vlterius ĩ hac vita miſera: mora. Es quidẽ tu ſenior: ſed nec ego iã iuuenis. Quid ergo nobis reſtat. niſi vt ad ſũmũ pontificẽ & epiſcopũ animarũ noſtrarũ

Ieſum. totus ſermo noſter recurrat. tot⁹ animus ſuſpiret. totus homo noſter interior & exterior anhelet? Iam pene iuxta verba ipſius. fur nocturnus perfodere domum noſtri corpis ꝑperat. Iā dñs dom⁹ venire feſtinat. iā clamor media nocte factus. iacētes in lectis excitat. & dicit. Ecce ſpōſus venit. exite ouiā ei. Quid ergo vltra iam proderit ep̄ari? quid vt ſic loquar: abbatiari? Quid ſub prætextu rerum cœleſtiū terrena diligere? Quid ſub vmbra ęternorū peritura imo pereūtia amare? Sed inſipiens factus ſum. Videor vt dicitur mineruā docere: videor ligna ad ſiluā conuehere, videor flumen maximum lagena aquæ infundere. Sed vere non hoc docens dico, ſed hac licet parua occaſione ſuſcepta, miſeriam meā defleo. & quia quo poſt mortem (quę forte non longe abeſt) rapiendus ſim ignoro: tremeſco. Valete in Ieſu ſalutari nr̄o, dn̄e Ep̄e & amice chariſſime. & quia per gr̄am dei vos vobis credo ſufficere: mei qui in nullo mihi ſufficio: apud dn̄m me mētote. Si quid boni ſpiritualis vel corporalis in eccleſia noſtra eſt: veſtrū eſt.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola. xlj. ad Petrum Abbatē ſancti Auguſtini Lemouicēſis. pro affectu erga Cluniacenſes opib⁹ cōprobato, regratiatoria.

Dilecto ac venerabili fratri Petro Abbati ſancti Auguſti. Lemouicēſis ſuburbij. Fra. Pe. Cluñ. humilis Abbas. Salu. & ſinceri amoris plenitudinem. Vidi literas veſtras: & in eis magnū erga nos affectū animi veſtri cōſpexi. Aduerti quod facile fuit. falſum in parte eſſe vulgare ꝓuerbiū. quo dicitur Honorib⁹ mores mutari. Neq; em̄ honor aſſumptus, ab amore noſtro ſemel olim concepto vos in aliquo permutauit: nec in aliud & aliud q̄ quod ante fuerat, diriuauit. Non eſtis ſecutus quoſdā noſtri temporis homines: qui de cōgregatione noſtra: aut in Abbatias a ſūpti, aut epiſcopatibus decorati, vt corpe ſic & mēte a nobis diffugiūt: ab amore ſuorū ſtatū reſiliunt, & velut abiecto graui quantū ad ip̄os monaſtici ordinis iugo: exultāt. Oſtendūt quo animo dū humiles viderētur: deo ſeruierint: qui data occaſione eccleſiſtici regiminis, totos ſe quātū audent deo ſubtrahunt, mundo dedicāt: & non ſicut ſerui dei, ſed quaſi velamē habentes maliciæ libertatē: effrenes & pręcipites, velut iam adepti quod diu optauerant: vbiq; diſcurrūt. Suos poſtponūt, alienos ſectanť: nec iam vel quo primū venerint, vel vbi māſerit, vel vnde exierint: recordātur. Nō ſic tu (vt audio) chariſſime, non ſic plane tu facis: qui noſtra tuis negotia ſemp anteponis: q pro cauſis Cluniacēſibus terminādū huc illucq; diſcurris: & ad nutū noſtrū vel noſtrorū, rei publicæ noſtræ impugnatoribus te vbiq; audacter opponis. Vnde gr̄as tibi multas agentes: pro certo noueris, ꝙ plenā vicem dilectiōis tibi repēdimus: & locum tibi in receſſibus animi noſtri optimū cōſeruamus. Valeas ſemp in domino. & ſic impoſitum tibi per dei gr̄am officiū exerce: vt ſis & vita carbo ardēs: & exemplo lucerna relucens.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola. xlij. ad Stephanū olim archiepiſcopū Vienne. vt quoniā a ſede ſua deiect⁹ eſt, ad Cluniacū ibidē ꝑpetuo māſurus veniat inuitatoria.

Reuerendo & chariſſimo amico Dōno Stephano. Frater Petrus humulis Cluñ. Abbas. Salutē & ſincerū in dño amoris affectum. Quod a tempore diſceſſionis veſtræ ab vrbe & a ſede Viennenſi, nihil dilectiōi veſtræ mandaui: nihil ſcripſi, neq; i illo vel poſt illud infortuniū veſtrū vos cōſolatus ſum: noueritis quod non fecit hoc mutuæ quā ad vos ſemp habui dilectionis obliuio: ſed veſtra ad partes quas nō ſatis noueram, remotio. Fama enim frequens & varia de ſtatu veſtro a diuerſis ad nos relata: nunc vos apud ſanctū Ruſum, nunc apud quaſdam eccl̄ias ei ſubiectas, nūc i quibuſdā locis mihi ignotis vos commorari dicebat. Ad hæc: quotidiana immo continua Cluñ. negotiorū importunitas, quæ me quādoq; etiā mei ipſius obliuiſci cogunt: veſtri mihi interc ludebat memoriā. & ne amicum in ſua tribulatione conſolarer: non quidē auferebat, ſed differebat. Tandē licet forte ſero ad cor rediens, amico ſcribo: & vt

his de cauſis ſup tarditate mea me excuſatum habeat,rogo. Non eñ de illorum amicorũ numero eſſe volo: qui tam diu diligunt.q̃ diu accipiũt.qui tã diu amãt. q̃ diu ſperãt. Nolo de illorũ numero eſſe qui dicũtur ſocij menſæ:quia ſcdm eius qui hoc dixit ſapientis verba,oĩni tẽpore diligit qui amicus eſt.& iuxta eundẽ. Non agnoſcitur in bonis amicus.nec abſconditur in malis inimic⁹. Hortor ergo volo & moneo:vt quãdoquidem hoc de vobis contigit vnde dolemus: ad nos & ad veſtram Cluñ. eccleſiam veniatis,& vtrum quod dico verũ ſit: nõ per nũciũ ſed per vos ipm experiamini. Tali autẽ modo vos venire rogo:vt mora vr̃a nobiſcum non ſit horaria ſed perpetua. Decet eñ hoc perſonã veſtrã:vt nullatenus deiceps locis loca mutetis:neq; ad quaſlibet alias eccl'ias,ſed ad illam q̃ & magna & veſtra eſt:vobiſq; ſeruire,ac p oĩa propoſſe ſuo prouidere, magno affectu parata eſt,veniatis:& totũ vos ei quę ſe totam vobis offert:conferatis. Hoc autẽ ſi ſic placuerit,& facultas fuerit: vſq; ad dñicã quinquageſimæ adimplete. Nam exinde oportebit me verſus concilium iter aggredi.

Prouer. xvij. eccl'i.xij

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola.xliij. ad Stephanũ nobilẽ virũ Aruernie.q̃ ſic terrenis inhiet: vt radicem cordis in hac vita fixiſſe exiſtimet, repræhenſoria. deinde vt iuxta pmiſſa ſcim deſerat,exhortatoria.

Nobili viro & amico nr̃o, domĩo Stephano de Caſtello. Fra. Pet. humilis Cluñ. Abbas. Salutẽ & dilect. Cum celeri volatu fugiãt oĩa,& mund⁹ magnis paſſib⁹ inceſſanter ad interitum tendat: nõ ſatis de vobis mirari ſufficio,quod tam ſapiẽs hõ, & tam hactenus prouidus, in perituris: quaſi nullam curã de æternis habere videmini. Cũq;(vt ſalua gratia vr̃a)dicã, ætas ipſa longã viuẽdi ſpẽ vobis amodo interdicat:vos e conuerſo quaſi nũq̃ moriturus:radicem cordis in hac miſera & fallaci vita a quibuſdã fixiſſe ęſtimamini. Vnde hortor vos vt chariſſimũ amicum,& quod pręſens ſi poſſem facerem, abſens q̃tum poſſum admoneo:ne ſalutẽ animæ veſtræ vlterius in dubio pendere ſinatis,ſed anteq̃ nunq̃ reuerſura recedat:eam totis animi conatib⁹ iam abſq; mora aliq̃ rapiatis. Inuitẽt vos ad iſtud nõ ſolum antiqua antiquorum,ſed quæ magis inuitare ſolent præſentia modernorum exempla: qui velut ab ipſis Sathanæ faucibus pene iam abſorpti fugientes: vel Hieroſolimitano itinere, vel varia & ſubita ad deũ cõuerſiõe, regno cœlorũ vim inferre:& quaſi violẽter rapiũt illud. Rapite illud & vos: nec vltra vt hactenus feciſtis, de die in diem differatis:quia iuxta ſcripturã diuinam,ne ſcitis quid ſuperuentura pariat dies. Relinquite terrena,anteq̃ vos ipſa relinquãt: & ſi primas partes hoſtiæ,hoc ẽ vitę veſtræ,deo noluiſtis offerre:ſaltem caudã, id eſt finem dierum veſtrorũ,ipſi deuote offerte. Si hoc cito a vobis factum fuerit:aderit paterfamilias.q̃ diu ocio operario ſuo,hoc eſt vobis ad vndecimã venienti: parem nũmum vitæ eternæ,& ſi non eiuſdẽ retributionis, vt primis operarijs:ſero conferat. Noſtis quid Sancto Hugoni,quid nobis promiſeritis: quam ſpem de ſalute & conuerſione noſtra, tã per vos q̃ per nũcios veſtros mihi ſepi⁹ dederitis. Nec illud ignoratis, quid patres veſtri fecerint:& quo ſe poſt habitũ ſecularẽ cõuerterint. Parati fuim⁹ ſemp congrue ad ſeruitiũ veſtrũ,parati ſumus multomagis & ad iſtud,quod vobis vtilius eſſe videmus:& quod ſi diſtuleritis: periculoſum ſenectuti veſtræ fore timemus. Vnctio ſpũs ſancti doceat cor veſtrum. Fecimus quod noſtrũ eſt: & morẽ amico geſſim⁹. Sed videte:ne fruſtra.

Eccl'i.v.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola. xliiij. ad Papã Eugeniũ,vt cauſam quãdã inter Nemauſenſem Epm & caſe dei Abbatẽ ſibi aſſumat:remotis ab ea certis iudicibus iam delegatis,qui ſuſpecti probantur:deprecatoria.

Summo pontifici & ſpeciali Patri noſtro, domino Papę Eugenio, Frater Petrus humilis Cluniacenſis Abbas, cum ſincero amore.debitã obedientiã. Quando paternitati veſtræ ſcribo, quia aures vr̃as toti mundo expoſitas noui: iuxta quod

materies aſſumpta permittit, ꝓlixitaté
vitare ſoleo. Quod ſi modo hoc non po=
tuero: precor ne paterna pietas id egre
ferat. Scripſit ſublimitas vr̃a Archiep̃o
Arelatenſi & Epiſcopo Viuarienſi: vt li=
tem quę pro monaſterio ſancti Baudilij.
inter Nemauſenſem epiſcopũ & caſę dei
Abbatẽ ſurrexerat: loco congruo & die,
vtraq; parte aduocata diligenter audi=
rent: & præter diffinitiuam ſententiam,
quã vobis reſeruari mãdaſtis, cũcta ſol=
licite examinarẽt: & examinata ad vos
nuncio vel literis referrẽt. Sed quia pa=
ter: nequaquã omnia, maxime illa quæ
remotiora ſunt: niſi ab his quibus ea no
ta ſunt, certificemini: ſcire poteſtis Notũ
facio, quod a multis religioſis, ſapienti=
bus, & fide dignis clericis & Monachis,
pro certo comperi: adeo alteri parti hos
ſuſpectos eſſe examiatores: vt pene idẽ
ſit hoc imponi Arelatẽſi: quod eſſet ſi i=
poneretur Epiſcopo Nemauſenſi. Et vt
me vel ipſos verum dicere, ſapientia ve
ſtra cognoſcat: nouerit Arelatenſem na=
tum in dioceſi Nemauſenſi: oblatũ a pa=
tre dum puer eſſet, eccleſie Nemauſenſi:
nutritũ a puero vſq; ad iuuenilem æta=
tem in eccleſia Nemauſenſi: canonicum
fuiſſe eccleſie Nemauſẽſis. Et poſtq̃ ep̃s
Agathenſis factus eſt, & poſtq̃ in Arela=
tenſem archiep̃m promotus eſt: ſemp de
fendiſſe negotia eccleſię Nemauſenſis,
ſemper contra aduerſarios pugnaſſe ec=
cleſię Nemauſenſis. De Viuarienſi vero
quid dicam? Licet quãtum ad ꝓpoſitum
religionis ſpectat, Cluniacenſis Mona=
chus ſit: & cauſa dei ac noſtri, in caſę dei
iuſticia claudicare non debuerit. Videt
tamẽ mihi, videtur & oibus qui rem ſci=
unt & hoc attendũt: quod quãtũ ad hãc
cauſam pertinet, magis in eo pręponde=
rat affectus carnalis: q̃ ille qui eũ magis
nobis ac noſtris conciliare debuerat, ſpi
ritualis. Fuit eñ diu Nemauſenſibus &
ante & nũc loco ꝓximus: & nũc & adhuc
familiaritate, affinitate, & ipſi Nemau=
ſenſi epiſco, poetiã conſanguinitate con
iunctꝰ. His additur, quod hãc de ſe opi=
nionẽ, hoc eſt quod vel iudices vel exa=
minatores huius cauſe ſuſpecti ſint: ipſi
ꝓpria cõfeſſiõe nõ oris, ſed quod maius
eſt, operis nuper teſtati ſunt. Nã cum di=
ſcretio iuſticiæ veſtrę caute pręceperit,
vt congruo loco & tempore, vtrãq; partẽ
ante præſentiã ſuam euocarent: ipſi nõ
ex parte, ſed ex toto fines Ap̃lici manda
ti tranſgreſſi ſunt: cũ nõ ſolum de veſtro
qđ ſummũ eſt, ſed etiã de quolibet ratio
nabili mãdato, lex veſtra Romana & au=
tentica dicat: quod mãdatarius nonde=
bet excedere fines mãdati. Ex toto pla=
ne mandatũ Ap̃licum trãſgreſſi ſunt: qa
non cõgruũ tempꝰ & incõgruũ locũ, vel
cõgruũ locum & incongruũ tempus: ſed
vtrũq; pariter, hoc eſt, & locum & tẽpus.
Nõ dico tãtũ incõgruum: ſed, ſi dici poſ=
ſet, incõgruiſſimũ: Abbati & Monachis
præfixerunt. Locum, quia in vrbe, in ec=
cleſia, in ipſa domo aduerſarij: ſub pote
ſtate, ſub armis, ſub minis, ſub terroribꝰ
amicorum, affiniũ, conſanguineoꝝ ipiꝰ:
cauſam tractari decreuerũt. Tẽpꝰ, quia
occupatiore totiꝰ anni tempore: quãdo
metendis, colligendis, vel congregãdis
nouis frugibus: ois paterfamilias, maxie
hi, qui pauperiores ſunt: occupãtur. De
quorum numero, licet magni nois ſit: ex
plurima parte Abbas caſæ dei excipi nõ
poteſt. Hoc inq̃ tale tempꝰ: ad examinã
dum tãtæ rei negotiũ, examinatores ſeu
iudices iuſtiſſimi elegerũt. Mandato ta=
men veſtro ſicut in omnibꝰ ſemp facere
paratus eſt, abbas obædiens: tam incõ=
gruo tempore ad tã incõgruũ locũ, nõ vt
voluit, ſed vt potuit: venit. Nam nullũ le
gis peritum, nullũ aduocatum: niſi pene
prorſus inutilem, de partibus illis ꝓuin=
ciæ, timore ſupradictorũ hoſtiũ vel p̃ce
vel pręcio habere p̃ualens: cũ paucis in
Burgũdia emẽdicatis patronis, diei cõ=
ſtitutę interfuit: & licet ſub hoſtibꝰ agẽs
mãdato tamẽ veſtro in omnibus paruit.
Quæſtus eſt, corã iã dictis de loco, q̃ſtus
eſt de tẽpore: rõnẽ cur quęreret ꝓpoſuit:
ſed nihil cõquęrendo ꝓfecit. Data eſt ei
ad agendũ altera, nec minꝰ iniqua dies:
prefixus eſt ei & idẽ, de quo totiẽs q̃ſtus
fuerat locꝰ. Vñ qa ſe videt, nõ iam laten
ter ſed aperte grauari: ad iuſticiæ ſedẽ
recurrit, ad patrẽ ab hoſtibꝰ fugit: apud
vos qui Petri, immo qui illiꝰ vices in ter
ris geritis. Qui facit iudicium iniuriam

patientibus: querelam tantam deponit. Orat ipſe, precatur, & vniuerſa caſæ dei, ſicut ipſe noſtis, non contemnenda congregatio: precor, & ego de ſæpe experta maieſtatis veſtræ confidens gratia: vt examinatores hos, vel iudices: tam aperte, tam ſine nube ſuſpectos, ab hac cauſa remoueatis: & vobis, ſi placet, eam examinandam/ac terminandam: aſſumatis. Licet enim ſit iter a partibus noſtris ad vos vſq; longinquũ, licet ſit laborioſius, licet morbis Italicis peremptorium: nihil tamẽ fratres illos grauare poterit: ſi vnde certi ſunt, rem de qua agitur. Aut iure retinuerint: aut iure amiſerint. Sperant tamen, & valde præſumunt: monaſterium quod tam diutina, tanq; quieta poſſeſſione (vt dicunt) poſſederunt, quod de paupere, quod de vili, quod de irreligioſa eccleſiola: comparatione præcedentis egeſtatis: in diuitem, in nobilem, in religioſam eccleſiam. Immo: quod maius eſt monaſterium, multis laboribus, multis expenſis, prouexerunt: ſperant inquam & confidunt, quod iuſtitiæ veſtrę iudicio repulſis aduerſariorum calumnijs: ſempiternæ eis poſſidendum concedatur.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. XLV. ad quem ſupra, pro confirmatione cuiuſdam electi in Eccleſiam Engoliſmenſem, in recuſatione Metropolitani Burdegalẽ. Archiepiſcopi: ſupplicatoria.

SVMMO Pontifici, & noſtro ſpeciali patri, domino papę Eugenio, Frater Petrus Humilis Cluniacẽſium Abbas: cum debita obedientia filialem affectum. Quidam probi viri, canonici Engoliſmenſis Eccleſiæ, nuper adierunt me rogãtes, vt apud maieſtatem veſtram pro ipſis intercederem: & negocium, quod coram vobis expoſituri ſunt, veſtræ clementiæ commendarem. Quod ego timens maximis occupationibus veſtris tædio eſſe, aliquandiu recuſaui: ſed tandem eis inſtantibus aſſenſi. Dicunt, ſicut ab ipſis vt æſtimo, auditura eſt dignatio veſtra: defuncto Epiſcopo ſuo ſe elegiſſe nullo de clero Eccleſiæ prorſus excepto ab vnanimi electione: aſſenſu, vt canones præcipiunt honoratorum & totius populi, idoneam omnino ad officium Epiſcopale perſonam: præcentorem ipſius Eccleſiæ. Electionem, iuxta quod ab eis accepi, tam communem, tam cõcordem, Burdegalenſi Metropolitano dicunt ſe Canonice obtuliſſe: ab eo Canonice confirmatam eſſe, diem conſecrandi ab ipſo datam, ſe ad diem conſtitutam cum electo ſuo, vt Metropolitanus promiſerat, conſecrando veniſſe: ſed conſecratorem non inueniſſe. Quibus de cauſis præſentiam ſuam ſubtraxerit, cur promiſſa non impleuerit, nec ab eo acceperunt: & mihi ſe adhuc ignorare dixerunt. Prouideat ergo, ſi placet, quod & abſq; meis literis faceret, Apoſtolica veſtra ſublimitas laboranti hac occaſione Eccleſiæ: vt ſicut vices illius geritis, qui Apoſtolus gentium a Deo factus eſt: & cui ſollicitudo omnium Eccleſiarũ impoſita ẽ: ita huic Eccleſiæ ſollicitudo veſtra non deſit. vt ſi electio bene acta eſt, a vobis cõfirmetur: & Eccleſia illa, quæ de membris vnicæ Columbæ, hoc eſt, vniuerſalis Eccleſiæ eſt: de qua dicitur. Vna eſt Columba mea, vna eſt perfecta mea: data ſibi a deo, & a vobis pacelę tetur. Hęc ſub conditione protuli: quia nec de electo, nec de electione teſtis eſſe potui. Vnum tamen abſq; omni pene conditione profero, non videri mihi Burdegalenſis Metropolitani in hac Engoliſmenſi electione greſſus rectos, oculum ſimplicem: ſed magis in ea quęrere quæ ſunt Mercennarij q̃ paſtoris: quæ ſua ſunt: q̃ quæ Ieſu Chriſti. Et, vt filiali præſumptione loquar: & quæ ab vniuerſis pœnę partium illarum & noſtrarum dicitur, vobis vt patri nota faciam: vult aiunt Burdegalenſis ita ſibi ſubdere Engoliſmam, ſicut ſubdidit Xantonas: vt in Eccleſijs illis, non tã habeat Epiſcopos q̃ miniſtros, non tam præſules quam ſibi in omnibus obſequentes. Hoc eſt aiunt, eius propoſitum, hæc intentio, hæc in iſtis religio: vt expenſis proprijs parcat: & ſuffraganeis Epiſcopis, vt capellanis vtens: non ſuum, ſed eorum penu exhauriat. Hæc pater vobis breuiter intimaui, ne poſſent vos in hac parte fallere animi ſub vulpe latentes. quia & virum dei qui venerat de Iuda, falſus Propheta fefellit: & ipſi magno Prophetæ & regi Dauid. Siba ſeruus Miphiboſeth filij Ionathæ mentiendo ſubrepſit. Et licet ego non ſatis vt noſtis, diligam hominem illum. abſit tamen: abſit inquam, vt in conſpectu dei & veſtro, contra veritatem conſcientiæ meæ: culpẽ vel prędicem hominem vllum.

iij. Reg. xiii.
ij. Reg. xvi.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. XLVI. ad Humbertum Archidiaconum Eduenſem, ne moretur iam conceptum ingrediendæ religionis propoſitum exequi: exhortatoria.

VENERABILI, ET DILEcto noſtro, domino Humberto Aeduenſi Archidiacono, Frater Petrus humilis Cluñ. Abbas: Salutẽ ab eo q

mandat ſalutes Iacob. Letat⁹ ſum in his quæ dicta ſunt mihi. quia inſpiratus ab eo qui ſpirat vbi vult: iam cum quibuſdam alijs cantare incipis: in domum domini ibimus. Repletū eſt gaudio os meum, & lingua mea exultatione, quoniam cū mundanis commodis vndiq; circunfluxus florere videaris: iam quaſi aridū mundum cum flore contemnere incipis. Ago inde gratias deo, age & tu: ſine quo nec iſtud, nec aliquid boni agere p̄uales: quia omne datum optimum, & omne donum p̄fectum eſt,
Iaco.j. deſcendēs a patre luminum. & vt Ioānes Bap
Ioan.iij. tiſta ait, nō poteſt homo habere quicq̄, niſi ſit ei datum de cœlo: vtq; dominus ipſe. Nemo
Ioan.vj. poteſt venire ad me: niſi pater q miſit me, traxerit eum. Felix ergo tu, ſi tamen p̄ſtiteris: quē pater trahit, quē filius ſuſcipit: cui hanc de qua gaudeo volūtatē, ſpiritus dei inſpirat. Feſtina igit̄ chariſſime: veni ad inuitantē te, Saluatorem tuum: audi ſaluatricē vocem ei⁹, qua tibi
Matth.j. cunctiſq; loquit̄. Venite ad me om̄es qui laboratis & onerati eſtis. Audi & illā q̄ ſequit̄ Tollite iugum meum ſup vos. Recordare & matris ſapientiæ: materna voce filium admonētis. Fi
Eccli.v. li ne tardes conuerti ad dominum: & ne differas de die in diem. Time, & quod ſubdit̄. Neſcis quid ſupuentura pariat dies. Furare diabolo theſaurum ſancti deſiderij tui, ne forte qđ abſit, tibi contingat: qđ ait veritas de quibuſdam. Deinde venit diabolus, & tollit verbum
Luc.viij. de corde eo᷑: ne credentes ſalui fiāt. Nihil eīn tantū deo placet, nihil tantū diabolo diſplicet, q̄ bona volūtas: immo (vt verius loquar) nihil deo placet, nihil diabolo diſplicet: niſi bona voluntas. Ex qua inter alia, quæ ab ea deriuant̄ bona: p̄cedit cōtētus temporaliū, amor æternorum. Ea de cauſa nō eſt tuta dilatio tibi: ne forte, ſi nimium p̄craſtinaueris, inuidus Satanas ſancto ad deū itineri tuo impedimēti alicuius obicem ponat. & greſſus tuos ne implere poſſis bonū qđ inchoaſti: retardet. Fecit hoc de multis: quos nominare ſi literarū breuitas pateret, poſſem. Addat tibi ſtimulos veniēdi: venerabilis ille, & cum honore nominandus, dōnus Stephanus Aeduenſis Epiſcopus: auūculus vt audio tuus, qui ſpretis parentibus, nobilitate, faſtu, diuitijs, ipſis etiam ep̄alibus inſulis abiectis: pauperem Chriſtum paup ſecutus eſt: & in ſancta deuotione toto mentis affectu p̄durans, atq; inter manus meas extremum deo ſpiritum reddēs: cum veneratione tanto ſacerdoti congrua, tam a me, q̄ a fratrib⁹ Cluniaci conditus eſt. Seq̄re igitur eius veſtigia, q cum (vt noſti) p̄dicabilis homo ſapientiæ eſſet: nequaq̄ ſibi ac ſaluti ſuæ p̄ę cęteris monaſterijs Cluniacū elegiſſet: niſi magis ſibi expedire vidiſſet. Veni & imple locum defuncti, q̄a paratus ſum nō minore te affectu, q̄ ipſum ſuſcipere: nō minus tibi & ſaluti tuæ in omnib⁹ p̄uidere. Nec ſolum te, ſed inſup quotquot tecū ſpiritu dei tractos adducere volueris: ſuſcipere, diligere, amplecti: fouere. Decet te ad hoc ſūmo conamine niti. vt nō ſolus, ſi poteris, ſed cum aliorum lucro ad deum venias: nec in cōſpectu domini dei tui, vacuus appareas: quatinus & p̄ his quos adduxeris, multiplici⁹ coro
neris: quia oportet ſicut Ioānes in Apocalypſi Apoc.vi.
ſua ait. Vt qui audit: dicat veni.

℄ Epitoma Epiſtolæ.

℄ Epiſtola. XLVIII. ad Ademarum Abbatē Figiacēſem, vt ad Cluniacum veniat, p̄ voto ſuo exaudiendus: inuitatoria.

VENERABILI, dilecto & diligendo, domno. A. Abbati Figiacenſi. F. Petrus humilis Cluniacēſiū Abbas: Salutem. & licet leſum: tamē ſincerū amorē. Scripſi ſemel, ſcripſi ſcdo, ſemel ſcribenti, ſecundo non ſcribenti. Miratus ſum nihil a vobis reſcriptū meę primę Epiſtolæ: nihil ſecūdæ. Cauſā cogitāti: nulla præter vnam occurrere potuit. Si quęritis quam æſtimem: reſpondeo. non inueniſſe vos ad obiecta reſponſum. Quæ ſi eſt: reſtabat vnum, hoc eſt: cōfiteri reatum. Inde ſaltem reſcribēdi materia eſſet. inde mihi veſtra loqui Epiſtola poſſet, confiteor culpam: poſtulo veniam. Et vt iam ſerio aliquid agam, bonum eſt ne differatis vltra veni re ad nos: libenter paratos videre vos. Nec obſ
tet itineri veſtro querela mea: quia vt ait Sa Eccli.xij.
lomon, eſt regreſſio ad amicum. Expectabo ego, aut Cluniaci, aut cyrea, vel in Natale domini, aut in eius Epiphania, Aduentum veſtrum: facturus quæ dixeritis, ad votum veſtrum.

℄ Explicit liber Quintus Petri Venerabilis.

℄ Incipit liber Sextus.

℄ Epitoma Epiſtolæ.

℄ Epiſtola Prima ad Theobaldum Abbatē monaſterij ſanctæ Columbæ in ſuburbio Senonenſi, quare vnctionem infirmorum liceat iterari. explicatoria. ſomnij quoq; Ioſeph, quo Solem & Lunam & ſtellas. xj. ſe adoraturos præuiderat, interpretatiua.

HONORANDO, et
diligẽdo in Chriſto Dño
Theobaldo Abbati mo-
naſterij ſanctę Colũbæ,
in ſuburbio Senonenſi,
Frater.P.humilis Cluñ.
Abbas:Salutẽ & ſincerũ
dilectionis affectum. Le-
gi nup literas tuas chariſſime frater,in quibus
aduerti magnũ inter te,al oſq; pœnę omes tui
ordinis cahos eſſe firmatũ:lõge te ab illorũ ſtu
dijs eẽ diuiſum. Nã cũ vt dictum eſt illo℞ fere
omniũ corda,omniũ verba,omniũ ſcripta, ea
q̃ mundi ſunt,ſapiãt:cor tuũ,lingua tua,literæ
tuæ:longe diuerſa ſapere & ſentire videñ. In-
dicant hoc ille,quas vt pͣfatus ſum mihi pridẽ
miſiſti:quæ vt qd verũ ẽ,fatear nil mortale ſo-
nabant,nil eo℞ quę in frequẽtiſſimis alio℞ li-
teris legere ſoleo ꝑtẽdebant. Nõ erat in eis q̃-
ſtio de q̃ſtu,nõ mẽtio de cauſis,nõ de damnis
deploratio:nõ de lucris exultatio. Quicqd in il
lis a primo apice vſq; ad vltimũ legere potui:
totum aut tibi cõmiſſorũ paternam curã, aut
q̃ſtiones de ſcripturis,aut de bonis ad melio-
ra:gratia diuini ſpũs tibi collatũ ꝓficiẽdi appe-
titum ſonabant. Hãc quippe ſentẽtia℞ ꝑtitio-
nẽ:in literis illis diſtinctam agnoui. Primo eñ
rogaſti:vt fratres de charitate qui tecum erãt,
gq; verã philoſophiã,hoc eſt,Cluniacẽſem di-
ſciplinã ſic eñ philoſophiã interp̄tat⁹ eſſes fi-
lijs tuis tradiderãt: in monaſterio tuo eẽ,& vi-
ces tuas illic exeq cõcederẽ. Secundo q̃ſiſti: cur
vnctio infirmo℞ ſola,& hoc apud Cluniacũ ſo
lũmõ,reitereñ:& qualiter ſõniũ Ioſeph quo ſe
Geñ. xxxvij. a Sole & Luna & ſtellis vndeci adorari, hoc ẽ,
a p̄re & m̄re:& vndeci f̄ribus ſõniauerat. verũ
ſit:cũ m̄r iã ante p̄cipatũ ei⁹ defuncta,eũ cũ
f̄rib⁹ nõ adorauerit. Tertio poſtulaſti:vt cõſola
toria verba i ep̄la a me tibi mittẽda,vel adde-
rẽ vel intereſererẽ:ac talia,q̃ inter tot Hieroſoly
mitani itineris,qd iã Deo vouiſti, diſcrimina
de ꝓximo impẽdẽtia,ferrẽt forte p̄ſidium: ac
inter amaros caſus dulce terra,mariq; ſolatiũ.
Et ego quidem nõ ſum tanti,vt ad tanta ſuffi-
cere:ac de tantis tibi me poſſe cõgrua ſatiſface
re credam. Quia tñ laudabili ac deuoto ſtudio
tuo,maxime vero religioſa vita & fama tua,
nõ nũc primũ valde delector:facio hoc,vt poſ
ſum:qa vt poſtulaſti nõ poſſum. Et p̄rio plane
capitulo p̄cũ tuarum,iam plus factis q̃ verbis
reſpondi: quia cuncta quę de monachis ſupra
ſcriptis rogaueras,conceſſi. Eſſet ergo ſupflũ,
Quare vnctionẽ re iam cõceſſa verbis diuti⁹ immorari: Vñ ad
vnctionis propoſitę quęſtionem ſermo proce-
dat:& cur apud Cluniacum pluſq̃ ſemel ſacro Infirmorũ liceat
infirmi oleo inunganñ,oſtendat. Arbitror au- iterari.
tem,quod qui vnctionem infirmorum iteran-
dam non eẽ,aut cogitat,aut dicit:cauſam hãc
ſibijpſi obijcit,cum vnctio baptiſmatis,cũ vn-
ctio ꝯfirmationis,cum vnctio ſacerdotalis,cũ
vnctio pontificalis,cum vnctio Eccleſiarũ,cũ
vnctio eccleſiaſticorum vaſorum,ſimplex ſit:
cum nullo deinceps tẽpore itereñ: qua ratione
ſola īfirmo℞ vnctio,nõ ſolum apud quoſdam
geminañ:ſed inſup quibuſdam infirmis freq̄n
ter p diuerſa tempora in morbum recidentib⁹
nullo ſeruato numero datur? Qui hoc cogitat, Respõ Io
vel qui hoc obijcit:attendat non ſolum vnctio
num illarum ſimplicitatẽ,ſed(quod maius ẽ)
ipſi⁹ ſimplicitatis ſcruteñ,& intelligat rationẽ.
Vt quid enim iam baptizatus inungiñ,niſi vt
iam collata nõ cõferẽda baptizato p ſpiritum
dei peccato℞ remiſſio demonſtreñ? Hoc,quia
ſemel factũ ſufficit,quia ſemel remiſſa pecca-
ta ſimplex ſacri chriſmatis vnctio oſtendit:ite-
rãdum eſſe,nulla ratio pſuadet. Sed cur & illa
quę ab Epiſcopis fit cõfirmationis vnctio, nõ
itera ñ? Nõ itera ñ plane, hac ratione:qa ſemel
Chriſtianus poſt baptiſmum armis ſpirit⁹ dei
p illam vnctionẽ aduocati,cõtra Satanę,mun
diq; bella munitus:alio rurſum ſpiritu,vł alijs
armis illa ſimplici vnctione muniri non poſſe
monſtrañ. Et poteſt quidẽ ſegnitie propria,ab
hoſte his armis depoſitis vinci: poteſt & eiſdẽ
reſumptis iterum hoſtẽ vincere:nec tamen ea
de cauſa vnica vnctio iteranda eſt:quia quoti-
enſcunq; hoſtẽ fugat:nõ p alium & alium ſpiri
tum,ſed p eundem ſpiritum ſanctum hoc fie-
ri:ſimplicitate ſua vnctio ſacra deſignat. Sed
cur nõ itera ñ & illa,qua ſacerdoti cœleſtia ſacri
ficia ſacraturo & tractaturo, manus inungũñ:
illaq; qua põtificis caput dum ordinañ:largio-
re chriſmatis inundatione pfundiñ? Sed nulla
eſt cauſa hoc rurſum agendi: nulla ratio ſacer-
doti vel pontifici,iterum manus vel caput vn-
gendi. Sacramentũ eñ qd ſemel a ſpũ dei acci
piunt:etiã iudicio Eccleſię ab officio ſuſpẽſi vł
depoſiti:nullo pacto pdere,nulla rõne amitte-
re poſſunt. Indicat hoc ipſe cõmunis & public⁹
Eccleſię vſus,q̃ nec p̄ſbyteros poſt quãtũlibet
ꝓlixum degradationis tempus officio reſtitu-
ens,iterũ conſecrat:nec in ep̄is de primis ſedi-
bus ad alias qñq; tranſlatis vnctiõis ſacramẽ-
ta iterat. Eadem fere & de ipſa℞ re℞ inſenſi-
bilium vnctione ratio redditur:quia nec corpo
ralis Eccleſiarum fabrica,nec ſacro℞ vaſo℞ p̄
paratio,bina vel terna vnctione indiget: quæ
ſemel pontificali officio ſpirit⁹ dei benedictio-

ne cōgrua, ac ſemp dum illa manſerint manſura: replet. His de cauſis in dei eccl'ia, nulla iā dictarum vnctionum, vnctio iteraſ. At de infirmis: alia lex, alia de illoꝝ frequenti vnctiōe ratio demonſtraſ. Iterari eñ, put mihi videſ, neceſſe eſt infirmoꝝ vnctionē: q2 iterari neceſſarium eſt peccatoꝝ, propter quā illa fit vnctio remiſſionē. Iſtud indicant, & ipſa verbi hoc p̄cipiētis Apoſtoli.

Iaco. v. Infirmaſ ait, quis in vobis: inducat p̄ſbyteros Eccleſię: & orēt ſup eū, vnguētes eum oleo in nomine domini. Ac ſeqſ. Et oratio fidei ſaluabit infirmum: & alleuabit eum dominus. Et ſi in peccatis ſit: ✠ dimittētur ei.

Alr. ✠ remittētur.

Cū igiſ certū ſit cauſa vnctionis hāc eſſe vt oratio fidei ſaluet infirmum: vt alleuet eum dn̄s, vt ſi in peccatis ſit, dimittenſ ei: cur non iterabiſ vnctio, p̄cedēte vnctionis cauſa? Nā ſi ęger poſt ſemel redditā ſanitatē, nunq̄ deinceps in morbum incideret: ſi nunq̄ poſt primā vnctionē in peccata corrueret: fateor qd nunq̄ deinceps vnctionē iam dictam iterari fas eēt. Q: ſi rurſum infirmatus fuerit, ſi rurſum peccauerit: q̄ ratio vt rurſum alleuiaſ, vt rurſū ei peccata dimittanſ, denuo eum inungi p̄hibebit? Nōne & Apl's hoc ſe indicat velle: vt quoties quis infirmatus fuerit, toties inungaſ. Nā quid aliud ſonant verba illa illius: infirmatur qs in vobis inducat p̄ſbyteros Eccleſię? Non eñ ait infirmaſ quis in vobis ſemel, aut infirmaſ quis in vobis, inducat p̄ſbyteros Eccleſię ſemel: ſed nulla mētione vnius, binę, vel ternę vnctionis facta: iubet nullo p̄fixo numero, induci ad ęgrum p̄ſbyteros Eccleſię: fidei orōnē fieri, ad alleuationē & peccatoꝝ remiſſionem: eum oleo ſacro inungi. Nō igiſ mihi videſ dicēdum eſſe, quod Apl's nō dixit: addendū eē, qd ipſe nō ſcripſit: ſentiēdum, qd ip̄e, vt verba eius indicant: nō ſenſit. Nō videſ plane i illis ſuis verbis Apl'm, vel ſenſiſſe, vel fieri p̄cepiſſe ſimplicē vnctionē: cū ſciret nō tm̄ ſemel in varios morbos homines incidere, ſed & frequēter in eoſdē, vel diuerſos poſt adeptam ſoſpitatē recidere: cum noſſet prioribus dimiſſis peccatis, iteꝝ & iteꝝ, ac multotiēs: miſeros mortales peccare. Nā euidē de quo loquor Apl'i, id ē Iacobi verba ſunt.

Iaco. iij. In multis offendimus oēs. Qui ergo prioribus morbis, ac peccatis medicinalē vnctionē puidit: nunqd eā ſequētibus morbis ac pc̄tis negauit? Nō ē plane hęc Apl'ica fides, nō ē hęc Apl'ica p̄dicatio, vt vel egro cōgrua miſeratio: vl' penitēti pc̄tōꝝ negeſ abſolutio. Hęc vero abſolutio; q̄uis ſepiſſime ſine cuiuſlibet vnctionis ſacramēto, tam in egris q̄ in ſanis Eccleſiaſtico miniſterio fiat: nō debet tamē egris cum abſolutione vnctio ſacra ſubtrahi: quibus iuxta intellectum ſupra ſcriptū, quotienſcunq; infirmanſ: eam iam dict' Apoſtolus iubet impendi. Nam & hęc ſola in toto noui teſtamēti canone inueniſ, nō more aliarum vnctionum a veteri teſtamēto mutuata: ſed iam in tp̄e gratię, Apoſtolica ſuaſiōe & imperio inſtituta. Vnde, quia nō in vmbra veteri, ſed in veritate noui euangelij, hęc inſtitutio facta eſt: nō alio & alio mō interp̄tanda, ſed ſicut tradita eſt nullis inuolucris tecta, nullis allegoricis ſignis velata: a fidelibus intelligēda, & obſeruanda eſt.

¶ Iam ad ſōniū Ioſeph, qd p̄poſuiſti, ſtylus accedat: ſup quo mirari te dicis, qd non ſic ad literam ſit impletum: q̄uo a patre ē interp̄tatum. — Q̄uō intelligēdū ſit a matre ſua adoratū Ioſeph

Nam cum Ioſeph in ſomnis vidériſſe a Sole & Luna, & ſtellis vndecim adorari, ac pater referētem increpans dixerit: ſe Sole, matre Luna: vndecim fratres, vndeci ſtellis ſignari: adoratus ſit quidem Ioſeph ab vndecim fratribus, nō tamen quia iam ante principatum eius defuncta fuerat: etiā a matre. Ad quod ego cito reſpondeo: quia nec a patre. Nuſq̄ enim hoc legiſ. Sed nec benignitate, & in ſacris literis laudatum virum decebat, vt a tanto tāq; ſemp ſibi dulciſſimo patre ſe adorari p̄mitteret: cum magis pater a filio. iure diuino, atq; humano honorandus eēt. Nec ideo tamen dici poteſt. vel ſomnium falſum fuiſſe, vel falſo Iacob illud iterp̄tatum eſſe. Licet eñ eum nō adorauerit pater, paterna hoc dignitate p̄hibēte: licet nō adorauerit mater, morte intercedente: licet inquā, nō adorauerint eum pſonaliter: adorauerunt tamē (vt a patrib' dictum eſt) in itegra domo vel p̄genie ſua: q̄ illū tota adorauit vniuerſaliter. Et ne talis p̄poſitę q̄ſtionis ſolutio, vim inferre literę videaſ: p̄ducaſ de eodē, i quo hęc ſcripta ſunt Geñ. libro clariſſimū abſq; aliquo obſcuritatis nubilo exēplum.

Geñ. xxvij. Nōne hęc verba ſunt patriarchę Iſaac, loquētis Iacob filio ſuo? Eſto ait, dn̄s fratrum tuoꝝ: & incuruenſ ante te filij matris tuę. Dominū tuū illū cōſtitui: & oēs fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui. Nūquid aliq̄n pſonaliter Iacob Eſau dn̄atus ē? Nunquid aliq̄n pſonaliter Eſau frī Iacob ſubiectus ē? Nūq̄d aliq̄n pſonaliter añ eū incuruatus ē? Relege ſacrū illud volumē: & nuſq̄ hoc contigiſſe, nuſq̄ ab Eſau pſonaliter Iacob adoratū inuenies. Immo econuerſo tibi legēti occurret, Iacob reuertēti de Meſopotamia cum vxorib' & filijs & gregib' Eſau occurriſſe. ipſūq. Eſau Iacob ſuppliciter adoraſſe. Sic ei ſcriptū ē.

Geñ. xxxiij. Et ip̄e, id ē, Iacob p̄grediēs, adorauit p̄n' in terrā ſepties donec appropiq̄-

ret fretus. Quo ergo manebit ꝓphetia iã dicta: dñm tuum illum cõſtitui? Quomodo manebit: & omnes fratres eius ſeruituti illi⁹ ſubiugaui? Quomodo manebit: & incuruent̃ añ te filij matris tuę? Nõ enim aliquãdo (vt ꝓmiſi) Iacob fratri ſuo Eſau dominat⁹ eſt: vel aliqñ Eſau ante eũ incuruatus ẽ. Sed econtrario qñ idẽ Iacob ꝓnus i terram ſepties adorauit: vtiq; coram fratre ſuo incuruatus ẽ. Non enim niſi incuruatus in terram ſepties ꝓſterni, nõ plane niſi incuruatus: adorare fratrẽ potuiſſet. Quid ergo? Falſa ne tanti patriarchę ꝓphetia credetur? Vides ne q̃ caute incedẽdum ſit: ꝑ tot anguſtas ſemitas eloquiorũ dei? Similia quippe huic obſcuritati ſępe cõtingũt, quæ niſi lector prudenter cauerit: offenſo ad lapidẽ pede, ſępe ꝓcumbet. Sic & de arcto ꝓpoſitę quęſtionis loco, nõ erit qua exeas: niſi te nõ ad ipſũ Eſau. ſed ad ꝓgeniẽ eius conuertas. Nõ enim per ſe ipſum fratri Iacob ſeruiuit, nõ ꝑ ſe ipſum añ eũ incuruatus ẽ: ſed vere in poſteris ſuis, hoc ẽ, in gẽte idumeorũ, poſteritati Iacob, hoc ẽ, Iudęis: aliquanto tpe ſubiectus ẽ. Subiectos veros vero aliquãdo fuiſſe idumeos Iudęis: docet ipſa excuſſio ſeruitutis. Quã excuſſionẽ: etiam iam dictus Iſaac flẽti Eſau ꝓdixerat. Tẽpus (ait) veniet: vt excutias & ſoluas iugum eius de ceruicibus tuis. Hoc tunc impletum eẽ, liber Malachim inducat: cum dicit. In diebus illis receſſit Edom: ne eẽt ſub Iuda. Sicut ergo Eſau fratri ſuo Iacob, nõ in ꝑſona ꝓpria, ſed i ſucceſſione gñis ſui ſeruiuit: ſicut nõ ꝑſonam ꝓpriam, ſed genus ꝓpriũ nõ añ Iacob, ſed añ Iudęos eius poſteros incuruauit: ſic nõ in ꝑſona ꝓpria, ſed i progenie ſua, Iacob pater, & Rachel mater Ioſeph filium adorauit. Poſſem ſimilia huic exẽplo, exẽpla alia ꝓponere: ſi nõ crederem iſtud vnũ poſſe ſufficere. Sed q̃a vt credo iſtud, vnũ plene illud ad qđ firmandũ aſſumptũ fuerat, roborat: ad ea quę reſtant, ſermo ꝓcedat. Qđ igit̃ aliqđ vł interſeri vł addi Epiſtolę voluiſti, vñ robuſtior & ad tolerãdos terra, mariq; Hieroſolymitanę vię labores ꝓmptior eſſes: neſcio qđ aliud cõgruẽtius ꝓponere, neſcio qđ vehemẽtius ad vires animi reparandas ſuggerere poſſim: q̃ ꝓprię teſtimoniũ conſciẽtię. Hęc eñi ſemp conſolatur ſanctos in omni tribulatione ſua: hæc reddit eos conſtantes in omnibus laboribus ſuis: hæc reddit eos victores, in vniuerſis congreſſibus ſuis. Recolunt enim Chriſtum ſuum dixiſſe, & certiſſimam humanis operibus regulam præfixiſſe: cum per Euangelium ſuum locut⁹ eſt. Si oculus tuus fuerit ſimplex: totum corpus tuum lucidum erit. Vnde

iiij. Reg. ij viij.

Lucę. xj.

ſi oculus tuus chariſſime. in hoc negocio ſimplex eſt: ſi intentio tua in hoc itinere, pura & ſinceta eſt: veritate vt audiſti hoc affirmante totum corpus tuum, hoc eſt omnia opera, oẽs labores, omnes in hoc itinere ſudores tui: lucidi non tenebroſi erunt. Credo autem & ex prę teritę vitæ tuæ optima fama conijcio, iſto oculo te tam laborioſum iter aggreſſum: vt q̃a Saluatoris tui in hac adhuc vita corporali pręſentia cares: eum ſaltem in ſacris illis locis: in quibus natus, conuerſatus, paſſus, mortuus ac ſepultus eſt: de quibus reſurrexit, de quib⁹ in cœlo aſcendit: ſanctis animi affectibus contempleris. Arbitror plane hac de cauſa de vltimis occidẽtis noſtri ꝑtibus, ignotas tibi adhuc oriẽtis plagas intrepide te adire: corpus laboribus, vitam periculis cunctis expoſuiſſe: vt in Nazareth Chriſti conceptum, in Bethleem ortum, in ſepulcro triduanam ſepulturam: in ſingulis redemptiõis humanæ locis, ipſum redemptorem beati (vt dictum eſt) fidei oculis intuearis. Adorabis in loco, vbi etiam corporaliter iuxta Prophetiam ſteterunt pedes eius: nec diſſimili affectu, immo certiore fide: vt Euangelicæ mulieres, domini dilectrices: Saluatorem ęternæ patris maieſtati in cœlis aſſidentem: in ei⁹ ſepulcro, pio affectu ſcrutaberis. Non minoris (vt ęſtimo) precij apud benignum cordium inſpectorem, & iuſtum ſanctorum affectuum iudicem, ad tam remotas mundi partes erit tua peregrinatio: quam iam dictarum mulierum vel diſcipulorum ad Chriſti ſepulcrum de proximo venientium viſitatio. Currebant illi de proximis latibulis ad quæ confugerant, ad ſalutarem nuper ſepulti domini ſpecum: curris tu per tanta terræ, mariſq; diſcrimina, ad idẽ ad qđ illi ſpeleum. Puto qđ curſus prolixior, via laborioſior, affectus non inferior: & ſi nõ maiorem, ſaltem parem ſaluo Apoſtolico priuilegio ꝓmerebit̃ mercedẽ. Quod, vt contingere poſſit: oculus ille de quo præfatus ſum, quo cũcta opera mortalium, vel lucida vel tenebroſa ſunt, ſummopere tibi purgandus eſt: ne leuitas, inſtabilitas, curioſitas, quæ frequenter ſe huiuſmodi diſcurſibus immergunt: niſi quolibet illum obſcurare, illum obnubilare ꝓualeãt. Cauendum eſt, ne de ſpolijs forte vincendorũ hoſtium ſpes lucri ſubintret: & ſeruum dei poſtpoſita commiſſarum animarum cura, huc illucq; non iam deuotio, ſed auaritia vagari cõpellat. Videndum eſt, ne vanæ laudis amor pręcordia tãgat: & militarem ſe ac bellicoſum: contra propoſitũ & ordinẽ, monach⁹ & abbas oſtentet. Ab his & ſimilibus oculus mẽtis pur-

Intentio bona labores pegrinationis mitigatę.

Pſalm. cxxxj.

gandus eſt: ne forte dum ea quę facimus, qua
de cauſa fiat ſubtiliter diſcutere negligimus:
oculus noſter nobis pro luce tenebras ingerat:
& totum corpus noſtrum tenebroſum fiat. Ti-
mendum eſt, ne lampas noſtra dum plena
oleo æſtimatur, veniente ſponſo vacua appa-
reat: & nos a nuptijs felicibus & æternis exclu-
dat. Stultus eſt, & vere fatua virgo: qui qd ędi-
ficat deſtruit, qui fructus quos collegerat ſpar-
git, qui fruges (quibus æterna ne deficiat, paſci-
tur vita) iam in arca congregatas: ventis furé-
tibus & vndiq; irruentibus, prodit. Hoc faciũt
ſuperbiæ, hoc vanæ gloriæ, hoc auaritiæ ſecta-
tores: quibus de collectis vitę neceſſarijs, nihil
imposterum reſiduũ eſſe poteſt: dum aut ea vẽ-
tus vanæ gloriæ per aera diſſipat, aut auaritia
ne vel ſibi vel cuiq̃ prodeſſe poſſint: manu ad-
unca in imis terræ viſceribus occultat. Sed ab-
ſit, vt hoc de ſanctitate tua mi chariſſime ſuſ-
picer: quẽ nec lucri, nec gloriæ, nec leuitatis,
dei tantũ cauſa: hoc tam ſanctum iter arripuiſ-
ſe confido. Nam valde abſurdum eſt, vel ſuſpi-
cari: vt tu qui iam a multo tempore ſacris ieiu-
nijs, multis vigilijs, varijs carnis cruciatibus te
ipſum torquens, deo cum Propheta dicere po-
Pſal.xliij. tes. Propter te morte afficimur tota die: tãtos
tantoq; tempore partos labores, viliſſimo va-
nitatiſ commertio: ſtultiſſime perire pmittas.
Sed quia ipſe hoc voluiſti, quia hoc ipſe rogaſti:
ad memoriam chariſſimi mei, quæ tam fru-
ctuoſo itineri poſſent prodeſſe vel obeſſe: mõ-
ſtraui. Sit igitur hic finis Epiſtolæ, vt tu tibi ipſi
labores tuos ſapienter conſerues: & me qui bo-
norum virorum adiutorijs, non parum egeo:
bonis tuis, ſudoribus tuis, ſanctis maxime ad
ſepulcrum domini orationibus tuis: ſtudioſe,
quod valde precor & poſtulo: adiuues.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. II. ad Bernardum Claręuallis ab-
batem, vt conſentiat electioni, ſeu poſtulatiõi
fratris regis in Epiſcopum Beluaceñ. & deſide-
rium poſtulãtiũ adimpleri pcuret: cõſultoria.

CVM honore recolendo, ac nomi-
nando venerabili fratri domino
Bernardo Clareual. Abbati, Fra-
ter Petrus humilis Cluniacenſiũ
Abbas: ſalutem & ſincerę chari-
tatis affectũ. Placuit ſanctitati vr̃æ humilitatẽ
meã cõſulere. Quid mihi ſup electione fratris
Henrici, filij vr̃i videref. vtrũ eidẽ aſſenſũ pbe-
re deberetis: an nõ. At vos qdẽ plenus ſpũ cõ-
filij & timoris dei, meo ſuper hoc conſilio non
egetis: nec necesse vobis eſt, ab aliquo talium
qualis ego ſum, mutuare: quod ex collata vo-
bis a deo gratia: alijs affluenter & noſtris, ſole-
tis accommodare. Quia tamẽ quid inde ſen-
tiam, audire vultis: breuiter dico. Si vitæ meri-
tum quęritur: magnum eſt. Quomodo enim
non magnum eſt, cum de tanto tantillum ſe
fecerit: cum regij ſanguinis (vt ſic loquar) ſuper-
biam, tam robuſtæ humilitatis pede calcaue-
rit. cum luxus & pleno cornu fluentes mundi
delitias, tormentis innumeris & mille morti-
bus commutauerit: cum vndiq; arridentem
mundum irriſerit: cum abnegãs ſemetipſum
& tollens crucem ſuam, Chriſtum monẽtem
ſequutus fuerit? Si concors electio: de clero vł
populo Beluacenſi, nec vnus diſſẽtire dicitur.
Si Metropolitani & coepiſcoporum aſſenſus:
etiam vniuerſorum preces vobis, vt comperi,
pro confirmando tam ſacro opere, frequenter
oblatæ ſunt. Si inſuper domini Papæ volun-
tas, quantum hoc ei ✝ placuit: ipſius Epiſtola Al's ✝ placeat.
domino Remenſi, vt audiui directa, teſtatur.
Quid ergo reſtat vir venerande: niſi vt volun-
tati dei, quæ tot indicijs ſe declarare videſ, ve-
ſtram ſubijciatis: nec vltra Eccleſiam illam la-
borare: aut in eundo vel redeundo, ſua fruſtra
expendere permittatis? Q; ſi de ſcientia velu-
ti minus talia experti diffiditis: potens ẽ deus
qui ei iam dedit magna, etiam præſtare ma-
iora. Vnde inquantum cernere datur: nõ eſt
vltra pcraſtinandum, nõ eſt vltra differendũ:
ſed cum ad vos magnæ partium veſtrarũ per-
ſonę, quæ (vt mihi relatum eſt) hac de cauſa in
proximo venturæ ſunt, venerint: eos alacriter
ſuſcipite, benigne audite: & tam diuturnũ de-
ſiderium eorum, toties & toties repetitam
poſtulationem ipſorum, cauſa eius qui replet
in bonis deſiderium ſuorum: celeriter, quia ſic
iuſtum eſt, adimplete.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. III. Henrici fratris regis ex mo-
nacho in Epiſcopum electi. queruloſa ſuper cõ-
ſilio dato: vt cogeretur conſentire electioni de
ſe factę.

INTER PATRES RE-
uerẽtiſſimo, & inter amicos cha-
riſſimo: domino Petro Abbati
Cluniacenſium, Frater Henri-
cus, ſiue iubente, ſiue permittẽ-
te deo, Beluacenſis electus: ſe-
ipſum, & ſi quid amplius poteſt. Parcat vobis
omnipotens Deus: quid eſt quod feciſtis? Se-
pultum hominem reuocaſtis ad homines, &
conſilio veſtro, cui nimium creditum eſt: expo-
ſitus ſum, & repoſitus in terribile curarum
pelagus: vt me iterum honoris altitudo refor-

beat. Neſciui, anima mea conturbauit me, ꝓpter quadrigas Aminadab quas ſuſcepi regẽdas: regi non regere opus habens. Manꝰ meas miſerunt ad fortia: opus eſſet fortitudine. Speculator domui Iſrael factus ſum: opus eẽt prudẽtia. Sapiẽtibus & inſipientibus debitor factus ſũ: opus eẽt iuſtitia. Prædicator populo dei datus ſum: opꝰ eſſet temperantia. ne forte cũ alijs prædicauero: reprobus (qđ abſit) inueniar. Sed q̃ ſunt iſta: & qs ſum ego? Vel vbi iſta: & vbi ego? Dñe pater & Deus vitæ meæ: imꝑfectum meũ viderunt oculi tui. Domine vim paſſus ſum, reſponde ꝑ me: quia ſola obedientia coegit me: ſine qua iuxta virum ſanctum. Grego. Infidelis quiſq; eſſe conuincitur: etiam ſi fidelis eſſe videatur. Et quia nemo maiori fiducia vtitur, quam qui ex affectu diligit: nunc vos quaſi portionem animæ meæ conuenio, deponens apud vos familiarem & dolentẽ querelam. Quid vobis viſum eſt: vt literis veſtris ad dominum Abbatem miſſis, faceretis ſtultitiam meam eleuari ſuper cãdelabrum? Credidiſti quidem domine, ꝓpter quod loquutus es. nec fallere nec falli voluiſti, ſed non euaſiſti ſecundum. Verumtamen quoquo modo factum ſit: & quaquauerſum vertat exitum rei dominus Deꝰ noſter: ego veſter ſum, & ad veſtrum ſeruitium ſi dignamini præparatus. Me accipite in ſeruum, in amicum, in filium: & illi ſanctæ multitudini, cui deo auctore præeſtis: ſpecialem & vterinum monachum, ne dicam Epiſcopum, ſempiterno fœdere ſociate.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. IIII Bernardi Clarçuallis ad dominum Abbatem. excuſatoria ſuper literis aſperis. quæ ex nomine Bernardi miſſæ dicebantur ad eundem Abbatem.

REVERENTISSIMO PAtri & amico chariſſimo Petro Dei gratia Cluniacenſis Abbati, Frater Bernardus Clarçuallis vocatꝰ Abbas: in vero ſalutari ſalutem. Vtinã ſicut præſentem Epiſtolam: ita vobis mentem meam mittere poſſem Sine dubio tunc clariſſime legeretis, quid in corde meo de amore veſtro digitus dei ſcripſerit: quid meis impreſſerit medullis. Quid ergo? Incipio me iterum apud vos commendare? Abſit. Iam pridem conglutinata eſt anima mea animæ veſtræ: & de perſonis imparibus, pares animos fecit paritas charitatis. Quid enim meæ humilitati, cum veſtra ſublimitate: ſi non inclinaſſet, dignatio dignitatem? Extunc factum eſt, vt vtrinq; permiſcerentur: & mea humilitas, & ſublimitas veſtra: vt nec ego ſine vobis humilis, nec vos ſine me ſublimis eſſe poſſetis. Hæc dico: quia Nicolaus meus, immo & veſter, in ſpiritu vehementi commotus, commouit me: aſſerens ſe vidiſſe Epiſtolam noſtram directam ad vos: in qua voces amaritudinis claudebantur. Credite amanti: quia nec in corde meo ortum eſt, nec ab ore meo extortum eſt: quod aures veſtræ beatitudinis exaſperaret. Multitudo negociorum in culpa eſt, quia dum ſcriptores noſtri non bene retinent ſenſum noſtrum: vltra modum acuunt ſtylum ſuum, nec videre poſſunt, quæ ſcribi, præcepi. Parcite hac vice, quia quicquid de alijs ſit: veſtras videbo, & non credam niſi oculis, & auribus meis. Cætera vobis communis iſte filius: planius & plenius viua referet voce. Ipſum tanq̃ me audietis, qui vos diligit non verbo neq; lingua: ſed opere & veritate. Salutate nobis ſanctam illam multitudinem veſtrã: & orate, vt orent ꝑ puero ſuo.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. V. quæ eſt reſcriptum domni Abbatis ad Bernardum, poſt literarum dicti Bernardi commendationem: excuſationis & ſatiſfactionis eius acceptatiua. deinde ſuper impletione cuiuſdã teſtamenti ad Ciſtercieñ. vtilitatem: ſignificatiua.

VENERABILI ET PRECLAro in membris Chriſti viro, domino Bernardo Clarçuallenſi Abbati, Frater Petrus humilis Cluniacenſiũ Abbas poſt deum & in deo quod ẽ. Quid dicam? Loqui ſoleo: ſed nunc mutus factus ſum. Vnde hoc? Quia literæ veſtræ, quæ me eloquentem facere debuerant, mutum fecerunt. Quare? Tanta in illis licet breuibus legi, vt ſi ad reſpondendum me effundere conarer: magis taciturnus q̃ loquax viderer. Sed graui homini: ſed religioſo loquor. Agendum eſt ergo, prout grauitas poſtulat: put religio & ſi non mea, tñ veſtra efflagitat. Quid enĩ? Nonne verum eſt quod dico? Breuis eſt epiſtola: ſed multa reſpõdendi materia. Fer rogo inſulſum: ſi quid ſecꝰ dixero quã oporteat. Verę enim amicitiæ eſt, non ſolum ſalſa amici ſuſcipere: ſed & inſulſa, aut condire, aut tolerare. Accepi (vt dixi) ex parte tua literas, literas ſingulares, literas amorẽ dulciſſimum: & honorem pluſq̃ mihi debitũ pretendentes. Reuerentiſſimum me dicis, patrem nominas: amicum chariſſimum appellas. Gaudeo ad iſta, ſed ſalua veritate, quas ex

Chriſto in te defluxit: duo præcedentia neſcio,
tertium agnoſco. Nam reuerentiſſimum me
eſſe ignoro, patrem quantum ad te me eē ne-
go, amicū & chariſſimum tuum: me non ſolū
ore ꝓfiteor, ſed & corde agnoſco. Vt enim de
reuerentiſſimi & amici chariſſimi nominibus
taceam: quorum (vt dixi) alterum neſcio, alte-
rum agnoſco. De patris iterum nomine hoc ti
bi reuerende frater ſcribo: quod ſingularis ſuo
tempore, & preclariſſimus, religionis flos,
domnus Guido prior Cartuſiēſis: mihi quon-
dam ſcripſit. Scribebam ei frequenter: & ſæpe
cum eo, vel verbis ad inuicem collatis, vel lite-
ris familiaribus delectabar: & eum in epiſtolis
meis patrem nominabam. Tolerauit hoc pri-
mum: putans me finem facturum ſcribendi.
At poſtq̄ me perſiſtere vidit, & frequentibus
literis patris nomen iterare: in hæc verba ſan-
ctus ille tādem prorumpit. Scripſit nāq; mihi
epl'am in q̄ iter cętera hoc īſeruit. Vn̄ petimus
p eam, qua in nos indignos veſtra feruēt viſce
ra dilectionem, vt quādo noſtræ exiguitati ve
ſtra ſcribere dignaƭ ſerenitas: ita de ꝓpria co-
gitetis ędificatione: vt infirmitatem noſtram
periculoſa non infletis elatione. Ac ſtatim. Et
illud (inquit) præ omnibus ac ſup omnia queſu
mus, & defixis in terram genibus obſecram⁹:
ne vilitatem noſtram patris nomine dignam
Nota. vlterius æſtimetis. Satis & ſup ſatis eſt: ſi frater
ſi amicus, ſi filius appelleƭ: qui nec ſerui nomi
ne dignus habeƭ. Scripſit hoc ille mihi: ſcribo,
& ego hoc idem tibi. Sufficit, & multum ſuffi-
cit: ſi fratris, ſi amici, ſi chari, vel chariſſimi no
mine: de te vel apud te glorier: vel ſi quid tale,
aut te decet mittere: aut me decet ſuſcipere.
Hoc de premiſſa ſalutatione. Sed quid de ſe-
quentibus? Vtinam (inquis) ſicut præſentem
epiſtolam: ita vobis mentem meam mittere
poſſem. Et ſtatim. Sine dubio tunc clariſſime
legeretis: quid in corde meo de amore veſtro
digitus dei ſcripſerit: q̄d meis impreſſerit me-
dullis. Vere hæc verba ſaluo maioris myſterij
ſacramento. Sicut vnguentum in capite quod
deſcendit de barba Aaron in oram veſtimen
ti eius. Vere iſta ſicut ros Hermon: qui deſcen-
dit in montem Sion. Vere etiam ſic ſtillāt mō
tes dulcedinem: & colles fluunt lac & mel. Nec
mireris: quia tam ſollicite attēdo, & teneo ver-
ba tua. Non enim a qualicunq; ore ꝓlata ſcio:
ſed ab illius, q loqui non nouit niſi de corde pu
ro & conſcientia bona: & amore non ficto. No
ui hoc (inquam) ego, nouit & mecum orbis: nō
eſſe te de illorum numero: qui iuxta Pſalmū.
Pſal. xj. Vana loquuti ſunt ad p̄ximum ſuum. Non eē
te de illis: quorum labia doloſa in corde, & cor
de loquuti ſunt. Idcirco quotienſcunq; placet
ſanctitati veſtræ ſcribere mihi: non negligen-
ter, non tranſitorie, ſed ſtudioſe, affectuoſe: ſcri
pta tua ſuſcipio, lego, amplector. Quis em̄ nō
ſollicite legeret, non multo cum affectu ample
cteretƭ: & ea quæ p̄miſi, & illa quæ ſequunƭ? Iā
pridem ais. Conglutinata eſt anima mea ani-
mæ veſtræ: & de perſonis imparib⁹ pares ani-
mos fecit, paritas charitatis. Quid em̄ meæ
humilitati, cum veſtra ſublimitate: ſi non in-
clinaſſet dignatio dignitatem? Ex tūc factum
eſt: vt vtrinq; permiſcerenƭ, & mea humilitas
& ſublimitas veſtra: vt nec ego ſine vobis hu-
milis: nec vos ſine me ſublimis eſſe poſſetis.
Huiuſmodi ergo verba, negligenter legenda
ſunt? Nunquid non debent oculos legentis, fi-
xos tenere, cor rapere, animos vnire? Videris
mi chariſſime q̄ hæc ſcripſiſti: quid de his ſen-
tias. Ego de his aliud ſentire non poſſum, quā
quod litera ſonat: quam quod a tanto, a tam
veraci, a tam ſancto homine dictum teneo.
Nec vt ipſe dixiſti, incipio me iterum apud te
commendare. Adhuc iuuenes amare in Chri-
ſto nos cœpim⁹ & iam ſenes aut fere: de amo-
re tam ſacro, tam diuturno, dubitabim⁹? Ab-
ſit. Credite amanti (vt verbis veſtris vtar) quia
nec in corde meo ortum eſt, nec ab ore meo
extortum eſt: vt de verbis veſtris quolibet mo-
do, ſi tamen ſerio exprompti: aliquando du-
bitauerim. Vnde quod in his de quib⁹ agitur,
literis ſcripſiſti: amplector, ſeruo, cuſtodio. Fa-
cilius mihi poſſēt auri mille talēta ſubripi: quā
hęc quolibet caſu a corde auelli. Sed de his ſatis.
De reliquo vn̄ me motū prudētia vr̄a putauit:
hoc fuit. Pro negocio quod vobis bene notū ē,
cuiuſdam Anglici abbatis: continebant literę
veſtrę. Quaſi (inquiunt) ſubuerſum ſit iudiciū,
& de orbe perierit iuſtitia, & non ſit qui eripiat
inopem de manu fortiorum eius: egenum &
pauperem a diripiētibus eum. Sed ſi mihi cre-
ditis: ſciatis prorſus inde me ita motū eſſe: ſi-
cut de ſe dicit Propheta, licet ego Propheta nō
ſim. Ego aūt tanq̄ ſurdus nō audiebam, & ſi- Pſalm̄.
cut mutus nō aperiēs os ſuum. Et rurſum. Fa- xxxviij.
ctus ſum ſicut homo non audiens: & nō habēs
in ore ſuo redargutiones. Ego quidem in iſtis
offenſus nō ſum. Sed & ſi offenſus eſſem, mul
tum ſatis factum eſt, q̄n dixiſti. Multitudo ne
gocioꝝ in culpa eſt, quia dum ſcriptores noſtri
nō bene retinent ſenſum noſtrū: vltra modū
acuunt ſtylū ſuum: nec videre poſſum quę ſcri
bere p̄cepi. Parcite hac vice. quia quicquid de
alijs ſit veſtras videbo: & nō credam niſi ocu-

lis & auribus meis. Parco igitur, & de facili ve-
niam tribuo. Non eſt apud me (quod humili-
ter dico) etiam in offenſis grauibus, labor gra-
uis: vt ignoſcam orãti, dem veniam poſtulan-
ti. Quod ſi in grauibus ignoſcere labor nõ eſt:
quanto minor in leuibus aut nullis eſt? De te-
ſtamento domni Baronis Romani ſubdiaco-
ni, quod veſtrę Clarę uallenſi & Ciſterciẽſi ec-
cleſię, ex his quę apd nos depoſuerat, monẽs
feciſſe dicitur: factum eſt, qđ a quibuſdam per
ſonis qui ſibi hoc ab eo iniunctum eſſe dice-
bant: mihi ſcriptum eſt. Volo tñ vos ſcire, quia
ſicut quidam (vt puto) teſtes veridici aſtruũt,
plus vobis in his contulit gratia Cluniacenſis
abbatis: q̃ teſtamentum Baronis. Scio quidem
nec adeo expers ſum diuinarum vel humana-
rum legum: vt neſciam qp poſterius teſtamen
tum, & legatum, & fideicõmiſſum: cauſa mor
tis rata ſunt. Sed lego tamen alibi. Nihil tam
iuri naturali conueniẽs eſt, q̃ voluntatem dñi
volentis rem ſuam in alium transferre: ratam
haberi. Hoc ideo dico, quia ſicut teſtes p̄miſſi
fatentur: quicquid Cluniaci depoſuerat, totũ
Cluniaco dederat: niſi forte eum recipere con-
tingeret, anteq̃ pręſentem vitam finiret. No-
lui tamen hoc vti priuilegio, ſed qđ iuxta illo-
rum teſtimonium, meum eſſe credebam: vo-
bis veſtriſq; conceſſi. De electione Gratiano-
politana, contra quam noſtri Cartuſienſes
agunt, quid ſentiam: in ore chariſſimi mei, ve-
ſtriq; fidelis Nicolai: vobis retegendum dili-
gẽter repoſui. Ipſum audite: & qđ ab ore meo
vobis retulerit, abſq; hęſitatione vt in anima:
verum eſſe credite. Si quę mandanda mente
exciderunt, cum memor fuero, chariſſimo
mihi in Chriſto mandabo. In fine rogo quan-
tum poſſum & ſupplico, quod iam per quaſdã
veſtri ordinis perſonas mandaui: vt in hoc tã-
to, ſanctorum virorum qui Ciſtercij conuene-
runt, conuentu: mei, vtriq; veſtri, memoriam
faciatis: meq; totumq; Cluniacenſis congrega
tionis corpus: eorum intẽte orationibus com-
mendetis.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. VI. ad eundem: vt totis virib' ni-
tatur ad charitatem inter Ciſtercẽ & Cluñ p-
curandam & fouendam: ad quod facere poſſe
videtur: ſi non excludantur aduenientes mo-
nachi nigri ab officinis interioribus ſuorum,
exhortatoria.

Singulari honore recolendo, chariſ-
ſimo noſtro domino Bernardo Cla-
ręuallis Abbati, Frater Petrus hu-
milis Cluniacenſium Abbas, ſalu-
tem quam repromiſit deus diligentibus ſe.
Breues dies hominis ſunt. Fugiunt, nec rede-
unt. Veſtigia eorum nulla retrorſum. Labitur
miſer homo, more fluentis aquę, cum ipſis: &
pręcipiti curſu, ad finem quẽ neſcit: excurrit.
Eapropter non eſt diſſimulandum, ſed feſti-
nandum: non eſt periculoſa procraſtinatio ſu-
ſtinenda: non eſt mora libera nobis: quia ne-
ſcit homo (vt ſcriptura clamat) quid ſuperuen-
tura pariat dies. Obtemperandum eſt ei: & ali Eccli.v.
bi dicenti. Quodcunq; poteſt manus tua face Eccls.ix.
re: inſtanter operare. Ad quid iſtud? Non hoc
venerande & chariſſime frater dico, vt te, cu-
ius multiplicia & ſancta opera, mihi ac mun-
do nota ſunt: velut ocioſum ad operandũ pro-
uocem: vel tarditatis alicuius, ad cœleſtia &
æterna multis ſudoribus feſtinãti: notam im-
ponam. Stultum eſt enim currentibus in ſta-
dio dicere currite. Sed non eſt ſtultum dicere,
ſic currite, vt comprehendatis. Cucurriſti ha-
ctenus multum, iuuãte domino, greſſus tuos:
ſed non eſt ceſſandum, quouſq; ſecura mente
dicere audeas: curſum conſummaui, fidẽ ſer-
uaui. Videor vt dicitur docere Mineruã. Ve-
rum ego Mineruam nõ doceo: ſed vt his quæ
animo inſederunt perficiendis, totam quam
poteris operam impendas: toto niſu admone-
re ſatago. Et ne diu rem protraham, teq; plus
nimio ſuſpẽſum teneam: audi quid intendã.
Doleo, imo iam ab antiquo dolui: & miſeria
quibuſdã qđ ſalua bonorũ gratia dico condolui,
qđ ſpectaculũ facti mũdo & angelis & homi-
nib': qđ ſtulti ppter Chriſtũ, qđ infirmi, quod
ignobiles, qui vſq; in hanc horam & eſuriunt,
& ſitiunt, & nudi ſunt, & operantur mani-
bus ſuis, & pœne magnum Paulum ex toto
ſequunť: q̃ grauia ſunt, faciũt: quæ leuia, face-
re nolunt. Audiuimus (ait ille quem diligebat
Ieſus: mandata ipſius. Et mandata eius: gra- j. Ioan.v
uia non ſunt. Seruas quicunq; talis es, grauia
Chriſti mandata: cum ieiunas, cum vigilas, cũ
fatigaris, cum laboras: & non vis leuia ſeruare
vt diligas. Propter verba labiorum eius, cuſto- Nota.
dis vias duras, p eas fortiter gradiendo: & p-
pter verba eorundem labiorum eius, non vis
cuſtodire viam mollem: p eam leniter & placi
de incedendo. Caſtigas corpus tuum, & in ſer-
uitutem redigis, ne forte reprobus inueniaris:
& dulci charitatis lacte vel melle, te ipſum re-
fouere nolendo: reprobus fieri non perhorre-
ſcis? Quid prodeſt tormentis teipſum abſume-
re: & ad nullum tormẽtorum profectum, abſen-
te charitate proficere? Huic tanto fratrum pe-
riculo tu ſubuenire, huic tam noxio animarũ

morbo, tu chariſſime mederi poteris: ſi gregem congregationis tuæ, immo oues paſcuæ Chriſti: quæ te poſt ipſum præ cunctis mortalibus ſuſpiciunt: quæ tibi maxime innituntur, corpi ſocietatis noſtræ laudabili arte vnieris. Mirabere fortaſſis: quia dixi arte. Sed noli mirari. Profero quod vſitatum eſt. Ars eſt artium, regimen animarum. Ars inquam, tibi neceſſaria eſt: ſi hoc opus tam laudabile, tam ſalutiferum, tam deo gratum: implere volueris. Sed interrogas. Quæ? Nouit ſapiẽtia tua, ſtultorum eſſe infinitum numerum: ſapientum, finitum & paruum. Nec ignoras alium eſſe ſpiritualium oculum, alium carnalium. Recordans ſcriptum eſſe. Animalis homo: non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. Vt quid hæc dico? Color varius, habitacula diuerſa, vſus diſſimiles: obuiant dilectioni, contraria ſunt vnitati. Aſpicit albus nigrum: & miratur quaſi monſtrum. Intuetur niger album: & miratur velut informe prodigium. Exaſperant mentem aliis aſſuetam vſibus, noua inſtituta: nec facile poteſt ei placere: quod non conſueuit videre. Hoc tamen apud eos qui vident in facie: & non attendunt quid verſetur in mente. Non illa ſic intuẽtur oculi rationabiles: non illa ſic contemplantur oculi ſpirituales. Vident, intelligunt, agnoſcunt: nihil in ſeruis dei differre colorem varium, nihil vſum diuerſum, nihil diuiſa habitacula: cum iuxta Apoſtolum neq; circunciſio valeat aliquid neq; præputium, ſed noua creatura: & rurſus iuxta eundem. Quia non eſt Iudæus vel Græcus, non eſt maſculus neq; fœmina, non Barbarus & Schita, non ſeruus & liber: ſed omnia & in omnibus Chriſtus. Hoc plane tales vident: intelligunt, agnoſcunt. Sed quia non omnes tales ſunt, & raro inueniuntur quibus hoc cernere detur: condeſcendẽdum eſt vt mihi videtur, inferioribus: eiſq; iuxta illum qui ait. Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem, iuxta eorum morem, mos eſt diſpenſatiue gerendus. Non dico vt color vniatur, hoc eſt vt de albo niger, vel de nigro albus fiat. Nõ dico vt vel antiqui vſus in nouos: vel noui transferentur in antiquos. Nihil horum dico: licet hoc ex parte iure dicere poſſem. Vereor ne ſi quod inde ſentio dicerem: forte altera parte offenſa, & verba in irritum funderem: & quos in inuicem placari deſidero: verbis non placentibus irritarem. Vtatur vnuſquiſq; colore quem elegit: teneat vſus, quibus ſe ſalua fide & charitate deuouit. Vniantur ſaltem habitacula, ſit indifferens diuerſorum colorum & vſuum cohabitatio: nutriatur & prouehatur in ſeruis dei tali arte charitas: perturbet & expellat cõtraria charitati iniquitas. Fiet hoc vel ex toto, vel ex plurima parte vt arbitror: ſi quando antiqui ordinis monachi ad nouorum fratrum monaſteria vel habitacula venerint: ab eccleſia, a clauſtro, a dormitorio, a refectorio: ſeu ab officinis reliquis excluſi non fuerint. Auferetur ab aduenientis fratris corde ſcandalum, ori ne detrahat imponetur ſilentium: quando & ſuſcepti & ſuſcipientis commune fuerit habitaculum vel hoſpitium. Recedent vetera de ore eius: quæ dicere, quæ frequentare conſueuerat. Nunquid ego Iudæus ſum? Chriſtianum me eſſe putabam: & pro Ethnico reputor. Monachum me credebam, & vt publicanus abiicior. Conciuem me æſtimabam, & vt Samaritanus expellor. Vere nunc agnoui: quia nõ coutuntur Iudæi Samaritanis. Et quis poteſt cuncta ſimilia iſtis, quæ hac de cauſa prolata ſunt: maledica verba referre? Obſtruatur igitur tali charitatis obice, os loquentium talia, ne dicam iniqua: cõſulatur infirmis quorum ſe medicum Chriſtus dixit. Caueatur puſillorum ſcandalum, timeatur mola aſinaria: quæ non cauentes mergit in profundum maris. Non timeatur illud, quod nuper apud Claramuallem a quibuſdam fratribus mecum inde conferentibus audiui: timere ſe, ne ſi aduenientes monachi hoſpites, intra clauſtra ſua ſuſcepti fuerint: tam auſteritate conſuetudinum, q̃ inſolita ciborum aſperitate deterriti, inuſitata hoſpitia perhorreſcant: ac malint deinceps in talia clauſtra non ingredi, q̃ morem tam aſperũ tolerare. Ad iſtud ego qd tũc reſpondi: adhuc reſpondeo. Tollatur tñ non ingrediẽdi ſcandalũ: ſit ꝑ more apud veſtros conſtituto hoſpitium. Sit commune vtriſq; habitaculum: ſit quale aliis apud vos impendi ſolet obſequium. Sint contenti qui ingredi voluerint: conſuetudine loci quã inuenerint. Sequantur in hoc morem apoſtolicum, ſequantur morem diſcipulorum Chriſti, quibus ab ipſo præcipitur. edentes & bibentes quę apud illos ſunt. Hoc ſi pati recuſauerint: non erit iam quid obiiciant, non reſtabit quid dicant. Non poterunt vltra conqueri: extrudi monachos a monachorum clauſtris: non poterunt leſam deflere charitatem, vel ſchiſma fratrũ clauſtris apertis & præparatis ad ſuſcipiẽdum habitaculis: deplorare. Et licet hoc dicam: licet clauſtra veſtra ingredientes, contentos iuxta regulam conſuetudine loci eſſe debere

Gregori⁹ — j. Cor. ij. — Gal. vj. — Gal. iij. — j. Cor. ix. — Math. ix. — Lucæ. x.

aſtruam:non ſum tamen immemor,neceſſe
te immemorem vir venerande credo:quod
in capitulo ſuſcipiendorum hoſpitum:de ta-
libus regula dicat. Nam poſt adorationem,
poſt orationem, poſt lectionem: de ſuſceptis
hoſpitibus ſubdit. Et poſt hec,omnis ei exhi-
beatur humanitas. Credo ꝙ hęc verba ma-
gis aliquid humanitatis exhiberi præcipiunt
hoſpiti q̃ ciui,aduenę q̃ indigenę,peregrino q̃
colono. Non dixit tamen regula quod dico:
aliquid ei exhibeatur humanitatis: ſed om-
nis ei exhibeatur humanitas. Omnem vero
intelligo: non ſuperfluam, ſed neceſſariam:
non illam quæ quotidiano more impendi-
tur proprijs:ſed illam quæ præter ſolitum ma
ior,iure hoſpitij impenditur alienis. Vnde mi
hi videtur,quod non ſolum extra manenti-
bus clericis vel laicis:ſed & ipſis clauſtra ingre
dientibus monachis:omnis modo quo intel-
lexi,humanitas eſt exhibenda. Sed quid di-
xi,non ſolum clericis & laicis,ſed & ipſis mo
nachis? Immo ſaluo monachi propoſito,pluſ-
q̃ clericis vel laicis, eſt exhibenda monachis.
Si enim iure præceptum eſt,operemur bonũ
ad omnes:maxime autem ad domeſticos fi-
dei:operandum eſt bonum ad omnes cleri-
cos vel laicos: maxime autem ad eiuſdem
monaſtici ordinis domeſticos. Prætulit tunc
in illis verbis ſuis Apoſtolus: Iudęis & Ethni-
cis fidei domeſticos id eſt Chriſtianos:præfe-
ro ego a quodam ſimili,ipſis etiam alijs Chri-
ſtianis monachos. Non eſt igitur deterius pro
uidendum a monachis iuxta congruam pro-
poſito humanitatẽ hoſpiti monacho in clau-
ſtro,q̃ hoſpiti clerico vel laico,in exteriore ho-
ſpitio. Sed non his diu immoror. Habeant tñ
monachi quãdiu hoſpites fuerint,monacho
rum clauſtra communia:ſint contenti ſi ſic ve
ſtris placuerit:veſtro quotidiano cibo,ordine,
inſtitutis. Ferant vt dictum eſt,ſi ingredi ad
vos voluerint:quæ apud vos ſunt,quæ apud
vos fiunt:quia ſi ingredi noluerint:murmura
receſſabunt. Si non ceſſauerint,ratio eos de-
ſtituet,charitas pro vobis aget. Pręueni ego
(quod non me efferens dico)verba mea ope-
ribus, & prius verba cœpi facere, q̃ docere.
Admiſi ante quindecim annos, vniuerſos
veſtri ordinis fratres:& recepi pręcipi,præter
Cluniacenſe clauſtrum, in omnia clauſtra no-
ſtra:nec de albo vel nigro colore ſimul in lo-
cis noſtris admixto curaui:nec curantes,cum
multi mihi ne id fieret inſtarent: audiui. Se-
curus ergo vt faciatis moneo,quod iam feci:
vt ſicut præter vnum, quod præmiſſum eſt,

Nota de humanitate exhibenda hoſpitibus.

Gal.vj.

Nota.

loca oĩa noſtra patẽt veſtris:ſic oĩa veſtra abſq;
diſcretiõe pateãt noſtris. Si hoc factũ fuerit:il
lud maius clauſtrũ qđ exceptũ fuerat cæteris
addã,& vt ipſum quoq; veſtris omnibus ape-
riatur: præcipiam. Inſtruatur vtraq; ſpecies
fratrum:ſi non poſſunt ſermone,ſaltem pau-
latim frequenti cohabitatione, nihil diſcer-
nendum vario colore: nihil diſtinguendum
diuerſis vſibus,inter hos & illos monachos:
quos eadem fides & charitas,vere facere de-
bet germanos. Scripſi hoc tibi mi dilectiſſi-
me feſtinanter, vt feſtinantius mittere poſ-
ſem:anteq̃ ad diem indictam, quæ ſicut au-
diui in feſto omnium ſanctorum futura eſt:
quidam Abbatum veſtri ordinis tecum con-
ueniant:& cum illis inter cætera de hoc meo
capitulo tractans,eos in hanc ſententiam,quę
ſicut æſtimo non ſolum mea ſed & tua eſt,ad
ducas:& vt a cunctis veſtri ordinis fratribus
amodo teneatur:vbiq; teneatur:vbiq; ꝓmul-
ges. Propone eis verba domini dicentis. Quę
cunq; vultis vt faciant vobis homines:& vos   *Mat.vij.*
eadem facite illis. Si volunt ingredi clauſtra
noſtra nõ ꝓhibeãt ſua. Si ſeruitutis debitũ ex
charitatis mandato ab alijs exigunt:reddant
vicem,illius exemplo qui dicit. Non veni mi
niſtrari: ſed miniſtrare. Si ſibi ſeruiri volunt: *Mat.xx.*
ipſi quoq; fratribus id eſt Chriſti membris de
ſeruiant:vt impleant quod dicitur. Ex chari-
tate ſeruite inuicem. Sint omnibus omnia
communia:non tñ ſubſtantia,ſed & ipſa ha-
bitacula. Vnientur paulatim hoc remedio cor
da diſciſſa:& dum nil inter ſe diſcretum vide
rint:de diuerſis ne dicam aduerſis,inſpiran-
te eo qui vbi vult ſpirat,vnum eſſe addiſcent.

❡ Epitoma Epiſtolę.

❡ Epiſtola. VII. ad Nicolaum monachum, poſt explicatam dilectionis ſuę erga eum cau ſam,vt præcedentes literas Clarę uallen̄ abba ti pręſentet & legat,poſtulatoria.

CHARISSIMO Fratri & filio Ni
colao,Frater humilis,noſti cuius
hoc cognomen ſit,ſalutem & ſyn
cerum amorem. Quoniam te nõ
ficta charitate diligo: diu tui im-
memor eẽ nõ poſſum. Dilexi te q̃diu noſter
colore fuiſti:ſed & nunc quantum ad me,co-
lore(vt puto)non corde mutato,non minus
te diligo. Maluiſſem te meum q̃ alterius:ſed
quia vbiq; dei es:meum quoq; te vbiq; repu-
to. Redde ergo vicem, vt vere te diligẽtem

diligas: quia nec ipſe totus cum totis ſuis viribus mundus, ab hoc me propoſito auocare poteſt: nec te quicq̃ a ſimili propoſito auocet. Noſti q̧ nihil temporalis commodi præſtoler a te, noſti q̧ nulla alia cauſa me mouerit ad amandum te: niſi ea quæ ſola diligenda erat in te. Sed interrogas, Quæ? Quia te literatum, quia ſtrenuum, quia quod plus eſt, religioſum, licet ex tempore non ab æterno eſſe aut cognoui aut æſtimaui. Sed de his ſatis. Sequãtur reliqua. Scribo epiſtolam domino Clareuallenſi: quam per te illi præſentari volo. Lege illi eam intente ac ſtudioſe: & quantum poteris exhortare: vt quod ſola charitatis gratia ſcripſi, ad effectum perducatur. Inſta ei, quia propter breuitatem temporis inſtãdum eſt: vt in hoc proximo omnium ſanctorum feſto, fiat quod opto, & ſi quos forte obuiantes inuenerit: in meam quæ (vt puto & ſua eſt: ſententiam tranſire compellat. Fratrem regis quem ſyncere diligo, Philippum Leodienſem, Galcherium cellararium, garneriũ noſtrum, Fromundum hoſpitum cuſtodem: & reliquos quos melius me noſti fratres: ex parte noſtra affectuoſe ſaluta.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. VIII. Bernardi Clareuallis ad dõnum Abbatem, præcedentis Epiſtolę Abbatis Cluniaceñ commendatoria, ſuper qualitate receptionis teſtamenti Baronis certificatoria: ſubiuncta declaratione gaudij de veritate Gratianopolitani negocij cognita: & de reliquis nouis ex parte ſua relatis, cum quibuſdam alijs.

CHARISSIMO patri & domino, Petro dei gratia Cluniacenſium Abbati. Frater Bernard⁹ Clareuallis vocatus Abbas: ſalutem & orationes. Vidi literas veſtras paruo momento: ſed non paruo affectu. Occupatus eram tanta occupatione: quantam vos vel ſcitis, vel ſcire poteſtis: amantiſſime pater. Abripui tamen me & eripui votis & reſponſionibus omnium: & incluſi me cum Nicolao illo quem diligit anima veſtra. Legi & relegi dulcedinem, & magnam dulcedinem: quæ de veſtris literis emanabat. Redolebant illę literę affectum veſtrum: mouebant meum. Dolebam, quia ſicut afficiebar nõ valebam reſcribere: nempe multa diei malitia auocabat. Conuenerat enim multitudo magna: fere ex omni natione quæ ſub cœlo eſt. Me oportebat omnibus reſpondere: quia peccatis meis exigentibus, in hoc natus ſum in mundum: vt multis & multiplicibus ſollicitudinibus confundar & vrar. Hoc tantillum interim ſcribo animæ meę: ſed cum accepero tempus, ego ego accuratius q̃ modo dictabo epiſtolam: quæ lucidius aperiat diligẽtis affectum. De teſtamento Baronis quod nobis miſiſtis: in veritate nobis mandamus: quia non ſicut debitum, ſed ſicut datum accepim⁹. Gaudeo, quia de Gratianopolitano negotio veritatem cognoui. Illud autem ſcitote, quia multum incaluit cor meum, ad verba communis filij: quæ ex parte veſtra retulit mihi. Paratus ſum & nõ ſum turbatus: ad faciendam veſtram vbicunq; potuero voluntatẽ. In conuentu Ciſtercienſi, veſtri tanq̃ ſpecialis domini, & patris, & amici chariſſimi, & veſtrorum tam viuorum q̃ mortuorum: memoria facta eſt. Salutat vos Beluacẽſis electus vt veſter: veſter eſt enim. Ego Nicolaus veſter ſaluto vos in æternum & vltra, & domeſticam illam familiam, quæ lateri & ſpiritui veſtro adhęret.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. IX. Nicolai monachi ad domnũ Abbatem declaratoria miſſionis quorũdam librorum ad dictum Abbatem, cum notificatione efficatię quam habuerũt literę eiuſdem ad promotionẽ fratris Heinrici fratris regis.

PATRI ſuo domino Cluniaceñ, Frater Nicolaus. In breui ſicut puto viſurus faciem veſtram: mitto vobis Epiſtolas veſtras. Librum quoq; domini Abbatis Clareuallis ad dominum papam: epiſtolas etiã duas quas eidem domno Abbati & mihi miſiſtis hoc anno. Illud autem non lateat ſublimitatem veſtram: quia literæ veſtrę multum addiderunt promotioni fratris Heinrici: & libentiſſime auditę ſunt, ab Archiepiſcopis & Epiſcopis Franciæ, & ſerenitati veſtræ multę gratię redditę ſunt: ſicut ego melius & fidelius viua referam voce.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. X. Papæ Eugenij ad Hugonem Archiepiſcopum Viennenſem, ſuper impupugnatione Cluniaceñ & Ciſterceñ rumoſe volante intellecta, reprehenſoria.

EVGENIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, venerabili fratri Hugoni Viennenſi Archiepiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quanto perſona tua

amplioꝛi religione cognoſcitur decoꝛari:tanto grauius ferimus, cum per te religioſi deumq; timentes viri,contra iuſtitiam infeſtantur:& tu ſuper hoc tam a vicinis q̃ longe poſitis infamaris. Cum enim tui habitus conſideratio te ad religionem diligendam deberet accendere:& ad ipſam propagandam ſtudioſius inuitare:tu Ciſtercienſes & Cluniacenſes fratres ſicut frequentes querimoniæ indicāt, nequaq̃ protegis ſed impugnas: & Cluniacēſes fratres quos propenſius deberes diligere: nihilominus inquietas.

¶Epitoma Epiſtolę.

¶Epiſtola. XI. Hugonis Archiepiſcopi ad dominum Abbatem, narrata prius ea qua ſemper proſequutus eſt Cluniacenſium beniuolentia:vt domino Papæ falſa eſſe quæ ſibi ſuggeſta ſunt/denunciet:deprecatoꝛia.

VENERABILI domino & in Chriſto dilecto Petro dei gratia Cluniacenſium Abbati, Hugo Viennēſi dictus Archiepiſcopus,ſalutem & dilectionem. Quanto propenſioꝛe ſtudio vos & veſtra diligimus,quantoq; de dilectione veſtra confidimus,tanto amplius miramur:animo ſatis mirari nequimus: ſi a vobis vel a veſtris frequentes aduerſus nos querimoniæ ad aures domini Papæ,ſicut literæ eius indicant:prius q̃ ad nos peruenerint. Si enim in aliquo maieſtatem veſtram nos offendiſſe præſenſiſſemus, nouit dominus & ante clamoꝛem & poſt:nos inde ſatiſfacere paratos. Quod ſi vt credimus & optamus:non a vobis ſed aliunde,falſa ſuggeſtione domino papæ huiuſmodi ſunt intimata: dilectionem veſtram quanta poſſumus precum inſtantia rogamus,quatinus ea falſa eſſe:& nos vobis beniuolos & propitios,non infeſtos:ei denunciare non differatis.

¶Epitoma Epiſtolæ.

¶Epiſtola.XII. domni Abbatis ad Papam Eugenium,poſt gratiarum actiones de beniuolentia Cluniacenſium exhibita:declaratoꝛia Archiepiſcopum Viennenſem immunem eſſe ab impugnatione Cluniacenſium, quæ ſibi imponebatur.

SVMMO Pontifici & noſtro ſpeciali patri domino Papæ Eugenio,Frater Petrus humilis fratrū Cluniacenſium Abbas,ſynceram cum deuota obedientia voluntatem. Non poſſum quantum volo gratias agere,quod non ſolum per nuncios ſæpe a me reuerentiæ veſtræ tranſmiſſos,ſed etiam per alios pro ſuis negocijs maieſtatem apoſtolicam adeuntes:quid erga me vel veſtram Cluniacēſ Eccleſiam animi geratis oſtendere non ceſſatis. Inde multa exempla habeo:quę nunc proferre ſuperſedeo. Vnum tamen profero,de quo ſicut multum amoꝛis vobis debeo:ita vos eius cauſa: quod filiali præſumptione loquoꝛ,contra illud vel ſimilia cautum eſſe exopto. Nouit ſapientia veſtra & ex ſcriptura ſancta frequenter recitat:homines in coꝛde & coꝛde loquentes. Qui exacuerunt vt gladium linguas ſuas.& vt rurſus idem qui hęc protulit ait. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenum aſpidum ſub labijs eoꝛum. Hos plane,hos tales: magnis hominibus,in magnis occupatis ſæpe ſubripere ſolere:& pro veris falſa,pro antidoto venenum:frequenter ingerere. De talium numero illi fuerunt, qui mentiri non metuentes:auribus ſanctitatis veſtrę tantum mendacij prodigium infuderunt,vt dicerēt, & frequentes ad vos querimonias deferrēt: quod dominus Viennenſis Archiepiſcopus Cluniacenſes monachos nequaq̃ protegeret: ſed impugnaret: & vnde memoꝛabili & amplectendo verbo veſtro longe poſiti ſupplicamus:quos propenſius diligere deberet,nihilominus inquietaret. De his ergo illa vobis ſuggerentibus:quid dicam?Quid dicam:niſi quod Pſalmus cuius ſententias ſupra tetigi, dicit. Vana loquuti ſunt, vnuſquiſq; ad proximum ſuum,labia doloſa in coꝛde & coꝛde loquuti ſunt?Quid dicam: niſi quod & alibi idem hoꝛum prolatoꝛ ait. Mentita eſt iniquitas ſibi? Nouit pater vt credo filij coꝛ: nouit ſi recoꝛdatur:quę ei Antiſiodoꝛi, vel apud Barum ſecreto ſuggeſſi:quod pene idem eſſet quantum in libro conſcientiæ meæ legere poteram:vobis mentiri quod moꝛi. Vnde ſciatis me vera dicere,& vobis ſicut coram deo in Chriſto loqui:quod manus domini Viennenſis inquantum recolere poſſum, mundę ſunt a ſanguine omnium Cluniacenſium:& iuxta quod ſentio, niſi foꝛte quod non puto fallar:innocēs eſt ab omni Cluniacenſi noxa:

Pſal.lxiij.

Pſal.xj.

Ps.xxvj.

ex quo Viennenſis Patriarcha factus eſt: non
ſolum opere, ſed etiam verbo. Si quis ergo ei
derogare voluerit, & aliquid de apoſtolici amo
ris gratia diminuere: quęrat alios quorum
prætextu vel occaſione hoc faciat q̄ nos, quę-
rat alios q̄ Cluniacenſes veſtros: neq; velami-
ne falſitatis iniquitatem ſuam palliare con-
tendat. Nam vt iſta de quibus (vt credo) ſat
egi dimittam: oro pater, vt tanto homini,
tam probato, tantæ vitæ, tanti propoſiti, qui
omnes pene dies ſuos a puero vſq; ad ſeni-
um immolauit deo: ſicut omnibus bonis fa
citis: deferatis: & nullum contra ipſum: niſi de
te comperta & probatiſſima audiatis.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XIII. ad eundem. Abbatis Caſę
dei commendaticia.

SVMMO pontifici & no
ſtro ſpeciali patri domi-
no Papæ Eugenio, Fra-
ter Petrus humilis fra-
trum Cluniacenſiū Ab-
bas: cum filiali amore de
bitam obediētiam. Præ-
ſumens de pietate pa-
terna, ſoleo vos ſæpe pater rogare pro alijs,
ſed nunc pro illo qui mihi præ cunctis alijs
cordi eſt: velut pro me altero, maieſtati apo-
ſtolicæ ſupplico. Eſt autem hic dominus Ior-
danus: Caſę dei Abbas. Commendarem eū
ſecurius apud vos: quia commendabilis eſt:
niſi notari timerem, quia frater eſt. Hoc ta-
men breuiter & veraciter dico, non eum ege-
re commendatione mea apud vos: ſi mores
eius, ſi ſcientiā eius, ſi famā ei⁹, veſtra ſapien
tia agnoſceret: ſicut agnoſcim⁹ nos. Adit præ
ſentiam veſtram, nullo (vt ab ipſo accepi) ne-
gocio tractus: niſi ſola cauſa videndi & viſitan
di vos. Suſcipiat eum benigne ſi placet beni-
gnitas veſtra, mihi non ſemel tantum exper
ta: ſuſcipiat & ego in ipſo, ſi quem apud vos
(quod non diffido) locum gratiæ habeo.
Deleatur ſi placet, ſi quid vnq̄ nubilum fuit
aduerſus eum in mēte veſtra: & redeat ad eū
illa pro qua ſola vſq; ad vos peregrinatur gra
tia veſtra. Quia pro ipſo paucis ſupplico: cre-
do quod non miramini. Caro enim & frater
noſter eſt.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XIIII. ad quem ſupra, ſimultatis
inter Chartuſienſes exortę ob electionem gra
tianopolitanam, ſignificatoria.

SVMMO Pontifici & noſtro ſpe
ciali patri, domino Papæ Euge
nio, Frater Petrus humilis fra
trum Cluniacēſium Abbas, cū
ſyncero affectu deuotam obe-
dientiam. Importunus quidem ſæpe vobis
ſcribendo ſum: ſed & ipſam importunitatem
frequēter excuſando, magis importunus eſſe
formido. Quid igitur faciam? Si tacuero, mi-
hi multiſq; nocebo. Si loquutus fuero, faſti-
dioſus (vt dixi) videbor. Sed de his duobus,
alterum eligo. Malo vobis ſalua pietate pater
na loquax vel nimius apparere: q̄ plurima vo
bis non celanda tacere. Non pertinet quidem
quod dicturus ſum, ad proprium negocium.
Sed quomodo alienum eſt: quod veſtrum quo
libet modo eſt? Eſt autem veſtrum: totius Ec-
cleſiæ dei in hac valle lachrymarum peregri
nantis cauſas audire, auditas diſcutere: diſ-
cuſſas iudicio apoſtolico diffinire. Et licet
perſona veſtra conſtituta ſit ſuper gentes &
regna: vt euellat & deſtruat, & diſperdat, &
diſſipet, & ædificet & plantet: tamen quia
nec deus nec Hieremias Propheta, cui hoc
dictum eſt, eſtis: poteſtis falli, poteſtis ab his
qui ea quę non Ieſu Chriſti, ſed quę ſua ſunt
quærunt, decipi. Hoc ne fieri poſſit: oportet
vt fidelis ſi quis fuerit filius: quæ ſibi nota,
vobis forte ignota ſunt: patri fideliter pan-
dat: & ne ſit de quibus legitur. Venenum aſpi Pſal.xiij.
dum ſub labijs eorum, ſynceritatem veſtram Nota.
toxico ſuo inficere valeant: modo quo po-
teſt præmuniat. Nam non eſt paruum dei
munus a talibus liberari: maxime cum Pſal-
mus ſolemnis dicat. Domine libera animam
meam a labijs iniquis, & a lingua doloſa.
Sed quid? Forte ruſum nimis effluo: & quod
excuſaueram adhuc incurro. Reprimo ergo
ſtylum: & vnde multa dicere voluiſſem, & vt
æſtimo debuiſſem: breuiter dico ad quid iſta
præmiſi. Vna quidem cauſa eſt: ſola tamen
non eſt. Hanc ad præſens dicam: reliquas
ſuo tempori reſeruabo. Chartuſienſis ordi-
nis & propoſiti inſtituta quantum dilexerim,
quantum diligam, quantum veneratus ſim,
quantum amplectar: nouerunt multi. Ego
vero magis, deus autem maxime. Nam ſi
mens mea me non fallit, ſi conſcientia mea
mihi quod verum eſt atteſtatur, ſi tandem
vera eſt ſententia diuina quæ dicit. Nemo
nouit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus homi- i Cor.ij.
nis qui in ipſo eſt. Agnoſco me Chartuſien-
ſium a triginta iam fere annis: hoc eſt etiam

anteq̃ præeſſe inciperem:præ cunctis poene
mortalibus amaſſe religionem, coluiſſe ſyn-
ceritatem, amplexum eſſe veritatem. Intel-
lexi, nec me falli putaui: cunctorum latino-
rum inſtitutis, eorum propoſitum præferen-
dum: nec eſſe eos de illis qui liquant culicem
Matthæi & camelum glutiunt: hoc eſt qui irritum fa-
xxiij. ciunt mandatum dei propter traditiones ho
minum, & decimantes mentam & anetum,
Lucæ.xj. & ciminum. & iuxta vnum Euangeliſtam,
omne olus dimittunt quæ ſunt grauiora le-
gis, iudicium & miſericordiam, & fidem. Nõ
enim præcipue in cibis, in potibus, in veſti-
bus, in laboribus vel ſimilibus, regnum dei
conſiſtere putant, licet hæc diſcretiue facta,
multum eidem regno dei militent: ſed in pie-
j.Tim.iiij tate illa, de qua ait Apoſtolus. Corporalis ex-
ercitatio ad modicum vtilis eſt: pietas ad om
nia vtilis: promiſſionem habens vitæ quæ
nunc eſt, pariter & futurę. Epulãtur vere ſan-
cti illi in menſa ſapientiæ, deliciantur in fer-
culo veri Salomonis: non in ſuperſtitionibus,
non in hypocriſi, non in vanitatibus, non in
fermento maliciæ & nequitię: ſed in azimis
ſynceritatis & veritatis. Magni ergo ſunt, amã
di ſunt, amplectendi ſunt. Et quid dicam?
Inuitus profero quod ſentio: ratione coactus
dico quod nolo. Videor tangere archam dei,
& eam manu præſumptuoſa: vt quondam
ij.Reg.vj. Oza Bobz laſciuientibus, ſubleuare. Sed non
ſum pręſumptor: non ſum quantum ad hunc
caſum pertinet, dignus morte vt ille: quia ſe-
Lucę.xj. curum me faciũt verba illius qui dixit. Si ocu-
lus tuus fuerit ſimplex: totum corpus tuum
lucidum erit. Dicam ergo, nec iam vltra mo-
rabor. Audiat pater ęquo animo verba filij:
nec in illis aliquid vafrum vel ſubdolum la-
tere exiſtimet. Vt enim aliis literis ſublimita
ti veſtræ nuper mãdaſſe memini: idem eſſet
mihi vobis mentiri quod mori. In cauſa de
qua adhuc agitur, Gratianopolitanę electio-
nis: videtur mihi, quod Chartuſienſis ordi-
nis ſerenam diem, inopinus turbo infecerit:
& ſplendorem hactenus cryſtallinum nube-
cula neſcio vnde exorta, fuſcauerit. Diuiſa eſt
inter ſe, & quæ vſq; ad hæc tempora ſpecia-
lius aliis vnum in Chriſto fuerat: hac de cau
ſa in inuicem cõgregatio ſancta compugnat.
Hinc Chartuſia excubię Durbonum, hinc por
tę Maioreuũ, Sylua. Aluerium: & ſi qua ſunt
alia ad ſacrum illum ordinem pertinentia
loca: velut diuerſos parietes ſtatuunt: & tam
Eze.xiij. hi, q̃ illi ſe iuxta Prophetam pro domo Iſrael
aſcendere ex aduerſo: & ſtare in prælio in
die domini profitentur. Dicunt hi, non de-
bere electum epiſcopari: & cauſas quaſdam,
quas non eſt nunc meum dicere, prætendunt.
Econuerſo alij. Quid inquiunt ad vos
iſta? Chartuſienſis ordinis inſtitutio eſt, mala
ſi qua nouerint his ad quos ſpectat nota fa
cere: non autem & litigare. Eorum eſt ſimpli-
citer quod ſentiunt dicere: non autem pala-
tia ad cauſandum intrare. Non eſt heremi
noſtræ iudiciis aſtare, non eſt eorum qui mor
tui mundo videntur: in publicis negociis acto
res vel defenſores exiſtere. Nihil ſimplicita-
ti noſtræ cum aſtutia ſeculari: nec decet vt
qui in ſeculo heremum elegimus: nunc de
heremo ad ſeculum redeamus. Quod ſi non
decet vt illuc etiam tracti redeamus: decet
vt ſponte cunctis nolentibus & reclamanti-
bus, iudicium nos tribunalibus ingeramus?
Hæc eſt cauſa non quidem litis apertæ,
ſed ſimultatis occultę ſanctorum hominum:
quæ expreſſius nota patri fieret: ſi maieſta-
ti veſtræ non ſolo ſcripto ſed & verbo mihi
loqui liceret. Nam ſunt quædam quæ lite-
ris tradere nolo: ea tamen quia ſcribere non
fuit conſilium ore dilecti fratris noſtri & filij
veſtri Arnaldi, vobis intimanda repoſui.

¶Epitoma Epiſtolę.

¶Epiſtola.XV. ad fratres Lemouicenſes, ſu
per religioſa eorundem conuerſatione gra-
tulatoria: & vt bona quæ de eis dicuntur: me
lioribus incrementis adaugere curent, exhor
tatoria.

VENERANDIS & di-
lectis fratribus noſtris,
apud Lemouicas deo &
ſancto Marciali eius &
ſuo Apoſtolo ſeruienti-
bus, Frater Petrus hu-
milis fratrum Cluniacenſium
Abbas: ſalutis,
gratiæ & benedictionis a deo plenitudinem.
Exultauit cor meum in domino: non qui-
dem nunc videns, ſed audiens conuerſatio
nem veſtram: & famam ordinis, deo & homi
nibus charam. Audiui hoc non modo tan-
tum, ſed & frequenter, ab his quibus non cre
di nephas eſſet: quia veraces ſunt: & quos ve
ſtri actus ſiue boni, ſiue mali, latere non poſ-
ſent: quia proximi ſunt. Gaudeo quidem &
de omnibus de quibus ſimilia audio: ſed de
vobis ex parte magis: quia magis debeo. Sed
dicet veſtrum quiſlibet. Cur magis de nobis

q̄ de alijs? Idcirco chariſſimi magis de vobis q̄
Phil.ij. de quibuſdam alijs. quia iuxta verba Petri
Apoſtoli. Poſiti in medio nationis prauæ &
peruerſæ, lucetis bono exemplo veſtro ſicut
luminaria in mundo: incolitis terram Hus:
nec ſectamini terrę vitia. Nam vt opinio mea
fert: a Cluniaco noſtra vſq; ad Pyrrheneos il-
los qui Gallos ab Hyberis diuidunt, nullum
Cluniacēſis vel cuiuſlibet antiqui ordinis, mo
naſterium noui: vbi tam firmiter, tam conſtā
ter, tam inconcuſſe, traditus a patribus ordo
huc vſq; viguerit: & inter frementes Lemo-
ricini territorij beſtias: earumq; feroces rictus
indefeſſe inſtituta ſeruauerit. Ea de cauſa vt
dixi, de bono nomine veſtro, magis q̄ de quo-
rundam aliorum gaudeo. Vt enim doctor il-
le quem noſtis Eccleſiæ dicit. Magnū eſt eſſe
bonum inter bonos: ſed longe maius eſt, eſſe
bonum inter malos. Præter hęc vt nobis ſæ-
pe referunt qui hoc experiuntur, monſtratis
non verbis tm̄ ſed rebus, non affectibus ſo-
lum ſed effectibus: non eſſe vos oblitos Clu-
niacenſis lactis, quo in dei timore & ſeruitio
educati eſtis: quando fratres noſtros ac ve-
ſtros ad vos pene aſſidue venientes, tam de-
uote ſuſcipitis: quando eis tam affectuoſe ſer
uitis. A multis hęc audiuimus, ſed nunc ſpe-
cialius a dilecto filio noſtro Rānulfo priore ve
ſtro: qui & pluſ q̄ nunc dicere velimus boni, no
bis noſtriſq; de vobis retulit: & ſe cauſa dei no-
ſtriq; multum a vobis diligi affirmauit. Quē,
ſi in deo diligentes diligendi ſunt, non vos
pœniteat dilexiſſe: qui dilectionem ſuam er-
ga vos quando nobiſcum eſt, non ceſſat qui-
bus poteſt modis oſtendere. De cætero chariſ-
ſimi, ſyncero affectu precor ac moneo vos in
Nota. domino: vt bona quæ de vobis dicuntur, me-
lioribus incrementis adaugere curetis: quia
nunq̄ ſeruis dei deeſſe debet affectus profi-
ciendi, quos ſemp ſollicitos in dei opere red-
dere debet: timor deficiendi. Nam vt magnus
Leo papa Leo Papa ait. Humanus animus ſicut ſemp
poteſt habere quo recidat: ita poteſt habere
quo creſcat. Pudeat vos veſtriq; ordinis om-
nes, in religionis monaſticę obſeruantia qui-
buſlibet nouis inferiores videri: ne contra do-
mini verba, ſit quod abſit, diſcipulus ſup ma
giſtrum: ne de fonte veſtro alijs haurientibus,
vos ſitiatis: ne de menſa veſtra alijs ſaturis,
vos ieiuni permaneatis. Noſtis enim, q̄ fere
quicquid religioſi propoſiti, noſtri ſeculi noui
homines habere videntur: a vobis principium
ſumpſit, a vobis materiam formāq; ſuſcepit.

Currite igitur non ſegnius quibuſlibet viam
mandatorum dei: nemo vos in currendo pre-
ueniat, nemo brauium bene currentibus pro-
poſitum, vobis ſubripiat: hocq; tam inſtanter:
vt ait Apoſtolus. Sic currite, vt comprehenda- i. Cor. ix.
tis. Paci pręcipue, & obedientię operam date:
vt tam in his q̄ in alijs ſacrarum virtutum ex
ercitijs, vobis deſudātibus; videant ſeculares
opera veſtra: & glorificent patrem qui in cœ-
lis eſt. Orātē pro me & pro tota Cluniacenſi
Eccleſia vel cōgregatione, charitatem veſtrā:
omnipotens ſaluator exaudiat, & actus ve-
ſtros, mores & vitā in beneplacito ſuo, quod
eſt ſalus ſempiterna, componat.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XVI. ad fratrem ſuum Euſtachi-
um, ſuper morum ei⁹ integritate etiam inter
arridentis ſeculi proſpera conſeruata, congra
tulatoria. Deinde vt ſaltem ſomni cuiuſdam
occaſione, ſiue verum, ſiue falſum fuerit: in
timore dei promptior, cautiorq; in ſuis operi-
bus fiat.

DILECTO Germano, immo filio
Euſtachio, Frater Petrus humilis
Cluniacenſium Abbas, ſalutē pre
ſentem & æternam, quam mihi.
Gaudeo, nec gaudiū meum ore
explico: quod cum te vnicum quantum ad ſe-
culum pertinet, carnis meę fratrem habeam:
deum te timere: deum reuereri, deum te dili-
gere agnoſco. Et quod maius eſſe poſſet gau-
dium animę meę. Video vndiq; mundū fu-
rentem, video Satanan mundi principem de
mortalibus ſicut de auibus ludentē, video eū
quotidie imo aſſidue, miſerrimas animas &
flammis vltricibus in ęternum pabulum da-
tas: ad inferos rapientē. Cerno eum & iuxta
te & longe a te: vel gladio, vel peſte, vel ſubita
morte, vel quolibet diabolici laquei dolo, tot
ſibi humanarū animarum millia vindicare:
vt de illis Chriſtus ſaluator & de⁹ noſter dicat.
Multi vocati, pauci electi. & in ſimili cauſa. Mat. xxij
Amen dico vobis, nemo virorum illorum qui Luc. xiiij.
vocati ſunt guſtabit cœnam meam. At cum
iſta a domino meo audiam, & te tot tantiſq;
malis vndiq; circumſeptum agnoſcam, nō de-
beo lętari, ſi te timor dei & ſtudium ſaluandę
animę tuę, a perditis & perdendis hominib⁹
ſecernit: & ſaluatis vel ſaluādis ſuorū militum
caſtris adiungit? Q; ſi te ad iſta cogerent: vel
rei familiaris defectus, vel hoſtium contra te
pugnantium profectus, vel fortunę vt ſic lo-
quar, proſperitati tuæ inuidentis temeritas:

gauderem quidem eſſe te de illorũ nu-
mero, de quibus iam dict⁹ ſaluator ſub
ſimilitudine dicit, vade in vias & ſepes,
& compelle intrare: vt impleatur dom⁹
mea. Nunc vero cũ te mundanis bonis,
& cunctis quæ pleno copia cornu ple-
riſq; mortalium infundere ſolet, circun-
fluĩ videam: & nihil pene de concupitis
deeſſe: longe magis exulto, lõge ampli⁹
gaudeo, quod animum tuum ad res di-
uinas trahit: non temporalium rerũ de-
fectus, ſed æternarum a deo conceptus
affectus. Fuiſti quidem: ſed auxilio miſe
ricordiæ dei iam in laboribus hominũ
non es, neq; cum impiis flagellaris: nec
tamen ideo tenuit te ſuperbia, nec oper-
tus es iniquitate & impietate tua. Vnde
(vt iam dixi) nimiũ nimiumq; letor: qđ
proſperitatis laqueus, qui fortes atq; cõ
ſtantes in ſalutis propoſito mentes, fre-
quenter irretire ſolet: nodos ſuos ne te
caparet ex parte explicuit: & quod iſtud
non ex parte, ſed ex toto quãq; fieri poſ-
ſit, ſi deus iuuerit: ſpem mihi tuiſq; cer
tiſſimam dedit. Sed vt ad rem pro qua
ſcribere cœpi veniã. placet mihi & hoc
multũ, quod clerici de quo ſcripſiſti ſom
nium ne ſpreueris: & quod te ad dei ti-
morem, hac quãtalibet præſtita occaſio
Nota de ne, exacueris. Nam licet ſomnia ſæpe va
ſomniis. na ſint: ita vt de eis ſcriptura Chriſtia-
Leuit. na dicat, non augurabimini, nec obſer-
xix. uabitis ſomnia, & rurſus alia, multas cu-
ras ſequuntur ſomnia, itemq; illa ſapien
tis. Somnia ne cures: non tamen idcirco
vniuerſa ſomnia contemnenda ſunt: qm̃
ex eorum ſignificatis effectib⁹: vera ſæpe
fuiſſe, probata ſunt. Habet eccleſia dei
Geneſis in libris diuinis ſeptẽ craſſas boues pha
xvj. raonis, ſeptemq; macras: ſeptem ſpicas
vberes, ſeptemq; ſteriles: præſignaſſe ſe-
ptẽ annos ægyptiacæ fertilitatis, ſeptẽq;
Iudi. vij ſterilitatis. Habet & ſubcinericium pa-
nem viſum in ſomnio Gedeoni, hoc eſt,
eundem Gedeonem. Deuolutum in ma-
xima caſtra madian, ea dei virtute cum
ſolis trecentis milibus occupaſſe: ipſaq;
Geneſis vſq; ad extrema deleſſe. Habet & longe
xxxvij. ante in eodem eptatico. In ſõnis Ioſeph
apparuiſſe, velut meſſis tempore mani-
pulos fratrum adorare manipulum ei⁹,
rurſumq; ſolem & lunã, ac vndecim ſtel-
las, adorare ſeipſum. Idem in Daniele, Dañ. ij.
tã de ipſius Danielis q̃ de Regis Nabu- &. vij.
chodonoſor ſomniis: quod futura pro-
nunciarent: oſtendit. Sed & in Euange-
lio, de iuſto Ioſeph ſponſo Sancte virgi- Math. j.
nis matris domini, quod ei Angelus dñi
cogitanti dimittere eandem matrẽ dñi
in ſõnis apparuerit quod ne dimitteret Mat. ij.
prohibuerit, quod in Egyptum eam cum
filio duci ac reduci, in ſomnis præcepe-
rit, magnifica illa & cæleſtis ſcriptura te
ſtatur. Ad quid iſta chariſſime? Vt intel-
ligas: nec ſemper eſſe ſequenda ſomnia,
nec ſemper ſpernenda. Vnde vnum eſt,
& breue quod moneo: vt ſiue vera ſunt
quæ a ſomnii auctore feruntur, ſiue falſa
ſiue portendant aliquid, ſiue non: vtaris
uel veritate vel falſitate relatoris ſapiẽ-
ter, hoc eſt vt & de preteritis offenſis di-
gne deo ꝓpoſ. ſatiſfacias: & ne ſatiſfa-
ctionem tuam mala quælibet maxime
crimina impediant, ſtudio toto præca-
ueas. Non autẽ hæc dico, quod aliquẽ
tuarum partium nobilem, quantum ad
hominem adhuc vinclis ſeculi retentum
pertinere poteſt, in bonis ſtudiis (vt a
multis accepi) præponam: ſed quia noui
quod quanto fueris cautior, tanto eris
melior. Nam ſi viſio quam priori fratri
tuo ſcripſiſti vera eſt, & aliquid ſignifi-
cans: aut forte vera & nihil preſignans:
non inuenieris apud deum contemptor
verorum, ſicut inuentus eſt Rex Sede-
chias, qui libro miſſo ſibi a Hieremia ꝓ- Hiere.
pheta, in quo multæ minæ aduerſus eũ xxxvi.
continebantur, non ſolum territus non ſcribunt
eſt, nec mãdatis dei per prophetam ſibi iſta de
miſſis paruit: ſed librum eundem ſcal- Ioachi.
pello ſcribæ quod caſu occurrit, diciſ-
dit: & in arula prunis plena proiectum,
incẽdit. Vnde ea de cauſa breui tempo-
re poſt: ab hoſtibus captus eſt, & auulſis
oculis in Babylonem ductus: ſub dira ca
ptiuitate tandẽ mortu⁹ eſt. Si vero rela-
tor iãdicti ſomnii, qualibet intẽtiõe mẽ-
titus eſt, (paruum eſt enim vt ſcriptura

ait cor hominis & inſcrutabile) ſi inquã
mentitus eſt , & vt olim falſi propheta,
Hiere. quos deus voce eorum deridẽdo aſſum-
xxiij. pta, dicit. Somniaui, ſomniaui, falſa cõ-
finxit: etiam de falſitate ipſa proficies:
quando in cunctis actibus tuis hac oc-
caſione vt dixi, cautior fies. Multi enim
re vera tales pſeudo prophetæ, vel mẽ-
Ezechi. daces ſomniorum relatores, olim menti
xiij. ti ſunt, contra quos deus . Veh his qui p
Mich. iij phetant de corde ſuo , & rurſum alio in
loco. Si quis non dederit in manib⁹ eo-
rum aliquid: ſanctificant ſuper eum bel-
lum. Quorum relationibus ſi modo quo
dixi vſus fueris: prodeſſe tibi multũ po-
terunt, obeſſe nihil. Age ergo iam vnica
ſpes & pene ſola generis noſtri : vt ſicut
ſtrenu⁹ & prudens iu ſclo diceris: ſic tã-
dem non inferioris ſtrenuitatis, non mi-
noris potentiæ, in deo dicaris. Diffuſius
loquerer, & multa quæ penetralibus cor
dis retineo, in aures tuas infunderẽ: niſi
me tibi ore ad os in proximo loqui, hoc
eſt ante dominicum paſcha ſperarem.
Hoc quia ſpero: finem nunc loquendi fa
cio. Dominus tecum.

Epitoma epiſtolæ.

Epiſtola. xviij. ad priores vel ſuppriores
locorum Cluniacẽ. eſus carnium in Mo-
nachis reprobatiua , tum ex profeſſione
regulæ, tum ex doctrina & exẽplo beati
Odonis, tũ ex argumento de iudeis ſum
pto ex ſcripturis.

VEnerandis & dilectis fratrib⁹ no-
ſtris, tam prioribus quam cuſtodi
bus ordinis , vbicũq; conſtitutis.
Frater Petrus humilis Cluniacẽ. Abbas
Salutem & ab auctore gratiarum grãm
Eſa. iij. & benedic. Loquar an ſileam? Aperiam
labia, an claudam? Si de illis eſſe volue
ro, de quibus dicitur. Popule me⁹ qui te
beatum dicunt, ipſi te decipiunt , & viã
greſſuum tuorum diſſipãt , & de quibus
irriſorie ſcriptura ſancta voce ſtulti po-
Eſaie puli loquitur. Loquimini nobis placẽtia
xxx. videte nobis viſiones, vel de his de qui-
bus rurſum ait. Canes muti non valẽtes
latrare: aut adulabor vobis, aut tacebo.
Si adulatus fuero: veh illud propheticũ
Eſaie. v. incurram. quod i Eſaia legitur. Veh his
qui dicunt bonum malum, & malum bo
num: dicentes tenebras lucem, & lucem
tenebras: vertentes amarum in dulce, &
dulce in amarum. Si tacuero: formido & Eze. iij.
illud . Si non annũtiaueritis iniquo ini-
quitatem ſuam: ipſe quidem in iniquita
te ſua morietur , ſanguinem autem eius
de manu tua requirã. Et illud. Veh mihi Eſa. vj.
quia tacui, Nec adulari ergo vobis: nec
tacere diſpoſui. Vtrumq; enĩ, quantũ ad
id quod dicere intendo: æque periculo-
ſum eſt. Reſtat igitur de duobus quæ p̃-
miſi alterũ: hoc eſt, nõ vt ſileã: ſed vt lo-
quar. Et quid dico: qa reſtat vt loquar?
Immo: vt & loquar : & clamem . Clama Eſa. lviij
(inquit)ne ceſſes: quaſi tuba exalta vo-
cem tuam, & reliqua quę noſtis. Loquor
ergo & clamo, & vt ipſi qui pręeſtis alijs
hæc loquamini, & inclametis admoneo
Nam nec in modico minus vobis q̃ mihi
ſi tacueritis formidandum eſt: cum ſcia-
tis vos vocatos, & ſi non in plenitudinẽ Nota.
poteſtatis, tamen in partem ſollicitudi-
nis. Et ne vltra quæ dicenda ſunt diffe-
ram: relatum eſt mihi, & hoc non a vili- Contra
bus vel leuib⁹ perſonis, (quod nõ abſq; eſũ car-
intimo cordis merore dico) nullam iam niũ i Mo
diſtantiam eſſe, quãtum ad eſum carniũ nachis.
pertinet inter fratres noſtros & laicos:
inter ſeculares & religioſos: immo vt ex
preſſi⁹ loquar: iter ſcurras & monachos.
Dixi nullam diſtantiam eſſe inter hos &
illos: ſed multa heu peruerſo ordine eſt.
Abſtinent cauſa dei ipſi mimi vel lixę a
carnibus omni ſabbato, abſtinent inſup
pleriq; laicorum omni quarta: abſtinent
quidã ex ipſis etiã om̃i ſecũda feria . At
fratres noſtri: ſancti ordinis, cęleſtis pro
poſiti, Monachi, & hoc Cluniacẽſes: ſpre
to deo, abiecto pudore: totũ (vt dicitur)
annũ : nulla p̃ter ſextã excepta feria, in
abſumendis carnib⁹ cõtinuant: nec hoc
ſaltem occulte, ſed palam & publice fa-
cientes: peccatum ſuum, iuxta prophe- Eſa. ij.
tam , quaſi ſodoma prædicant . Diſcur-
runt de locis ad loca: & vt milui aut vul
tures, vbi vel fumum coquinarum vide-
rint, vel nidorem aſſe vel uſtæ carnis na
ribus hauſerint ; celeriter aduolant. Et
quia ab iſta videntibus prauo eorum ex

emplo ſacer ordo blaſphematur: ore il-
Eſa.lij. lorum nomen dñi ipſi blaſphemãt. Vęh
ait ſcriptura ſancta, his per quos nomen
domini blaſphematur. Deridetur iã a ta
libus: ſi quis timore dei ductus, a tali eſu
abſtinere voluerit: & hypochrita, ſimu-
lator, ac prophanus vocatur. Reputatur
ab eis ſicut ethnicus & publicanus: ca-
uendum eſſe ab illo ſicut ab hoſte publi-
co pręedicãt. Faba, Caſeus, Oua, ipi etiã
piſces: iam in nauſeam verſi ſunt. Solæ
Ollæ Egyptiorum: placẽt. Aſſus aut eli-
xus Porcus, iuuenca pinguis, Cirogrill⁹
& Lepus, anſer ex anſerũ grege electus,
gallinæ & prorſus omne quadrupes, aut
volatile domeſticum: ſanctorum Mona-
chorum menſas operiunt. Sed viluerunt
iam & iſta. Aſſiduitas multa: faſtidium
ingeſſit. Ad regales & peregrinas deli-
licias: tranſit⁹ factus eſt: ſatur Monach⁹,
iam non niſi Caprea, Ceruo, Apro vel
Vrſo agreſti: veſci poteſt. Luſtrãda ſunt
nemora: venatoribus opus eſt. Aucupũ
arte: faſciani, perdices, turtures capien-
di ſunt: ne ſeruus dei fame pereat. Pro-
uidendum ſollicite: vt quia aliter viue-
re non poteſt: eius omnino deſiderijs ſa
tiſfiat. Quid ergo reſtat? quando quidẽ
non niſi ſexta feria per omnem ebdoma
dam ab his epulis excipitur: addatur &
ipſa, nec illa Chriſtianornm quadrage-
ſima, conuiuia continuata interpolet.
Abſcedant de medio veris, æſtatis, au-
tũni, & hiemis ieiunia. Tot⁹ integro an-
nus, epulis & gaudijs cõtinuetur: ne for-
te talium hominum deus offendatur, de
quo & de quibus Apoſtolus ait. Quorũ
Phil. iij. deus venter eſt: & gloria in cõfuſionem
ipſorum. Vt quid enim huiuſmodi Mo-
nachi: abſq; fructu fatigantur? Vt quid
abſq; ſpe mercedis: ſexta feria, quadra-
geſima, vel reliquis iam dictis diebus: a
carnibus abſtinent? Que enim eis mer-
cedis ſpes ſupereſſe poteſt, qui non ſpõ-
te ſed inuiti, non voluntarij ſed coacti,
ſanctis illis diebus a carnibus abſtinere
videntur? Nullus enim, nullus inq̃ mihi
perſuadet: tales illis diebus ſi impune li
ceret: velle a carnibus abſtinere. Relin-
quant ergo quod inuiti faciunt, & ſicut
a pane illo alieni, de quo in euãgelio le-
gitur. Beatus qui manducabit panem in Lu. xiiij
regno dei, & ſicut a menſa illa extorres, Luce
de qua Chriſtus, vt edatis & bibatis ſu- xxij.
per menſam meam in regno meo, non
amittant interim carnes Porcinas, non
Vaccinas, non quaſlibet alias: ipſa ſexta
feria vel quadrageſima. Totus (vt iam
dixi) & integer annus, in gaudio & epu
lis continuetur: vt meror & tormẽta his
epulonibus: per ſecula perpetuẽtur. Nõ
ſufficiunt iam (vt a quibuſdam noſtris &
fide dignis accepi) prædia Cluniacen-
ſia, menſis & conuiuijs prodigorum no-
ſtrorum: in tantum, vt ſi carnibus & vo-
tis eorum, deuotus miniſter voluerit ſa-
tiſfacere: trans ipſas & prædia neceſſe
ſit vendere. Et o quicunq; es talium cõ-
uiuiorũ carnifex, hoccine eſt, quod mo-
nachum profitens, deo vouiſti? Hoccine
eſt, quod coram abbate tuo & fratribus
promiſiſti? Hæccine eſt regula, ſecundũ
quam te viuere ſpopondiſti? Videam⁹,
videamus, ipſa regula in medium addu
catur: & vtrum profitens quod de carni
bus profitetur teneat: agnoſcatur. Car-
nium (inquit) quadrupedum omnino ab
omnibus abſtineatur comeſtio: præter
omnino debiles & egrotos. Et in alio lo
co. Carnium eſus: infirmis quotiens ex-
pedit offeratur. At vbi meliorati fuerit:
a carnibus more ſolito omnes abſtineãt.
Quid dicis? Monachus ſum. Et o vtinã.
Si ergo monachus es: vbi eſt hoc quod
profeſſus es? Profeſſus es certe obędiẽ-
tiam: ſecũdum Regulam Sancti Benedi
cti. Hæc ſunt autẽ de hoc capitulo: ver-
ba regulæ quę audiſti. Quid igitur prę-
uaricaris? Quid deo mentiris? Quid te
ipſum fallis? Verba tua te condemnant, Lu. xix.
de ore tuo vt ſeruum nequam te iudicãt
cyrographum quod ſcripſiſti: homines
ſeruant, angeli retinẽt, ꝓponẽdum tibi
in die magni iudicij dei; ante tribunal
ſummi & veri iudicis Ieſu Chriſti, pro-
ponendum inq̃ & legendum: ſiue ad vi-
tam, ſiue ad mortem. Et ne tibi recurre- Obiectiõ
re liceat ad id qđ ſoles: vt dicas & hoc
capitulum ſicut & alia quædam a ſan-
ctis quibuſdã patribus certa ratione mu

Solutio. tatum: reſpondeo. Aliter eſt. Si enim de nouicijs ſuſcipiendis, ſi de opere manuũ ſi de veſtibus & quibuſdam ſimilibus: a bonis patribus poſt ſanctum Benedictũ, mutatum eſt: non dubia ſed certa & rationabili cauſa factum eſt. Et cauſa vel ratio, quia bis a me in duabus epiſtolis: olim domino Abbati Clareuallenſi directis, ſtudioſe deſcripta eſt: hic iterare ſuperfluũ iudico. Si adeo ſtudioſus fueris: ibi plene repeties. At huius capituli præuaricatio, qua ratione excuſabitur? Qua cauſa ſoſpes & integris virib⁹ Monachus carnibus vtẽs. reus non eſſe mõſtrabitur? Dic ſi quid habes, & aliqua vera vel veri ſimilis ratio eſt: carnes tibi ſi potes vendica. Non habes, non habes inq̃ vt æſtimo: q̃d dicas. Non habes plane: vnde periurij, neuũ: ne dicã noxam expurges. Obuiat regula: contradicit iuſticia. Et quid dico? Sileat interim regula. Veniat poſt magnũ Benedictum & eius diſcipulum Maurum: ſummus ordinis Monaſtici in gallijs reparator. Præcipu⁹ regulæ reformator Odo.

Nota de Odone.

Odo inq̃ primus Cluniacenſis ordinis pater, qui emortuum iam & pene vbiq; ſepultum Monaſtici propoſiti feruorem reſuſcitare: ſummo conamine aggreſſus eſt: defecerat ſuo tempore Sanct⁹: diminutę erãt veritates a filijs hominum. In cunctis pene Europæ noſtræ finibus: de Monacho præter tonſuram & habitum, nihil. Inſtitit ille diuino operi pene tunc ſolus: & Cluniaci prima iaciens fundamẽta: poſt huc illucq; religionis ſemina, q̃diu aduixit: ſerere nõ ceſſauit. Ille ergo o frater, primus tuus pater: quid de carnium capitulo ſenſit? Quid dixit? Quid ſcripſit? Conſule librum eius: relege verba eius.

Exẽplũ mirabile de monacho comedẽte carnes.

Inuenies inter alia ad terrorem talium, illum ſcripſiſſe: quendam illius corrupti temporis Monachum, quadam die mane ad domum parentum ſuorum veniſſe & vt ſibi refectio pararet: quæſiſſe. Cũq; parentes reſpondiſſent, habere ſe piſces in promptu: indignatus ille ad nomẽ piſcium, fuſtæ quam forte manu tenebat, gallinam prope aſtãtem percuſſit: & dixit. Cur piſces vos habere dicitis? Hæc plane, hæc: hodie mihi piſcis erit. Erubeſcentes illi ad verba impudentis hominis: gallinã a Monacho ad æſum percuſſam feſtinanter præparant, igni admouent, aſſare incipiunt. Cumq; diutius aſſaretur: ille gula inſtigante impatiẽs, & velut actus furia: Gallinam inuadit, offam extrahit, ori inijcit. Quam ſtatim attritam, dum traijcere conatus eſſet: nõ potuit. cum reijcere, nec illud præualuit Accurrunt omnes, conclamant vndiq;, frequentes ictus collo patientis ingeminant, vt mortis eſca reijci poſſet, toto ſtudio & conatu laborãt. Sed nequicq̃. Ita via gutturis obturata, ſpiritu vitali præcluſo: Monachus ille nec confiteri peccata, nec eſcam ſalutarem. hoc eſt corpus Chriſti, obſtante mortifero cibo ſumere præualens: in momento extinctus eſt. Sic tam terribili morte præuentus, horrendũ eſſe icidere i man⁹ dei viuẽtis, pręſẽtes & poſteros docuit: & eſum carnium ad fortes & incolumes Monachos nõ p̄tinere: lucide demonſtrauit. Hæc eſt certe Cluniacẽſis frater, primi & Sancti Patris tui Odonis de carnibus Monachorũ ſententia, hæc doctrina. Sed ne forte dicas, in vno tantum Monacho eũ hoc viſcium condemnare, recole vitæ ipſius hiſtoriam. & q̃to ſtudio monachos Sancti Benedicti ſuper ligerim ſibi commiſſos, a carnibus edendis cohibuerit: ad mentem reuoca. Nam ſic ibi legitur. His præterea diebus cępit eis perſuadere: vt ab eſu carnium recederent, parce viuerent: nihilq; propriũ poſſiderent. Et poſt quędam. At fratres illi, id ipſum cui abrenũciauerant moliebantur mandendo conſumere, cum cęteris quæ pater noſter ſecum detulerat: vt conſumptis omnibus, ſaltem inuitus carnem eis edendam concederet. Qua de re: indeſinenter expetebant piſces. Econtra pius pater cuncta illis impendebat competentia: vt ab vno eos cohiberet. A quo vno? A carne vtiq; edenda: hæc eſt, inq̃ vt dixi, ſi Cluniacenſis es: doctrina patris tui: hoc ei⁹ exẽplũ, hoc ei⁹ præceptũ. Aut ergo nega eum patrẽ tuum, & comede carnes tuas: aut confitere, & abſtine a carnibus non

tuis. Dico eas non tuas: ſi Monachus & ſanus es. Et quid dico, ſi Monachus & ſanus es? Plus aliquid dicam. Vide quantum condemnari debeat eſus carniũ in Monachis: cum ſeueriſſime a deo condẽnatus fuerit, etiam in iudeis. Dicebãt illi. Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? Anima noſtra arida eſt. Nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri: niſi man. Et qd poſt? Irat⁹ eſt: ait ſcriptura ſancta. furor domini valde. Sed & moyſi intollerabilis res viſa eſt. Quod ſi deus iratus eſt, ſi moyſi intolleralis res viſa eſt: quia deſiderabat carnẽ Iudeus: nunquid deo placere poteſt, nunquid res tollerabilis eſt: quando contra votum ſuũ comedit carnem Monachus? Sed audi formidabile iudicium dei. Licet de⁹ ea de cauſa iratus fuerit, licet murmur illud moyſi itolerabile viſum fuerit: ſatis factum eſt tamen iudaicæ concupiſcentiæ: vt adepti quod male cupierant punirentur, & implerentur in eis tormenta illa ſententia, qua dicitur. Dimiſi eos ſecundũ deſideria cordis ſui: ibunt in adinuentionibus ſuis. Sic plane, ſic factum eſt. Concupierunt concupiſcentiam in deſerto: & tentauerunt deum in inaquoſo. Et dedit eis petitionem ipſorum: & miſit ſaturitatem in animas eorum. Nam ſi eis dictum eſt. Sanctificamini: cras comedetis carnes. Ego enim ait de⁹: audiui vos dicere. Quis dabit nobis eſcas carniũ? Bene nobis erat in Egypto. Vt det vobis dñs carnes & comedatis: non vno die nec duobus, vel quinq; aut decem, nec viginti quidem: ſed vſq; ad menſem dierum, donec exeat per nares veſtras: & vertatur in nauſeam: eo quod repuleritis dominum: qui in medio noſtri eſt. Ecce impletum eſt quod concupierant. Comederũt: & perierunt. Audi moyſen. Adhuc carnes erãt in dentibus eorum, nec defecerat cibus huiuſmodi: & ecce furor domini concitatus in populum, pcuſſit eũ plaga magna nimis: Vocatuſq; eſt locus ille: ſepulchra concupiſcentiæ. Ibi em̃ ſepelierunt populum: qui deſiderauerat carnes. Audi & Dauid. Adhuc æſcæ eorum erant in ore ipſorum: & ira dei aſcẽdit ſuper eos. Et occidit pigues eorum: & electos Iſrael impediuit. Quid euidentius? Quid terribilius? Audi coruine Monache: nec iraſcaris quia te ſic nomino. In quo enim differs a coruo: in quo a Vulture, in quo ab Vrſo, in quo a Lupo? Inhiãt volucres illæ aut feræ ſanguineis dapibus: nec dies a diebus, nec horas ab horis: inueſcendo diſcernunt. Sic, vt video, & tu: qui vt ſupra ſcripſi: nullum tempus, nullam diem, niſi quando vi cogeris: a tali eſu vacare permittis. Audi, aduerte, intellige: iudeos in quos tam dire vltus eſt deus carniũ concupiſcentiam: nequaquã prius vouiſſe deo; carnium abſtinentiam, Qui licet nihil deo tale vouerint, nihil promiſerint: tamen quia concupierunt, quia murmurauerunt, quia comederunt: ira dei aſcẽdit ſuper eos, electi Iſrael impediti ſunt, innumeri interfecti ſũt: in ſepulchris cõcupiſcentiæ, quia carnes concupierant, ſepulti ſunt. At tu qui ob maius meritũ in cœlo reponendum, ne carnem ſanus comederes deo vouiſti: cuius vox pene aſſidue, corã deo propheta reſonat: eiq; audacter promittit, reddam tibi vota mea. Quæ diſtinxerunt labia mea: cum pene quotidie initum cum deo pactum irritum facias: impuuitus euades? Vis, immo exigis tibi reddi: quod tibi promittitur a proximo, & putas a deo non exigi: quod promittitur deo? Tacet quidem nunc: ſed vt ipſe loquitur, nunquid ſemp tacebit? Plane quãdoq; ſicut parturiens loquetur: plane vt ſe habent verba eius, vociferabitur & clamabit: & ſuper inimicos ſuos confortabitur. Exiget quia præuaricatus es, exiget quia mentitus es: nec dimittet aliquid vſq; ad vltimum quadrantem. Terreant ergo te tot iſta, & ſi nondum a facie dei proiect⁹ es: time quod audis, nec vana vel ludicra putes: quia quod nullus vnq̃ mortalium potuit: nec tu vt credo poteris effugere iudicium dei. Hæc verba non ſunt mea: ſed Apoſtoli. immo ipſius qui in Apoſtolo loquit̃ Chriſti. Statue (vt ait Salomon) quando ad menſam accedis, ſtatue inq̃ cultrum in gutture tuo: confi-

Marginalia: Nota. — Numeri xj. — Pſalm̃. lxxvij. — Pſalm̃. lxxvij. — Nota bñ — Pſalm̃. lxv.

cipum chriſtianorum video: per quem
tam bene, tam congrue, tam efficaciter:
ſicut per vos opus hoc tam ſacrum, tam
cœlo & terræ optabile: poſſet impleri.
Nam per gratiam dei, quod non adu=
lans dico: iuxta quod ex præteritis ope
ribus veſtris, & ex verbis multorum cõ
iicio: ad tantum bonum iſtud pficiendũ,
alijs principib⁹ & animo ſagatior, & opi
bus ditior, & virtute exercitatior: & ipſo
inſuper loco propinquior eſtis. Exurge
igitur bone Princeps, quod voce quidẽ
mea, ſed tam meis quam omniũ votis di
co: exurge in adiutoriũ populo dei, Ze=
lare ſicut Machabei legem dei: vlciſcere
tot opprobria, tot iĩurias, tot mortes: tã=
tum tam impie effuſum ſanguinem exer
citus dei. Paratus ſum ego ꝓ iam dicta
pacis cauſa mox vt ſe oportunitas præ=
buerit: imperatorem ſupradictũ adire:
& adhibitis mecũ quos potero: totis vi=
ribus, omni ſtudio: de pace tã deo ama=
bili, inter vos & ipſum reformanda & cõ
firmanda tractare. Reſcribam deo volẽ=
te vobis ſtatim poſt colloquium quod in
uenero: & cũcta vobis literis petefaciã.

Epitema epiſtolæ.

Epiſtola.xix. Clareuallis Abbatis ad dõ
num ab baté. vt dignetur intereſſe conci
lio Carnoti celebrãdo: ꝓ releuatiõe mi=
ſerabilis caſus ac cladis eccl'iç oriẽtalis.

AMantiſſimo patri. P. dei gratia
venerabili Cluniacenſi Abba=
ti. Frater. B. de Claraualle. Sa=
lutem & quas poteſt orationes
in domino. Grauem nimis ac miſerabilẽ
orientalis eccleſiæ gemitum: ad aures
veſtras, immo ad ipſa etiam penetralia
cordis arbitror perueniſſe. Dignũ quip=
pe eſt vt ſecũdũ magnitudinem veſtrã,
magnum exhibeatis eidẽ veſtræ & oĩm
fidelium matri compaſſionis affectũ. prç
ſertim tam vehemẽter afflictæ tam gra=
uiter periclitãti. Dignum inquam, vt tã=
to amplius comẽdat vos. Zelus domus
dei: quanto ampliorem in ea locum ipſo
auctore tenetis. Alioquin ſi duramus vi=
ſcera, ſi obduramus corda, ſi plagã hanc
paruipendimus, nec dolemus ſuper con
tritiõe: vbi noſtra in deum charitas, vbi
dilectio proximorum? Immovero ſi non
ſatagimus quanta poſſumus ſollicitudi=
ne, conſilium aliquod & remedium tan=
tis malis tantiſq; piculis adhibere: quo=
modo nõ igrati eſſe conuincimur ei: qui
abſcondit nos in die malorum in taber=
naculo ſuo. iuſtius perinde & vehemen=
tius puniendi: vtpote tam diuinç gloriæ
q̃ fraternæ ſalutis negligẽtes? Hæc vo=
bis tam fiducialiter q̃ familiariter duxi
mus ſuggerenda: ob gratiam vtiq; qua
noſtram indignitatem excellẽtia veſtra
dignatur. Nã & patres noſtri: Epiſcopi
Franciæ vna cum domino rege & prin=
cipib⁹ tertia dominica poſt paſcha, apd
Carnotum venturi ſunt, & de verbo hoc
tractaturi: vbi vtinam mereamur habe=
re præſentiam veſtram. Quia enim ma=
gnis omnino magnorum virorum con=
ſilijs, hoc verbum conſtat egere: gratum
profecto obſequium præſtabitis deo, ſi
negotium eius a vobis nõ duxeritis alie
num: ſed charitatis veſtræ Zelum pro=
baueritis, in oportunitatibus in tribula=
tione. Noſtis enim pater amãtiſſime, no=
ſtis: quoniam amicus in neceſſitate pro=
batur. Confidimus autem, quod magnũ
huic verbo prouentum pręſentia veſtra
præſtabit: tum pro auctoritate ſanctæ
Cluniacenſis eccleſię, cui deo diſponen
te pręeſtis: tum maxime pro ſapientia &
gratia quam vobis ipſe donauit, ad vti=
litatem vtiq; ꝓximorum, & ſuum ipſius
honorem. Qui vobis etiam nunc inſpira
re dignetur, vt non grauemini venire: &
ſeruis ſuis in nomine ei⁹, & pro zelo ipi⁹
nominis, congregandis: veſtram admo=
dum deſiderabilem conferre præſentiã.

Epitoma epiſtolæ.

❡ Epiſtola. xx. domni abbatis reſpon=
ſiua ad dictum Bernardum, merito qui
dam deflẽdam eſſe dictę Orientalis ec=
cleſię miſeriam ac cladem. ipſum tamẽ
ineuitabilibus cauſis impedientibus, cõ
ſilio Carnoti celebrando intereſſe non
poſſe.

VEnerabili & pręclarę eccleſię dei
lucernæ, totiſq; charitatis brachi
is amplectendo. Domno. B. Abba
ti Clareuallis. Frater Petr⁹ humilis Clu
niacẽſis Abbas Salutem ac ſe totum. Li
teræ quas mihi ſanctitas veſtra miſit, li=

cet earum materiam prius ex parte non ignorarem: mouerunt me: & multum vt dignum erat mouerunt. Quem eñ chriſtianum in Chriſto ſuo aliquam ſpem habentem, fama tam lamentabilis nõ moueret, qua vt ex literis etiã dñi Abbatis Sancti Dionyſij cõperi, iã pene vbiq; diuulgatum eſt, Fratres templi, regem Hieroſolimitanum, ipſam inſuper dominicã ac ſaluatricẽ crucem, in vrbe Antiochena cũ alijs multis obſeſſos: ac niſi manus domini in brachio extento cito ſuccurrat, omnes in breui captiuãdos? Quẽ non moueat: ne forte terra illa ſancta, a iugo impiorum tantis patrum laboribum, tanto Chriſticolarum ſanguine, ante nõ multum temporis eruta: rurſum impijs & blaſphemijs ſubdat? Quẽ non moueat: ſi tam ſalubris peccatorum pœnitentium via. Quæ (vt dignũ eſt credere) innumera peregrinantium milia, a quinquaginta iam annis, inferis abſtulit, cœlo reſtituit: neq̃ ſarracenorũ obice obſtante claudatur? Abſit, abſit inq̃: qđ adeo in Chriſtianos ſuos, in populũ adquiſitionis, cœleſtis ira deſeruiat: vt nouiter inflicto & adhuc calẽti vulneri, tã acre denuo vulnus addat, quod ſui magnitudine iam nõ videatur eſſe purgatorium, ſed peremptoriũ. Nota. Non eſſet vere reputandus inter mẽbra corporis Chriſti: quem ex intimis præcordiorũ viſceribus nõ moueret tantũ periculũ, immo tanta clades populi Chriſtiani. Non dico quem non moueret ad cõpatiẽdũ tãtum, quod oĩbꝰ leue eſt: ſed ad ſubueniẽdum pro viribꝰ: & ad ſubeũdũ etiã quicquid graue eſt. Si eni in corpore humano manus manui, pes pedi, membrũ qđlibet mẽbro cuilibet, ſi lęſum fuerit ſubuenire non diſſimulat: eiuſq; lęſionẽ non alienam ſed propriã reputat: quãtomagis in ſacro corpore Chriſti, quod eſt eiꝰ eccl'ia: toto niſu, tota virtute: frater fratri, proximus ꝓximo: maxime in maioribus periculis, occurrere & ſuccurrere debet? Facit hoc in carne humana, vnꝰ vniuerſa mẽbra viuificans ſpiritus, facit hoc idem in corpore eccleſiæ vnus, qui eius vniuerſa membra viuificat, ſpiritus ſanctus. Non ergo vegetat ſpiritu Chriſti: qui non ſentit vulnera corporis Chriſti. Monſtratur igitur aperte, eſſe tã vos, q̃ quoſdam alios veſtrarũ partiũ viros, de pręcipuis mẽbris corporis eius: quos adeo mouet, quos adeo angit, lęſio corporis eius. Apparet inde maxĩe, verũ eẽ quod dico: quod cũ in vltimo Occidẽte, immo in ipſo pene occidui oceani littore poſitus ſitis: tot interiectis terrarũ ſpatijs, laboranti in oriente Chriſtiano nomini: ſummo quãtoq; poteſtis ſtudio ſuccurrere feſtinatis. Inde eſt, qđ apud Carnotũ: cũ dño rege & alijs patribꝰ eccl'ię, ac regni maioribus, die indicta conuenire decreuiſtis: meq; ſacro illi cõuentui itereſſe rogaſtis. Fateor quod verum eſt, quia & excuſare aduentum meũ erubeſco: & tamen omnino venire nõ poſſum. inter alia enim quæ obſtant in quibꝰ eſt ab ipſo natali domini, fere continuũ corporis mei incommodum: ineuitabili de cauſa anteq̃ aliquid de iſtis ſcirẽ in initio pene quadrageſimæ, eadem die qua cõuentus indictus eſt apud Carnotum: multos ex prioribus noſtris nuncio & literis venire preceperam Cluniacũ. Cauſam ex parte aduentus eorum, dixi ſecreto: venerando viro, domino Abbati de Fontanel: qui mihi literas veſtras attulerat: quã ab ipſo ſi placuerit: audire poteritis. Rogo ergo, & iterum iterumq; rogo, ne hoc egre feratis: vel cogiteris me in corde & corde loqui: quod nõ ſolũ loquẽs vobis caueo: ſed etiã ſemp cauere ſoleo. Nõ eñ tantũ vſq; Carnotũ, hac tanta de cauſa venirem: ſed nec vſq; ad ipſam de qua agitur Hieruſalẽ, ſi neceſſitates cõmiſſę mihi eccl'ię paterentur: ire vllomodo dubitarẽ. Si tamẽ cõtingeret alio tempore cõuentũ aliũ vel i vr̃is vel in nr̃is partibꝰ celebrari: niſi rurſum ineuitabilis cauſa obſtaret, ſciat reuerẽtia veſtra me libentiſſime iturum: & cũ conuentu, & ſine conuentu tantę rei auxiliũ pro viribus præbiturum.

Epitoma epiſtolæ.

❡Epiſtola. xxj. Sugeri abbatis ſancti Dionyſij ad dominũ Abbatem, ſignificatiua miſerabilis calamitatis eccleſię orientalis, & ad concilium Carnoti pro remedio adhibẽdo celebrãdũ: inuitatoria.

AMantiſſimo domino, & Patri venerabili, dei gratia Cluniaceñ. Abbati. P. Sugerus beati Dionyſij Abbatis, deuotas in Chriſto orationes. Amoris & ſeruitij plenitudinem. Orientalis eccleſiæ calamitatem, & dominicę crucis & regis Hieroſolimitani, ac fratrum templi, & alioꝝ fidelium i vrbe Antiochena obſeſſionē: ex literis quæ a partibus illis nuper delatæ ſunt, cognouimus: & ad aures veſtras perueniſſe non ambigim⁹. Inde eſt q̃d archiepiſcopi & epiſcopi, quin etiam dominus rex, & regni optimates & nos ſuper hoc laudũ cõuenimus: & vſq; adeo res proceſſit, quod. xv. dies poſt octabas paſchę Carnoti generaliter conuentum celebrare ſuper hac cauſa: & multarum prouinciarũ archiepiſcopos, ep̃os, abbates cõuocare: & ꝓ domo dei murum nos opponere, tantoq; dolori pœne inconſolabili cõſulte prouidere: & ne fides ab illis ſacratiſſimis locis extermineꝉ, a quibus ad nos deportata eſt: dei misericordia p̄cedente & ſubſequēte: omnimodã operam adhibere diſpoſuimus. Et quia pręſentia veſtra huic tanto operi plurimũ eſſet neceſſaria: ex parte dei cuius eſt cauſa, pro quo & in carcerē & in mortem ire, ſemp parati eſſe debemus: ex archiepiſcopoꝝ & epiſcoporum parte, qui hanc nobis ſubmonitionem iniunxerũt: & ex noſtra, celſitudinem veſtram p̄fato termino & loco, huic tam ęgregio facto intereſſe: & inuitamus & ſubmonemus, & ſuppliciter efflagitamus. Cęterum vt has alias literas domino Lugdunenſi citiſſime dirigatis, ne ex mora occaſionē nõ veniendi habeat: rogamus.

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. xxij. domni abbatis reſponſiua ad eũdem, p̄miſſa lamentatione dicti caſus eccleſiæ oriētalis: pro abſentia ſua a concilio futuro excuſanda, deprecatoria.

VEnerando & precordiali amico noſtro. Domno. S. Sancti Dionyſij abbati. Frater. P. humilis Cluñ. Abbas, ſalutis & p̄ſentis & ęternæ plenitudinem. Doleo & ſupra quã dicere poſſum doleo: quia ſacro cõuentui veſtro, quē apud Carnotum dñs Rex conſilio ſapiētię veſtræ & alioꝝ ſapiētũ indixit: intereſſe nõ valeo Credite intimo amico, credite vera dicēti: qa vere volo, ſed nõ valeo: & qa nõ valeo, doleo. Quis enī nõ doleat ſe nõ iter eſſe tã ſancto collegio, vbi null⁹ propriũ lucrũ, vbi null⁹ quæ ſua ſunt quęret, ſed quæ Ieſu xp̄i? Nõ enim res quęlibet agitur, ſed de illa tractatur: qua maior nulla, immo quæ eſt maxima omniũ. Nõne maxima omnium eſt, ꝓuidere, ſatagere, ne ſanctũ detur canibus: ne loca in quibus ſteterunt pedes operãtis ſalutem in medio terrę, rurſum pedibus iniquorum ꝓteranꝉ: ne regia Hieruſalē: a ꝓphetis, ab apoſtolis, ab ip̄o omniũ ſaluatore dedicata: ne nobilis illa toti⁹ Syrię metropol'. Antiochia, iterum blaphemis & nephandis hominibus ſubijciãtur: ne ipſa ſalutaris crux, iam ab impijs vt diciꝉ obſeſſa, vt olim a Coſrohe capiatur: ne ip̄m ſepulchrum dñi, q̃d hactenus iuxta prophetam. Glorioſum toto in orbe fuerat: fortaſſis vt illi minari ſolent, radicitus auellatur? Huic ergo tam ſancto, tamq; neceſſario tractatui: ad quē humilitatē meã venerande vir, inuitare voluiſti, libentiſſime vt dixi interfuiſſem, ſi vllo modo potuiſſem. Quæ iter hoc meũ impediunt: multa ſunt. Sed inter alia, ſpecialia duo ſunt. Vnum: multiplex incommodũ corporis mei: q̃d a natali domini vſq; ad hoc tēp⁹, pene aſſidue paſſus ſum Aliud: cõuētus magnus priorum, quos, anteq̃ de iſtis quæ mandaſtis aliquid ſcirem: in ipſo fere initio quadrageſimæ: ꝓ conſilio ineuitabilis rei, Cluniacum ea die qua conuentus veſter apud Carnotum indictus eſt, venire preceperam. Suſcipiat ergo ſi placet æquo animo, vnanimis & chariſſima mihi reuerentia veſtra: non fictam ſed veracem excuſationem meã: & apud ſe & apud alios, excuſatam habeat abſentiam meam.

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. xxiij. Heloiſę abbatiſſę ad dõnum abbatem, deprecatoria pro confirmatione Tricenarij ſcdm promiſſa ſibi A Cluñ. cõuentu perſoluēdi poſt mortem, & pro literis abſolutionis magiſtri

Petri Abelardi ſigillatis, ac p̄benda cui
dam Aſtralabio impetranda.

PEtro reuerentiſſimo dño & pa-
tri, ac venerabili abbati Cluñ.
H. humilis dei & ei⁹ ancilla, ſpi
ritum gratiæ ſalutaris. Viſitãte
nos dei mia: dignationis veſtrę nos viſi-
tauit gratia. Gratulamur p̄r benigniſſi
me: & quod ad paruitatẽ noſtrã, magni-
tudo vr̃a: deſcenderit: gloriamur. Eſt ſi
quidẽ veſtra viſitatio: magna magnis q
buſlibet gloriatio. Norunt alij: q̃tum eis
vtilitatis veſtræ cõtulerit p̄ſentia ſubli-
mitatis. Ego certe non dicam enarrare
dictu, ſed nec ipſo valeo comprehẽdere
cogitatu, q̃ vtilis, q̃ iocũdus: veſter mihi
fuerit aduentus. Abbas noſter, dominus
noſter, apud nos anno p̄terito. xvj. kal.
decembris, miſſam celebraſtis: in qua ſpi
ritui ſancto nos cõmendaſtis. In capitu-
lo: diuini nos ſermonis eulogio cibaſtis.
Corpus magiſtri nobis dediſtis: ac bene
ficiũ Cluniacenſe cõceſſiſtis. Mihi quoq;
quã nec ancillæ nomine dignã, ſublimis
humilitas veſtra tam ſcripto q̃ verbo ſo
rorem vocare non dedignata eſt: ſingu-
lare quoddam velut amoris & ſincerita
tis priuilegiũ donaſtis. Tricenarium ſci
licet, qđ mihi defunctę conuentus Cluñ.
perſolueret. Indixiſtis etiam: ꝙ donum
illud ſigillatis cõfirmaretis apicibus. Qđ
itaq; ſorori immo ancillæ cõceſſiſtis, fra-
ter immo dñs impleatis. Placeat etiam
vobis aliud mihi ſigillũ mittere, in quo
magiſtri abſolutio literis apertis conti-
neatur, vt ſepulchro eius ſuſpendatur.
Memineritis & amore dei & noſtri, Aſtra
labij veſtri, vt aliquã ei vel a Pariſienſi,
vel ab alio quolibet epiſcopo p̄bendam
adquiratis. Val. domin⁹ vos cuſtodiat,
& preſentiam veſtram quandoq; nobis
exhibeat.

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. xxiiij. quæ eſt reſcriptum dõ
ni abbatis: ꝙ aduentus eius memoria ſit
adhuc in cordibus ancillarũ dei ĩpreſſa,
gratulatoria: deinde petitionibus dictę
abbatiſſæ in Tricenario & abſolutione
Petri abelardi: ſigillatis: obtemperatiua
cum ſponſione de procuranda pro viri-
bus prębenda Aſtralabio.

VEnerabili & chariſſimæ ſoro-
ri noſtæ, deiq; ancillæ. He. an
cillarum dei ductrici ac magi
ſtræ. Frater. P. humilis Cluñ.
Abbas. Salutis a deo, amoris a nobis in
Chriſto plenitudinẽ. Gauiſus ſum, & hoc
non parum, legens ſanctitatis veſtræ li-
teras: in quibus agnoui aduentum meũ
ad vos non fuiſſe trãſitorium, ex quibus
aduerti, non ſolũ me apud vos fuiſſe: ſed
& a vobis nunq̃ poſtmodum receſſiſſe.
Nõ fuit (vt video) illud hoſpitium meũ:
velut memoria hoſpitis vni⁹ noctis pre-
tereuntis, nec factus ſum aduena & pere
grinus apud vos: ſed ciuis ſanctarum, &
domeſtic⁹ vtinam dei. Sic ſacrę mẽti ve
ſtræ cuncta inhęſerũt, ſic benigno ſpiri-
tui veſtro omnia impreſſa ſunt: quæ in il
lo fugaci ſeu volatico aduẽtu meo dixi:
quę feci, vt nõ dicam ea quæ ſtudioſe a
me tunc dicta ſunt: ſed nec verbũ forte
negligenter prolatum, ad terrã caderet.
Ita notaſtis omnia, ita tenaci memoriæ
ex ſinceritatis affectu diriuatæ cõmen-
daſtis: quaſi magna, quaſi cęleſtia, qua-
ſi ſacroſancta: quaſi ipſius verba vel ope
ra Ieſu Chriſti. Forte mouerũt vos ad il
la ſic retinenda, verba cõmunis regulæ:
hoc eſt tam noſtræ q̃ veſtræ, quæ de ho-
ſpitibus p̄cipit, Chriſtus in eis adoretur:
qui & ſuſcipitur. Forſitan & illa de p̄po
ſitis: licet ego prepoſitus vobis non ſim.
Qui vos audit: me audit. Vtinam hęc mi Luce. x.
hi ſemper gratia detur apud vos: vt mei
memor eſſe dignemini, vt ꝓ me omnipo-
tentis miſericordiã, cum ſacro gregis vo
bis cõmiſſi collegio: deprecemini. Repẽ
do & ego in hoc vobis vicẽ quã poſſum,
quia & longe antequã vos viderẽ, & ma
xime ex quo veſtri noticiã habui: ſingu-
larem vobis in intimis mentis meę receſ
ſibus verę nõ fictæ charitatis locum ſer-
uaui, donum quod de Tricenario vobis
preſens feci: abſens vt voluiſtis, ſcriptũ
& ſigillatum tranſmitto. Mitto etiam ſi-
cut mandaſtis magiſtri Petri abſolutio-
nem: in charta ſimiliter ſcriptam & ſigil
latam. Aſtralabio veſtro, veſtriq; cauſa
noſtro: mox vt facultas data fuerit, in ali
qua nobiliũ eccleſiarum: p̄bendam libẽs
adquirere laborabo. Res tñ difficilis eſt:

quia vt ſepe probaui, ad dandas in eccleſijs ſuis prębendas, varijs obiectis occaſionibus valde ſe difficiles pbere epiſcopi ſolent. Faciam tamen cauſa veſtri quod potero: mox vt potero.

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola prioris maioreui ad dõnum abbatem, pro quibuſdam libris ſui conuentus remittendis, deprecatoria, ac de promiſſione viſitationis eorum non impleta conqueſtoria.

PEtro venerabili & honorãdo dei gratia Cluñ. abbati. Frater. H. pauperum maiorem prior vocatus: cum eiſdem pauperib⁹ ęternam a domino ſalutē. Nouerit veſtrę paternitatis dulcedo, dõnum Petrum Vitianũ duos de libris noſtris habere: gloſulas videlicet continuas ſup Matthęũ: et beati Ioannis euangelium gloſulatũ. Et quia ſatis eos retinuit, p annos ſcilicet viginti circiter: obſecramus humiliter veſtram charitatem, vt digneť ei precipere: quatinus ſine dilatione illos nobis procuret reddere. Memorem noſtri, paternitatem veſtram, diuina gratia incolumem diu cuſtodiat. Sciatis deniq;, quia ſi eſſetis abbas alter quilibet, & nõ tam celebris atq; famoſus: fracti fœderis ac fruſtratæ promiſſionis: quã de viſitatione noſtra, veſtra dignatio multotiēs fecit: aperta fronte quęreremus ſatiſfactionem,

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. xxv. dõni abbatis reſpõſiua, excuſando fruſtratē ſuę viſitationis promiſſionem, deinde pollicendo ſe curaturum pro libris remittendis.

CAriſſimis & magnificę honorandis ſeruis dei, apud maioreui in heremum Chriſto ſeruientibus. Frater. P. humilis. Cluñ. abbas. Salutem cui ſe totos deuouerũt æternã. Cantat deo ppheta: in Pſalmis. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo. Poſſum & ego non mentiēs ſcribere vobis, quod longe dulciora ſunt melle: verba vel literæ veſtræ mihi. Nã ſemper ſupremã arcem pectoris mei vobis. veſtriq; ordinis viris ſeruaui: inſtituta Cartuſienſia vniuerſarum religionum inſtitutionibus ptuli: a primis pene adoleſcentiæ annis, ſincero affectu ſacrũ religionis veſtræ propoſitum colui. Vnde quando vacare potuit, quædã antiquiora veſtri ordinis loca adire frequenter nõ prigritaui, inacceſſibiles pene niuib⁹ & a glacie altiſſimas rupes nõ abhorrui: fratres inter illas montiũ & rupiũ anguſtias omnipotẽti dño ſeruientes, videre, viſitare, atq; cum eis in dño iocundari: dulce habui. Hũc ſaporem, quo cum adhuc teſta rudis eſſem, imbut⁹ ſum: diu & per gratiã dei etiam hucuſq; ſeruaui: nõ quidem vos videndo, qđ vt volui hactenus nõ potui: ſed vos veſtraq; omĩa charitate non ficta diligendo, colẽdo, venerando. Sed de fracto fœdere, ac fruſtrata promiſſiõe: qua vos viſitare multotiēs (vt dicitis) pmiſerã, arguor: & a tantis amicis dure conuenior. Audio quod ſi eſſem abbas alter quilibet, & nõ tam celebris atq; famoſus, aperta frõte de his digna quęreretur ſatiſfactio. Sed ago gratias deo: quia nõ ſum abbas quilibet. ſed tã crebris atq; famoſus: vt nemo veſtrũ audeat me aggredi, nec aperta frõte de fracto fœdere & fruſtrata promiſſione: querere ſatiſfactionē. Si enim nõ tantus, ſed alter quilibet abbas eſſem, certũ eſt, quia impune nõ euaſiſſem. Quis eni aliter credat? Nam a tam veracibus: nõ aliter res q̃ ſermo procederet. Sed tamē vt amicis & hoc intimis ſatiſfaciam, libens maioris nominis faſtum depono: & me abbatibus licet inferioribus, ſi tamē inferiores ſunt compono. Eligite quē vultis de toto orbe minorem: & de me vt de illo, ſi re⁹ eſſet: fracti fœderis pœnas ſumite. Parcius tamen, vt vel parum p parte mea agam, pœna ſumēda eſt: quia mala fide fractum fœdus non eſt. Obſtiterunt multa: quæ fœdus initum, & viſitandi p miſſionē ſeruari non pmiſerunt: negocia infinita, Hyems ſupra ſolitum horrida, corporis multiplex icõmodũ, quo pluſq̃ per dimidium annũ natura laborat: nec adhuc plene hoſtem tam diu ſibi infeſtũ vincere poteſt. Ea de cauſa mitius vt mihi videtur puniẽdus eſt: qui quod dicit, quod promittit, qđ maxime vult: implere nõ poteſt: Habeo inde de re ſimili me-

cum & pro me agentem: magnum Apo=
ſtolum. Voluit ille venire ad Corithios,
vt ſecundã gratiã haberẽt: voluit & per
eos tranſire in Macedoniã. voluit & ite
rum a Macedonia venire ad eos: & ab
eis deduci in Iudeã. Voluit hoc: ſed vt
voluit nõ potuit. Excuſat ipſe ſe ipſum:
& excuſando, nõ tantũ ſe: ſed & me etiã
cõtra vos ſecum excuſat. Nũquid (ait) le
uitate vſus ſum, aut quę cogito ſcdm car
nẽ cogito: vt ſit apud me, eſt, & nõ? Quis
loquitur? Magnus Apſus. Si interroges,
quis magn⁹? Reſpondeo, Nõ eſt interro
gandum. Vbi Apoſtolo magn⁹ additur,
Paul⁹ intelligitur. Hic ergo Apoſtol⁹ &
magn⁹, aſtruit ſe non eſſe leuitate vſum:
ſi aliquãdo dixit eſt: aliquãdo dixit nõ.
Intellexit eni ſemper quidẽ ſeruandam
eſſe veritatem verboꝝ: ſed non idcirco
minus eſſe verba veracia, ſi ea mutari
cogeret multiplex varietas diuerſarum
cauſarũ. Quod & indicant verba ſequẽ=
tia. Fidelis autem deus: quia ſermo no=
ſter qui fit apud vos, nõ eſt in illo, eſt, &
non: ſed eſt, in illo eſt. Quod nullatenus
veritate ſalua dicere poſſet: ſi verba ſim
plici ex corde ꝓlata, abſq; falſitatis no=
ta: rerum neceſſitate cogẽte, mutari non
poſſe videret. Verũ ęſt ergo quod dixi,
veniam ad vos: ſed certa & rationabilis
cauſa me impediuit, vt nõ venirem ad
vos. Hac ergo de cauſa non fuit in ore
meo, eſt: & nõ: ſed fuit in illo, eſt. Excuſa
tum ergo me eſſe arbitror, & niſi plus ni=
mio duri exactores eſſe velitis: ſatiſfeciſ
ſe me ęſtimo. De libris a fratre Petro Vi
uiano diu & pręter voluntatẽ veſtrã (vt
in literis veſtris legimus) retentis: reſcri
bo, qđ ſi deus ꝑmiſerit, hominẽ cõueniã:
& prout officij mei ratio poſtulat, vt iu=
ſtum fuerit: veſtra vobis reſtitui faciam.
De reliquo, vos deo cui ſeruitis; me au=
tem noſtroſq; ipſi, vobiſq; commendo.
Quod tardius vobis ſcripſi: nolite impu
tare negligẽtiæ meę, quæ in caſu iſto nõ
eſt, ſed imputate infinitæ importunitati
cauſarum: q̃ fere ſemp mihi moleſta eſt.
Hęc ſi ſaltem breui tẽporis ſpacio, ne di=
cam momẽto, me mihi vacare ꝑmiſiſſet,
iam oculus veſter ante duos aut tres mẽ
ſes: epiſtolam meam vidiſſet.

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. xxvj. ad Papam Eugenium,
excuſatoria de cõmiſſione iãdiu ſibi im
poſita non impleta, ꝙ ei antea cõicata
non fuiſſet accuſatoria, iſuper Claromõ=
tenſis epiſcopi de neglecta ſui gregis pa
ſtorali cura.

SVmmo Pontifici & noſtro ſpeci
ali patri Domino Papę Eugeñ.
Frater. P. humilis Cluñ. abbas:
deuotã obedientiã, cum filiali
amore. Quoniã apoſtolica mandata ne
gligenter ſuſcipere vel exequi, pene cri=
men iudico: idcirco de quibuſdam iam
altero vt compari anno, mihi a paterni=
tate veſtra ſcriptis & iniunctis, quia nec
dum ea exequutus ſum: me hac epiſtola
apud patrem excuſare ſuſcepi. Nec mire
tur ſapiẽtia veſtra tamdiu me vobis in=
de ſcribere diſtuliſſe: quia pene ſimul &
rei cognitionem accepi, & ſtilum ad ſcri
bendum aptaui. Quã ſi prius agnoſcere
licuiſſet: qđ nunc facere cœpit man⁹ exe
qui nõ diſtuliſſet. Scripſit ante annum re
uerentia veſtra domno Lemouicẽſi epi=
ſcopo & mihi: vt in exẽplari literaꝝ apo
ſtolicarum, a quibuſdam Briuacenſibus
clericis mihi oblato legi, quatinus Cla=
romontenſem epiſcopũ, cum ſocio iã di=
cto, die locoq; cõgruo euocatum conue=
nirem: & vt militẽ quẽdam quẽ pene per
biẽnium captum tenuerat redderet: pre
ciperẽ: & queſtionẽ quę de caſtello Al=
ſone inter quoſdã nobiles verſabať: ve=
ſtra fult⁹ auctoritate terminarem. Addi=
ta ſunt quædam alia de ep̃o: quæ nobis
audienda, non diffinienda cõmiſſa ſunt.
Literas illas clerici ab vrbe detulerũt:
nec mihi ſed eidem Claromontenſi ep̃o
reddiderunt. Vt autem ipſi mihi teſtati
ſunt: hoc ea neceſſitate fecerũt, quia ca=
ptiuũ ſuũ qui frater vni⁹ ex ipſis erat: ali
ter ab ep̃o recipere nequiuerũt. Qui ſta=
tim vt eas habuit: nobis vſq; ad hãc diẽ
inuiſibiles fecit. Ea cauſa eſt: qua a me
apoſtolica p̃cepta impleta nõ ſunt. Non
eni accepta implere neglexi: ſed non ac
cepta implere non potui. Idem & de Le=
mouicẽſi ep̃o non quidem ſcio: ſed ſcire
me eſtimo. Quẽ ergo hęc culpa reſpiciat
qua clarum eſt: dicere meñ non eſt. Di=

eam tamẽ ſequẽtia, quæ idcirco tacẽda non ſunt: quia non vni, duob⁹, aut trib⁹: ſed multis populis noxia ſunt. Aruernã olim tam ſpacio terrarum, quã multitudine populorum, teſte Cęſare & quibuſdam alijs hiſtoricis: regnũ iuxta regnorum antiquorum quantitatẽ fuiſſe, multis & ſi non omnib⁹ notum eſt. Huius tota pene cura: deficiẽtibus regib⁹ comitibus, magis Chriſtianũ populũ infeſtantibus q̃ defendentibus: ad iuſtũ & lene regimẽ eccleſiæ, iam a longo tẽpore cõuerſa eſt. Huic ſoli deficientib⁹ (vt dixi) pricipibus vel infeſtis, hucuſq; innixa eſt: ſub hac ſe tutam ac ſecuram manſiſſe gauiſa eſt. Epiſcopi eni qui ante iſtum terræ illi iure eccleſiaſtico principati ſunt: & qđ ſuum erat iuxta ſibi datam gratiã impleuerunt, & qđ regum vel principũ fuerat in defendẽdo eccleſiam, iuxta qđ licuit ſuppleuerunt. At nunc p viginti fere annos populus ille dei tãtus, tam numeroſus, iuxta ſcripturę ſanctæ, verbum de iudęis olim dictum. Manſit ſine rege, ſine principe, & qđ ſolum ei ſupererat: ſine lege, quod peius eſt, & ſacerdote. Quomodo enim ſacerdos dici poteſt, qui exceptis ſacramentis pontificalib⁹, de pontificis officio ex quo epiſcopari cœpit: pene nihil impleuit? Vbi enim eius erga gregem cõmiſſum vigil cuſtodia? Vbi paſtoralis ſollicitudo? Vbi pereuntiũ & quotidie ad inferos ſub eius cõſpectu deſcendentium miſeratio? Impugnat aſſidue alter alterum: acuunt pene vniuerſi in mutuam cedem, gladios: conſpirat frater in fratris interitum: caſtrorꝫ dñi, inferioris nominis milites, burgenſes, ruſtici populi, laicorũ omne gen⁹: de illo clamant: qđ propheta dei olim peſſimo regi Iſrael locut⁹ eſt. Vidi vniuerſũ iſrael diſperſum in mõtibus: quaſi oues non habentes paſtorem. Si ab eo de maleſactorib⁹ iuſticia eccliaſtica exigitur: aut negatur, aut vendit. Sed hoc primo tempore. Iam eni nõ negatur: quia nec quęritur. Tanta mutari poſſe in hominẽ melius, ſubditis deſperatio facta eſt: vt cum innumeris erũnis vniuerſi laborent, totaq; dioceſis ei⁹ malis infinitis exuberet: non ſit iam fere qui de tantorũ hoim

Contra Nicolaũ epm.

numero, ei⁹ curiam adeat: ſuas apud eũ querelas deponat, conſilium q̃rat, iudicium vel iuſticiam exigat: quorum oim nihil penes ipſum inuenire ſe poſſe non dubitat. Manet ocioſus iter negocia infinita: videnſq; nõ lupum tantum, ſed lupos inumeros: in ſibi cõmiſſas oues irruentes. Fugit vt magnus Gregorius ait. Grego. Non mutando locum, ſed ſubtrahendo ſolatium. Fugit, & eo fugiẽte: lupi rapiũt & diſpergũt oues. Sed fortaſſis laicos negligit, & vt remotiores ab ordine vel ꝓpoſito ſuo: contẽnit. Fortaſſe illis contẽtis monachorum vel clericorum curam quib⁹ profeſſione propinquior eſt: ſibi aſſumpſit. Sed o vtinã quantũ ad ipm: clerici vel monachi laicis pares eſſent. Sed prorſus nõ ſunt. Nam cum effectum auxiliũ vniuerſis æqualiter neget: affectũ tamen quantũ ex his quæ in eo videntur, aut ab eo audiuntur: longe maiorem laicis, q̃ clericis aut monachis exhibet. Redeũt illi ab eo contẽti ad ſeipſos: & quia gladium ſpiritus, qđ eſt verbum dei in ipſo alligatum cernunt, cõuertuntur ad gladios proprios: & qđ ille ſermone pacare poſſet: hij multo effuſo ſanguine pacare non poſſunt. Habẽt tamen aliquid conſilij: quãdo (vt dixi) deſerti a ſuo epiſcopo ſeipſos vi armata ipſi tuẽtur. Sed quid clericis conſilij? Quid monachis remedij? Carẽt vere ſub tali epiſcopo, nõ tantũ diuino: ſed & humano auxilio. Diuino: quia ſpirituali gladio nõ defendũtur. Humano: quia ſecularis gladi⁹, quo ipſi vti non poſſunt, eos defendere neq̃t, nec quiſq̃ principum eũ ad ipſos defenſandos ſibi aſſumit. Mutata eſt iã ex parte a longo tempore: ſed nunc noſtris diebus ex toto, aplica ſentẽtia, quã de rege vel principe Paul⁹ profert. Non eni ſine Ro. xiij. cauſa gladium portat. Quid ergo faciet clericalis vel monaſtic⁹ ordo: maxime in terra illa, quantũ ad hoc miſera: vbi nec eccleſiaſtica cenſura protegit, nec ſeculari gladio defenſat? Taceo grauiora, taceo peremptoria: quæ a multis (vt mihi videtur) fidedignis ante mltos annos audio: & frequẽter a referẽtibus audire nõ ceſſo. Quorũ quia teſtis eſſe nequeo: relator eſſe nolo. Audiet (vt credo) illa

ſuo tēpore veſtra ſublimitas, ab illis qui ea nobis referunt: & qui coram vobis teſtificari poterunt. De cetero ſi placet: excellentiæ veſtræ p̄ſentium latorem cōmendamus: clericum nobilem, & inquātum ſcire poſſumꝰ, honeſtum. Habet enī cauſam, aduerſus eūdem epiſcopū. Quę ſi iuſta fuerit, licet non ſit neceſſaria deprecatio noſtra: rogamus tamē, vt ei ſubueniat clementia veſtra.

Epitoma Epiſtolæ.

¶Epiſtola. xxvij. Ad Ebrardū tēpli domini magiſtrum, poſt ſingularis amoris erga dictum Ebrardum/ ac templarios explicationem: pro Hūberto quodā nobili deprecatoria, vt ſi quid aduerſus eū querelę habet, ſopiatur: & pro tēpore ad terram Matiſceñ. Cluñ. & Cluniaco vicinam ab oppreſſoribus defendēdam: relinquat.

VEnerando viro, mihiq; valde Chariſſimo Domino. E. magiſtro templi dei, qđ in Hieroſolimis ē. Frater. P. hūilis Cluñ. abbas. Salutis & dilectiōis quicquid poteſt. Quod perſonā veſtram & ſacrā ſacri templi vobis a deo cōmiſſam militiam: inter omnes religionis ꝓfeſſores, quodā proprio ac ſingulari affectu ſemp dilexerim, ſemper veneratus ſim: noui ego, nouit teſtis & cōſcius meus in excelſo, nouerunt multi veſtrorum, noſtis vt credo: nec dubito qđ noſtis & ipſe. Feci hoc a primordio inſtitutionis veſtræ: quę cum meo tempore exorta fuerit, velut rutilū noui ſyderis iubar mūdo illuxiſſe: & miratus pariter & letatus ſum. Nec mirum hoc. Quis enim aliquā ſpem æternæ ſalutis habentium, nō letet: quis non totis animi precordijs exultet in deo ſalutari ſuo: militiam regis æterni, exercitum domini ſabaoth, ad debellādum pricipem mundi, ad expugnādos inimicos crucis Chriſti, ex diuerſis orbis partibus cōgregatum: ad noua ꝑlia velut e caſtris cœleſtibꝰ ꝓceſſiſſe? Quis non letetur, quis nō exultet: proceſſiſſe vos non ad ſimplicē, ſed ad duplicē conflictum: in quo & contra ſpirituales nequitias, iuxta Apoſtolum animi virtutibꝰ: & cōtra corporales hoſtes, corporis viribꝰ dimicatis? In quo rum vno: quicquid ſanctoꝝ monachorū vel heremitarū eſt, aſſumpſiſtis: in altero omniū religioſorum propoſitum exceſſiſtis. Militant quidē illi deo: & licet caſtigando corpꝰ ſuum, & in ſeruitutem redigendo, laborent: tamē corpore a mundi tēpeſtatibus, & maxime a belloꝝ tumultibus requieſcunt. At vos vt dictum eſt, & fortem armatum eiſdē eoꝝ artibus ſuperatis: & cōtra illa eiꝰ quæ aperte aduerſus xp̄m producit infernalia caſtra: ſarracenoꝝ dico agmina, pugnando aſſidue nō ceſſatis. Eſtis mōachi virtutibꝰ, milites actibus: illud ſpiritualiter implēdo, iſtud corporaliter exercendo. Expoſuiſtis ꝓ fratribꝰ aīas vitę, corpora morti: fudiſtis iā ſanguinē necdū effuſū: quē quotidie in bellis deo offertis: fūdēdū. Eſtis vere participes illiꝰ ſummæ, & precipuę charitatis, de quo ſaluator. Maiorem hac dilectionē nemo habet: q̄ vt animā ſuam ponat quis ꝓ amicis ſuis. Hęc eſt cauſa qua ſemp (vt ſupra ſcripſi) ſingulariter vos dilexi: qua colui, qua veneratus ſum. Feci hoc hactenꝰ, & faciā per dei gratiā: q̄diu fuerit ſpiritus in naribꝰ meis. Hac fiducia qua ſemp diligens ab eo quem diligit, diligi ſe ſperat: ſpero & ego a vobis me diligi: & ſi quid ſuggeſſero, amicabiliter audiri. Nobilis vir, dñs Humbertꝰ de bello ioco: nup a partibus trāſmarinis veniēs, ad partes noſtras rediit, & cum immēſa exultatione, ab omī illa terra ſuſceptꝰ eſt. Aberam ego quidem tūc, tractꝰ negocijs ad alias partes: ſed rediēs, tantum vbiq; iubilū de eiꝰ aduentu repperi: quātum niſi vidiſſem, vix vnq̄ æſtimare valerem. Gaudebāt clerici, gratulabātur monachi, plaudebāt ruſtici, totuſq; adiacētium nobis eccleſiaꝝ chorus: velut quoddā nouū canticum reſonabat. Ecōuerſo: raptores dolebāt: eccleſiarum peruaſores, monachorū, pauperum, viduarū, orphanoꝝ, atq; ignobilis, nec ſe ſuis viribꝰ defendere p̄ualētis vulgi depredatores, imo oppreſſores gemebāt: ſuæq; nequitiæ obiectum obicē, & ſi nō aperte verbis: cordibꝰ tamen infandiſſimis murmurabāt. Talis eſt enim vt noſſe vos credimꝰ, Cluniaco adiacēs terra veſtra: vt quia ſine rege, ſine duce,

Nota tēpus inſtitutionis tēplariorum.

Ioh. xv.

ſine principe eſt: valde gaudeat: quãdo aliquã pacis materiam inueniſſe ſe ſperat. Hanc quia in iſto & per iſtũ ex plurima parte ſe inueniſſe cõfidit: gaudet vt dixi, & ſpei ſuæ gaudium diſſimulare nõ poteſt. Oſtẽdit iã dictus Hũbert⁹ ex quo venit, non fruſtra id de ſe ſperari: cum & Vicecomitẽ Matiſcẽnſem, terræ noſtræ matutinũ, veſpertinum, atq; nocturnum lupum, ita ſubegit: vt iure quãtũ ad hoc
Iob. xxix. ptinet, cum iuſto Iob dicere poſſit. Conterebam molas iniqui: & de dẽtibus illi⁹ auferebam pdam. Hoc & de multis aliis & cis ligerim, & vltra ligerim poſitis, paruiſſimo hoc eſt ex quo rediit tempore: fecit. Sperat hoc idem de eo veſtra Cluniacus: quę pl⁹ cũctis partiũ noſtrarũ mõaſteriis, vel eccleſiis: eius cõſilio & auxilio eget. Oro ergo, & ſicut intim⁹ veſter (vt noſtis) amic⁹ conſulo: vt ſi quã aduerſus eum de reditu ſuo ad nos querelam habetis: interim ſeponatis, & quia ſapiens & diſcret⁹ vir eſt: ipſum ſibi ſuæq; cõſciẽtiæ iudicio relinquatis. Credo enim quia magis eũ tolerando, q̃ querimoniis irritando: apud eũ proficere poteritis. Noui eni (vt puto) animũ eius: & ex ipſi⁹ familiari colloquutione aduerti, qđ deum timeat: & qđ totum ſi lucrari poſſet mundum, animæ ſuæ ſaluti poſtponat. Relinquite eũ interim miſeræ terræ: & eã eius ope ac defenſione, quibus vltra q̃ dicere poſſim eget: aliquãto ſaltẽ tempore gaudere pmittite. Et hoc militaris officii veſtri proprium, atq; ad hoc arma ſumpſiſtis: vt eccleſiã dei ab infeſtantib⁹ defendatis. Et iuxta prophetã etiam ad literam ex aduerſo aſcendẽtes, murũ vos ꝓ domo iſrael opponatis. Sed forte dicitis. Cõtra Paganos: nõ contra Chriſtianos
Nota de tẽplariis arma ſumpſim⁹. Sed quis magis a vobis vel a veſtris impugnandus eſt, deum neſciens Pagan⁹: aut ipſum verbis cõfitẽs, & factis cõtra eum dimicãs Chriſtian⁹? Quis magis perſequẽdus eſt, ignorãs & blaſphemãs: an agnoſcẽs & impugnãs? At nõ deum impugnant, an non perſequũtur: qui eccleſiã eius, qui populũ emptũ ſanguine eius: abſq; vlla vbi poſſunt vel audẽt: pſonarum, graduũ, dignitatũ exceptione, depdantur, cedunt, verberant, quandoq; etiã quod ſępe cõtingit perimunt? Nõ eſt, non eſt, vere minus defendendus cõſiliis, imo gladiis veſtris, Chriſtianus vim iniuſte patiens a xpiano, quã eſſet defendendus eãdem vim patiens a Pagano. Adquieſcite ergo ſi placet conſiliis & precib⁹ meis: & virum in quo pene ſolo, tota ſpes pacis noſtræ conſiſtit: nobis modo quo dixi dimittite. Experimini vtrum vtile ſit tam ipſi q̃ vobis conſilium meũ, quod nullo modo dicerem, ſi eſſe quolibet modo intelligerem contra deũ. Credo inſup, & hoc valde opto: quod vobiſcum anteq̃ a partibus galliarum recedatis loquar: & tunc meli⁹ verbo q̃ nunc ſcripto, quę de hac re dicenda fuerint: ſupplebo.

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. xxviii. ad Papã Eugenium, pro Humberto nobili viro, qui habitum religioinm Tẽplariorum abſq; auctoritate ſedis apoſtolicę in ſecularẽ cõmutauerat, depcatoria: vt ſi ſalua iuſticia fieri poteſt, tolleretur, & terrę Cluñ. ac conuicinis relinquatur.

SVmmo Pontifici, & noſtro ſpeciali Patri Domino Pape. E. Frater. P. humilis Cluñ. abbas cum deuota obędientia filialem amorẽ. Precor in exordio, vt placide verba mea auris paterna accipiat, & ſi quid forte ex ignorantia ſecus dixero quã oportet: benignitas veſtra quę ſapientibus & inſipientibus debitrix eſt, animo æquo ſupportet. Nobilis vir, domn⁹ Humbertus de bello ioco: nuper a partibus tranſmarinis rediẽs, tanta cum exultatione ab vniuerſa nobis adiacẽte terra ſuſceptus eſt: vt vix hoc credere poſſem, niſi poſt a quodam itinere regreſſus, nã tunc forte abſens eram: ipſe vidiſſem. Gaudebant clerici, letabantur monachi, exultabãt burgenſes, ipſiq; q pda raptorum, immo qui cibus lupoꝝ eſſe ſolebãt: ruſtici, agricolę, pauperes, viduę, orphani, omneſq; vulgi gen⁹: ita vt vix ſe caperent, gratulabant. Econuerſo pauperum depredatores, eccleſiarũ deſtructores, clericorum ac monachoꝝ oppreſſores: & ſi nõ palam, quia nõ audebant: apud ſeipſos gemebant, forteq; obicem

nequitiæ ſuę oppoſitū, pluſq̄ dicere poſ
ſim dolebāt. Eſt eni miſera illa terra no
ſtra, vt nouit ſapiētia veſtra, cunctis pe-
ne terraꝝ partibꝰ in hac parte miſerior,
quod ſine rege, ſine duce, ſine principe,
vel defenſore exiſtens: expoſita eſt fera-
rum dentibꝰ, & vt ſcriptū eſt, qđ ad lite-
ram nunc accipio, oēs beſtię agri ludūt
ibi. Nam ſi qui in ea nomē ducum, comi
tum, vel principum occupant: ita ſe ha-
bent: ac ſi non ad defenſandum, ſed ad
deuorādum populū dei principarentur.
Qui quāto ſunt maiores, tanto peiores:
quanto fortiores, tanto ferociores impo
tentum & pauperum oppreſſores. Eapro
pter gens auida pacis, & ad eā totis ani
mi votis anhelans, aduentum iam dicti
Hūberti: nō aliter q̄ ſibi hac de cauſa a
deo directi: amplexi ſūt. Et ne id fruſtra
ſperaſſe viderenť: ex plurima hoc iā par
te experti ſunt. Nam vt quod verū noui
dn̄o & patri fatear: ita in aduētu ſuo al
teratus apparuit, & in tantū mutatus ab
illo quem noueram, vt quantū ad verba
eius vel facta pertinet, nā cordium ſcru-
tator nō ſum: vere cum antiquo illo dice
re poſſet; non ſum qui fuerā, & nos de ip
ſo illud diuinū, hoc eſt mutatio dexterę
excelſi. Ita in breui quicquid guerrarū
in circuitu noſtro fremebat compeſcuit,
ita militum caſtrenſium diſcordias ſolo
verbo ſedauit: vt eiꝰ maxime timore, &
inter illos pax reformaretur: & eccleſijs
vel pauperibꝰ, eorum tyrānidē formidā-
tibus: ſecuritas redderetť. Iam nihil mer
catores in ſtratis publicis, nihil agricolę
in agris hoſtile metuebant: tota iam pe-
ne terra illa, inter ararim & ligerim poſi
ta: nouo quodā pacis lumine pfuſa: gau-
debat. His tū bonis ei principijs illecta:
longe maiora & meliora ſperabat. Cum
in his oēs letarenť, & pręcipue Cluniacꝰ
veſtra, cuius ſe defenſiōi totam deuoue-
rat, tam pro his quæ videbat, q̄ pro his
quę ſperabat nō minimū exultaret: ecce
ſubito triſtis fama gaudia noſtra turba-
uit, dicēs eum nō cum plena gratia a vo
bis receſſiſſe: atq; habitū religioſū abſq;
veſtra licentia in ſecularē mutaſſe. Mul-
torum quippe relatione pſuaſum nobis
fuerat: hoc tam aſſenſu veſtro quā iudi-
cio ſedis apoſtolicę factum. Quod poſtq̄
non ſic eſſe didicimus: doluimꝰ impedi-
tum pacis bonū, & ſeruauimus erga ip-
ſum: eum quē debuimus modum. Sed at
tende pater, attēde & vide: ſi quomodo
ſalua iuſticia, homo tam vtilis, & quātū
ad opera principe digna: in partibꝰ no-
ſtris pene ſolus: nobis & paci cōmuni re-
ſtitui poſſit. Vt eni quod multi noſtrorū
ſentiūt dicam, ſi de canonicali, ſi de mo-
naſtico, ſi de heremitico, ſi de quolibet
antiquitus inſtituto ordine receſſiſſet:
iure illum ad illicite dimiſſa, cenſura ec
cleſiaſtica redire cōpelleret. At cum non
niſi de militia ad militiam trāſierit: cum
gladium quē contra Sarracenos aſſum-
pſerat, contra falſos Chriſtianos Sarra-
cenis deteriores trāſtulerit; cum ab vxo- Nota hic qꝫ falſi xp̄iani deteriores ſunt ſarracenis.
re ſua (quod maius eſt vt a pluribus & ſi
de dignis accepi, nō legitime receſſerit:
videat ſapientia veſtra, vtrum cogendꝰ
ſit an tolerandus: quouſq; rei veritas lu-
cide declaretur, & tanta de tanto viro
queſtio: iudicio apoſtolico terminetur.
Videat certe & recogitet toti ecclię dei,
prelata prudentia, & diſcretio veſtra:
vtrum perſonæ quę iuxta ſcripturam re
moto altiore ſacramēto, etiā ad literam
de duabus vna caro factę fuerant, ita ab
inuicem ſecerni poſſint vel debeant: vt
vna videatur ſeruire deo, ſub religioſo
habitu: alia ſeruiat mundo, ſub ſeculari
veſtitu, immo (vt clarius loquar) vna vi
uat caſte, altera impudice, vna non iun-
gatur, niſi vni & ſoli deo: altera per innu
mera ſtupra & adulteria, vni & ſoli inte
gre & pfecte proſtituatur diabolo. Inde
eſt: qđ nec nudis (vt audiui) verbis, mu-
lier quę ei iuncta fuerat, ab aliquo audi
ta eſt caſtitatē vouiſſe: quā & ſi ſolis ver
bis vouiſſet: votū tale quid eſſet? Si pla-
ne huiuſmodi vota, aut ex odio, aut ex
leuitate, aut ex intentione liberius pec-
candi facta, viris Chriſtianis, & eoꝝ vxo
ribus paſſim indulta fuerint, videat pa-
ter eccleſię q̄ late pateat perditionis cā
pus: quotq; milia virorū ac mulierum,
auidis faucibus abſopturus ſit hac occa
ſione infernus. Vnde licet vt minus ſa-
piens loquar. Dando ei conſilium a quo
accipere debeo: videretur mihi iuſtum,

videretur canonicum,vt aut ſi vota horũ con
Nota cõſilium. iugum,rei veritate diligenter perſpecta,irrita
eſſe debent:rurſum in inuicem redire cogerẽ
tur:aut ſi ſtare:vterq; deo ſub certo religionis
propoſito ſeruire compelleretur. Alioquin ſal
uato iſto, perdito illo:immo quod verius eſt:
altero alterius cauſa condemnato,illo in ſecu
lo pereunte,altero nec in religioſo propoſito ſe
ſaluare valente:quid proderit vnius conuer
ſio,vbi vtriuſq; certa ſequetur perditio? Quã
do enim honorabile cõnubium & thor⁹ iuxta
Heb.ix. Apoſtolum immaculatus ſeruari poterit:vbi
vnus caſtitati, alter libidini : vnus ſanctitati,
alter impuritati:vnus mundicię,alter nequi
tiæ operam dabit? Quando & illud ſeruabi
j.cor. vij. tur,quod idem Apoſtolus dicit. His autẽ qui
matrimonio iuncti ſunt,pręcipio non ego ſed
dñs:vxorem a viro non recedere : quod ſi re
ceſſerit manere innuptam,aut viro ſuo recon
ciliari:& vir vxorem ne dimittat? Quid dicis
Apoſtole? Quid dicis, precipio non ego,ſed
dominus? Nonne quod tu præcipis,præcipit
j.Cor. dñs? Nonne tu ipſe dixiſti,an experimentum
quęritis eius,qui in me loquitur Chriſtus? Cũ
ergo in te loquatur Chriſtus:nõne quod præci
pis,præcipit & Chriſtus? Verũ eſt inquit,verũ
eſt. Quod Chriſtus dicit,dico & ego:qđ ego di
co,dicit & Chriſtus. Sed ne forte mei tempo
ris rudibus adhuc in fide hominibus, minoris
pręcij mea viderentur verba q̃ Chriſti. Propo
ſui ab ipſo verba eius:quibus magis auctorita
te maioris nominis adquieſcere cogerẽtur,bo
Nota. ni ſed noui auditores ei⁹. Eſt & aliud vnde nõ
tm̃ rudibus,ſed & vniuerſis hęc dicens conſu
lere volui:vt intelligerent rem de qua agitur,
non a me pro velle diſpenſandam:ſed vt a do
mino tradita eſt,cõſeruandam. Sunt eñ quæ
diſpẽſare pro velle, iuxta rationem poſſum⁹:
ſunt & alia,quę nõ vt ſtatuta ſunt:diſpenſati
ue mutare nec poſſum⁹ nec debem⁹. De his q̃
mutare poſſumus :ſunt quę ſubieci. Cęteris
ego dico:non dñs. Si qs frater vxorẽ & habet
infidelẽ:hęc cõſentit habitare cũ eo:nõ dimit
tat illam. Et ſi qua mulier virum habet infi
delem:& hic conſentit habitare cum illa:non
dimittat virum. Et paucis verbis interpoſi
tis. Quod ſi infidelis diſcedit:diſcedat. Non
eſt enim ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror
in eiuſmodi. Quod ſi in huiuſmodi non eſt
ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror : liberum
eſt Chriſtiano Paganam vxorẽ:aut Chriſtia
næ vxori Paganum virum dimittere. Libe
rum eſt plane his, & cohabitare ſi voluerint:
& abinuicẽ recedere ſi voluerint. Idcirco quia
iſta diſpenſari poſſunt:hæc ego dico,non do
minus. Sed dominus non ego præcipit:vbi
vterq; fidelis,ſcilicet Chriſtianus eſt:vxorem
a viro non diſcedere:nec virũ vxorem dimit
tere. Hic plane,hic inquit Apoſtolus,diſpen
ſatio admittenda nõ eſt. Nimium pręſumpſi
& profuſius q̃ debui loquẽdo,& velut patrem
ac magiſtrum docẽdo. Sed nõ doceo patrem
filius:non doceo magiſtrum diſcipulus. Abſit
a me tanta præſumptio. Non doceo doctorẽ,
non inſtruo magiſtrum: ſed oro,precor,ſup
plico,vt veſtra apoſtolica quæ omnibus inui
gilat ſollicitudo:nobilis viri ſaluti: quem val
de præmiſſis de cauſis periclitari timeo,pro
uideat : & ſi (vt ſupradixi) ſalua iuſtitia fie
ri poteſt:terræ noſtrę cui longe magis q̃ tranſ
marinę neceſſarius eſt:benigne illum dimit
tat. Ibi enim pro vno & ſolo,apud nos autem
pro decem millibus computabitur.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XXIX. ad eundem Eugenium,
poſt explicationem cuiuſdam nephandi ſce
leris:& violentię cuidam clerico factę:vt cau
ſam eiuſdem clerici aſſumat,cõdignaq; vltio
ne,patratum ſcelus vindicet ac expiet:ſuppli
catoria.

SVMMO pontifici & noſtro ſpe
ciali patri domino Papæ Euge
nio,Frater Petrus humilis Clu
niacenſium Abbas:debitã cum
filiali amore obedientiam. Mul
ta ſępe audit,a multis prelata orbi terrarum,
veſtra apoſtolica ſollicitudo:q̃ qñq; bona ſunt.
qñq; mala, qñq; optima : qñq; peſſima. Sed
nũc in partib⁹ noſtris tale quid cõtigit:de quo
vere illud ſcripturę dicere poſſum⁹. Nunq̃ ſic Iudi.xix.
apparuit in Iſrael. Briuatenſis Eccleſia , iuri
apoſtolico,nullo alio Epiſcopo mediãte ſubie
cta:iuxta proprię inſtitutionis morẽ,magna
& nobilis diu ꝑmanſit:ſed ab aliquãto tpe,ab
antiquo & bono ꝑpoſito degenerãs:dictũ etiã
ſibi a Propheta fateť. Argẽtũ tuũ verſum eſt Eſa.j.
in ſcoriã:vinũ tuũ mixtũ eſt aqua. Pluria ſunt
quę oſtẽderent verũ eſſe qđ dico:niſi plus ni
mio,vobis longus eſſe timerẽ. Hoc tñ breuiter
dico,nephariũ opus qđ nuꝑ in illa Eccleſia cõ
tigit,vix niſi merito maiorũ ꝓcedẽtiũ accidere
potuiſſe:vt iuxta Ioãnis Apl̃i reuelationẽ:qui Apo.xxij
in ſordib⁹ eſt ſordeſcat adhuc. Sed iã rẽ ipſam
pater audiat : Aureũ Eccleſię philacteriũ, fur
neſcitur quis:nuper furatus eſt. Auditum eſt a
clericis, Cunq; olim ciuitas plena iudicij,ordi

ne iudiciario & canonico rem inquirere, exa-
minare, ac cenſura eccleſiaſtica terminare de-
buiſſet: poſthabito deo, abiecta fide, ſpreta
non ſolum canonicali quod nomen eis tm̄ ſu-
pereſt, verum etiam chriſtiana religione, ac
iiij. Re. i. ſi non eſſet deus in Iſrael: miſerunt ad conſu-
lēdum Beelzebub, deum Acharon. Qui qua-
liter ab eis conſultus ſit, qualiter eis reſponde-
rit: a præſentium latore vel ab eius ſocijs ple-
nius audietis. Nec enim vt ex auditis collegi,
minus fuit Magum illum a quo ea ſe audiſſe
dixerunt conſulere, q̄ Moloch Moabitarum
dæmoni ſacrificare. A quo reſponſo accepto,
impoſuerunt præſentium latori commiſſum
ſacrilegiū. Negauit ille: nec ſcelus admiſiſſe,
vel in aliquo eſſe conſcium: conſtanter & vt
credo, veraciter proteſtatus eſt. Addidit para-
tum ſe eſſe, die ab eis cōſtituta eccleſiaſticum
iudicium ſubire: & quicquid inde diſcernerēt
exequi. Et ne de his quæ ſe facturum ſponde-
bat vel in modico dubitare poſſet: ſe ipſum
vſquequo cuncta perficeret eis in obſidatum
dedit: pecuniam ſuam reſq; omnes ſacramē-
to eis obligauit: ſatiſdationes etiam tam pa-
rentum ſuorum q̄ multorum amicorum ſupradi-
ctis adiunxit. Indicta eſt cauſæ agendæ vige-
ſima dies. Præceptum eſt, vt ad diem illam
ſic præparatus veniret: quatinus ignis præiu-
dicio nō iudicio: ſe ſi poſſet ab obiecto crimie
expurgaret. Adiunctum eſt ab eiſdem, ſcire ſe
quidem quod imperabant, non eſſe canoni-
cum: ſed canonicorum conuentum nullo ei
modo alio crediturum. Ventum eſt ad diem.
Rogus maximus extructus eſt, per cuius me-
dium pedes traſiret: probaturus ſuam ſuper
obiecto crimine innocentiam, ſi tamen inta-
ctus euaderet. Compulſus ille tam vehemen-
ti peruerſorum ne dicam impiorum hominū
violentia: quod cogebant conceſſit, atq; ſe per
ignem traſiturum: conſtantia reſumpta pro-
miſit. Rogauit hoc ſolum: vt virtus & iuſtitia
omnipotentis dei, exorciſmi more ſuper py-
ram illam flammeam inuocaretur: & vt ali-
quando factum audierat, in nomine ipſius
benediceretur. Quod optimi & pij iudices:
prorſus negarunt. Perſtat adhuc ille, & etiam
per non benedictum ignem: conſcientiæ (vt
arbitror) teſtimonio confiſus, tranſiturum ſe
ſpondet. Quod verentes illi, ne forte opere
quod dicebat impleret: miſſis miniſtris ignē
iam paratum deſtruunt: ac nequitia inaudi-
ta, nec modo quem ipſi propoſuerant: eum
purgari permittunt. Inuadunt ſtatim omnia
eius: & ac ſi re iuſtiſſime iudicata, reoq; clare
conuicto, nihil eis prorſus de rebus quas ipſis
(vt ſupradictum eſt) obligauerat: derelinquūt.
Quid faceret tot, tantis, tam inauditis vio-
lentijs oppreſſus homo? Nihil illi iam reli-
qui erat. Vnum quod habuit, vnum quod
potuit: fecit. Ad illud vnum præcipuum &
ſingulare oppreſſorum præſidium confugit:
illud vnum & vltimum miſerorum aſilum, Eſa. iiij.
apoſtolicum dico auxilium, elegit: tabernacu-
lum ſcilicet quod eſt in vmbraculum diei ab
æſtu: & in ſecuritatem, & in abſconſionem a
turbine & a pluuia. Iſta pater in vobis & de
vobis ſperans, vbi præſenſit ad rapinam bo-
norum ſuorum falſos immo nullos iudices
inhiare: terminum vel obicem appoſtolicæ
appellationis interpoſuit: quam vt putabat
non liceret eis tranſgredi. Sperabat enim
eos non auſuros quod auſi ſunt: non dictu-
ros quod dixerunt, non facturos quod fece-
runt. Sed fruſtra hoc ſperauit, quia ſpes eius
fruſtrata eſt eum. Quos enim mitiores futu-
ros inde ſperauerat: longe ferociores inue-
nit. Nam poſt factam appellationem, tota
illa rerum ipſius rapina ab eis facta eſt: quæ
ſupra a me conſcripta eſt. Addita eſt inſu-
per verborum contumelia: quæ apud impe-
ratores ſeculi reos maieſtatis faceret: & pœ-
na ad minus capitali puniret. Sed quāuis Ec-
cleſia non habeat imperatoris gladium: ha-
bet tamen ſuper quoſlibet minores: ſed &
ſuper ipſos imperatores imperium. Vnde ei
ſub figura prophetici nominis dicitur. Con- Hiere. j.
ſtitui te ſuper gentes & regna: vt euellas &
deſtruas, & diſperdas & diſſipes: & ædifi-
ces & plantes. Qua de re ſi non poteſt occi-
dere: poteſt euellere. Si non poteſt occide-
re: poteſt deſtruere. Dixit plane (vt audiui)
Briuacenſis Abbas, appellanti clerico. Quid
appellas? Quid nobis Papam opponis? Tan-
tis Papa implicitus eſt, tantis inuolutus ne-
gocijs trans Rhodanum: quod nunq̄ coge-
mur reſpondere ei cis Rhodanum. Hæc pa-
ter omnia vt ſcripſi, accepi: a talibus tamen,
quorū religioni, maturitati, veritati: credere
cōpulſus ſum. Fortaſſis & vos ſi illos audiretis
& agnoſceretis: crederetis qd̄ credidi: diceretis
quod dixi. Vt ergo iā & meis verbis & veſtris
auribus vt dignum eſt parcam: oro, obſecro,
ſupplico: vt cauſam pauperis ſed prudentis &
in pluribus vtilis, vt me agnouiſſe exiſtimo, cle-
rici, vobis aſſumatis: & contra potentes & vio-
lentos aduerſarios defendatis. Noſtis enim,

Pſalmo. lxxxviij. q; ſedes veſtra ſedes eſt illius, cui dicitur. Iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ. Et cui
ps. xlvij. rurſum. Iuſtitia plena eſt dextera tua. Et de
ps. cxlv. quo iterum. Qui facit iudicium iniuriam patientibus. Q; ſi alteri q̃ vobis loquerer, adde
Eſaię. j. rem illud Eſaiæ. Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduã, & venite & arguite me: dicit dominus. Quæ vniuerſa congruo effectui religio & ſapientia veſtra mancipabit: ſi præpoſito, qui maioris in Eccleſia illa nominis eſt: ſi Abbati, ſi Odiloni de Magone, ſi Ioanni de Cornone, ſi tandem & illis, qui tanti ſacrilegij immo Idolatrię participes fuerunt: auctoritas veſtra præceperit: vt clerico ablata omnia in integrum reſtituant: & poſt reſtitutionem, ſuper tam nephanda quæ eis obijciuntur: die data, quod iuſtum fuerit facturi & exequuturi: præſentiam ſuam vobis exhibeant. Hoc enim ſuper omnia & clericus rogat, & nos precamur: ne alicui præter vos iudici, cauſam iſtam terminãdam committatis. Quod cum factum fuerit, cum res ſub iudicio maieſtatis veſtræ conſtiterit: recordamini quid Helias prophano regi dæmonem cõſulenti & ægrotanti: dixerit. Quia
iiij. Re. i. hoc feciſti, de lectulo ſuper quem aſcendiſti non deſcendes: ſed morte morieris. Quare hoc vltimum adiunxerim: intelligit ſapientia veſtra.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XXX. ad Bernardum Abbatem Clarę uallis: vt, quia non datur ſæpe frui præſentia eius deſiderabili, ſaltem ſuum religioſum Nicolaum mittat optatoria.

FORTI ac ſplendidę monaſtici ordinis, immo toti' Eccleſię dei columnę, domino Bernardo Clarę uallis Abbati: Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas, ſalutẽ quam repromiſit deus diligentibus ſe. Si liceret, ſi dei diſpoſitio non obſtaret, ſi in hominis poteſtate eſſet via eius: maluiſſem chariſſime beatitudini tuæ nexu indiſſolubili adhærere: q̃ vel principari inter mortales alicubi, vel regnare. Quid enim? Nonne regnis omnibus terrenis præferri a me deberet: grata non ſolum hominibus, ſed & angelis ipſis cohabitatio tua? Conciuem te illorum ſi dixero, licet nondum ſpes in rem tranſierit: per miſericordis dei gratiam mendax non ero. Si plane mihi datum fuiſſet, vſq; ad vltimũ ſpiritum tecum hic eſſe: daretur fortaſſis poſt hac, vbi & eſſes etiam perpetuo eſſe. Quo eẽ currerem niſi poſt te: tractus odore vnguentorum tuorum a te? Quod quia ſemper non datur: vtinam vel ſæpe daretur. Et quia nec illud eſt: vtinam ſaltem frequenter videam miſſos a te. Et hoc quia raro contingit: volo, vt vel in proximo ſanctitas tua amantem ſe per ſuum Nicolaum vſq; ad octauas domini mecum manſurum viſitet: in quo veſter (vt mihi videtur, ex parte: & meus ex toto ſpiritus requieſcit. Videbo te ſancte frater in illo, audiam te per illum: & quædam quæ ſecreto nota fieri volo ſapientiæ tuæ, mandabo per ipſum. Sanctæ animæ tuæ, ſanctiſq; ſub regimine tuo omnipotenti domino ſeruientib', me noſtroſq; quantis poſſum viribus: quanta poſſum deuotione: commendo.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XXXI. ad Nicolaum monachũ, vt ad Cluniacum veniat, petitoria.

NICOLAO ſuo, Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas, ſalutem & ſe. Si meus es vt dico, ſi opinio mea non me fallit: licet homo ſub poteſtate ſis: mando tamen & omnino volo vt venias. Diſtuli diu mandare hoc, cũ id tamen in animo fixum haberem: non quia diſſimulabam, ſed quia tempus congruum expectabam. Sum enim ſemper (vt noſti) inſtabilis etiam in ſtatu: ignorans q̃diu quolibet in loco mãſur', qñ vel quo inde ſim receſſurus. Vñ quia ſaltẽ nũc quodã corporę infortunio, Cluniaci vſq; ad Chriſtũ natũ manere cogor: veni nec diſſimiles, q̃a fortaſſe ſi differres: me ibidẽ vſq; ad terminum neſcio quẽ, inuenire nõ poſſes. Qua de cauſa tm̃ iniſtem, cum veneris exponã. Dño Abbati tuo alijs literis vt te mihi dirigat: nil rogas, velut pro imperio mandaui. Hiſtoriam magni Alexãdri, Auguſtinum noſtrum contra Iulianum, ſi tamen iam veſter ex illo correctus eſt: & ſi qua alia bona habueris, tecum defer.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XXXII. quæ eſt reſcriptum Bernardi: reciproca laude, domnum Abbatem commendans, ac petiunculę de Nicolao mittendo: reſpondens.

DOMINO & patri dulciſſimo Petro dei gratia Cluniaceñ abbati, Frater Bernardus Clareualliſ vocatus Abbas, ſalutem ab eo qui mādat ſalutes Iacob. Quid facis o bone vir? Laudas peccatorem: miſerum beatificas. Reſtat vt ores ne inducar in errorem. Inducor autem, ſi tantis delectatus preconijs, ignorare me cœpero. Propemodū id mihi contigerat: viſis literis beatitudinis tuę, & beatificationis meæ. Q̄ beatus nunc eſſem: ſi verbis beari poſſem. Beatum tamen me dixerim, ſed fauore tuo: non meis laudibus. Beatum quod diligor a te: quod diligo te. Q̄ ꝗ & hanc mihi dulcem licet buccellam, liquandā arbitror: nec omnino plenis (vt aiūt) buccis admittendam. Miraris cur hoc? Nempe non video in me vnde meruerim tm̄ diligi: præſertim a tanto. Scis autem quia plus iuſto velle diligi: minus eſt a iuſto. Quis mihi tātę humilitatis inſigne: tā imitari poſſe q̄ admirari? Quis mihi tribuat ſancta & deſiderata pręſentia tua: nō dico ſemper, non dico ſæpe, ſed vel ſemel in anno frui? Puto nulla vice reuerterer vacuus. Nō fruſtra inquam conſpicerem virtutis exemplar, diſciplinę ſummam ſpeculum ſanctitatis. Quodq; minus vſq; adhuc a Chriſto didiciſſe me fateor: nō incaſſum fide oculata perciperam, q̄ ſis & tu mitis & humilis corde. Verum ſi pergo facere tibi quod a te mihi factum queror: & ſi veritatem dicā, veritatis tamen legi non concordabo, in qua legitur. Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Itaq; iam reſpondeamus petitiunculæ qua epiſtolam concluſiſtis. Is quem mitti vobis iubetis, mecum modo non eſt: ſed cum domino Antiſiodorenſi & ita infirmus: vt ſine nimio incomodo ſui, nec ad nos vſq; poſſe adhuc venire dicatur.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XXXIIII. ad Hugonem Archiepiſcopum Rothomagenſem, poſt enumeratas eiuſdē virtutes, quæ amorem illius cordi Abbatis impreſſerunt: vt Cluniacenſes viſitare dignetur: deprecatoria.

MAGNO ſacerdoti dei egregio Archipſuli Rothomagēſis Eccleſiæ Hugoni, Frater Petrus humilis Cluniacēſium Abbas, ſtola iocunditatis indui, & corona pulchritudinis adornari. Soleo plerūq; plurima quæ miranda videntur mirari: & ea ſcripto ſępe, prout videtur congruum commēdare. At nunc nō quęlibet alia: ſed me ipſum, quod magis mirū eſt, miror. Miror plane me tamdiu vobis permanſiſſe mutum: cum preter vos fere omnes alij me ſibi hactenus non ſenſerint taciturnum. Scripſi & ſcribo frequenter alijs, quibus nec ita vt vobis mente adhęreo: nec eis illum quem vobis in intimis animi receſſibus tam dulcem, tam ſyncerum, tā ſublimem veri amoris locum reſeruo. Debuiſſem plane, quod me neglexiſſe non parū pœnitet: qualeſcunq; libros meos epiſtolis vobis miſſis impleſſe. & reſcriptis a vobis velut gem meis floribus adornaſſe. Exundabat diues materia ſcribendi: nec rerum verarum inopia falſa vel adulatoria fingi cogebat. Quid enī magis vel rapere cor meum ad amandum, vel mouere manum ad ſcribendum poterat: q̄ tam ſancta, tam benigna, tam longęua in ſancto propoſito a primis fere adoleſcentiæ annis vſq; ad ſenilem magis labore diuino q̄ annorū nūero fractā ętatē pſeuerātia veſtra? Quid magis mouere poterat: q̄s magis mouere debebat: q̄ illa iā antiqua cuius vos nō immemorē eſſe credo: mihi & vobis paucisq; alijs nota rerū Cluniacēſiū recordatio? Nō excidit menti: qualiter primo iuuētutis veſtrę tpe, inter antiquos illos rei publicę noſtrę ſenatores, vos inſignem viderim: non excidit quantum eruditio & religio veſtra ſacrum illum ac magnum Cluniacenſium ouium gregem decorauerit: q̄ ſplendide præ cunctis pene alijs in ordinis commiſſi cuſtodia effulſerit. Taceo, nec viuens obliuiſci potero: quod a cœpto ſanctę religionis propoſito, in diuerſis eccleſiaſticorum honorum gradibus, vultus veſtri non ſunt in diuerſa mutati: ſed tam apud nos q̄ ſemotus a nobis: prior, abbas, ſummuſq; tandem pontifex dei: merito virtutis ac ſcientiæ, bonus ſemper, iuxta Apoſtolum, odor ij. Cor. ij.
Chriſti in omni loco fuiſtis. Non eſtis reueritus in cauſa dei potētes tyrannos, nec ipſos magnos magniq; nominis reges, ſed quantum in vobis fuit: Eccleſiam dei ſuper gentes & regna ab eo conſtitutam, cuilibet mortalium indecēter ancillari: ęquo animo nunq̄ tuliſtis. Præter hæc teneo & illud: quod nulla cura, nulla magnarum rerum quantacunq; diſtenſio: memoriam noſtri, amorem veſtrę Cluniacenſis Eccleſiæ: aliquo tempore, qualibet occaſione: a corde veſtro auellere potuit. His de cauſis ſi fieri poſſet, & hoc diſpoſitio diuina permitteret: mallem veſtra q̄ mortalis cuiuſlibet nō ſolū frequēter, ſed & cōtinue

vti præſentia: vt vobis colloqui, vobiſcum in domino iocundari, immo quod ſuper omnia optarem, quodq; vtruſq; noſtrum profeſſio exigit: cogitando de ipſo, loquendo de ipſo, diſputando de ipſo: in menſa ſapientiæ quæ vobis non eſt ignota: aſſidue deliciari. Hoc quia non ſemper nec ſæpe datur, vtinam vel raro daretur. Quod ſaltem vltimum, quia de duobus primis deſpero: vt a vobis impleatur ſummopere poſtulo. Poſtulo inquam vt deſiderabili præſentia veſtra, meo veſtrorumq; filiorum Cluniacenſium deſiderio in breui ſatis fiat: quia iuſtum eſt vt ſatiſfaciatis in hac parte deſiderio vt dixi filiorum veſtrorum, gratia illius qui implet in bonis deſiderium ſuorum. Et ne forte dicat vel cogitet quiſq̃, iuſtius eſt ire Abbatem inferioris ordinis ad Archiepiſcopum ſuperioris ordinis q̃ e conuerſo: reſpondeo. Iuſtum eſt, dignum eſt. Sed non poſſet ſequi Abbatem ille cuius cauſa maxime hæc dicta ſunt, totus grex ſuus, & poterit abſq; grege ſuo longe facilius viſitare Abbatem Epiſcopus ſolus. Valeat ſancta & tota iam cœleſtis frater chariſſime, beatitudo tua. Airaldum clericum, natura noſtratem, beneficio veſtratem, ex parte mea monete, vt quod mihi promiſit nil vltra moratus perſoluat. Quod promiſit, hoc eſt. Cantus proſæ a me in laude matris domini anno altero factæ: & cantus reſponſorij de eadem materia, a me ſimiliter compoſiti: quod ſic incipit. Chriſte dei ſplendor, qui ſplendida cuncta creaſti. Hos cantus quando Cluniaci fuit, ſe in breui promiſit miſſurum. Necdum miſit. Monete aut cogite, vt impleat quod promiſit: ne forte Aruerni hominis mendacium, Aruernis innocentibus quod me eſſe negare non valeo: imputetur.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XXXIIII. Nicolai monachi ad dominum Abbatem, poſt explicatum amoris affectum erga dictum Abbatem & abſentię diuturnę excuſationem: vt a ſuperioribus ſuis, literis impetret ſuam præſentiam: ſupplicatoria.

PATRI ſuo domino Cluniaceñ, Frater Nicolaus. Indica mihi quem diligit anima, quando veniam & apparebo ante faciem tuam, quãdo videbo te, quãdo cõſolaberis me? Conſolaberis inquam, quia cõſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, donec videam & deſideratam & deſiderandam pręſentiam tuam: & triſtis eſt anima mea vſq; ad te. Minime quidem deſerit me quocunq; iero dulciſſima tui memoria: ſed quanto memoria dulcior, tanto abſentia moleſtior eſt. Abſit autem vt me conſoletur illa veriſimilis: ſed non vera ſententia. Præſentiores inquit ſunt qui ſe animis q̃ qui oculis intuentur, & plus eſt corde connecti, q̃ corpore. Quaſi vero conſpectus & conuerſatio non habeãt aliquid viuę voluptatis, quæ non poteſt abſentibus prouenire. Sed hęc ſicut arbitror, ex ratione non ex affectione loquutus eſt ille Romanæ eloquentiæ ſplendor, cum quo eloquentia nata eſt: & educta in lucem. Tullius hic eſt, de quo & dictum eſt: quia quę ſtudio informauerat, actu vrgebat, arte exequebatur, pectus in linguam facillima tranſferens facultate. Quid facio? Euagatus ſum a negocio meo, nec digreſſio ſed tranſgreſſio eſt quod feci. Quis mihi recompenſabit, q̃d non vidi pariter duo illa magna luminaria, & in firmamento cœli, videlicet loco illo quem elegit dominus ex omnibus locis terrarum, vt eſſet nomen ſuum ibi. Iraſcor occupationibus meis, quibus factum eſt: non vt non vellem, ſed vt non poſſem, & etiam vt neſcirem. In cauſa fuit cauſa fratris tui, domini mei Vizeliacenſis Abbatis, ad quam ex præcepto tuo oportuit me pugnare ad beſtias, vt non præualeret homo. Additus eſt iuxta Prophetam annus ad annum, euolutæ ſunt ſollennitates, & dies pro anno datus eſt mihi, ex quo non vidi non dicam dominum, ſed dilectum. Cedit quippe faſtus, cum accedit affectus, & perſonalis reuerentia deperit: cum cœperit familiaris amicitia perorare. Honores ſane, qui horret, qui ſtupet, qui metuit, qui miratur: vacãt hęc omnia penes amãtem. De te autem iam mihi pridem perſuaſum eſt hoc, cuius altitudo adęquata eſt: cuius ſingularitas adſociata eſt. ita vt exemplo eſſe poſſit: & his qui fuerãt in exemplo. Cuius autem culpa eſt, quod tãdiu fraudatus ſum deſiderio meo? Mea non eſt, tam propter infirmitatem, q̃ propter occupationem: quæ mihi a te fuit iniuncta. Nunquid tua? Abſit. Duplici enim Epiſtola & prouocaſti me & euocaſti: ſcribens patri meo in hæc verba. Mitte mihi Nicolaum tuum, in quo tuus (vt mihi videtur) ex parte: & meus ex toto ſpiritus requieſcit. O vocem amoris, vocem cui vicem ego rependere nõ poſſum omnibus diebus vitę meę. Si inueni gratiã in oculis tuis, ſi te tãgit aliqua re

cordatio Nicolai tui, ſcribe patri meo per nuncium tuum, & priori noſtro, & Gaucherio tuo: horum enim omnium negocijs intricatus & implicatus ſum: vt in ſancto Paſcha mittant me ad te: ita vt nouerim virtutem de ſtylo: immo ſtylum de virtute exiſſe: quia deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare tecum amantiſſime pater. Ita autem fiat, vt aliquot diebus liceat mihi commorari tecum: & ſi nõ ſatiari, ſaltem refocilari pręſentia tua. Confiteor enim & ſi neceſſe eſt profiteor: quia pene nihil aliud libet, dum non preſto eſt, qđ multum libet. Reſcriptum autem literarum illarũ quas mittes, mitte mihi ſecreto: & tunc ſi potero perferam ad te Alexandrum magnum: referam Auguſtinum tuum, & quęcunq; bona manus mea poterit inuenire. Nunc appareat totum illud gratiæ, quod habeo in oculis tuis. Sanctiſſimæ animæ tuæ commendo me: quia tuus fui, tuus ſum, tuus ero q̃diu fuero, in viſceribus Ieſu Chriſti. Per pręſentium latorem communica mihi de verbis illis coeleſtibus & dulcibus, vt interim ſpeculum videam, donec videam vultum. Si in paſcha non poteſt euenire quod mando, ſaltem poſt Paſcha. Scio ego q, dominus Abbas dixit tibi, ne mandares me ſine neceſſitate, ſicut & mihi dixit: ſed neceſſitas eſt, & ſumma neceſſitas te videre: q̃uis in multis occupatus ſim. Quid plura? Pręcipe vt veniam.

℄ Epitoma Epiſtolę.

℄ Epiſtola. XXXV. domni Abbatis ad Nicolaum reſponſiua propter celerem curſoris reditum non potuiſſe exequi quę petebantur, ſed breui id curandum.

SVo chariſſimo Nicolao, Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas, ſalutem. Legi melleas literas a te mihi chariſſime miſſas: quib9 feſtinanter vel negligenter reſpondere, impium & amori mutuo inimicum putaui. Timui ne alienus & feſtinans ad reditum curſor, nõ plene nec vt vellem iuſſa exequeretur. Vnde hunc ſtatim fere vt literas illas accepi, cum breuibus iſtis remiſi. Mittam e veſtigio proprium, qui nil negligere de iniunctis audeat, teq; ac dominum Clarçuallenſem quocunq; pes veſter ierit, proſequatur. Dabo operam ne vel fruſtra ſcripſeris, vel ipſe domino Abbati rurſum vt nuper ↄtigit, de tuo ad nos tãdiu optato aduentu, incaſſum reſcribam.

℄ Epitoma Epiſtolę.

℄ Epiſtola. XXXVI. ad Abbatem Clarçuallis de dilatione præſentię Nicolai expoſtulatoria, & vt in proximo venire ſinaſ, petitoria.

VENERABILI & cum honore debito nominando domino Bernardo Clarçuallis Abbati, Frater Petrus humilis fratrum Cluniacenſium Abbas, ſalutem quam repromiſit deus diligentibus ſe. Si de amico & tanto licet conqueri, quęror: & ei quod a quibuſdam cuidam dictum eſt, dico. Pater & ſi rem grandem dixiſſet tibi amicus, certo facere debueras. Quanto magis quia nunc ſcripto, nũc verbo, dixit, rogauit, auſuq; familiari præcepit: mitte Cluniacum Nicolaum tuum. Nec nego tamen rem grandem: ſed iter grande non eſt. Quid ſi tu tñ ſemel mihi ſcripſiſſes: mitte ad me hunc vel illum, aut plures. Quid ego? Quid ego inquam facerem, niſi quod ſoleo? Soleo quippe non ſolum roganti cedere: ſed & imperanti obedire. Sed quęris cauſam. Nunquid non illa ſufficit, videre dilectum? Tuus quidem eſt: ſed dilectus mihi eſt. An non placet tibi, ſi diligo quæ tua ſunt? An non placet tibi, vt eum quem tu vt arbitror, multis tuorum tenerius diligis: ipſe affectuoſius diligam? Et quæ maior probatio veræ amicitiæ, q̃ amare quod amicus amat? Diligo eum cauſa tui: diligo & cauſa ſui. Cauſa tui, quia tibi obſequitur: cauſa ſui, quia a tempore domini Trecenſis Epiſcopi, multis hoc meritis promeretur. Nihil hactenus pro illis omnibus ei retribui, niſi quia ſemper in domino eum ſyncere dilexi. Cunq; alij obſequia obſequijs, beneficia beneficijs ſoleant rependere: nonne vltra omnem modum ingratus viderer: ſi abſq; ſumptibus, ſi abſq; expenſis, ſolam ſaltem gratiam amanti negarem? Hanc vt ſaltem verborum ſignis non ex toto erga illum euanuiſſe probem: mirum eſt, ſi ſaltem ſemel in anno, hunc videre, huic loqui, cum hoc de ſcripturis aut ſanctis aut philoſophicis quibus vſq; ad ſummum refertus eſt, in domino deliciari quæro? Si de deo, ſi de diuinis de ſummę vtilib9 aię cauſis loqui nõ cõferre ociolum eſt: Nicolai ad nos ocioſus aduẽt9 eſt. Si amorem perſonę tuæ cordibus noſtrorũ inſerere, ſi quæ veſtri ordinis ſunt omnibus commendare, ſi tandem vniuerſitatem veſtram, corpori congregationis noſtræ, charitatis glutino vnire ocioſum eſt: Nicolai ad nos ocioſus aduentus eſt. Eructuat cor eius ſemper nobis de vobis veſtriſq; verbum bonum: quærit bona genti ſuæ: rogat ea quæ ad pacem ſunt Hieruſalem. Hęc ſunt ludicra, ocioſa vel vana Nicolai, apud nos. Cur ergo mi

chariſſime, vnus ſaltem mihi per menſem nō conceditur, cum ego Petrum, cum Robertum tibi ſanguine proximos: cum Garnerium, cum quoſdam alios tractus amore tui tibi nō menſe vno, ſed perpetuo conceſſerim? Quot ego Abbates, quot monachos, alijs ne dicam alienis Eccleſijs, literis tuis vel conſilijs victus conceſſi. Nec me pœnitet amico ceſſiſſe, cui & adhuc in pluribus paratus ſum credere. Sed iuſtū eſt, vt & ipſe vicem reddat, iuſtum, vt ſemper ſibi cedenti, & ipſe aliquando cedat. Eſt iſtud magis lucroſum veſtris q̄ nobis: quia nullo poſt te venerande vir, nullo (inquam) interprete efficatius ad perſuadendum apud nos perorare poterunt: nec copioſius hamo aliquo in mari vel flumine Cluniacenſi piſcari. Sed recolo, quid mihi nuper ſanctitas tua Cluniaci conſtituta dixerit. Ad quid vultis Nicolaum? Reſpondi. Non eſt tale quid, nō eſt magnum. Sed fateor mi chariſſime, da veniam ſi exceſſi, magis indignantis q̄ quod verū eſt confitentis verba fuerunt. Duplex vere tunc fui, neſcio quo caſu, quod eſſe ſępe non ſoleo, duplex plane tūc fui in verbo. Aliud tunc corde ſeruatū eſt, aliud lingua depromptum eſt. Ita certe mens tacita ſuggeſſit. Quid quod vis toties profitereris? Fortaſſis vt iam bis, ita & nunc tertio petitis fruſtrareris. Rogaſti nec auditꝰ es. Quid iterum preces funderes? Reſpōdere volui, quod cęcus ab vtero Phariſęis. Dixi vobis & audiſtis. Quid iterum vultis audire? Reſpondere hoc volui, ſed nolui. Ecce confiteor. Proſit quod confeſſus ſum. Proſit quia veritatem falſitatis tegmine non velaui. Proſit vt quia ſicut dicitur inter amicos omnia nuda, dolum nubilo pectoris tectum, coram amico nudaui. Dico proſit. Sed ad quid? Vt horreis tuis aliquid mei cauſa demas? Vt cellarijs aliquid ſubtrahas? Vt de argenti auriq; theſaurꝭ, etiā ſi adeſſent, quicq̄ im minuas? Quid ergo? Vt Nicolaum mittas. Nec nunc tm̄, ſed & quando poſt hęc petiero. Nam cauebo ſi potero, ne quid poſtulem quod iure negandum ſit, vel quod tibi ne dicā mihi, in aliquo obſit. Fiat ergo mihi fiat quod volo, vt hoc paſcha proximum Nicholaus apud nos faciat, & more ſuo cor veſtrum nobis, vobiſq; noſtrum rediens a nobis refundat.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XXXVII. ad Nicolaum monachum, poſt commendationem literarum eiꝰ: vt ſtatim veniat: petitoria.

SVO chariſſimo Nicolao, Frater Petrus Cluniacenſium Abbas, ſalutem quam ſibi. Quid dicam? Tędet animam meam vitæ meæ. Quare? Quia non quod volo hoc ago: ſed quod odi illud facio. Datum eſt mihi hoc, & neſcio ſi deſuper, ac velut inſeparabile accidens fere a puero mihi inhęſit, vt pene ſemper impellar ad hęc quæ nolo, & repellar ab his quę volo. Et licet hęc dicam, non ſum tamen de illis qui non ſunt contenti ſorte ſua, qui propria faſtidiunt, aliena ambiunt. Non ſum de illis, de quibꝰ quidam ſatis notus. O felices mercatores, grauis annis miles ait. Et iterum mercator nauem iactantibus auſtris: militia eſt potior. Non inquam ſum de his vel ſimilibus, qui ſemp anxię mentis aut dubię, vniuerſos in requie, ſe ſolos in labore verſari cauſantur. Q; ſi forte animus noxijs inhiaret, agerem gratias ſepienti vias meas ſpinis, obſtruenti maceria. At ſi bona ſi vtilia optantur, quare non dantur? Si volui ſilere: oportuit me loqui. Si volui vacare: oportuit laborare. Si cœlo quandoq; defigere oculum libuit, ſtatim illum ad terram temporalium cura retraxit. Quorſum iſta? Quia ſic de te, ſic de te inquam chariſſime, hactenus mihi contigit. Volui, immo toto corde optaui, te ſemper mecum eſſe: nec datum eſt. Volui ſaltem ſępe: nec conceſſum eſt. Manet adhuc pertinax in hoc odioſo ſtatu fortuna, & quæ variare vices non ceſſat, contra morem ſuum inuariabilis perſeuerat. Sed credo deo, quia rumpetur male fixa ſtabilitas, & qui meam de te eſuriem ſatiare nequeo ſaltem hanc breui tempore, iocundo ac dulci tuo colloquio releuabo. Vere iocundo, vere dulci. Nam ſi talis eſt ſtylus tuus, qualis eſt animus tuus? Si talis litera tua, qualis lingua tua? Non es enim non es talis, quales quidam loquaces ſtylo, muti eloquio, vel econuerſo profuſi loquentes, muti ſcribentes. Et ſi conferre minorem maioribus licet, non ſolum tuum ſequeris Tullium Tullianus: de quo ſcripſiſti quod pectus in linguam facillima transferebat facilitate: ſed quod eſt dignius: imitaris Apoſtolum apoſtolicus. Dicebat ille dici de ſe epiſtolę graues ſunt & fortes, pręſentia corporis infirma, & ſermo cōtemptibilis. Dicebat hoc, ſed aliter ſe facturū ꝓmittebat. Quales (inquit) ſumꝰ abſentes: tales erimus & p̄ſentes. Vtrūq; igiẗ fuit in Aplo, & viuax ſpūs in epiſtola: & viuificās ſermo in lingua. Vtrūq; hoc & in te ęqua lance natura poſuit, vtrūq; & ſupaddita

gratia condiuit, ita vt pręter vim quandam viuo innatam ſermoni: nil vltra citraq; nil plus minusve, ipſe acer & æmulus ſcrutator inueniat. Vt quid & iſta? Quia traxit fateor, quia non parum traxit, immo rapuit cor meũ Epiſtola tua: illa plane Epiſtola, quę ex abundantia cordis loquuta eſt, quę de multo adipe & pingue dine amoris proceſſit. Quã cum ſcriberes, vt de illo tibi noto dictum eſt, non quidẽ calamum ſed pennulam in mente tinxiſti. Stillabat dum legeretur mihi illa dulcedinẽ, & cordi meo infundebat per verba ſingula lac & mel. Cogitabam ea ſimilitudine, q̃ verum eſſet, quod a Dauid deo dictum eſt. Q̃ dulcia faucibus. m. e. t. ſ. m. e. f. o. m. Si adeo dulce eloquium hominũ, quãto magis diuinũ? Si adeo dulcis terrena guttula, q̃ dulcior cœleſtis ymber. Si adeo mentem lenit ros humani ſermonis, quanto magis delinit torrens voluptatis? Multa ſimilia ex his conijciebam: & totum quod ſcripſiſti ad diuina & æterna transferebam Sed quid his plura? Taceãt interim literę: ſed ipſe ſtatim pro literis veni. Credo q̃ iã non teneberis, nec vltra iter tuum ad nos, patris tui chariſſimi mei, ſententia remorabitur. Scripſi ei de te qđ ipſe videbis. Scripſi priori, ſcripſi Galcherio. Ante paſcha pręſtolor te: vt in paſcha habeam te. Eſt, eſt nobis cœnaculũ grande, ſtratum, vbi Ieſus vt iam pręmandauit comedet paſcha cum diſcipulis ſuis: ad qđ ego inuito te.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XXXVIII. ad Philippum priorẽ Claręuallis, vt dictum Nicolaum ad ſe mitti procuret, poſtulatoria.

HONORANDO & dilecto fratri domno Philippo Claręuallis priori, Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas, ſalutem & amorem. Ait Salomon. Vinum nouũ, amicus nouus. Veteraſcat, & cum ſuauitate bibes illud. Sic tu mihi frater eſſe videris. Ago gratias deo, q̃ nouus amicus es. Spero in ipſo quia veteraſces in amicitia, & qui adhuc nouus places: multo magis veteraſcẽs placebis. Nam quanto ſyncerus amor prolixior, tanto ſuauior eſſe ſolet. Placuit ſemper mihi ex quo te vidi, eſſe tuum, & mores placidi & benigni vt te multum diligerem ſuaſerunt. Iube igitur amodo quod volueris, obedire parato. Sed & tu iure amicitię, imperanti obedi. Rogo dominum Abbatem, vt mihi ante feſtum Nicolaũ ſuum ac tuum mittat. Fac apud ipſum: vt qđ poſtulo fiat.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XXXIX. ad Galcherium cellararium Claręuallis, pro memorati Nicolai miſſione, petitoria.

CHARISSIMO fratri & filio Galcherio, Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas, plenã a ſaluatore ſalutem. Quia iam nõ nouus, ſed multorum annorum amicus es: non laboro apud te in loquendo: nec ad id quod intendo, longa inſinuatione vtor. Nam qui amicus eſt, nõ expectat preces: ſed velle amici. Quod vt agnoſcit: ſtatim implere laborat. Velle meum eſt, vt frater Nicolaus nobiſcum paſcha faciat. Iam quod volo agnoſcis. Tuum eſt amodo: vt nõ fruſtra velim, neq; fruſtra ſcripſerim. Rogaui inde dominum Abbatem: ſi neceſſe fuerit roga & tu.

¶ Epitoma Epiſtolę.

¶ Epiſtola. XL. domni Abbatis ad neptes ſuas Marciniacenſes, vt in felici virginitatis propoſito perſeuerent, exemplo ſanctarum virginum & martyrum: exhortatoria.

NEptibus chariſſimis & filiabus dulciſſimis, Margaritę & Pontię, Frater Petrus humilis Cluniacenſium Abbas quicquid eſt ſalutis & gratię. Legi literas a vobis ſcriptas mihi, in quibus incommodo meo compatimini: & nõ ſpirituali ſuffragio tñ, ſed & arte phyſica mihi mederi conamini. Ago gratias ſollicitudini piæ: & affectum filialem ea qua decet benigna dulciq; mẽte complector. Sed miror vnde Ieſu Chriſti ſcholaſticę Hyppocratis ſcholas redolent: vnde merces Babylonicas, Hieruſalem filiæ mercatæ ſint. Non contemno quidem adiumenta medicinalia, corruptę pleriũq; naturæ medentia: maxime cum legam medicinam ab altiſſimo creatam, Chriſtumq; dicentem audiam. Non egent qui ſani ſunt medico, ſed qui male habent. Accuſo tamen hoſtes naturæ, interfectrices carnis propriæ, crucifixas cum crucifixo: rurſum de vita, rurſum de remedijs vitæ: rurſum de ſtatu corporum cogitare. An mente excidit verbum ſollenne Agathę virginis: medicinam carnalem corpori meo nunq̃ exhibui? An illa tñ ancilla Chriſti: an illa tñ ſponſa Chriſti? Nonne & vos ancillæ? Nonne & vos ſponſæ? Et martyr illa quidẽ & virgo: lõge vobis pręſtãtior, longe vobis ſublimius. Sed non abhorret ab ipſa veſtrũ ꝓpoſitũ: qñ & ſui generis martyrio deo ſeruiens, & virgineo flore cœleſtiũ camporũ ſpẽm decorans. Lętor plane, lętabor nõ parũ mihi credite filię: ſi de propagine mea, ſi de ſangui-

ne meo,ſublimes illæ totoq; orbe celebres vir-
gines: Agatha,agnes,fides,ac reliquæ:ipſaq;,
quod longe dignius ē,virgo virginum: vos pe-
diſſequas quandoq; habuerint. Ego quidem,
vt dixi:ſi illę vos famulas,ne dicam ſocias,ha
bere dignatę fuerint:gaudens gaudebo in do-
mino,& exultabo in Ieſu ſalutari meo. At vos
o meę (vt ſic dicam,virgines.o ancillę, immo
regis æterni ſponſæ,ſi tamē non de fatuis,ſed
de prudētibus virginibus fueritis:cum talium
vos ſocias eſſe cōtigerit: quanto gaudio tripu-
diabitis,quanta lętitia exultabitis? Quę iocun
ditas illa,miſeris mortalibus ignota:qua torrē
te voluptatis ipſius potatę,inſatiabili ſatietate
ab illo apud quē eſt fons vitę:poſt has tam den
ſas,tam odibiles Aegypti tenebras:in lumine
eius videbitis lumen? Quid erit tunc,quid fiet
tunc apud vos:quādo poſt Marciniacēſem car
cerem,in liberum puri ætheris fulgorē euaſeri
tis:& in illa quę ſurſum eſt Hieruſalē,quę eſt iu
Gala.iiij. xta Apoſtolum mater noſtra:carne veſtra,&
corde exultante in deum viuum:dixeritis,cā-
Pſal.lxvij taueritis.ſicut audiuimus,ſic vidimus in ciui-
tate dn̄i virtutum:in ciuitate dei noſtri? Quid
erit,quādo cœlorum rex Ieſus,p breui cōtinētia
& ſanctitate,Clemēti dextera alluſerit puellis
ſuis,ancillis ſuis,virginibus ſuis? Quanta illa,
quā.ꝫ incogitabilis felicitas,vt alios taceam,
ipſis ſummis Ap̄lis in vita illa quā ꝑmiſit nō
mendax Deus.non vbiq; Chriſtum ſequenti-
bus,& vos cum vtriuſq; ſexus choro virgineo,
agnum virginis filium virginali fiducia ſequi
quocunq; ierit? Fulgebunt quidē illi,vt Sol i re-
gno patris ſui:& ſicut ſtellæ lucentes in perpe-
tuam æternitatē,longe maiorē: longe celſiorē
ꝑ meritis ſui generis gloriam obtinebūt. Nō
poterunt tamen adequari vobis in hac parte:
nec illud priuilegium,quod ſola felix virgini-
tas ꝑmeretur,licet inęſtimabiliter rutilās ſancto
rum innumerabilium legio poſſidebit. Hinc
Auguſti. Auguſtin⁹ noſter. Pergite itaq; ſancti dei:pue-
ri ac puellę,mares ac fœminę,cęlibes & innu-
ptę:ꝑgite ꝑſeueranter in finē:laudate dominū
dulcius,quē cogitatis vberius. Sperate felicius:
cui ſeruitis inſtantius. Amate ardētius:cui pla
cetis attētius. Lumbis accinctis & lucernis ar-
dentibus :expectate dominū quando veniat
a nuptijs. Vos affertis ad nuptias agni canticū
nouum:quod cantabitis in citharis veſtris. Nō
vtiq; tale quale cantat vniuerſa terra:cui dicitur.
pſal.xcvij Cantate domino canticū nouum:cantate do-
mino omnis terra.ſed tale nemo poterit dice-
Apo.xiiij re niſi vos. Sic enim vos vidit in Apocalypſi q
dam p̄ ceteris dilectus agno,qui diu ſuper ſup
pectus eius ſolitus erat:& bibebat,& eructabat
mirabilia ſup cœleſtia,verbum deū. Ipſe vos vi
dit duodecies duodena millia ſanctorū citha-
redorum:illibatę virginitatis in corpore,inuio-
latę veritatis in corde. Et quia ſequimini agnū
quocunq; ierit:ſcripſit ille de vobis. Quo ire pu
tamus hunc agnum,quo nemo eum ſeq, vel
audeat,vel valeat:niſi vos? Quo putamus eū
ire:in quo ſaltus & prata? Vbi credo,ſunt gra-
minea gaudia:nō gaudia huius ſeculi vana,
& inſanię mēdaces.nec gaudia qualia in ipſo
regno dei ceteris nō virginib⁹:ſed gaudia a ce
terorum omnium gaudiorum ſorte diſtincta. Gau
dia ꝓpria virginum Chriſti:nō ſunt eadē non
virginum q̄uis Chriſti. Nam ſūt quidem alijs
alia:ſed nullis talia. Gaudia propria virginum
Chriſti de Chriſto,in Chriſto cum Chriſto:poſt
Chriſtum,ꝑ Chriſtum,ꝓpter Chriſtum, Ite,in
hęc ſequimini agnum,quia & agni caro: vtiq;
virgo. Hoc em̄ ſe retinuit auct⁹:quod matri nō
abſtulit,cōceptus,& natus. Merito ſequimini
virginitate cordis & carnis:quocūq; ierit. Quid
eſt em̄ ſequi:niſi imitari? Quia Chriſtus pro no I.Pe.ij.
bis paſſus eſt,vobis relinquens exēplum: ſicut
ait Apoſtol⁹ Petrus vt ſequamur veſtigia ei⁹.
Hunc in eo quiſq; ſequitur,in quo imitatur. nō
inquantum ille filius dei eſt.vnus ꝑ quē facta
ſunt om̄ia.ſed inquātum filius hominum quæ
oportebat:in ſe ꝓbuit imitanda. Et multa i illo
ad imitandum omnibus ꝓponuntur:virginitas
autē carnis nō omnibus. Nō em̄ habent quid
faciant,vt virgines ſint:in quib⁹ iam factum
eſt,vt virgines nō ſint. Sequantur itaq; agnum
ceteri fideles,qui virginitatem corporis amiſe-
runt:nō quocunq; ille ierit,ſed quocūq; illi po-
tuerint. Poſſunt autem vbiq;:pręter q̄ cum in
decore virginitatis incedit. Sed ecce ille agnus
graditur itinere virginali. Quomodo poſt eū
ibunt:qui hoc amiſerunt,quod nullatenus reci
piunt? Vos ergo,vos ite poſt eum virgines ei⁹.
vos illuc ite poſt eum,quę ꝓpter hoc vnū quo-
cunq; ierit,ſequimini eum. Ad quodlibet em̄
aliud ſanctitatis,quo eum ſequātur,hortari poſ-
ſumus cōiugatos:pręter hoc qd irreparabiliter
amiſerunt. Vos itaq; eum ſequimini,tenendo
ꝑſeueranter quod vouiſtis ardēter. Facite cū po
teſtis,ne virginitatis bonum a vobis pereat: cui
facere nihil poteſtis,vt redeat. Videbit vos ce
tera multitudo fidelium:quę agnū ad hoc ſeq
non poteſt. Videbit nec inuidebit,& collętan-
do vobis:quod in ſe non habet,habebit in vo
bis. Nam & illud canticum nouū ꝓprie veſtrū
dicere nō poterit. Audire autem poterit & de-
lectari tam excellenti bono. Sed vos q̄ & dice-

tis & audietis:quia quod dicetis,a vobis audie-
tis. Felicius exultabitis:iocundiuſq; regnabitiſ.
De maiore tamen veſtro gaudio:nullus mœ-
ror erit. Agnus quippe ille quem vos quocũq;
ierit,ſequimini:nec eos deſerit,qui eũ quo vos
non valent ſequi. & vobis ꝑibit:& ab eis nõ ab-
ibit,cum erit deus omnia in omnibus. Et qui
minus habebunt:a vobis non abhorrebunt.
Vbi enim nulla eſt inuidia:concors eſt differẽ-
tia. Præſumite itaq;,fidite:roboramini, ꝑma-
nete:quæ vouetis & redditis domino deo ve-
ſtro vota ꝑpetuę continentię:non ꝓpter ꝑſens
ſeculum,ſed ꝓpter regnum cœlorum. Quãta
filiæ:quanta virginitatis eſt laus? ❡ Mœrebiť
ſi p̃ſtitent Margarita mea: quod non meretur
Magdalena Maria. Quare hoc?quia non pa-
tientia, non humilitas, nec ipſa charitas,non
quælibet alia virtus ſoror dicitur angelorum:
ſed virginitas Hinc beatus Hieronymus. Be-
ne angelus ad virginem mittitur: quia ſemp
eſt angelis cognata virginitas. Profecto in car-
ne præter carnem viuere:non terrena vita eſt,
ſed cœleſtis. Vnde in carne angelicam gloriã
adquirere,maius eſt meritum,q̃ habere. Eſſe
enim angelum felicitatis eſt,eſſe vero virginẽ
virtutis:dum hoc obtinere viribus nitiť cũ gra
tia,quod habet angelus ex natura. Hinc rurſũ
Auguſtinus. Ecce iam tales eſtis: quia & tales
eſſe debetis. Hæc addita virginitati: angelicã
vitam hominibus,& cœli mores exhibent ter
ris. Si ergo nuptias contempſiſtis filiorum ho-
minum:toto corde amate ſpecioſum forma ꝑ
filijs hominum. Vacat vobis liberũ ẽ cor a con
iugalibus vinculis. Inſpicite pulchritudinem
amatoris veſtri,cogitate ęqualẽ patri: ſubditũ
etiam & matri,in cœlis dominãtẽ, & in terris
ſeruientem. Creantẽ omnia:creatum inter oĩa
Illud ipſum quod in eo derident ſupbi, inſpici
te q̃ pulchrum ſit:internis luminibus inſpicite
vulnera pẽdẽtis,cicatrices reſurgẽtis,ſanguinẽ
morientis,ꝑcium credentis:cõmerciũ redimẽ
tis. Hęc quanti valeãt, cogitate: hęc in ſtatera
charitatis appẽdite.& quicqd morꝭ in nuptias
veſtras impẽdẽdum habebatꝭ:illi impendite.
Bñ qd interiorẽ veſtram pulchritudinẽ quęrit:
vbi vobis dedit poteſtatem filias dei fieri. Nõ
quęrit a vobis pulchrã carnẽ. Nõ ẽ q de vobis
quiſq̃ mẽtiať:& faciat ſeuire zelantem. Videte
cum quanta ſecuritate ametis:cui diſplicere fal
ſis opinionibus non timetis. Vir & vxor amãt
ſe,qm̃ vidẽt ſe:& qđ nõ vidẽt, timẽt in ſe. Nec
certi gaudẽt ex eo qđ in manifeſto eſt:dũ in oc
culto ſuſpicanť,plerũq; qđ nõ ẽ. Vos in iſto quẽ
oculis nõ videtis,& fide conſpicitis, nec habe-

Virginita
ti vberti
applau-
dẽs ad eã
amplexã
dam ne-
ptes in-
uitat.

tis qđ repꝛehendatis:nec eum metuitis,ne falſo
forſitan offendatis. Si ergo magnũ amorẽ cõ-
iugibus deberetis,eum ꝓpter quẽ coniuges ha
bere noluiſtis:quantum amare debetis? Toto
vobis figatur in corde: qui pro vobis fixus eſt
in cruce. Totum teneat in animo veſtro: quic-
quid noluiſtis occupari connubio. Parum vos
amare non licet:ꝓpter quẽ non amaſtis,& qđ
liceret. Sic amãtibus mitẽ & humilẽ corde:nul-
lam vobis ſupbiam ꝑtimeſco. ❡ Inde & ſan-
ctus Ambroſius. Vobis autẽ virgines ſanctæ
ſpeciale ꝑſidium eſt,qđ pudore intemerato:ſa
crum domini ſeruatis cubile. Neq; mirũ,ſi pro
vobis angeli militant:quæ angelorũ moribus
militatis. Mœreť eorum ꝑſidium caſtitas vir-
ginalis:quorũ vitam imitať. Et quid pluribus
exequar,laudem caſtitatis? Caſtitas etiam an-
gelum fecit. Qui eam ſeruauit:angelus ẽ. Qui
ꝑdidit:diabolus. Hinc etiam nomen accepit.
Virgo eſt:quæ domino nubit. Meretrix: quæ
deos facit. Nam de reſurrectione quid dicam:
cuius ꝑmia iam tenetis? In reſurrectione aũt,
neq; nubunt,neq; ducunt vxores:ſed erunt ſi-
cut angeli dei in cœlo. Qđ nobis ꝓmittiť, vo-
bis pręſto eſt:votorũq; nr̃oꝝ vſus apud vos ẽ.
De hoc mundo eſtis:& non eſtis in hoc mũdo
Seculum vos habere meruit:tenere nõ potuit.
Quam ꝑclarum ẽ autẽ,angelos ꝓpter intẽpe-
rãtiam ſuam in ſeculum cecidiſſe de cœlo:vir-
gines vero ꝓpter caſtimoniam in cœlũ tranſiſ
ſe de ſeculo. Beatę virgines,quas non illecebra
ſollicitat corporũ:nõ colluuio ꝑcipitat volupta-
tũ. Cibus parſimonię,potus abſtinẽtię:docent
vicia neſcire,qui docet cauſas neſcire viciorũ.
Itẽ idẽ Ambroſius. Ortus cõcluſus ſoror mea
ſponſa,ortus cõcluſus,fons ſignatus:eo qđ in
ortis hmõi impſſa ſignaculis imagine dei. ſin-
ceri fontis vnda reſplẽdeat,ne volutabris ſpi-
ritualium beſtiaꝝ:ſparſa cœno turbẽť. Hic ille
murali ſeptus ſpũ pudor claudiť: ne pateat ad
rapinam. Itaq; ſicut ortus furibus inacceſſus,
vitem redolet:flagrat oleã,roſam renidet. ſic i
vite religio,in oleo pax:in roſa pudor ſacratæ
virginitatis inoleſcãt. Hic ẽ odor quẽ Iacob pa-
triarcha flagrauit:qñ meruit audire. Ecce odor
filij mei:ſicut odor agri pleni. Nã licet plenus
omnibus fere fructibus fuerit ager patriarchæ
ſancti:ille tamẽ fruges maiorẽ virtutis labore
germinauit:hic flores. Accingere itaq; virgo,
& ſi ius huiuſcemodi tibi,vt ortus aſpiret: pro-
pheticis eum claude ꝑceptis. Pone cuſtodiam
ori tuo,& oſtium circuit⁹ labijs tuis:vt etiam tu
poſſis dicere. Sicut malum inter ligna ſyluaꝝ:
ſic dilect⁹ me⁹ inter filios. Sub vmbra illi⁹ quã

deſiderabam ſedi:& fruct⁹ eius dulcis gutturi meo. Inueni quē diligit anima mea:tenui eū, nec dimittam. Poſt iſta tam ſublimia, ac dulcia ſanctorū verba. Audite mihi chariſſimæ, excelſi nominis ac famę hilariū.ipſam carnalem filiam ſuam ad virginitatē,tam corporis, q̄ animę cōſeruandā: ꝓpoſita quadā veſte diuina,ac Margarita cœleſti:toto conamine inuitantē,atq; exhortantē. Anno primo, ait ſct̄ꝰ Hylarius:veſtem vidi. Vidi filia,vidi: qđ eloq nō poſſum. Nunqd nō & ſericū ſecundū ſubtilitatē ei⁹ ſpartum erat? Nunqd candori ei⁹ niues cōparatę nō nigreſcunt? Nunqd aurū iuxta fulgorem ei⁹ nō liuidat? Ipſi;ēm multi colores eius, amœna cuncta vincebant: & nihil prorſus poterat ei comparatū ęquari. Poſt q̄:vidi Margaritam. Qua viſa:ſtatim cōcidi. Nō ēm potuerunt oculi mei ſuſtinere tantum eius colorem. Nā nec cœli,nec lucis,nec maris, nec terræ ſpecies: pulchritudini ei⁹ erat cōparare. Hęc quidem Hylari⁹ filiæ. Sed adhuc in fine omniū veniat magnus Cyprianus Carthaginēſis,cunctis p̄cedentib⁹ ęqualis officio, par magiſterio:maior martyrio. Ait ēm. Nunc nobis ad virgines ſermo ē,quarū quo ſublimior gloria:maior & cura eſt. Flos ē ille Eccleſiaſtici germinis:decus,atq; ornamētum gr̃ę ſpūalis. Læta indoles laudis & honoris,opus integrū atq; incorruptū dei:imago reſpondēs ad ſanctimonium dñi:illuſtrior portio gregis Chriſti. Gaudet p illas,atq; i illis largiter florēs Eccleſię matris glorioſa fœcunditas:quantoq; pl⁹ copioſa virginitas numero ſuo addit. Gaudiū matris augeſcit. Ad has loquimur,has hortamur: affectione potius q̄ poteſtate. Equales ēm ſūt angelis dei:cum ſint filiæ reſurrectionis. Qđ futuri ſum⁹:iam vos eē cœpiſtis. Vos reſurrectionis gloriam:in iſto ſeculo iam tenetis Per ſeculum:ſine ſeculi cōtagione tranſitis. Cū caſtę pſeueratis,& virgines:angelis dei ęquales eſtis. Tātū maneat & duret,ſolida & illęſa virginitas: & vt cœpit fortiter,& iugiter perſeueret. Qñ portauim⁹ imaginē eius,q de limo ē:portem⁹ & imaginē ei⁹ q de cœlo eſt. Hanc imaginem virginitas portat,portat ītegritas:ſāctitas portat & veritas. Portant diſciplinę dei memores iuſtitiā cū religione retinētes ſtabiles i fide,humiles i timore. Ad omnē tolerantiā fortes,ad ſuſtinendā iniuriā mites, ad faciēdam miām faciles:fraterna pace vnanimes, atq; concordes. Quæ vos ſingula,o bonę virgines obſeruare,diligere,implere debetis:q̄ deo & Chriſto vacātes,ad dñm cui vos dicaſtis: & maiore,& meliore pte p̄ceditis. Prouectæ annis:iunioribus facite magiſteriū. Minores natu:p̄bete cōparib⁹ incitamētum. Hortamētis vos mutuis excitate,æmulis virtute documentis:ad gloriam ꝓuocate: Durate fortiter,ſpūaliter pgite: ꝑuenite feliciter, tantū mementote tunc nr̄i: cum incipiet in vobis virginitas honorari. Iſti chariſſime de quorum libris velut de pratis florētiſſimis hos amœnos flores excerpſi, de ſūmis ſacerdotib⁹ dei ſunt: magiſtri poſt Apłos p̄cipui fidelium ſūt,doctores Latinę Eccleſię. immo niſi multiplex diuerſarum linguarum Barbaries obſtaret:totius Chriſtiani orbis exiſtunt. Horum vobis Margaritas oſtendi: borum ex aliqua parte ſup aurum & topazion p̄cioſos & cōcupiſcibiles theſauros coram vobis effudi. Sup eſt,vt qđ gratis offerſ, ardēti animo ſuſcipiatis:ſūmo ſtudio & cautela ſeruetis,meq; de ſalute vr̄a pl⁹ cūctis mortalib⁹ ſollicitū:cū angelica virginitate,altiſſima hūilitate:ſublimiſſima charitate Ieſu Chriſto,vt ancillæ: immo vt ei⁹ ſponſę amabiles factę fueritis:vobiſcum gaudere faciatis. recordamini beatę mr̄is meę, ſanctę auię veſtrę:recordamini inquā,quanta fide,q̄ ignoto:ac de ſupnis concepto charitatis feruore. vos adhuc puellulas, nec īter dexterā vel ſiniſtrā diſcernere valentes:mundo furata fuerit,diabolo ſubtraxerit, deo obtulerit: ſanctis ſororibus adiunxerit. Metuebat illa ſicut ab ore ei⁹ ſępe apud Marcintacum audiui,ne forte ab hac miſera valle lachrymarū:nutu vocantis dñi:ante raperef:q̄ vos de laqueo venātium ereptas videret. anteq̄ī ſchola virtutū numero ſanctarū adiunctas:ſupſtites ſibi relinqueret. Reſpexit benignus Saluator ex alto humilitatē,& p̄ces ancillæ ſuę. & ille qui replet in bonis deſiderium ſuorū,& q voluntatem timentium ſe facit:eius deſiderium tandē impleuit. Sociauit vos choro virgineo: corpore. Videte, videte:vt & ſociauerit mēte. Nō ſunt quidem omnes vobis cohabitantes virgines carne: ſūt tamen vt ait pater Auguſtinus,virgines fide. De quibus ſolenni die Natalis dñi: ſolenniter clamat. Vbi iam nō poteſt eſſe a cōcubitu caro integra,ſit in fide virgo cōſcientia, ſecundum quā virgo ē:oīs Eccleſia. Iuxta quē ſenſū, tā de virginib⁹,q̄ de cōtinenter ſancteq; viuentibus: Apoſtolica tuba frequēter intonat. Deſpōdi vos vni viro:virginē caſtam exhibere Chriſto. In hoc choro virgineo feliciora ſorte cōſtitutę,hoc eſt:nō ſolum ſpū,ſed & corpore illibatę. iuxta monita eorū quos p̄miſi ſanctorū, vitā veſtram diſponite,mores cōponite, bonū certamē certate:curſum a teneris annis inchoatū, inſtanter currendo:feliciter cōſummate. Imi-

tamini ſorores veſtras & matres:cū quib⁹ deo ſeruitis. Specialiter vero quā cōmemoraui felicem auiā veſtrā,q̄ vos ad deū p̄ceſſit: & q̄ vt eam ſequamini,nō ſolum dum viueret:ſed & nunc etiā mortua inuitat. Date mihi (obſecro) vocem magni Apl̄i,vt poſſim vnicuiq; veſtrū ſecurus dicere:qđ ille Timotheo diſcipulo ſcripſit. Gaudio,impleor,recordationē accipiens ei⁹ fidei,quę eſt in te nō ficta: quę & habitauit primū nō quidē,vt ille ait. In auia tua Loide, & matre tua Eunice:ſed in auia tua Raingarde,& in patre tuo Hugone.certus ſum autem: quod & in te.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. XLI. ad Baſiliū Chartuſię priorē, ſcripta dum eſſet inter alpes:declaratoria propoſiti i p̄cinctu itineris Romani ad eū inuiſendū habiti. Q đ tamē,quia nō fuerant dati: ſe ſocioq; itineris eidē priori ac p̄uētui cōmēdat.

CHARISSIMO meo & vnice amplectendo,Dōno Baſilio, ſeruoꝝ Dei Chartuſiæ priori. F. Petrus humilis Cluñ. Abbas: Salutem cui ſe deuouit ęternā. Nuper in p̄cinctu Romani itineris cōſtitutus,ſcripſi vobis,ac fratribus ab Herbiis monaſteriolo nr̄o,qđ ad vos iam platum credo:& tam p̄poſitum adeūdi vos,q̄ cauſam q̄ ad remanendū cōpulit nos,literis indicaui. Scripſi tunc generaliter:ſcribo nūc ſingulariter. Scribo ab ipſis alpium faucibus & excuſo,qđ in literis illis nominis veſtri,vel officij mētionem ſolito more non feci,obliuio ſola:in cauſa fuit. Hanc (vt arbitror) mihi ingeſſit itineris feſtinantia: & nauis ad transferendū nos vltra Iſaram flumen parata. Volo tamen te chariſſime ſcire:affectū illum meum,quo mōtana vr̄a adire decreueram:magis cauſa te viſitandi,q̄ locū,licet ſanctum videndi fuiſſe. Illum em̄ ac fratres alios & a multis iā annis ſępe viderā:te vero ex quo iſtud arduum & cœleſte, p̄poſitum aſſumpſiſti:nunq̄ viſitaueram. Nō fueram, nec ſū immemor,quanto me ſemꝑ affectu colueris: q̄ deuoto ac ſincero animo ab ipſis adoleſcentię tuę annis,ad diuina anhelaueris:q̄ frequenter eo ſpū Cluniacū tuam,& vere tuā viſitaueris: quāto inſup tp̄e in ipſo clauſtro fratribus nr̄is, tuiſq; adiunct⁹ deo militaueris. Placuit de hic ſpūi illi q vbi vult,ſpirat:vt te de virtute ad virtutem p̄ueheret:& aſcēſiones in corde tuo diſponēs,de bonis ad meliora:de altis ad altiora transferret. Statuit,& p grām ſuā pſeueranter ſtatuet ſupra petrā pedes tuos:& diriget in viā mandatorū ſuorū greſſus tuos. Cōſtituit te in gradu illo vitę:quo altior aliquis, aut vix, aut nunq̄ apparet. Ea de cauſa te inuiſere,& profectui tuo quo violēter regnum dei rape p̄tēdis: p̄poſueram cōgaudere. Decreueram renouare tecū antiquas illas & ſanctas felicis memorię dōni Guidonis p̄deceſſoris tui mecum ſępe habitas collationes:quib⁹ velut ſcintillis ab eius ore p̄deuntibus accendebar:& omniū pene humanarꝫ rerꝫ obliuiſci cogebar. Contuliſſem tecum,& de quibuſdā hoc in tp̄e neceſſarijs:quę nec chartis cōmittere,nec multoꝝ auribus credere volebam. Hęc qa chariſſime ad p̄ſens nō dant̄,p̄care inſtāter oīpotētis mīam: vt ſaltem in poſterū concedant̄. Iter meum ſocioſq; itineris,vt ſpeciali & intimo amico commendo:qđ tanto maioribus auxilijs eget, quāto maioribus hoc hiemali tp̄e piculis formidabile eſt. Fratrem Petrū de Vvapingo,olim in Chriſti militia (vt ipſe vidi) Tironē, nunc Veteranum:fratremq; Gaufridū,qui tanto tp̄e bonum certamen certauit,iāq; pene curſū conſūmauit:ex parte mea oro vt affectuoſe ſalutes; meq; noſtroſq; ipſoꝝ ſanctę vitę,ac p̄cibus intente cōmēdes. Neſcio em̄,ſi quis alter primi illi⁹ mei tp̄is miles,adhuc ſupſtes ſit. Sil'r & illum nobilem carne & ſpū Otmarꝫ conuerſum de Valboneis,omneſq; pariter quando ſimul conuenerint:ſaluta.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola XLII. quę eſt reſcriptū Baſilij prioris ad eundē,excuſationis Abbatis,q̄ nō viſitauerit Chartuſiam,ſuſceptiua.tametſi,vt ſcribit,fuiſſet eius præſentia gratiſſima.

DOMINO & venerabili, ſincera quoq; affectiōe reuerēdo patri Petro ſanctę Cluñ. Eccleſię benigniſſimo Abbati. F. Baſilius,& qui cū eo ſunt fratres Chartuſię: Salutē & pacem a dn̄o ſempiternam. Vere hic eſt affectus: antique & firmiter plantatę dilectiōis veſtræ. Qui em̄ expeditiores:p̄pter niuis impedimentum ad nos tranſire vix poſſunt. At affectuoſam erga nos deuotionē vr̄am: nec pſonę dignitas,nec longi itineris oneroſa retinet grauitas. Pro incepto labore grās agimus:pro nō ſubeūdo p̄ces effundimus. Nouim⁹ effectum: nouimus conatum. Maneat, qui ſolet amor: quandoquidē gratiſſima viſitatiōis veſtrę fruſtramur lętitia. Quā & ſi ad p̄ſens non habemus:de futuro p dei grām non deſpam⁹ Prę ſtabit id q abſtulit:oportuno tp̄e de⁹. Quā licet multum dn̄i & fratres mei deſiderēt: ego te ex debito auidius eſurio. Nōne em̄ ſum ego ille,quē paupem & inopem nō ſp̄nebatis:ſed

amabatis,fouebatis,& ad omnis ſuaue religionis:pi s ſtudijs inſtruebatis? Cluñ.ordo, Cluñ. diſciplina,Cluñ. amabilis & honorabilis cõuētus:vt vere fatear:me ſemp ad meliora & arctiora ꝓuocauit:ꝓ certo etiam & adhuc prouocat. Quid enĩ? Põt auelli ab homine,cui⁹ anima deo ſubiecta eſt:chori,clauſtri,dormitorij, refectorij Cluniacenſis:cęterarumq; nobilium officinaꝝ omni homini ęmulāda diſciplina? Sed nõ oēs vident qđ vidi ego. Nõ omĩb⁹ notũ:qđ mihi patuit Grãs deo. Quid plura. Veſter ſum,fui & ero in ęternum:quia vere & vos Chriſti dñi eſtis Seruate oĩonib⁹:qđ ſacris ędificaſtis exemplis. Dõum Chartuſię,& omne ꝓpoſitũ nr̃m qualecunq; ſit:ſanctis interceſſionibus vr̃is cõmendam⁹, benigniſſime pater.

Epitoma Epiſtolæ.

Epiſtola.XLIII.ad Papam Eugenium, ne audiant̃ monachi Bremenſes Abbatē ſuum apud maieſtatē Apoſtolicam inſimulare volētes:ſupplicatoria.

SVmmo pontifici & nr̃o ſpeciali patri dño Papæ Eugenio.F.P. humilis Cluñ. abbas:deuotā cũ filiali amore obedientiā. Relatum ē mihi pater,qđ quidā monachoꝝ Bremenſiũ adeant maieſtatē veſtrā: cauſa inſimulandi abbatē ſuũ apud vos. Quid dicturi ſunt:neſcio. Vnũ me ſcire cõfido:quod nihil poterunt rõnabile ꝓtendere,vñ paternā cõmotionē mereant̃ incurrere. Vidiſtis ipſe nuper hominē.ſed vt puto,mihi plenius ei⁹ eſſe notũ eſt:vt pote illius quē pene puerũ ſuſcepi, quē educaui,cuius cõuerſationem bonam, cuius famam integram,tam i Cluniaco:q̃ extra: multis iā annis ꝓbaui His de cauſis, hoc merito:ego quidē eũ aliquantis & magnis priorati b⁹ prætuli. vos vero vt accepi:ſi mihi fama eũ vobis cõmēdāte,magnę abbatię ꝓtuliſtis. Magnę dico,poſſeſſionibus:ſed paruę,miſeræ, & & ruinoſę:habitatoꝝ vt minus loquar erroribus. Vidi ipſe hoc ex pręterito ꝓcinctu veniendi ad vos cõſtitutus:qñ ab eodē inuitat⁹ abbate, Natalē dñi hoc anno in eadē abbatia celebraui. Vidi monaſterium pene tuguriũ,vidi locũ parũ a ſolitudine diſtantem:vidi oīa velut ab initio,nõ ſolum innouanda:ſed a primo etiā lapide fundanda. Monachos nobis quidā deuotos:ſed velut nouitios de nouo inſtruēdos. Facile mihi fuit ex fructu, arborem cognoſcere:de habitaculis habitatores iudicare. Hi nõdũ exuti veteri homine,neq; induti nouo: qm̃ a veſtro abbate cogunt̃ in pectore veteri noua meditari:malunt eſſe oues abſq; paſtore,& requieſcere in fęcibus ſuis:q̃ contraire voluptatibus,aut voluptatibus ſolitis. Hęc eſt cauſa,qua id qđ dixi aggreſſi ſunt:vt ꝑcuſſo paſtore diſpgant̃ oues gregis. Nouerit autē ſanctitas vr̃a, qđ exceptis pauciſſimis magis ex monachis q̃ mõachis oēs ei quoſcũq; in ptibus illis audire potui,laudabile teſtimoniũ ferūt:dicētes eũ religioſum i ſpiritualib⁹,prudentem in tp̃alibus. Prouidete ergo ei ſi placet, vt filio vr̃o,& abbati vr̃o:ne qđ plantauit manus veſtra, inimic⁹ homo eradicet:ne glorietur impia pars, & dicat. Præualui aduerſus eum.

Epitoma Epiſtolæ.

Epiſtola.XLIIII ad eundem, ꝓ quodā nobili viro,qui de illegitima cõiunctione arguebat̃:vt cauſam ſibi aſſumat idē pontifex ſummus:aut eam examinandā:& diffiniendā in ꝓuincia Viennenſi/ſeu Lugdunenſi committat,deprecatoria.

SVmmo pontifici & nr̃o ſpeciali patri dño Papę Eugenio.F.P. humilis Cluñ. abbas filialē amorē & debitam obediētiam. Importunitatē qua frequentibus literis patrē fatigo: ſepi⁹ excuſaui. Excuſaui plane:ſed vrgētib⁹ cauſis importunus eſſe nõ ceſſo Indulge pater ſi placet. Vides,q̃ tam in his,q̃ pene in oibus alijs nõ qđ volo,hoc ago ſed quod odi, illud facio. Memorem eſſe credo paternitatē veſtram, qđ de nobili viro,dño ſcilicet Guidone de Dña:vobis ſignię verbũ feceram:& vt cauſa ꝑ qua interdicti ſnię ſe ſubiectũ eſſe dolebat:in ptibus nr̃is iuſte examinā da diffiniēda,mādato vr̃o pſonę idoneę cõmitteret̃:rogaueram Reſponſum mihi eſt,a benignitate veſtra, Viēnēſem Metropolitanum,qui auctor illius negocij fuerat. mandatũ a vobis in ꝓximo venturũ,a vobis ſup his cõueniēdum:audito eo, congruum illi q̃ſtioni vos finē impoſiturum. Rediēs ergo a vobis:& ꝑ Italiam iā ꝓximus alpibus iter faciens:audiui eum feſtinato ad vos tēdere:& iā vrbi ꝓximum eſſe poſſe. Vnde & ego feſtināter curſorē poſt ipſum ad vos cum literis ꝓſentibus miſi,orans(vt ſi poteſt fieri)aut anteq̃ a vobis recedat.cauſā iā dicti nobilis viri ſapientia vr̃a more quo ſolet,diffiniat:aut ſicut ꝓſēs rogaui.in ꝓuīcia Viēnēſi,vel Lugdunēſi ſi cui placuerit,terminandam cõmittat. Et ne forte miret̃ ſagax prudentia veſtra, me velut rem alienā mihi ſuꝑfluo aſſumpſiſſe: nouerit non eſſe hāc rē alienā,ſed ꝓpriā quia ille cui⁹ ē:nõ alienus,ſed noſter ē Noſter ē amore,nr̃ & gñe: noſter & bñficio Amore quātũ ad ſe,gñe quantũ ad ſuos:bñficio quātũ ad vtroſq;. Quātũ ad

ſe:quia nos noſtraq; p̄ cunctis mūdi monaſte-
rijs diligit. Quantū ad ſuos: quia patres, aui, &
ataui eius, idē fecerunt. Quantū ad vtroſq;: qa
tā ipſe q̄ illi monaſteria ab eiſdē fundata, & Clu
niaco tradita, multis & magnis poſſeſſionib⁹
atq; redditibus: ditauerūt. His de cauſis: nego
cia ei⁹ nō peregrina reputo, ſed domeſtica: non
aliena, ſed ꝓpria. Et qm̄ is de quo vos ſollicito,
& ſup quo maieſtati Apoſtolicę p̄ces effundo,
abſens eſt: nec facile militar(hō, & ſeculo innu
meris curaꝝ cathenis aſtrictus, vos adire pōt.
verba eius mediantib⁹ literis illis breuiter ꝓla
ta: ſi placet: audite. Dicit credere ſe, vxorē ſup
qua arguitur: ſibi legitime ac iuſte nupſiſſe. Vi
uit quidē altera, cui primo cōiugali fœdere vin
ctus dicit̄: ſed illam nunq̄ ſuā fuiſſe cōiugem,
aſtruit. Cauſam, immo cauſas quibus cōiūxit,
nec fuerit, nec ſit, nec eē poſſit: tales proponit.
Primam: qa cōtradicente ſuo Grānopoli Epi
ſcopo, illam accepit. Secundam: qa infra annos
nubiles exiſtēti, nec aſſenſum canonicū p̄ſtare
valenti: adheſit. Tertiam: qa cōſanguinitatis
linea ei ꝓxime iunct⁹ ē. Quartā: qa rē coniugij
nullo vnq̄ tp̄e vel momēto cū ipſa, q̄uis multū
voluerit: vllomodo habere valuit. Quintā: qd
ſicut hanc primā cōtradicente oino (vt dictū ē)
Ep̄o ſuo accepit: ſic iſtā, volēte, cōcedēte, impe
rante: immo pene cōpellēte eodē pōtifice ad-
miſit. Sextam: qd i reditu vr̄o a Gallijs ad Ita-
liam, in mōtanis Vienēſibus: inter pontem Au
leium & villam Iuniam ei p̄cepiſtis: vt ſępe no
minato dōno Viennēſi Archiep̄o in oib⁹ obe
diret: indeq; ſalutē ſuam nō dubiā, ſed certam
ſparet. Septimā: qd priuſq̄ hęc omnia diſcute-
rent̄, poſtq̄ tam p ſe, q̄ p alios religioſos vel ſe-
culares viros: iudicium iuſtitię paratū ſe eē ſub-
ire, nō ſemel tm̄, nō bis tm̄: ep̄o ſuo, & dixit, &
mādauit: ab ipſo interdicti ſentētię ſubmiſſus
eſt. Aeſtimat vir iā ſatis dict⁹, quodlibet ex his
capitulis vnū, & ſemotis alijs, ſolū ad diuortiū
inter ſe & illam primā mulierē nō coniugē fa-
ciendū: plene ſufficere poſſe. Quāto magis oia
ſimul? Videat hęc oia & diſcutiat patri vniuer-
ſalis: & qui curam paternā vniuerſis Eccleſiæ
filijs debet: animę, nec de inferioribus, nec de
vilioribus ſibi cōmiſſę ꝓuideat: & aut coram ſe
(vt iam dixi, ſi fieri poteſt) rem ipſam diffini
at: aut ꝓbis partiū noſtrarū viris, ſi placet: diffi
niendam cōmittat. Dolet em̄ multū hō, & qd
vix, aut nunq̄ cuilibet anteceſſoꝝ ſuoꝝ conti-
git: īterdicti Eccleſiaſtici ſe incurriſſe. Vere vt
Chriſtianus vltra q̄ de laico ſit credibile, dolet
Vidi ipſe, & verax apud patrē teſtimoniū fero:
quia dū die quadā inter caſtrum de Viſilia, &
caſtrum de dn̄a, mecū iter faciens de his age-
ret: ſubito in tam amaros fletus & ſingult⁹ eru
pit: vt etiam nos & quoſdā nobiſcum qui ꝓxi-
mi eqtabant: in fletus & lachrymas cōmoue-
ret. Moueant ergo viſcera paterna abſentis, &
nobilis filij lachrymę: qui & ſicut fidelis Chri-
ſtianus dolet ſibi Eccleſiaſticæ cōionis granā
ſubtrahi: & de vxore dimittēda vel retinenda,
re ad examen ꝓcedēte: parat⁹ eſt p̄cepto Apo-
ſtolico & Eccleſiaſtico obedire.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. XLV. ad quē ſupra, vt placentino
clero ac populo condeſcendat: neq; Rauenna-
ti Archiepiſcopo cōfirmationem ſui epiſcopi
tribuat, ſed ſibi Eccleſięq; Romanę conſeruet.

SVmmo pontifici & nr̄o ſpeciali
patri dn̄o Papæ Eugenio. F. P.
hūilis Cluñ. abbas. Filialis amo-
ris & obediētię: qcqd pōt. Placē-
tinus clerus, cōſules, & populus:
qa benignę paternitati vr̄ę ad plens diſplicere
multū & multum dolens: placere ſup oia, quæ
in terris ſunt, volens. Elegit me ſicut aduoca-
tum ſibi, ſperans, qd mediante me preces ſuæ
apud patrē facilius admittant̄: & fortaſſis etiā
exaudiant̄. Facit hoc ex gratia quā credit mi-
hi ſeruari penes vos ęſtimans: nō ex toto fru-
ſtrari vota ſua: adiuncta ſuis p̄cibus dep̄catiōe
mea. Qd vtrū ita ſit, vtinā ſic experiar nūc i aſ-
ſumpta cauſa: ſicut veſtri gratia ſępe expt⁹ ſū,
tam in ꝓpria, q̄ in aliena. Sum eis debitor, tā
charitate cōmuni: q̄ dilectione ſingulari. No-
uit hoc (vt arbitror) ſapientia veſtra, & ad aures
maieſtatis veſtrę (vt puto) ꝑuenit: quid ān qn-
quennium, quando vidēdi & viſitādi vos gra
tia Romam ꝑgebā: ſup iniuria mihi, immo &
vobis a Marchione Opizone illata fecerit: quā
tū inde doluerint: quāta vi fugitantē, & latibu-
la q̄rentē beſtiā: de fouea ſua ad publicū ꝓtra-
xerint, quicqd ſorbuerat totum vſq; ad obolū
reuomere cōpulerint, ſatiſfacere tam ipſum q̄
ſceleris ſocios: p arbitrio meo, vellent, nollent,
coegerint. Fecerūt hoc vt dixi, nō ſoli mihi: qa
qd factū ē filio, factū eēt patri. Ea de cauſa de
ingratitudine merito condēnarer, ſi p ipſis vbi
cauſa rōnabilis exigit: qualeſcūq; p̄cij p̄ces me-
as indignatiōi paternę opponere formidarē.
Dicūt, dicūt iſti, quoꝝ cauſā aſſūpſi: & hoc vt
ab eis accepi ſacramēto ꝓbare parati ſūt: ſe ni-
hil eoꝝ ſup qb⁹ arguit̄, ad iniuriā maieſtatis
vr̄ę feciſſe: nihil in ęternū facere ꝓpoſuiſſe. Sed
dicit̄ eis Ep̄m a ſuo Rauēnate Metropolitano
dn̄i papę inſup p̄cepto cōſecratū, & ſuſcipe no-
luiſtis: qd q; ē deterius, nunq̄ vos eū in ꝑpetuū

ſuſcepturos:iuramento firmaſtis. Ad hæc illi.
Metropolitan⁹ nr̄,nõ Rauẽnas,nõ Agleiẽſis,
nõ qlibet alter:ſed Romanus põtifex ẽ. Proba
mus hoc inumeris teſtib⁹,ꝓbam⁹ placentinũ
electũ:a multis retro ſeculis,a ſũmo & vniuer-
ſali p̃ſule nõ ab alio ↄſecratũ. Producim⁹ inde
ꝓ exẽplo,p̃ter antiqores,Vrbanũ ſcdm,Calix-
tũ ſcdm:qui electis nr̄is cõſecratiõis manũ im
poſuerũt,& exẽplo ſuo qd poſteris ſeruãdũ eſ-
ſet:lucide oſtẽderũt.Seruet̃ vrbi nr̄ę cõceſſa a
tantis põtificib⁹ dignitas,& parati ſum⁹ face-
re vel ſubire:quicqd Apl̄ica,ſi forte in his deli-
qmus:impauerit maieſtas. Hęc pater illi. Ego
vero his ſubiſigo. Miſerere pater,miſerere tãtę
vrbis:nulli fere ĩ Italia ſcdę. Miſerere tãti ppl̄i,
q ſibi aliter egit q̃ debuit:paratus ẽ iuxta p̃miſ
ſa obedire & cũcta impata ſeruare. Attende,
attẽde(iquã)diſcreto illo more tuo:qa & ſi deli-
q̃rũt,tñ qd multitudo delinqt:impunitũ eẽ ſo
let. Cõſidera,licet(vt min⁹ ſapiens loquar)ve-
lut docẽdo doctorẽ,qd bonus ille paſtor cui⁹ vi
ces in terra geris:vulnerat⁹ ẽ ꝓpter infirmita-
tes nr̄as,& ſe vicarijs ſuis ad imitandũ propo-
nens:ait. Nõ egẽt,qui ſani ſunt medico:ſed q
male habẽt. Vide,qd ꝓximi ſunt piculo,& pi-
culo mortis ęternę:ſi nõ cõdeſcendis,ſi rigorẽ
tuũ ſeruare volueris,ſi dixeris nõ placabor niſi
ep̃m Arauẽnate ſacratũ ſuſcepint:nõ quieſcã
niſi ſacramẽta ſua irrita fecerit. Timeo,timeo
dñe:ne ſeueritate hac magis eccleſia deficiat,
q̃ pficiat:ne rigor iſte magꝭ appareat ruinoſus
q̃ fructuoſus. Formido,ne de placẽtina ciuitate,
in hac re publica nr̄a Chriſtiana dicat̃,qd olim
de tribu Beniamin tp̄e Iudicũ apud Iudęos di
ctũ eſt. Ablata ẽ vna tribus de Iſrael. Si recen-
ſuerit:recolet ſapiẽtia veſtra:quot & quãtę a ſe-
de Apl̄ica diſpẽſationes,Paganoꝝ,Hęretico-
rũ:ipſoꝝ etiã catholicoꝝ tp̄e factę fuerint,nec
ob aliud:niſi quia magni & diſcreti patres,ſpũ
cõſilij & timoris dei illuſtrati:videbãt ſe magis
Eccleſię dei ſalua fide & charitate poſſe pficere vtiliter cõdeſcẽdẽdo, q̃ inutiliter auſteriora
ſeruãdo. Extẽderet̃ ep̄la i immẽſũ:ſi exempla
vellẽ ꝓponere,q̃ occurrũt. Sed qa nõ ẽ neceſſa-
riũ talia cuncta ſciẽti:ipſum ad ſe remitto:& vt
in libro ſingularꝭ memorię ſuę hęc relegat:ex-
oro. Verbũ tñ memorabile magni patris,& ſũ-
mi Eccl̄ię dei poſt apl̄os doctoris Aug. ad mẽ-
tẽ ſi forte excidit:reuoco. Dico ſniam,nõ ver-
ba ex ordine. Inſertionis(inqt)tale genus ẽ,vt
nõ poſſit inſeri ram⁹ aliunde allat⁹ arbori niſi
fiat quãtulũcũq; vulnus in arbore. Sic qñq; vel
ſuis vel alienis eccl̄ia ex charitate condeſcẽdẽ
do lędit̃:vt q alienat⁹ vel alienus fuerat:inſe-
rat̃. Sed nimiũ forte ꝓceſſi. Fecit hoc fiducia:
ex paterna benignitate cõcepta. Vt ergo iã fi-
nis fiat,oro,rogo,ſupplico & corde,immo ip̃o
corpore:an̄ pedes ſanctitatis vr̄ę,licet abſẽs ꝓ-
ſternor,vt placẽtinis veſtris,vobis toto conatu
placere q̃rentibus cõdeſcẽdatis:& errorẽ eorũ
mõ quo placuerit corrigatis:tantum vt eos,vt
eccleſiam ſuam,vt epiſcopum ſuum,vobis nõ
alteri Romanę Eccleſię nõ Rauẽnati,vel cuiuſ-
bet alij conſeruetis.

℄ Epitoma Epiſtolæ.

℄ Epiſtola.XLVI ad quẽ ſupra denũciatoria
cõcordię factę cũ Hugone quodã,q caſtrũ Clu
niaco imminẽs fecerat:ꝓ quo & apud maieſta
tem Apoſtolicam idem Abbas querimoniam
depoſuerat.

SVmmo Pontifici & noſtro ſpeciali
patri domino Papę Eugenio, Fra-
Petrus humilis Cluniacenſiũ Ab-
bas: deuotam obedientiam cum fi
liali amore. Si dei diſpoſitio paternitati veſtræ
me proximum loco feciſſet,optaſſem & om̄ia
a me facta vobis referre:& de faciendis vobiſ-
cum conſilium inire. Nunc remotus opto ſæ-
pe facere:quod ſemp nõ poſſum. Vnde notum
facio benignitati veſtrę, qd poſt regreſſũ meũ
a vobis,factũ ſit de caſtro:qd ſup ipſum(vt ita
dicã)Cluniaci caput,Hugo diſcalciatus ędifica
bat:xõtigerit. Queſtus fueram inde(vt noſtis)
apud vos:& vr̄a puidẽtia duro anathemati il-
lud ſubmiſerat. Rediẽs igit̃:inueni nõ tñ incho-
atũ,ſed & fortibus iã muris cinctũ:& excepta
lapidea turri:cuius iã materiã pene totã iã di-
ctus Hugo cõgregauerat:lignea interim iã ere
cta,fere ex integro cõſũmatũ. Inueni & nr̄os
villã quãdã iuris noſtri,q̃ Clarũ mane dicit̃:ca-
ſtro illi valde ꝓximã foſſatis & munitionibus
ambiſſe:& ꝓut breuitas tp̄is pmiſerat cõmuni
tam:caſtro Hugonis ꝓ caſtro oppoſuiſſe. Inue
ni vniuerſos adiacẽtes nobis,milites,caſtella-
nos:ipſos inſup comites & duces Burgũdię no
ſtrę,velut aureę(vt dicit̃)fortunę inhiare:& q̃ſi
argẽtei fumi nidore attractos:ad arma ſumẽ-
da noſtros vndiq; cõcitare. Dicebant multa,
amicoꝝ cõdolentiũ vel cõſultantiũ ſpecie,quę
ego audita,in quã partẽ vergerent,aduertens:
aurẽ eis pacificã,velut bñ cõſulẽtib⁹ exhibebã.
Inſtabant,& multi ex noſtris:ſed quo ſpũ,ipſi
viderint:aſſerentes credẽdum eſſe prudẽtib⁹
viris,q cum amici eſſent:& in re militari aſſue
ti,non hortarent̃ ad inutilia:nec ſuaderent diſ
ſuadenda. Aderant e conuerſo lõge plures his
affirmantes nihil vnq̃ lucratam eſſe Cluniacẽ
ſem militantibus armis,aut vecordem,aut ho-

ſtem eſſe:qui monachis pugnare ſuadeat,q cu
cullatum gladio p̄cingat:p admirabili haben-
dum ꝓdigio:ſi tale monſtrum ad bella proce-
dat. Ridēdos eſſe & ſubſannādos eſſe ab orbe
terrarum,huiuſmodi milites vel athletas:nec
iam illuc velle venire ſeculares ad ſuſcipien-
dum religionis habitum,quē ab ipſis religio-
onis iam viderent depoſitum. Pręter hęc dā-
na innumera inde poſſe oriri,cum breui tem-
pore bellica clades,etiam lōge maiores quam
Eccleſia illa habeat redditus,poſſit aſſumere:
& conſumendo paulatim in ſe ipſa deficere.
Ad vltimū homines alijs aſſuetos ſtudijs,bel-
licarum artium prorſus ignaros,hoſtibus calli-
dis & in his a lacte educatis:non niſi p̄dam vl'
eſcam exiſtere. Hęc vt ſanioris cōſilij eē clarue
runt,mediante Hugone de Berziaco,& qbuſ-
dam alijs militibus,ex parte aūt noſtra,fratre
Enguizone p̄cipue,& qbuſdā alijs inſtantib⁹:
cōcordia hmōi facta eſſe. Deijcit ip̄e caſtri con
ſtructor,& diruit ab ipſis fundamētis,ſuis vel
ſuorum manibus caſtrū:ſeq; nunq̄ deinceps
aliquid ibidē ędificij facturū:iuramento confir
mat. Dat inſup,& montē ipſum Eccleſię. Ad-
dit & iuramēto,ſe a caſtro Buxerię vſq; Clun-
acum,in aliquo prorſus loco,munitionem ali-
quam:nunq̄ vlterius eſſe facturū. Interdicit &
hoc cunctis hęredibus ſuis:& inſtrumētū iſtud
cōtinēs,auctoritate & teſtimonio Lugduneñ.
Archiepiſcopi & coepiſcoporū eius, Guilelmi
Comitis,& aliorū terrę illius nobilium:ſeſe fa
cturum ſpopondit. Nos autē his de cauſis,de-
dimus ei ducētas & viginti libras. Hęc p̄cipue
ea de cauſa facta,nouerit ſublimitas veſtra:q2
memores cōſilij qđ nobis dediſtis, maluimus
in pacis cōditionibus expēdere multa:quā ſub
dubia belli ſorte conſumere infinita.

¶ Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola. XLVII. ad domnum Bernardū Clarę ual. Abbatem. Primum quidem magni
ficatiua miſericordię dei perceptę,tum i itine-
re Romano,tum Romæ in gratia ſummi pō-
tificis:& aliorum. Deinde q̄ iuxta petitionem
dicti Bernardi,det Abbas facile veniam qui-
buſdam malignis detractonibus & laceratori-
bus famę fratrum,declaratoria:deniq; ſignifi
catiua ſe occurſurum ad colloquium,ſubiun-
ctis alijs nōnullis de munere dato,de frē Ger
(mano,& ſuppriore Cluñ.

INSIGNI ET SINGV-
lari noſtri temporis viro,dom-
no Bernardo Claręuallis Ab-
bati,Frater Petrus humilis Clu
niacenſium Abbas:Salutem ę-
ternam. Quoniam ſanctitati veſtræ, mihi tā
dulciter,tam benigne ſcribenti, tot diebus re-
ſcribere diſtuli:nolite mirari. Irruerat forte tūc
tantus negociorum turbo:tantaq; cauſarum
congeries,me vndiq; ſuffocabat: vt non dicā
ſcribere,ſed vix mihi viuere tunc liceret. Exū-
dabat, diſrupto obice,immēſa vis aquarum:
quas,Romanum iter, me abſente, paulatim
congregans,ſtagni more aliquādiu continue-
rat:in pręſentem largiſſime profundebat. Ex-
clamare tūc merito poteram. Saluum me fac
Deus,quoniam intrauerunt aquę:vſq; ad ani
mam meam. Hæc fuit cauſa:qua illi,cui me
totum debeo,debitum reſpondendi,paucis li
cet diebus ſubtraxi. Nunc tandem reſpirans,
occurro,vt poſſum verbis,tāto tanti amici af-
fectus:poſt verba in ꝓximo,per dei gratiā oc-
curſurus & ipſe. Magnificauit vere domin⁹ fa
cere nobiſcum:& vt verba illa veſtra,humanū
pene os excedētia ſonant:proſperum fecit iter
noſtrum:& gratia ſua,ſtudio veſtro,p̄cibus ve
ſtrorum,duxit & reduxit icolumes:tribuit no-
bis ſecundum cor noſtrum:& impleuit petitio
nes noſtras. Facta ſūt nobis etiam ad literam
praua in directa & aſpera in vias planas. Al-
pes ipſe gelidę,& ꝑpetuis niuibus condemna-
ti ſcopuli,illius ſui antiqui horroris:pene obliti
ſunt. Aer ipſe,qui vt poſt reditum noſtrum ac-
cepi:noſtræ ſe Gallię,hybernis menſibus im-
portuniorē ſolito,nimijs imbribus p̄buit: qnq;
ſolis diebus exceptis,toto quo in Italia demo-
ratus ſum tempore,tam terreno itinere,q̄ flu-
uiali: nam aliquantis diebus ac noctibus,pa-
dus nos nauigantes detinuit:iocundū ſe ſem-
per ac ſerenum exhibuit. Lutoſas vias,quibus
maxime angi,immo cunctis id minantibus
infigi verebamur:fere lapideas ſiccitate inue-
nimus. Fratres quoſdam itineris ſocios, puræ
ac ſimplicis vitæ viros,fluctib⁹ merſos,& iam
iāq; extinguendos,ab ipſis (vt ſic loquar) mor
tis faucibus: viuos recepimus. Ipſe plus ſolito
audax,dum pontem quēdam, quia peditem
ire pigebat,conſcēdere eques conarer: vltimos
mulę meę pedes tenaciſſimo retrahente luto,
in ſubiacentem eidē ponti,quandā abyſſum:
pene prolapſus ſum. Sed dei virtute, mulæ vi-
res addente:ſubito mecum eadem,ſuper pon
tem inueni:ſicq; præter timorē,nihil triſte paſ-
ſus:euaſi. Quid multa? Talis nos in eundo,ta-
lis in redeundo,nō fortuna,ſed gratia aſſidue
comitata eſt:vt nihil mihi,nihil noſtris pręter
votum contigerit:excepto defectu, vel morte
beſtiarum:de quibus deo cura nō eſt. Leta pla
ne in via cuncta reppeni:ſed letiora apud patrē

inueni. Bonū illum habui in principio, meliorem in proceſſu, optimū in fine, immo vt quod verius ex corde haurio fatear: optimū ſemper. Cūq; vult⁹ iſte illi⁹ in quo vere apl'icus vigor & forma relucet, pro varietate cauſarū, perſonarum, & euentuū mutaretur, & alijs atq; alijs nunc iocundum, nunc nubilum diſcretiſſime ſeſe p̄bet, mihi tamē nunq̄ in diuerſa mutatus eſt. Qualē veniens repperi, talem recedens reliqui. Notabam ſepe auſteriorem vel meſtiorem quā frequenter induere alijs de cauſis cogebatur ſpeciē, ipſum aut priuatim aut publice me alloquente, de iudicis forma i patris gratiam cōmutare. Pręferebar omībus etiā maioribus gradu, nec patriarchalis dignitas, cū etiam rauēnas adeſſet, preire: meipſum plerūq; impellente ſinebatur. Senatui Romanorum, epiſcoporum, vel cardinalium, nō tantum adiūgebar, ſed & quandoq; adiungi cogebar. Excludebantur vniuerſi nō Romani a Romanis conſilijs, ſolus aut pene ſolus ad myſteria iurata vocabar. Iſta in publico. Iam ſecretiora & remota ab alijs colloquia, quis explicet? Dico, dico quod verū eſt. Nemo me putet aliter loqui q̄ ſentio. Vt aliquid arrogātius dicam: hoc apud me fas non eſt. Nunq̄ amicum fideliorem, nunq̄ fratrem ſinceriorem, nunq̄ patrem puriorem in huiuſmodi colloquijs expertus ſum. Auris patiens ad audiendū, lingua prompta & efficax ad reſpondendū non vt maior minori, ſed vt aut par pari, aut quandoq; vt inferior ſuperiori. Nihil faſtus, nihil dominiū, nihil maieſtas, ſed totum ſibi hominem ęquitas, totum humilitas, totum ratio vendicabant. Si quid ibi vel alibi petij, aut indultum eſt, aut rationabiliter ita vt q̄ri non poſſem negatum. Hęc dicēs non glorior, ſed veſtra vota in me per ipſum impleta declaro. Et nouū quidem nō eſt, Cluniacenſe monaſterium in qualicūq; paſtore ſuo a ſummo pontifice honorari: ſed nouū eſt nihil ſiniſtri in eius actu, nihil in verbis, nihil i ipſo geſtu erga ipſum potuiſſe notari. Videram eum primo anno apoſtolatus ipſi⁹ Romę, poſt videram Cluniaci, videram Antiſiodori, viderā Catalauni, viderā Remis, viderā alibi, ſed talis nūc apparuit, quaſi nunq̄ vidiſſem. Qualem deinde totius Romanę curię erga me ac noſtra ſtatum inuenerim, ſuccincte refero, aut amicorū fidelium, vt dulciſſimorum fratrum, vt ex mero & ſincero corde quantū agnoſci potuit familiarium. Veſtri omnes, maxime ſingularis ille vir dominus Hoſtienſis, nō minus, non inferi⁹ mihi aſtitit, q̄ vobis ſi preſens eſſetis adſtaret. Ad illum explicandū, quia breuis ſermo nō ſufficit, parco literis, ſed p dei gratiā cum p̄ſens fuero non parcā verbis Hortatur dehinc textus epiſtolæ dulcis & ſanctę, tēpus & op⁹ eſſe: ne reddā retribuentibus mihi mala, monet vt nunc illi qui voluerūt, ſed nō potuerūt aliud agere: experiant̄ clementiā noſtrā, & affect⁹ patris filios recedentes reſignet viſceribus ſuis. Inſtat vt ſentiāt nos in gremio, ſedis apl'ice pl⁹ patris q̄ iudicis īuenīſſe, & gladium iam ad percutiēdum exertū, i vaginā pietatis eſſe repoſitū, & reliqua in hunc modum. Ad hęc ego. Nō eſt, non eſt hic labor difficilis, aut inſuet⁹ apud me. Natura ipſa ſatis ad indulgendum me prouocat, vſus ipſe indulgendi inſtigat. Aſſuetus ſum pati: aſſuetus & indulgere. Declarat hoc, qd t̄n nō ſupbe iacto, de pontiano ſciſmate, in qd cū innumeri declinauerint, ac nephāda & in ordine monaſtico inaudita fecerint, nunq̄ gladiū meū, nunq̄ mucronē, nūq̄ frameā experti ſunt, vix vnq̄ aſpe⁊ ab ore meo verbū audieri̅t. Feci hoc tūc, feci & poſtea ſepe, & ſi nō de tā grauibus, t̄n de grauib⁹, & iuſte forſan niſi tollerātia itercesſiſſet, grauiter puniēdis excelſib⁹. Facio & adhuc frequēter, nec (vt ſic dicā) facere hoc aſſidue ceſſo. Sed qd? Nūquid ita ſemp? Nunqd ſemp miam deo cātabo & nūq̄ iudiciū? Nūquid vniuerſę vię dn̄i, mia t̄n? Nōne & veritas? Nūquid ſemp p̄hibebit qlibet miles dei gladiū ſuum a ſanguine? Si hoc, nō tantū rex: ſed & miles ei⁹ fruſtra gladiū portat. Fruſtra & legūt verba illa, orbi xp̄iano nota. Vis nō timere poteſtatem? Bonum fac: & habebis laudem ex illa. Si autem male feceris: time. Sed dicet quiſpiam. Eccleſia non habet gladiū, xp̄s illū abſtulit:

cum Petro dixit. Conuerte gladium in vaginã. Oĩs qui acceperit gladiũ gladio peribit. Verum eſt inquã; verum eſt. Nõ habet eccl'ia gladiũ regis: ſed habet virgam paſtoris. De qua Apl's. Quid vultis, in virga veniã ad vos, an in ſpiritu manſuetudinis? Et quid dico habet virgam? immo habet & gladium, ſcdm eũdem. Et galeam ſalutis aſſumite: et gladium ſpiritus qđ eſt verbum dei. Hic gladius ſi quieuerit, ſi ſemp latuerit: ſi nũq̃ exertus, nulli vnq̃ terrori fuerit, qđ erit? Multiplicabuntur forte iuxta Salomonem, contra remiſſam manũ beſtię agri, nec iuxta cuiuſdã amici Iob verba. Pacificæ erunt illi. Et quid faciet prauorũ peruerſitas, quos ĩ malis ſuis deteriores reddet impunitas? Tranſeo fineen, prętereo Heliam, taceo Machabeos, quos diros ſcelerum vltores legit & cantat eccleſia. Virum illum, mitiſſimũ ſuper oẽs homines qui morabanť in terra: ꝓpono Nomẽ ei⁹ quis neſciat? Is cum tant⁹ virtute manſuetudinis fuerit: dei ſuaſq; iniurias vlciſci, horribili mortis exemplo non timuit. Res notiſſima: diu protrahẽda non eſt. Quid loquerer Samuelẽ pro inimicis orantem, quid Dauid totiens & totiens hoſtibus nequiſſimis parcẽtem? Et ille tamẽ manu non aliena, ſed propria, pinguiſſimũ regem Amalechitarũ in fruſtra concidit: & iſte non in ſolo miſterio dixit. Perſequar inimicos meos & cõprehendã illos, & non conuertar. d. d. Perſequutus eſt eni hoſtes ſępe etiã realiter & cõprehẽdit: nec conuerſus eſt do nec deficerent. Quid ipſe ſaluator, quid plane ipſe pius Ieſus egit? Flagella quidem pertulit: ſed & flagella intulit. Mercatores in loco mercationi incõgruo illicite mercantes: de tẽplo dei non per miniſtros, ſed per ſeipſum verberando eiecit, quando diſcipuli de ipſo dictum in
ps. lxviij Pſalmo recordati ſunt Zelus dom⁹ tuæ comedit me. Quorſum iſta? videor vt dicitur mineruam docere, guttulis rodanũ infundere, ad nemus ligna conuehere. At nihil horum ego facio. Quid ergo? vnũ eſt quod intẽdo, vnũ quod ſpeciali ſſimo & ſanctiſſimo amico ſuggero. Credit forte vel exiſtimat dũ hęc legis beatitudo tua, me ſuper huiuſmodi homĩes inſanire, & velle tormentis eorum vel ſupplicijs ſaturari, Non fui, non ſum, nec eſſe poſſum tortor eorum. Qui licet fratribus ſuis maligne detrahendo, ſuſurrãdo, obloquendo, multum deliquerint, licet carnes eorum dente canino laniauerint, ipſa ſua viſcera vnguibus proprijs diſcerpſerint, corpus eccleſiæ ſuæ in quibuſdam eius membris, nequiter vt ego noui lacerauerint, habeant ſi ſic vobis vtile videtur veniã: ne mereantur premiũ. Horum vno ſi beneficio abuti noluerint, prouocari poterunt ad meli⁹, altero deterreri poterunt, ne cadant in deteri⁹ Sed dicetur. Non erit plena charitas ſi non nocuerit, ſed ea erit integra ſi profuerit. Eia. Velim nolim perfect⁹ eſſe cõpellar. Ero qđ non putaueram perfect⁹: ſicut pater meus cœleſtis perfectus eſt. Non vlciſcar in hoſtes: immo benefaciã hoſtibus. Preferãtur, principenť: regnẽt: ſed ſine me. Sine me quomodo? Habeãt dignitates. Habeant honores ſi dici debet monaſticos a me: ſed non circa me. Habeant extra poſiti & res meas & etiã ſi merentur cor meum, non ambiant latus meũ. Nulla vt noſtis, & vt ait ille quẽ noſtis, ad nocendum efficatior peſtis: q̃ familiaris inimic⁹. Prouerbium eſt, etiã vulgatum. Primo falli incõmodum eſt: Secundo ſtultum. Tertio turpe. Et vt aliquid diuinum ſub inferam, amici (ait Salomon) ſint tibi multi, conſiliarius vnus de mille. Videor ex parte loqui vt filius ſeculi, cum teſte deo non multa mihi ſit cura de ſeclo. Eſſet vero fortaſſis vel parua vel nulla, ſi permitterent filij ſeculi. Sed quia ipſi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua, vtinam mihi daretur ſimplicitas columbæ ad illorum vitandam nequitiam, & ſerpentis prudentia ad precauẽdam maliciam. De his ita ad preſens. De reliquis quæ hanc materiam ſequuntur: ſacri oris veſtri verbis, quid dicam? Non inuenio, non ſufficio. Sufficio tamẽ non quidem ad reſpondẽdum, ſed ad rependendum tanto amori totum & integrum mei animi vel cordis affectum. Occurram, occurram certe, vbi vobis vel veſtris viſum fuerit.

occurrā inquā ſeruo meo vt a vobis habeo, vel apud Diuionē, vel apud ipſam Clarā vallē. Agnoſco enim & vere agnoſco qđ dixiſtis, quia quantū pepcero vobis, parcā & mihi. Mun⁹ quod ꝑ magno vos habiturū ſcripſiſtis, vobis cōceſſi, donec optabili colloquio pfrui merear. De Germano qđ magis inuiſtis quā dixiſtis: facio quātū valeo. Cętera diei expectatæ reſeruo. De ſubpriore ea quæ ſubiunxiſtis vt legi, nō modice mirat⁹ ſum. Cōueni ſtatim hominē, & cūcta fere quę de eo vobis ſuggeſta fuerāt, ab ipſo falſiſſima eſſe audiui. Verit⁹ ſum meoꝝ ſibilos ſerpentiū, ne ſimilia his quę hoc anno ꝑfuderūt: veſtris auribus inſibilaſſent. Et vere maior pars materiei quam epiſtola veſtra continet ab ipſis infuſa videtur. Hij licet pauciſſimi, & vt putant ſecretiſſimi, odiunt qđ diligo, diligunt qđ odio. Sed hoc quidē gratis, vt Pſalm⁹ ait. Et ſaluator meminit. Diligo ego hominem illum, quia lōge pluſq̄ appareat prudēs eſt, vtilis eſt, neceſſari⁹ eſt, fidelis ē. Hoc forte vltimū et ſolū in ipſo oderūt. Scriptur⁹ eſt ipſe vobis, excuſaturus qđ non fecit, nec negatur⁹ quod fecit, ſatiſfacturus p oia ſi quid vel in modico vos offendit. Credite viro: qui ſicut noui fide dignus eſt. Valete.

Epitoma Epiſtolæ.

¶ Epiſtola.xlvij. Ad Nicolaū monachū, dilationis ſuæ in ſcribēdo excuſatoria, pro certificatione ſui itineris remiſſiua ad literas Clareuallēſi. abbatis, & vt q̄ citiſſime veniat, petitoria.

FRatri Nicolao, Frater humilis qđ ſolet, yt abſqꝫ proemio loquar, quid plane, qđ eſt? Et tu ille es cui dicat, modice fidei quare dubitaſti? Sed nec ego xp̄us ſum: nec tu Petrus es. An bone vir vt cū ſtomacho loquar: me putaſti alium eſſe factū? Ergo ne tā firmas radices fixerat opinio mei amoris erga te: vt quā in fortiſſimā quercū euaſiſſe crediderā, vix in vimē tenerrimū coaluiſſe agnoſcam? An forte putaſti: cū mutatis regionibus mutaſſe me & animū, & infectum peregrini aeris tactu (vt aliquid fabuloſum interſeram) circe medicaminibus de hoie beſtiam factum, in monſtrū aliquod erupiſſe, cum dicat quē noſti, cœlum nō animū mutant, qui trāſmare currūt? Nō adeo, nō adeo in me preualuit Romanum vel cāpanum littus: vt qđ eram me obliuiſci cogeret, & nō in melius, ſed in deterius cōmutaret. Mirū eſſet: ſi longo tempore hoc, magis autē mirū: ſi in tam breui efficere potuiſſet. Sed nō eſt ita. Nō ſum quidem qui fuerā, ſed corporis quod momētis ſingulis in oibus fit: alteratione, non animi mutatiōe. Quod ſi forte quia ſilui mutatus eſſe credor, credatur idē & quādo loquor, quia nō ſemp loquor: credat & quādo dormio, quia nō ſemp dormio, & ſic de reliquis corpori vel animo accidentib⁹. Sed nō fuit cauſa ſilēdi: imminutio diligēdi. Quod ſilui, qđ per tā lōgum iter de tam longo itinere nihil tibi chariſſime, ſi tamē hoc te eſſe adhuc non dubitas, ſcripſi: factum eſt, non quia nolui, ſed quia nō potui. Quid poteram poſit⁹ in itinere ſcribere: qui vix poteram viuere? Viuere dico, nō qđ deo gratias: amicis, fratrib⁹ ac filijs tam orantib⁹ q̄ ſtudētibus, aliquid mihi pręter votum contigerit, ſed quia integra pene ſęmp die equitanti, media nocte edenti, valde mane ſurgenti, in agone continuo deſudanti: quis animus ad meditādum, quę lingua ad dictādum: quæ man⁹ ad ſcribēdū parare ſe poterat? Hęc pręter alia multa q̄ cōmemorare longum eſt, impedimenta: & Tranſalpinum & Ciſalpiuum mihi ſilētium indixerit. Fuit & illud, quod dn̄o abbati actuū meorū vel euentuū primā noticiam, vt par erat: ante omnes alios reſeruabā. Iam & ſi poſt reditum aliquādiu ſilui mirū non eſt, ſed quia adhuc loqui potui, valde mirandū eſt. Quomodo iſtud? Leta quidē, iocunda & arridētia cuncta repperi, & p̄ter deuotū clericorū & laicorum occurſum: fratrum quod mihi magis cordi erat, tam vocis canticum q̄ cordis iubilum inueni. Letabar in eis, & nō in me, ſed in dn̄o gloriabar: qđ piū & valde dulcē animorū ſuorum affectū, erga me qualēcunqꝫ paſtorem ſuū oues nō meę, ſed Chriſti: nō ſolū cantib⁹, ſed & lachrimis oſtēdebāt. Mirabar vix qnqꝫ menſiū abſentiam meā in tantā amoris

Matthęi xiiij.

flãmã ex occultis ſubito prodiiſſe, vt mi=
rum videri poſſet, ſi quinquẽnij mora tan
tam parere potuiſſet. In his conſtitutus,
vixq; quatridui metas excedens: ſtatim
poſt lilia gaudioꝝ, ſpinas intraui nego=
cioꝝ. Inundauerũt aquę ſup caput meũ,
& pene dixi pu⁹. Inuocaui mox nomen
dñi: vnde necdũ ſubmerſus ſũ, deũ erit a
modo tuũq; ac meoꝝ: ne ſubmergat. Aq̃
iſtæ ppli fuerẽt & gẽtes, ab italia, germa=
nia, hiſpanijs, anglia, ab ipſa nr̃a gallia
Cluniacũ diriuatę: ibiq; ſimul per totam
illã abſentiã meã: in imenſos cauſarũ cu
mulos cõgregatę. Hęc vt me p̃ſentẽ ſen=
ſerũt, ac ſi in caput meũ cõiuraſſent: que
cũq; diu cõtinuerãt ꝓfuderunt. Feci qđ
potui, & euaſi vt potui, hęc qui non ad=
uertit, qui nõ recogitauit, q nõ cõſidera=
uit: qđ meruit? Sed indulgebo, dabo ve
niã: ꝓſequar morẽ meũ. Nolo in vno reo
manſuetudinẽ meã pdere: quã in multis
milib⁹ ſoleo cõſeruare. Iã vero in itinere
meo ſup quo certificari rogaſti: qđ egeri
quid dixeri, quid inueneri: ad lr̃as quas
dño Clareuallẽſi facio, p eas de his oĩb⁹
inſtruendũ te mitto. Ibi cuncta leges, ibi
cuncta reperies. Scripſi ei: vt oſtẽdat eas
tibi. De cõſanguineo meo, abbatę mira=
torij mirando & admirabili: quid dicã
non inuenio. Inuenirẽ vero fortaſſis: niſi
breuitatis ſtudiũ finire me epiſtolã coge
ret. Preter hoc tẽpus breue, Pẽthecoſtes
vrgens, curſor feſtinãs: curſum verbi im=
pediũt, & animũ maximos tumult⁹ ſuos
exprimere geſtientẽ: reprimunt. Nec illã
miratorij materiã, etiã ſi tota ei dicaret:
breuis ep̃la expleret, cui vix liber integer
ſufficere poſſet, da operã quęſo vt dies
colloquij iter me & dñm Clareuallẽſem,
tertia poſt Pentecoſtẽ dñica apud Di=
uionẽ ſi fieri põt, habeat. Dñm abbatem
vt te nobis citiſſime mittat, rogaui. Tu
vero nullo mõ citius venire graueris. Es
eni mihi & ꝓpter iſta, & ꝓpter qđã alia,
multũ neceſſari⁹. Curſori qđ tãdiu mora
tus eſt, noli imputare: ſed mihi, excuſaq;
eũ: apud ceteros. VALE.

¶ Finit Liber Sextus Epiſtolaꝝ viri cla=
riſſimi Petri Abbatis Cluniacẽſis.

¶ Rithmus dñi Petri Abbatis Clunia=
cẽſis (qui vulgo Petrus venerabilis ap=
pellat) in laude ſaluatoris, ſingula queq;
redemptionis noſtrę myſteria, ſimul cum
finali iudicio dulci admodum carmine
complectens.

A p̃re mittit: i terris naſcit: de⁹ de virgie
Hũana patit: docet & morit lıbẽs ꝓ hoie
Per lignum vetitum, ſumpſit interitum/
noſtra mortalitas. (gnitas.
Ligni patibulo/reddit ſeclo/ amiſſa di=
Fruct⁹ comedit: quo vita perdit: de mor
Sanguis effundit: qui fide (tis arbore.
ſumitur/de Chriſti corpore.
Draco pimit: mũd⁹ redimit/ſãguis p̃cio
Huic mortem intulit: ſed vitam contulit
nobis hęc potio.
Exul a ꝓpria piect⁹ p̃ria: mũdũ incoluit
Qui tumẽs ipſa deo ſupbia ſubeẽ noluit
Cui⁹ piclis clemẽs a ſeculis de⁹ cõdoluit
Propter quem filium mortis ſupplicium
ſubire voluit.
At ille p̃rio miſſ⁹ a ſolio: mox carnẽ iduit
In q̃ dũ cedit & crucifigit: nil deo minuit
Nec diu diſtulit: ſed ſtatim contulit vi=
tam de funere.
Op⁹ mirabile: cui nihil ſiſe, diuino munere
Adã eijcit, latro reducit, mira mutatio.
Tunc primum claruit: quid mundo pro=
fuit/auctoris paſſio
Cruce deponit: ſepulchro cõditur ſum=
pta mortalitas.
Inferni torrida fortis & ſplẽdida ſubdit
diuinitas.
Eternas tenebras & cęcas latebras ful=
gens irradiat
Sctõꝝ hoim cognoſcẽs dñm chor⁹ tripu=
Remugit inferus: tremiſcit cer= (diat
berus auctor nequitię
Atris i ſedib⁹ fulgere ſtupid⁹ ſolẽ iuſticię
Dira repagula vectes & peſſula poten=
ter conterit.
Ingẽti glĩa, ſũma victoria ſupbũ ꝓterit
Tunc draco ferreum ſenſit aculeum quẽ
caro texerat
Tunc primum doluit: tunc primum ge=
muit quia vorauerat
Nil deo fortius: nil ſapientius: nunc tan
Dum vires virib⁹ & ar= (dem didicit
tes artibus deuictas perſpicit

Hic cito labit: dũ præceps graditur inſana cęcitas
Sic cecũ currere: currentẽ ruere permiſit deitas
Quẽ lapſũ ignea retruſit cauea quo ſe demerſerat
Nec mora miſeros ſoluit inũeros, quos ille ceperat
Potenti dextera diſrupit viſcera vetuſti carceris
Multũ timuerãt: q̃ maſſam ceperãt humani generis
Scrutatur oĩa regis victoria mortis latibula
Diſſoluit fortia forti potentia reorum vincula
Hæc xp̃s ſpolia victor poſt prælia vexit ab inferis
Hęc adgaudẽtib⁹ ſupernis ciuibus inuexit ſuperis
Peracto triduo vitã in mortuo reformans corpore
Surgit continuo, nullo iã denuo paſſurus tempore
Ionã glutinerat ſed nõ cõſumpſerat marina belua
Quem vt traiſciens ita reijciens remanſit vacua
Sic xp̃s gẽtib⁹/emergens fluctibus ſalutem p̃dicat
Tũc mũd⁹ timuit, timẽs penituit & culpas abdicat
Hinc formidantibus & deſperãtibus ſuis apparuit
Atq; viſib ilem & contrectabilem illis ſe prębuit.
Sed admirantib⁹ & non credentib⁹ illis prę gaudio
Se vere viuere, ſe carnẽ gerere monſtrat conuiuio.
Agnoſcũt ꝑtinus, q̧ eſſet domin⁹ qui reſurrexerat
Nec tardãt credere quẽ cernũt viuẽ, ſicut p̃dixerat
Poſtq̃ ſat luminis creator hoĩs terris infuderat
Parat aſcẽdere, ſecũq; vehere qd inde ſumpſerat.
Sed corã teſtibus iſta fidelibus diſponens agere
Sumit familiã, ducit bethaniã hæc illi pandere
Vt per diſcipulos virtus ꝑ populos tanti miraculi
Vere clareſceret & ſibi ſuderet tumorem ſeculi.
Aſcendens igitur, in altum tollitur ſuis vidẽtibus
Nube ſuſcipitur nec vltra cernitur ab aſſiſtentibus
Fert ad æthera, trãſcẽdit ſydera. nẽmq; hominem
Sup angelicũ & totũ cęlicũ prouexit ordinem
Tũc moles grauior eſt facta leuior, cũ caro terrea
Prius inferior nunc eſt ſuperior vi facta ignea
Gaude mortalitas, redit ęternitas, qua repaberis
Quicqd de funere ſoles metuere: iam ne timueris.
Dat certitudinẽ vita per hoĩem & deũ reddita.
Quã in ſe ꝑtulit, ac tibi cõtulit morte depoſita
O noua dignitas. dat locũ deitas hũano pulueri.
Null ũſe p̃feret opus vel cõferet huic tãto operi
Linius calcabilis, nũc adorabilis ſuper cœleſtia
Sũmis virtutib⁹ cõtremiſcẽtibus gubernat omnia.
Quod in principio prauo conſilio puerſe voluit
Nũc per iuſtitiã /non ꝑ ſuperbiam/ Adam obtinuit
Deus/dũ timuit/eſſe non potuit, quod cõcupierat.
Factus eſt humilis. fit deo ſimilis & celis imperat.
Hic ũbris horrida, hic flãmis torrida ſedes quẽ hũit
Per dei filium paternum ſolium tenere meruit
¶ Hortor ne lugeas hõ ſed gaudeas quẽ cęlis ĩtulit
Quẽ mirabilius, queq; ſublimius in deum extulit
Antiqui gemitus ceſſate funditus: non eſt miſerie
Iam locus penitus. nã tempus cęlitus aduenit grẽ
Et vos o ſuperi, iam veſtri nũeri damna ne plãgite
Sed nouis ſocijs expulſis impijs/gaudere diſcite
Magnũ miraculũ, magnũ ſpiraclm̃ tũc vobis p̃buit
Deus, cũ tegmine carnis ꝓ hoĩe tectus apparuit
Hunc nouũ ordinẽ, prælatũ hoĩem ſummis ſpiritibus
Digne miramini, nec dedignamini benignis mẽtib⁹
Huic tñ canitis. huic genuflectitis vos in cęleſtibus
Qui carnẽ luteã /vt veſtẽ trabeã, fert de terreſtrib⁹
Hic reqrẽtib⁹, cur timetis veſtib⁹ de boſra venerit
Sermo ꝓphetic⁹ ſemp veridic⁹ / narrat qd dixerit
Vna dũ premitur: vinũ obijcitur & proli pondere
Caro dum patit: ſanguis effundit ſub crucis onere
Calcantis tingit veſtis dũ tangitur vini rubedine
Quo deus tegitur corpus inficitur/effuſo ſanguine
Hic rubor veſtiũ ſignat ſuppliciũ qd ſponte pertuli
Quod tamen gl̃iam atq; victoriã deuincens retuli
Quid vltra referã: pr̃is ad dexterã iam xp̃s reſidet
Vnde cęligenis atq; terrigenis vt deus pręſidet
Quid de diſcipulis: aſſiſtunt oculis alta rimãtibus
Et ad inſolitum ſtupent intuitum/ſuſpẽſis mẽtibus
Sublatũ viſibus/ſuſceptũ nubib⁹ ducunt affectib⁹
Spiritualibus: ipſis corporibus pene ſequentibus
Tũc viri ſplendidi/veſteq; candidi miſſi ab ethere
Hęc cõtemplãtibus & admirantib⁹ ceperũt dicere
O quid ſuſpicitis: iſte quẽ cernitis cęlos trãſcẽdere
Deſcendet iterũ cũctorũ operum cauſas diſcernere
Sicut aſcenſio fiet regreſſio, quando iudicium
Commotis omnibus cœli virtutibus/erit mortaliũ
Illum cum veniet nubes ſuſcipiet, ſicut ſuſceperat
Qñ vidẽtibus & obſtupentibus vobis aſcẽderat
Iſtud iudicium per dei filium tunc adimplebitur
Cum a fidelibus & infidelibus iudex videbitur
Hic primũ humilis & cõtẽptibilis vobis apparuit
Cũ ſub velamine carnis de virgine ſuſcepto latuit
Sed tunc quæ fuerit & quæ latuerit omnipotentia
Mõſtrabũt iudicis nutũ ac vindicis cũcta tremẽtia
Tũc terror peſſim⁹ & horror maxim⁹ orbẽ cõcutiet
Tunc quicquid firmi⁹ atq; ſtabili⁹ erit: diffugiet
Celum plicabitur: mare ſiccabitur: terra deficiet
Iam nihil ſeminis/nihilq; graminis vltra parturiet
Vt vnda labilis nutat inſtabilis longeua firmitas
Vt cęra ſoluitur igne diſſoluitur terrę ſoliditas
Tũc latex fontib⁹, curſus flũib⁹ prorſus negabitur
Et via nauibus, volatus auibus tunc prohibebitur
Tũc dec⁹ nemorũ, tũc fruct⁹ arborũ, quæq; virẽtia
Aduſtis floribus delectabilib⁹ marcent arentia
Non aqua piſcibus, nõ aer auibus tũc famulabitur
Sed nec mortalib⁹ calcari pedib⁹ tell⁹ dignabitur
Fragrabũt æthera, nigreſcẽt ſydera fugato lumine
Tunc nox ꝑpetua, nox lucis vacua, dira caligine

Ventis & turbine,multo iam ordine mũdũ operiet
Tunc hians puteus ille ſulphureus/os adaperiet
Et de flãmigero ꝓfundens vtero flammarũ maria
Ima cum ſuperis,ſumma cum inferis exuret ſpatia
Illud incendium ſicut diluuium replebit omnia
Mundus damnabitur,Noe ſaluabitur tota familia
Tunc tuba cęlica,vox archãgelica ſupne reſonans
Et cũ clamoribus diris fragoribus horrẽdũ ꝑtonãs
Clamabit populis q ſunt in tumulis, oẽs cõſurgite
Iunctis ſpiritibus ſuis corporibus vitam reſumite
Et Chriſti ſolio iuſtus cum impio ſimul aſſiſtite
Et quicqd geſſerat qſq; dũ vixerat: modo recipite
Hoc ab altiſſimo die nouiſſimo vox vt ſonuerit
Nullũ cõprimere quolibet aggere terra iã poterit
Quod ante latuit nũc tãdẽ patuit, cũ terrę viſcera
Quæ diu texerãt atq; celauerãt reddũt cadauera
Qd canis roſerat:fera cõtriuerat:vermis depauerat
Ignis aſſumpſerat:aqua diluerat:aer diſperſerat
Ad ſtatũ priſtinum redit per dñm, qui ſicut facere
Sciuit per gratiam : ſic per potentiã nouit reficere
Quęris cũ pereat:vñ poſt redeat carnis ſubſtantia
Eſt tota ratio cęleſtis iuſſio ſiue potentia
Vide quid fuerit anteq̃ fecerit cœlum & terrea
Vnde ſubſtiterit,vnde ꝓceſſerit moles corporea
Cũ nõ exiſteret,vnde quid faceret, creauit omnia
Nulla cõſilium/nulla ſubſidium dante materia
Qui ſicut potuit ſtatim vt voluit hoc in principio
Mox vt voluerit:cõfeſtim poterit hoc in iudicio
Tunc carnes oſſibus,& cutis carnibus ſuperinduit̃
Tũc quãtitatibus & qualitatibus corpus induitur
Et illa corpora p longa tempora que prius fecerat
Dicto velocius quo nil celerius vt ſurgant imperat
Momẽto temporis humani corporis fit reſurrectio
In ictu oculi noui miraculi fit exhibitio
Tunc deo ꝓxime ſupnis anime relictis ſedibus
Vbi ſublimius,vbi ſplẽdidius nitent ſyderibus
Incorruptibile nec vltra fragili carnis huic vaſculo
Tunc ſathã teritus emittit ſpiritus de cecis caueis
Quos pri⁹ cepat,quos alligauerat cathenis igneis
Nõ infeliciũ ſoluẽs ſuppliciũ,ſed acta nequiter
Vt cum corpibus & cum ſpiritibus luant dupliciter
Sic & ætheris, ſic & tartareis exhauſtis domibus
Sola mirabitur quando replebitur tellus hominib⁹
Nã ex innũeris quos matrũ vteris paulatĩ fuderat
Omnes inſolito quoniam ſubito partu regenerat
O q̃ terribilis & formidabilis hæc dies irruet
Heu,heu,q̃ luridũ,heu heu q̃ ſ̃bidũ tũc vultũ iduet
Hęc lutũ regib⁹hęc plãctum gẽtib⁹ dirum incutiet
Cum prę dolorib⁹ mẽtis angoribus quiſq; deficiet
Celis ardẽtibus,terris tremẽtibus iudex adueniet
Quẽ admirabilem atq; terribilem orbis conſpiciet

Tunc cruce ꝑuia,mortis inſignia de cœlis afferet
Ea volentibus atq; nolentibus terrenis inferet
Videbit populus & omnis ocl's hunc admirabitur
Et qui crediderat,& qui deriſerat hunc cõtẽplabiẽ
Iudee reſpice,en ieſus,deſpice,quẽ olim ſpreueras
En tibi cognit⁹ & quõdã ſubditus hõ quẽ videras
En cũcta tẽpat,an cœlis ipat quẽ blaſphemaueras
Cunctoꝝ piter nunc ſedet arbiter quẽ crucifixeras
Regẽ cęleſtiũ atq; terreſtrium ieſum cõſidera
Cuius impium,cui⁹ iudicium tremiſcunt ęthera
Credis adhuc deum,cũ ſis iã p eũ tradẽdus inferis
A quo iã flãmea clauderis cauea cõiunct⁹ miſeris?
Chriſte de⁹ me⁹,ad te clamo reus,quẽ ſpero iudicẽ
Vt tunc clementiã nõ irã ſentiã malorum vindicẽ
Tunc cum in ſolio tanto iudicio parato ſederis
Oues ad dexterã,hedos ad alterã partẽ poſueris
Tunc oui vltime tu paſtor optime locũ ne deneges
Neq; a gregibus illis felicibus me quæſo ſegreges
Cluniacẽſium ſis memor ouium in tanto turbine
Et ad ꝑpetua duc eas paſcua benigne domine
Tua vox vltima mergit in intima flammãtis putei
Sathã cum ꝑditis,in paſtũ traditis ignis ſulphurei
Poſthus ad patriũ regreſſus ſolium decorẽ indues
Atq; chriſticolas terrarum incolas cęlis reſtitues
Hoc quod ꝓmiſeras & diu texeras: tunc reuelabiẽ
Qñ ſine fine ſummus ab hoie de⁹ videbitur. Amen.

Eiuſdem petri venerabilis rithmus de
Sancto Hugone Abbate Cluniacenſi.

Hugo pius pater clarus proſapia
Extat præclarior virtutũ gratia.
Clauſus adhuc latet mr̃is ĩ vtero
Immolat hoſtiã ſacer pro puero
Index in calice magni miraculi
Imago cernitur ipſius paruuli
Si q uerat aliqs,quid inde ſentiã
Præſignat hoſtia futurũ hoſtiam
Hinc puer naſciẽ & natus alitur
Etatis ordine vires aſſequitur
Corporis viribus ſat iuuenilibus
Ardenti ſtudio ſtudet virtutibus
Cõtẽnit ſeculum & eius gaudia
Cognoſcens omnia cito labẽtia.
Mundo renunciat,ſe deo ſociat
Sic terrã fugiẽs cęlis appropriat
Diuino poſtmodum afflatus ſpũ
Mutato pectore mutatur habitu
Intra dominica manet ouilia
Chriſti cum ouibus ouis egregia
Paſtoris nutibus obedit ſedula
Nil horũ ꝑterit quę iubet regula
Forti conamine calcat ſuperbiã

In ſapientia vincens maliciam
Tulit iuſticiæ ſanctam eſuriem
Beatam ſequitur Chriſti pauperiem
Proceſſu tempois creſcens virtutibus
Ipſis apparuit mirandus ſenibus
Mundo iam mortu⁹ Chriſto ſe viuere
Sancto mortalibus demonſtrat opere
Hinc paſtor moritur, ouis præficitur
Paſtoris ſtrenue vices exequitur.
Edocet ſubditos verbis & actibus
Se donans ſpecimen bonorum omnibus
Dirus ad ſcelera miſericorditer
Vtrunq; temperans fit equus arbiter
Vt prudens medicus perũgit languida
Que ſalus abijcit præcidit putrida.
Non illum extulit ſedes ſuperior
Qui mente permanet cunctis inferior
Magiſter mitium, pater humilium
Locat hunc humilem loco ſublimium
Ex dono ſpiritus augetur ſanctitas
Legis perfectio non deeſt charitas
Alũtur pauperes mente promptiſſima
Que dentur dat deus manu largiſſima
Veſtitur nuditas Chriſti vel pauperum
Accreſcit cumulus bonorum operum
¶Hic venerabile Cluniacenſium
Pluspriſcis patribus ditat cenobium
Illius ſtudio creuit religio
Creuit & numerus fratrum collegio
Hanc domũ dñs reb⁹ amplificat
Sic quãtũ diligat Hugonẽ indicat
Beata ſeruitus tot parans redditus
Dum ſeruit/imperat vir deo ſubditus
Non tantum ſtudio contentus practico
Intendit ocio vite theorice
Marthe ſollicitus implet officiũ
Audit cum maria Chriſti colloquium
Cum Lia filios deo multiplicat
Quos dei cultibus deuotus applicat
Cum Rachel ſterili ſed pulchra facie
Subtili celica rimatur acie
Iugi ſilentio iungitur lectio
Nec deeſt lachrimis feruens oratio
Sacrant frequẽtia hunc ſacrificia
Quæ dum ſacrificat: ipſe fit hoſtia
Quæ addam amplius eius operibus
Cum hęc plus niteant cunctis ſyderib⁹:
Nam eius opera ſunt velut ſydera
Quæ ꝓpter numerũ manent innũera.

Explicit Rithm⁹ de ſancto Hugone.

Rithmus cui⁹ ſupra de reſurrectione dñi

Mortis portis fortis vim intulit
Crucem ducem illius perculit
Lumen clarum tenebrarum ſedibus reſplenduit
Dum ſaluare, recreare quod creauit voluit
Hinc creator nec peccator moreretur moritur
Cuius morte noua ſorte vita nobis oritur
Inde ſathã victus gemit, vnde victor nos redemit
Illud illi fit letale, quod eſt homini vitale
Qui dum captat: capitur, & dum mactat: moritur
Captis captis iferni carcere, olet ſolet q nulli pcere
Sic decenter, ſic potenter rex deuincens inferos
Linquens ima die prima redijt ad ſuperos
Reſurrexit & reuexit ſecum de⁹ hominem
Reparando quam creando dederat originem
Per auctoris paſſionem ad amiſſam regionem
Primus redit nunc colon⁹. vnde letus fit hic ſonus

Hymn⁹ eiuſdẽ in honore ſctẽ Marie Magdalene

Magdalene marie meritis magna dies micat & celebris.
Laudet ĩ hac Marie dñm angelic⁹ chor⁹ ac hoĩm.
Carcere libera corporeo, ſplẽdido lumine ſydereo
Deſerit exilij tenebras, atq; domos adit ethereas
Chriſtus eã ſibi cõſociat & genitoris in arce locat
Spẽ miſeris tribuẽs veni: dũ miſerãs dat eã marie
Nanq; pedes domini lachrimis lauerat hęc lachrimando nimis
His ſua cria cũcta lauãs, vanaq; gaudia flẽdo piãs
Tergere crinibus hos meruit, nec minus vngere digna fuit
Oſcula dat dñi pedib⁹, atq; ſibi veniam dominus
Ergo maria ꝑcare deum: nr̃a præcata ferens ad eũ
Pondere quo ſcelerũ grauidos exonerans leuet ad ſuperos
Annuat & ꝑcib⁹ ppl̃i: obſequi memor ipſe tui
Gaudia cũ ſupis tribuẽs: dãſq; bonũ ſine fine manẽs
Glĩa laus pie chriſte tibi ſpirituiq; deoq; patri
Qui ſup aſtra leuãs mariã, celigenis facis hãc ſociã

Verſus eiuſdẽ in ępitaphio euſtachij comitis

Principis Euſtachij, quo Gallia floruit olim.
Eximijs præſens nobilitatur humus
Iſtius arma viri tremuerunt perſica regna
Et babilon timuit, quæ timor orbis erat
Ethiopũ ꝓprio rubuit nigredo cruore
Quẽ fudit Chriſto dextera ſacra ducis
Pallet adhuc oriens ſtupefactus cede ſuorum
Dum pauet occiduo rurſus ab hoſte premi
Regia hieruſalem Chriſti veneranda tropheis
Hoc duce captiuum tollit ad aſtra caput
Spem Cluniace ſue tibi credidit iſte ſalutis
Vt ſibi placaret te mediante deum

Hæc ſpe longinquis veniens peregrinus ab oris
Hic iacet,& pro ſe ſupplicat ecce tibi
Aurea crux,gemine celle,piſceſq; marini
Clamāt,qđ nihil huic iure negare potes
Hui⁹ tu mēbris ſicut tua clauſtra paraſti
Sic præce ſpiritui regna ſuperna para
Hæc quoq; fœlici quæ contegis oſſa ſepulchro
Poſt hoc hoſpitium redde ſuę patrię

Verſus in Epitaphio Bernardi prioris

Egregi⁹ ſenior,cui nil iuuenile cohęſit
Bernardus prior,hac pauſat humatus humo
Hic poſt militiā cęleſtia caſtra ſubintrans
Conſenuit certās hoc in agone diu
Iſte ſibi pro te nunq̄ Cluniace pepercit
Hinc ſibi nulla dies abſq; labore fuit
Sic bene totius pondus tollerando diei
Nūmum promeritū ſero reportat ouans
Huius vos fratres memores eſtote ſepulti
Nec cadat ex animo quæ tegat oſſa ſolum

Verſ⁹ i Epitaphio Rainaldi archiep̄i Lugdunēſ.

G'ia pontificū iacet hic præſul Rainaldus
Magnus in exiguo conditus hoſpitio
Vizeliacenſis prius Abbas,poſt patriarcha
Lugduni fulſit:factus honoris honor
Prædia,theſauri,faſtigia celſa loquuntur
Quo ſtudio primo præfuit ille loco
Lugdunenſis apex iunxiſſet cornua cœlo
Ni celer occaſus ſurripuiſſet eum
Cuius erat Monachus, prope cui⁹ ab vbere natus
Accubat in gremio nunc Cluniace tuo
Quē tibi cōmiſſum numero cōmitte piorum
Cūq; tuis præcibus fac penetrare polum

Hymn⁹ eiuſdē dōni Abbatis in honore mr̄is dn̄i

Voce iocunditatis alleluya. Veritas de terra orta eſt:cum Chriſtus de carne natus eſt.
Noua ſit in cęlis gloria: noua ſint in terra gaudia
Auctor rerū creaturā miſeratus perituram:affuit
Atq; dextram libertatis. iam ab hoſte captiuitatis præbuit
Cęlum terrę fundit rorem,terra gignit ſaluatorem
Chor⁹ cātat angelorū:cū ſit infans rex eorum
Vēter ille virginalis.dei cella ſpecialis fecundatur ſpiritu
Et vt virga parit florem:ſic & virgo redemptorem carnis tectum habitu
Alitur matris intactę puer deus ſacro lacte:res ſtupenda ſeculis
Eſca viuit aliena, per quem cūcta manent plena, nullis par miraculis
Paſtu carnis enutritur,vitam carni qui largitur
Matris habet gremium quem & patris ſolium
Virgo natum conſolatur,& vt deum veneratur
Nobiſcum emanuel,ſalutare iſrael
Mens & vox & oculi:chriſtiani populi
Te mater ſuſcipiunt:per te natum ſitiunt
Habere propitium & tutum confugium
Ergo mundi domina,pia flecte lumina, diſſoluendo crimina
Fugetur nequitia:redeat iuſticia, Ieſu Chriſti gr̄a

Item alius verſus.

Cęlum gaude,terra plaude,nemo mutus ſit a laude,ad antiquā originem redit homo per virginem
Virgo deum eſt enixa,vnde vetus perit rixa
Perit vetus diſcordia:ſuccedit pax & gloria
Tunc de ceno ſurgit reus:cum in feno iacet deus
Tunc vile celat ſtabulum cęleſtis eſcę pabulum
Nutrit virgo creatorem: ex ſe factum redēptorem
Latet in pueritia diuina ſapientia
Lac ſtillant matris vbera, lac fundunt nati viſcera
Dum gratię dulcedinem per aſſumptū dat hoiem
¶ Ergo dulci melodia perſonemus o Maria
Religioſis vocibus & clamoſis affectibus
Salue virgo benedicta,quæ fugaſti maledicta
Salue mater altiſſimi,agni ſponſa mitiſſimi
Tu ſerpentē eiciſti,cuius caput contriuiſti
Cum deus ex te genitus eius fuit interitus
Tu cęlorum imperatrix:tu terrarum reparatrix
Ad quam ſuſpirant homines: quam nequam tremunt demones
Tu feneſtra, porta,vellus,aula, domus, templum, tellus
Virginitatis lilium,& roſa per martyrium
Hortus clauſus,fons hortorum, ſordes lauans peccatorum
Inquinatos purificans,& mortuos viuificans
Dominatrix angelorum:ſpes poſt deum ſeculorū
Regis reclinatorium,& deitatis ſolium
Stella fulgens orientis:vmbras fugans occidentis
Aurora ſolis preuia,& dies noctis neſcia
Parens noſtri tu parentis, & genitrix nos gignētis
Pię matris fiducia,natos patri concilia
Ora mater deum natum,noſtrum ſoluat vt reatum
Et poſt conceſſam veniā det gratiā et gloriā.Amē.

FINIS.

¶ Impreſſum Parriſijs opera egregij Impreſſoris Ioannis de Prato:expenſis vero Honeſtiſſimi mercatoris Damiani Hichmā. Anno dn̄i.M.cccccxxij die.xxviij.Aprilis.

¶ Domni Petri Cluniacenſis abbatis, vulgo Petrus venerabilis dicti: liber primus de miraculis.

VM INTER SPIRITVS Sãcti chariſmata gratia miraculorum nõ paruã obtineat dignitatẽ: vtpote q̃ tantam in ſe cõtinet vtilitatẽ, vt maxime p illam & mundus ab infidelitatis tenebris liberat⁹, & ęterno lumine veritatis donatus ſit: & adhuc in multorum fidelium cordibus, quibus aliquando hoc videre datur. per eam fides augeatur, ſpes creſcat, veritas cõfirmet̃: indignari ſępe ſoleo, cur ea q̃ noſtris temporibus ꝓueniunt, cum nõ ſit qui ad illa ſcribenda animum applicet: quę ꝓdeſſe legẽtibus manifeſtata poterãt, infructuoſo ſilentio tecta diſpereãt. Vnde qm̃ nullõ ad hęc niſi me cogere poterã: malui quolibet ſtilo ea aggredi, non pauens de pręſumptione tãtę rei iudicari, & vt ante a quodam dictũ eſt. ad tã vtilem rem explicandam, me magis eſſe volui q̃ neminem. Et ne diu ſuſpenſum lectorem teneam: a digniori parte incipiens, q̃ de corpore dñi moderno tẽpore facta miracula ad me peruenire potuerunt: narrare incipiam,

¶ Explicit prologus.

¶ Incipiunt Capitula Libri primi.

I. E miraculo quod in aruernico territorio contigit.
II. De quodã preſbitero diuina myſteria indigne tractante.
III. De illo qui dominicum corpus retinere nõ potuit niſi prius facta confeſſione.
IIII, De obitu fratris cuiuſdam: & ad vltimum facta confeſſione.
v. De alterius cuiuſdam ficta confeſſione.
vi. De illo qui per verã confeſſionem liberatus eſt a diabolo.
vii. Quomodo demões aqua bñdicta fugati ſint.
viii. De Gerardo pure & ſimplicis vitę monacho.
ix. De his q̃ in cluniaco vel circa contigerunt.
x. De Stephani, qui blancus dicebatur, apparitione mirabili.
xi. De ſimili apparitione Bernardi qui groſſus dicebatur.
xii. Quanta ſemper inuidia diabolus cõtra cluniacum fremuerit.
De fratre quẽ ſub abbatis ſpecie decipe voluit xiij
De illo q demões audiuit flagitia ſua iactãtes. xiiij.
Quid beatus Hugo narrauerit in capitu. vigil. natiuita. domini. xv.
De fratre qui demones vidit quaſi religioſe incedentes. xvi.
De algero ſene religioſo. xvii.
De armanno nouitio quẽ diabolus i ſpecie vrſi perterruit. xviii.
Quod angelus locum vbi fratres defungũtur, cruce chriſti ſignauerit. xix.
De illo qui moriẽs albatoꝝ multitudinẽ vidit. xx.
De turquillo priore marciniacẽſium ſororum. xxi.
Miraculum qvod in eodẽ marciniacẽſi monaſterio contigit. xxii.
De defũcto milite. qui ter apparuit cuidã pbr̃o. xxiii.
De Guidone gebennenſi epiſcopo. xxv.
De quodam preſbitero terribiliter mortuo. xxvi.
De gaufrido ſinemurenſi domino. xxxii.
De milite mortuo q appuit hũberto bellocẽſi. xxviii.
Item de apparitione cuiuſdam in hiſpania.

¶ Finiunt Capitula.

¶ Incipit liber Primus Cap. I. De miraculo qđ in aruernico territorio contigit.

RAT in auernico territorio ruſticus quidam habẽs aluearia: in quibus examina apum mellеam fauorum dulcedinem cõficere ſolent. Quas iam dictus ruſticus aut euolare, aut emori, aut aliquo caſu ſibi deperire pertimeſcẽs: vſus prauo ſortilegorum cõſilio: qui diabolica operatione, etiam de beneficijs dei, maleficia facera cõſueuerunt: & (quod eſt dictu intolerabile) ipſis quoq; diuinis ſacramentis per artes magicas abutunt̃: acceſſit ad eccleſiam, & ſumpto a ſacerdote (vt mos eſt chriſtianoꝝ) corpore dominico: illudq; ore retinens, nec glutire volens: vt iam doctus fuerat, ad vnum de iam dictis aluearibus in quo apes cõtinebãt̃ acceſſit: atq; foramini quod in eo erat ore adaptato: ſufflare cepit. Nam dictum ſibi fuerat. quod ſi corpore domini ore retento apibus in vaſe conſtitutis inſufflaret: nulla deinceps moreretur. nulla recederet. nulla deperiret: ſed omnib⁹ integre cõſeruatis, de augmento fructus multo amplius quã ante gauderet. Fecit igit̃ vt dictum eſt: & ore applicito, flatum ad interiora toto conatu mittebat. Cumq; auidus lucri anhelitum ꝓtrahens. vehementer ſufflaret: ipſo linguę & aeris impulſu, iactum dominicũ corpus: iuxta vas illud ad terram corruit. Cum ecce oĩs illa apũ

multitudo de intimis egreſſa, ad corpus dñi ſui reuerēter accurrit: atq; ĩ morē rationabiliū creaturarū de terra ſubleuatum, habitaculis ſuis cū multa: veneratione: homine illo cōſpiciente, induxit. Quod cernens homo, aut negligens aut paruipēdens quod acciderat: ad alia agēda ad quę domeſtica cura eum vocabat: greſſum conuertit. Sed dū iter ageret: repentino, &, (vt ipſe poſt narrabat) intolerabili timore turbat⁹: ſe nequiter egiſſe tandem mente ſanior cogitare cepit. Vnde cōpunctus: immo vi interna compulſus: mox retro pedem tulit: atq; in vindictā ſceleris ſui apes quarum vitam opere nefario conſeruare voluerat: ſuperiniecta multa aque violentia, enecauit. Quibus extinctis: dum intima fauorum, quos ſibi recondere & cōſeruare volebat rimaref: ecce (mirabile dictu) cōſpicit corpus dñicū, qđ ex eius ore lapſum fuerat: in formā ſpecioſiſſimi pueri veluti cū recens naſcif immutatum: inter fauos & mella iacere. Ad qđ miraculū vt dignū erat, ſtupefactus intremuit: ſed quid inde agere deberet aliquandiu heſitans: hoc apud ſe inuenit cōſilium: vt eū in manibus accipiēs: ad eccleſiā deferret: & quia ſibi exanimis videbaf: nullo ſciēte ſolus deū puerulum tumularet. Quod dū aggreſſus eſſet, eūq; i manibus ſumēs ad eccleſiā quaſi ſecreto tumulādum portaret: ſubito ab indigne ferentis manibus inuiſibiliter ereptus diſparuit. Quę nup geſta, ipſe quidē ita p ordinē proprio pbr̄o, pſbitero aūt ſuo Claromontenſi ep̄o: ille vero mihi, ego quoq; oībus iſtud legētibus ſcribendo intimare curaui. Necvero tāti piaculi ex toto in poſterū dilata vltio fuit: ſed in breui locus añ populoſus, vario caſu habitatore peunte: in ſolitudinem redactus eſt.

Iniuria dominico corporis facta etiā hic punif a deo.

¶ De quodam Presbytero diuina myſteria indigne tractante. Cap. II.

Item in teutonicis partib⁹ præsbyter quidā, dum religioſam agere vitā videref, & pene quotidie ſacra miſſarū ſolennia celebraret: dūq; ſibi minus caute pꝛuideret, hoſtis antiqui inſidias incurrit: & in turpem ſed occultam peccati foueā: carnis delectationē delapſus eſt. Sāctimonialem nāq; quādam dum in primis gratia viſitationis adiret: ad poſtremū aſſiduitate colloquii & icauta familiaritate allectus, miſerabili caſu in illā incurrit. Qui cum poſt lapſum ad cor redire, & q̄ cito reſurgere debuiſſet: pꝛpriis fecib⁹ delectatus, diu cōuerti diſtulit: & peccatum peccato adiungens: vſum peccādi fecit: ſicq; longū funē quo arcti⁹ ſtringeref: aſſidue peccādo cōtexuit. Cūq; in luto ſcelerū volutaref: non verebaf tamen ad altare dñi irreuerēter accedere: & ſacramenta redēptionis noſtrę, miſſam frequētius celebrādo: temerare. Quod cū lōgo tempore abiecto dei timore agere nō formidaret, irā pariter & miſericordiam dñi, vt ſubiecta declarant: erga ſe mirabiliter pſenſit. Nam cū & ſcelus nō deſereret. & ſacra diuina impuris manibus (vt ſępe dictū eſt) attrectaret: cōtigit quadā die dū vſq; ad pceptionem ſacri corporis chriſti: totam de more miſſam explicaſſet: iāq; ſe ad ſacramenta ipſa ſumēda pararet: repente caro chriſti cū ſanguine, tā immundū vltra nō ferens habitaculū: ab ipſius iā pene tenētis manibus euanuit. Admirās ille & obſtupeſcens: ab altari citiſſime miſſa finita receſſit. Cūq; indignationē domini: tā euidentis ſigni oſtenſione: circa ſe commotam agnoſceret: volens tamē hoc certius cōprobare: ſecundo miſſam aggreſſus eſt. Cui vniuerſa vt prius peragenti: cū ad ſumenda ſacramenta ventū eſſet: ſimul oīa vt prius ſubtracta ſunt. Iā vero vt dignū erat in metū & trepidationē nō modicam pductus: vt de toties repetito miraculo iā abſq; vlla heſitatione certiſſimus redderef: tertio quoq; qđ iam bis contigerat attentare veritus nō eſt. Sed cū oībus vt ante pactis: iā ſollicitior q̄ appoſita erant oculis obſeruaret: & māib⁹ cōtrectaret: oſq; ad ſumēdū aptaret: ſubito oculis manibus: & ori: tertio inuiſibiliter ſublata diſparuerūt. Tandem igif tam euidenti miraculo tremefactus pręſbyter: ſe peſſime egiſſe: ſeq; terribilē iram dñi incurriſſe abſq; vlla dubitatione cognoſcēs: cor mutauit: & qualiter euadere a tanto periculo poſſet: ſollicitus cogitare cœpit. Vltimū ergo peccātibus remediū penitētiā eſſe ſciens: ad eam toto corde cōfugit: & proprium ep̄m adiens, ei cūcta q̄ fecerat quæq; cōtigerant cū multis lachrymis patefecit: impoſitūq; ſibi ab eo laborē pęnitēdi: toto animi niſu tam deuote q̄ cōſtanter exercuit. Ieiuniis nāq; & vigiliis, verberibus: etiā & variis cruciatibus: iumentū laſciuiens hic eſt corpus ſuū ſcđm apoſtolū caſtigans: qui cōcupiſcentias ſuas ſequendo: reprobus factus fuerat: eas in ſe ipo dānando: electorū numero adiungi laborabat. In qua corporis ac cordis cōtritione multo tēpore emēſo: cū eius mentē de venia pſumere ſecurior iā cōſcientia ſuaderet: adiit ep̄m: & quid egerit indicās: vtrū vt añ cōſueuerat ad ſacra accedere auderet: cōſuluit. Qui nōdum plene deo recōciliatū metuens: vt adhuc pœnitētię inſiſteret:

admonuit: quatenus dignis pœnitẽtię fructib⁹
deo exhibitis, purgatior & ſecurior: congruo tẽ
pore altaris ſacramenta nõ ad iudicium ſed ad
ſalutẽ percipere poſſet ęternã. Acquieuit ille ſa
lubri admonitioni, & ad ꝓpoſitum pœnitentię
reuerſus, tota carnis ac ſpiritus virtute: ad fores
diuinę pietatis pulſabat, & ſpiritu contribulato
lachrymiſq; indeficientibus, iram dñi in miſeri
cordiam cõuerti cogebat. Quid multa? Longo
rurſus temporis ſpatio in hac pœnitudine trãſa
cto, ad epm rediit: eiq; vt patri ſecreto cũcta pã
dens: vt ſacramentoꝝ eſſe particeps mereref:
humiliter depcatus eſt. Cuius conuerſionem iã
deo acceptam tam ex his q̃ ab eo audierat q̃ ex
his quæ in eo videbat cõfidens: vt ſacerdotale
officium aggrederef, aſſenſit. Quod ille de dñi
bonitate & cõſcientię teſtimonio cõfiſus, non
iam pręſumptione ſed deuotione implere cura
uit. Accedẽs itaq; ad altare totũq; ſe lachrymis
& cõtritione cordis immolans deo, vſq; ad per
ceptionem ſacramentoꝝ vniuerſa rite peragẽs,
peruenit. Et ecce nouo & inaudito noſtris dũta
xat ſeculis miraculo: trium añdictaꝝ miſſarum
panes qui indigne ſumere volẽti ſublati fuerãt,
cęlitus allati ſunt: eoq; iã diuino iudicio ad hęc
ſumẽda digno facto, ante eum ſup altare poſiti
apparuerunt. Cũq; etiam oculos in calicem ad-
mouiſſet, cõſpexit pene vſq; ad ſummitatẽ ſan-
guine repletũ: & illarum miſſaꝝ detrimenta ad
iſtius ꝓueniſſe augmẽta. Admirans igiť & toto
hominis iterioris iubilo deo gratias agẽs: ſuãq;
pęnitẽtiam ſuſceptã ac dñi maieſtatem placatã
agnoſcens, certus factus eſt de dñi miſericordia
& qui vnũ apposuerat quatuor panes imo vnũ
Chriſti corpus & ſanguinẽ cũ multa vt dignum
erat, exultatione pcepit. Hoc quoq; p̃fatus cla-
romõtẽſis eps mihi retulit, in pñtia plurimorũ.

¶ De illo qui dñicum corpus retinere non
potuit: niſi prius facta cõfeſſione. Ca. iii.

SEd & illđ qđ apud eũdẽ locũ de re ſi
mili cõtigit, ſilendũ nõ eſt. Erat ibi iu
uenis mũdanę vanitati deditus, & vt
in illa ętate hoies ſolent: voluptati fre
na relaxans. Cui cũ diu deſeruiret: cõtigit eum
ſup quadã maritata muliere infamię nota adu-
ri. Cũq; p aliquantum temporis hac ſuſpicione
apud vicinos quoſq; tenereť, accidit vt incurre
ret tãtã ęgritudinem q̃ de vita eius hoies coge
ret deſperare. Qui cũ lecto decumberet, & iam
iãq; morti ꝓximus fieret: inuitatus eſt ad eum
more eccleſiaſtico p̃ſbyter: vt eius cõfeſſionem
ſuſcipere: & ei morienti viaticũ ſalutis humanę
p̃beret. Cũ vero veniſſet: hortari eũ cœpit & cõ
monere inſtãter: vt peccata ſua cõfiteri nõ eru-
beſceret: crimenq; illudq; vnde ſpecialiter infa
matus fuerat: ſalubri confeſſione manifeſtaret.
Ac quieuit ille: & confiteri ſcelera ſua ſtudioſe
aggreſſus eſt. Quod dũ expleſſet: & rurſus ſup
pręfato crimine a pbr̃o interrogaretur, mẽtitus
eſt: dicens ſe inde nullatenus reum eſſe. Cũq;
pbř diutina hominis infamia, ſuſpitiõe act⁹, ab
inquiſitione non deſiſteret: ait ille. Sic (inquit)
hoc dñi corpus quod attuliſti ad ſalutem ſuſci-
pere merear: ſicut huius rei q̃ mihi obiicif aliq̃ñ
culpã nõ incurri. Hac p̃ſbyter reſpõſione credu
lus redditus: dñicam ei cõmunionem iam ſecu
rus tradidit. Qua ore ſuſcepta: glutiendi virtus
ęgro ꝓtinus ablata eſt. Nam cũ pauloante qui
buſlibet etiam groſſioribus cibis facilis eſſet ad
ima deſcẽſus: hoc paruiſſimũ corpis Chriſti fra
gmẽ, nõ dicã ſtomachũ ſed nec etiã guttur vel
paululũ attingere potuit. Hoc ſentiens ille: niti
quantum potuit cœpit, vt illud glutire valeret.
Quod dum multoties conaref, & fruſtrari ſem
per ſuos conatus cerneret: coactus ipſa glutien
di impotentia, iuxta lectũ quo decũbebat illud
exſpuendo ꝓiecit. Cuius rei euentu valde ter-
ritus: p̃ſbyterum qui diſceſſerat ad ſe reuocari
rogauit. Rediit ergo p̃ſbyter. & infirmum reui-
ſens, cur ſe reuocaſſet quęſiuit. At ille ſpũ dei
agẽte cõpunctus: cõfeſſus eſt ſe male egiſſe, ſe
deo mentitũ fuiſſe: verũq; quod añ negauerat
eſſe. Quẽ cũ multo gemitu pœnitentẽ & ſatiſfa
ciẽtem: is qui aduenerat preſbyter intuens: cõ-
paſſ⁹ cõfitenti & mœrore cõfecto, eũ vt moris
eſt abſoluit: atq; rurſus dominico corpe refecit.
Quo ſuſcepto, cũ tanta illud libertate glutiuit:
vt vere tunc appareret: non caſu ſed virtute di-
uina, ne añ hoc ſuſcipere poſſet: ꝓhibitũ fuiſſe.
Poſt hanc igiť reatus cõfeſſionem: & corporis
Chriſti pceptionem: paululum ſuperuiuens: in
pace quieuit. Hoc non a duobus tm̃ aut tribus
teſtibus didici. ſed a priore iam dicti loci. hone
ſto & fide digno viro: & fratribus eiuſdem mo
naſterii ac multis aliis quoꝝ quidam ſe hoc vi
diſſe, alii a p̃ſbytero ſe audiſſe teſtati ſunt. Et
q̃a de cõfeſſione ſermo incidit: quãta i ea ſit aĩa
rũ vtilitas: alio adhuc exẽplo mõſtrare curabo.

¶ De obitu fratris cuiuſdã & ad vltimum
facta confeſſione. Cap. iiii.

AD monaſterium ſancti Ioannis angeli
acenſis qđ in Xantonenſi pago ſitũ
eſt p̃ſbiter quidã Gilbertus noie ad cõ
uerſionẽ venit, atq; ibi p aliq̃tum tẽporis quo

ad vixit, deuote cõuerſatus eſt. Cõtigit aũt non multo tẽporaliter elapſo, eũ ex infirmitate quã incurrerat ad extrema venire. Cũq; ſicut mos chriſtianorũ eſt: & maxime monachorũ in ſubſtrato cilicio & cinere, a fratribus compoſitus iaceret: atq; horam vocationis ſuę expectaret: fratres monaſterii vt eius exitũ orationibus cõmẽdarent venerũt: & eũ vndiq; pſallendo circũſteterũt. Qui cũ vt defungeretur expectarẽt: ecce ſubito reſumpto ſpiritu & apertis oculis: acclamare cœpit ꝓfeſſionẽ fidei quę quotidie decãtatur: hoc eſt, quicũq; vult ſaluus eſſe & cętera. Et cũ prius idiota & imperitus literarum fuiſſe ab omnibus agnoſceretur, ita diſtincte & aperte ſingula ꝓferebat: vt a neſcientibus ſi forte adeſſent: peritiſſimus in talibus extitiſſe crederetur. Qua de cauſa omes qui aſtabãt ſtupefacti: euẽtũ rei admirabãtur. Qui cũ diu admirãtes hęſiſſent: tandem prior Gregorius nomine: cui prę cęteris hoc incũbebat: vir bonę religionis intelligẽs eum aliquid in occulto vidiſſe: ad eũ ſe inclinauit: & quæ cauſa clamoris eſſet: vel ſi quicquã quod eos lateret vidiſſet; interrogauit. Ad quod ille. Vidi (ait) perſonã reuerẽdę formę: cãdidi habitus & venerandę caniciei: paulo ante vas cum aqua afferre: mihiq; dicere. Noueris cauſam aduentus mei ad te hanc eſſe: vt pedes tuos qui inquinati ſunt abluã. & eis ablutis totũ te mundatũ reddã. Cũq; admirari me ſuper his quę dicebat cerneret, adiecit. Non noſti (ait) ad purgationẽ tui hanc aquã eſſe neceſſariã: qui tale quod ipſe noſti crimen cõmiſiſti: quod de induſtria cęlans: nulli hactenus reuelare voluiſti? Vnde ſcias te nullatenꝰ poſſe ſaluari: niſi quod pernicioſe celaueras, ſalubriter ſtudeas cõfitendo manifeſtare. Deus vero multa ſua miſericordia: neq; ꝓ tanto etiã reatu te perire permittẽs ad ſenſus corporeos te redire ꝑmittit: vt de tanto crimine confitendo pœnitere, & pœnitendo ſalutẽ conſequi merearis. Hac igitur de cauſa & a vobis abſui: & ad vos redire ꝑmiſſus ſum. His ita dictis aliis remotis priorem aduocans: peccatum illud ei confeſſus eſt. A quo huius & omnium peccatorum ſuorum abſolutione ſuſcepta ſequenti die, prima hora diei, aſtantibus & orãtibus fratribꝰ: lęto vultu: bono fine quieuit. Hoc non ab alio: ſed a monacho eiuſdem monaſterii: Lecto nomine, qui hęc omnia viderat & audierat: agnoui. Hic enim poſtea cluniacum gratia deuotionis veniens: ſcriptor noſter & filius in Chriſto chariſſimus fuit.

❡ De alterius cuiuſdã ficta cõfeſſione. Ca. v.

Erat pene eodem tẽpore: frater quidã in monaſterio qd in Frãcia apud turrim ſuper maternã ſub iure noſtro eſt, cui cura eiuſdẽ loci cõmiſſa fuerat. Qui diuturnę ęgritudinis neceſſitate coactus, Rodulfum tũc abbatẽ monaſterii catalaunẽſis: ꝓpter medelã tã animę q̃ corporis, quarũ ille rerũ nõ ignarꝰ erat: ad ſe venire rogauit. Ad quẽ ille caritate ꝓuocatus venire non diſtulit: & veniens mox ęgrũ viſitare curauit. Cũq; non mediocriter eũ grauari infirmitate cerneret. Hortari eũ ad cõfitendũ cœpit. Quod ille ſe libẽter agere ꝓfeſſus: cõfiteri peccata ſua: ſed non in ſimplicitate ſpũs aggreſſꝰ eſt. Nã grauiora & mortifera ſtulto pudore reticens, quotidiana tantũ & q̃ leuia videbanẽ: timore dei poſtpoſito fatebaẽ. Qua palliata cõfeſſione completa: corpus dominicum ſibi afferri deprecatus eſt. Quo allato, & præſumptuoſo ore ſuſcepto: cum diu multumq; illud traiicere conaretur nec valeret, cum vino quod ſuſceperat fruſta omnia comminuti corporis Chriſti in vas quod ori eiꝰ ſuppoſitum fuerat: refundere coactus eſt. Hoc caſu immo diuino iudicio abbas qui aduenerat permotus: & ęgrum non plene cõfeſſione purgatum ratus, ruſus eum admonere cœpit: vt ſi aliquod facinus reticuiſſet: vera ſibi confeſſione reuelare nõ erubeſceret. Qui & hortatu eiꝰ & diuino inſtinctu compũctus: ad cor reuerſus eſt: & quicquid peſtis intus latebat euomẽs: crimina quę ante letali pudore cęlauerat: vitali & vera confeſſione: nõ iam ficte ſed veraciter corde contrito & humiliato: patefecit. Cũq; omni fece iniquitatis per antidotum pœnitentię purgatus fuiſſet: & vera confeſſione per abbatem ꝑdictum abſolutionẽ meruiſſet: euchariſtiam quam prius reiicere compulſus fuerat allatã: deuote ſuſcepit, & abſq; vlla difficultate. vt ſaniſſimus aliquis glutiuit. Et vt de miraculo omis dubitatio tolleretur: qui particulam corporis Chriſti quam glutire non potuit: reiicere per fruſta compulſus fuerat: poſt confeſſionem nõ ſolum corpus domini: ſed etiam cibos alios abſq; vllo impedimento ſuſcepit. Sic igitur cõfeſſione, abſolutione, ſacramenti ſuſceptione: frater ille in domino confortatus; tribus poſtea tantum diebus ſuperuixit, & ſic defunctus eſt. Hoc ab eodem Radulpho abbate cognoſcens, cunctis legentibus vel audiẽtibus communicare curaui.

❡ De illo qui per veram confeſſionem liberatus eſt a diabolo. Ca. vj.

ADdēdum iam mihi videtur: illud nō
contēnēdum miraculū quod ipſe cū
pluribus, vt ſequentia docebunt: con
ſpexi. Cauſa fuit ſatis omnibus illius
temporis hominibus nota: qua cū pluribus no-
ſtrorum romā adij. Rediens inde: romanas febres
ſatis acerbas mecū retuli. Pro quibus curādis:
fuit conſilium: vt patriū ſolū & natiuū repeterē
aerē. Ea decauſa celſinanias nobile cluniacēſe
monaſterium petij: atq; ibi totam quadrageſi-
mā: longe moleſtiorem febrium ardoribꝰ. q̄ ieiu
niorum laboribus tranſegi. Interea dū in ſeque
ſtrata domo: toto illo tempore decūberem: ecce
cuiuſdā fratris infirmi in inferiori & ꝓxima do-
mo iacentis clamoribus: pene continuis excipi-
or: & de die in diem magis magiſq; moleſtor.
Vociferabatur ſane in primis: quęcunq; turbato
morbis animo confuſe occurrere poterant. Ad
poſtremū vero hoc vnū ſemper & ſolū: abſq; ali
qua interpolatione: toto annixu inclamabat. Et
o fratres, quare non ſuccurritis? Cur non miſere
mini? cur non remouetis a me maximū & terri-
bilē (vt verbo ipſius vtar) runcinū iſtū: qui poſte
rioribus pedibus contra me verſis, calcibus ca-
put meū conquaſſat: faciem diſſipat: dentes cō
terit? Remouete dñi: remouete eum: rogo vos
per dominū: remouete eū. Et conuerſa voce ad
eū quē in forma equi conſpiciebat dęmonē cū
cūctis audientibus loquebatur. Verba autem eius
quantū imitari valeo: dicturus ſum. Per domi-
nā meā ſanctā Mariā matrē dñi: & per ſanctos
apoſtolos adiuro te: ne me torqueas: ſed me in
pace dimittas. Fuerat autē idē frater ante con-
uerſionē miles ſcdm ſeculū ſtrenuus: mihiq; in
monaſtico ordine per multū tēporis ſatis notus
bonę vir fidei: & inquantum hominibus notū
eſſe poterat: honeſtæ conuerſationis. Pertuli vt
cūq; voces has ꝑ totā fere quadrageſimā: quo
toto tēpore: nec ipſe a clamore ceſſauit: nec mi-
hi ꝓpter infirmitatis incōmoditatem: eum adi
re facultas fuit. In huius autem clamoris conti
nuatione: paſchalis aduenit ſolennitas. Qua
tranſacta: cum iam aliquātulum conualuiſſem:
adhuc tamen æger ad ægrū acceſſi: & quid ſibi
in tam diuturna vociferatione vellet: requiſiui
Ad quod ille reſpondit. Runcinus ille, ille certe
ille: mihi intolerabiliter moleſtus eſt. Vultū me
um aſſiduis ictibus conterit, & inter hęc oſten-
debat quaſi digito locum: murum ſcilicet cui ip
ſe adhęrebat. Interea videntibus q̄ plurimis
qui mecū aſtabant: cœpit caput huc illucq; con
uertere: & quaſi a ferientis ictibus ſubducens:
nitebatur illud in puluinari vel deſubtus abſcō
dere. Miſerebamur hominis anguſtijs: nihil ali
ud pręſtare valentes. Afferri itaq; benedictam
aquā pręcepi: infirmū ipſū, & locū quē oſtende
bat eadem aſperſi, poſt aſperſionem vero, vtrū
dęmonem illum adhuc videret, quęſiui. Qui ſe
illum & videre: & ſolita ab eo pati denuntiauit
Sed ne miretur aliquis benedictæ aquæ aſper- Manente
ſione dęmonem non fugatum, agnoſcat, tabe i cōſciētia
interius latente, vnguenta exterius adhibita ni mortali
hil proficere poſſe. Tabē aūt voco letale pctm: pctō ſacra
quod quādiu in interioribus cuiuſlibet latuerit, mēta non
nulliꝰ exteriꝰ ſacramēti ꝑceptio ei ꝓdeſſe ꝑote proſunt.
rit. Qđ in pręcipuis eccleſię ſacramentis, vide-
licet baptiſmate & corpore dñi: aperte oſtēdit̃.
Si enim malitia interiore manente ſaluare iſta
poſſent: nec Iudas poſt acceptum cū alijs diſci
pulis corporis Chriſti ſacramentū laqueo ſe ſu-
ſpēderet, nec Simoni mago iam baptizato Pe-
trus diceret. Nō eſt tibi pars neq; ſors in ſermo
ne iſto. In felle enim amaritudinis & obligatiōe
peccati, video te eſſe. Sicut enim ſacramēta fi-
dei, ita & opera fidei ſeruari Chriſtꝰ p̄cepit: vt
in hoc eodem baptiſmatis ſacramēto agnoſce
re dat̃: quod inſtitutor eiuſdē ſacramenti decla
rat. Qui eñ dixit: ite docete oēs gētes: baptizā- Matth. vl.
tes eos in nomie patris & filij & ſpiritus ſancti:
ipſe ſubiunxit. docētes eos ſeruare oīa quęcūq;
mādaui vobis, vtrūq; ergo mādauit, vtrūq; ſer-
uari voluit: neutrū ſine altero ad ſalutē ſuffice-
re poſſe mōſtrauit. Sic ęger iſte & aqua ſalutari
potuit aſpergi: & tñ ꝓpter occultā (vt poſt appa
ruit) pcti labē, nō potuit a dęmōe liberari. Qđ
ſtatim vt aduerti: eū vt ſtudioſe pręteritā vitam
ſuam ꝑſcrutaret̃, & ſiquid noxium maxime de
grauioribus in ea recognoſceret, cōfiteret̃: hor
tatus ſum. Hoc poſtq̄ conceſſit: remotis alijs &
duobus tātum mihi adhibitis, ante illum conſe
di: & cruciculam ligneam cum imagine dñi, vt
magis ad confitendum animaret̃: donec omia
conſummata ſunt manu tenui. Confiteri ergo
cœpit: & confitendo aliq̄diu proceſſit. Et quia
multa infirmitas ordinem verborū eius aliquā
do perturbabat, iuuabam eum interdum: redu
cendo ei ac mētem, quęq; animo occurrere po
terant. At ille modico meo adiutorio cōfeſtim
reſumpto ordine, quod cœperat exequebatur.
Cūq; plurima explicuiſſet: & iam ad alia expli-
canda pergeret: ecce rurſus auertere faciem, &
huc illucq; conuertere, atq; (vt iam dixi, ſub pul
uinari: aliquando nitebatur abſcondere. Cūq;
quęrerem: quid ille incōpoſitus geſtus ſibi vel-

let. ecce ait dn̄e: ille qui ſemper mihi adeſt runcinus ſolito acrius inſtat: & toto niſu calcib⁹ dētes: ac totū caput meū conterit. At ego. Inſta ergo & tu frater: malignus ſpūs eſt, impedire feſtinans ſalutē tuā: quē ſi perſtiteris: vinces. Mox ille ad ꝓpoſitū cōfeſſionis reuerſus: deuoti⁹ quā cęperat confitebatur: nihil quod occurrere poſſet, tā de ſeculari q̄ de monaſtica vita prętermiēs. Cū ecce ſubito in ipſo narrationis ꝓgreſſu: noua querela exoritur: & vox infirmi mecū loquētis ad neſcio quē alterū dirigitur. Quid (inquit) me impedis? Quid verba mea intercidis? Aut dic quod dicere volo, aut me dicere ſine. Cum vero interrogarē cui vel quare iſta loqueretur: reſpondit. Aſtat capiti meo vir prorſus incognitus, a quo omnia quęcūq; male geſſi narrari audio. Sic tamen illa memorat: vt me illa proferre nō ſinat. Vera quidē dicit: ſed me ea volentē loqui impedit. Ego & hunc demonē eſſe dicens, ne a ꝓpoſito deſiſteret exhortabar. Ille autē denuo ad priora rediens, ad finē cœpta perducere nitebatur. Sed mirū erat ſpectaculū cernere: quoties ille verba mutare coactus, nunc mihi peccata ſua cōfitens loquebatur, nūc de demonibus aliquādo verbis, aliquādo verberibus os eius obturare laborātibus cōquerebatur. Quādoq; nāq; runcinū ſibi calcibus os contundere: quādoq; aſſidentē capiti ſuo demonē verba intercidere: multo cum gemitu & ſuſpiriis fatebatur. Fere enim (niſi fallor) quadragies hęc confeſſionis interruptio a demonibus facta eſt. In tantū pertinax hoſtis & more ſibi ſolito humanę perditiōis auidus, mecū pariter & cū illo certabat. Productū eſt hoc noſtrū prælīū: ab hora diei prima. vſq; ad horā tertiā. Tunc plane hora illa qua maxime ſe hominibus infundere ſpiritus dei ſolet: eiuſdem ſpiritus auxilio vicimus. Vicimus nos inquā: ſed rectius ille viciſſe dicit ſine quo malus ſpiritus nunq̄ vincitur. Vicit certe nequā hoſtē diuina miſeratio: & egregiā prę teritę vitę ſuę memoriā atq; animoſitatē ꝓferēdi: fratri in extremis iā agenti cōcedēs: perfectā ei purgationē per plenā confeſſionis ſatiſfactionē largitus eſt. Et mirāda ſed multomagis veneranda atq; diligenda ſupernę pietatis erga miſeros affluētia: quę ante, fratrem iſtū mundo excedere non permiſit: donec quod vere obſtare ei ad ſalutem ęternā poſſet: per pœnitētię & cōfeſſionis remedia induliſit. Quantę vero memorię in confeſſione fuerit: ibidem etiam tunc ꝓbaui. Dixit enim ſe ante plures annos altare benedictum cuidam fratri commiſiſſe. Vnde hac occaſione vtrum bene memoria vigeret certificari cupiens: altare illud a fratre quē nominauerat perquiri feci. Quod poſt inquiſitionē: ab eodem cui commiſſum fuerat mihi allatū eſt. Cōfeſſione ergo cōpleta fratres aduocans: ęgrum vt moris eſt, abſolui: pœnitentiēq; pro eo fratribus ſi ille defungeretur: indixi. Quā abſolutionē multa cū deuotione frater ille ſuſcipiens: crucē ſibi a me oblatā ſupplex adorauit; atq; ſaluti ferę paſſioni dn̄i animā corpuſq; ſuū intentiſſime commendauit. His omnibus expletis: corā cunctis tam monachis q̄ laicis qui aſtabant: interrogo: quid de runcino illo ſępe nominato de quo toties queſtus fuerat diceret: vel ſi eum adhuc vt prius videret. At ille quaſi cum multo timore eleuans caput: & oculos velut iāiāq; feriēdus ad locū ſolitū dirigēs: indeq; ad alia vicina loca circunducens, ſubito gaudio obortis lachrimis ait ꝑ aīam pr̄is mei, nō cōparet. Cūq; & de illo peſſimo cōſiliario q capiti ei⁹ tādiu adhęſerat requirerē: etiā ad eundē locū vbi ante illum conſpexerat, intuitum reflectens: & iſte ait abſceſſit. Gratias omnes toto corde egimus deo: qui ſaluat ſperantes in ſe. Exinde vero ſtudioſius eum obſeruari: propriis deputatis cuſtodibus mandaui. Nec fuit qui poſtea eum ſaltem in modico clamantem audiret: cū antea fratres in illa domo iacentes, eius fatigati clamoribus quieſcere non valerent. Interrogatus frequēter a fratribus & etiam a famulis. vtrum aliquid illorum videret q̄ prius viderat, nichil triſte ſe videre: nihil prorſus moleſtię pati affirmabat. A me ipſo de iſtis poſtea interrogatus: omnia ſibi lęta & pro voluntate eſſe reſpondit. Toto illo die, cum ſubſequenti nocte poſtea ſuperuixit, ſequenti circa ſextam in pace vitam finiuit: bonam ſpem ſalutis ſuę: & exemplum verę pęnitentię nobis derelinquens.

Demonis ꝯtiaria ad impediendū ſalutē humanā.

¶ Quomodo dęmones aqua benedicta fugati ſint. Cap. vii.

Quia vero i ſerie huius miraculi narraui; aquę more eccleſiaſtico bn̄dictę aſꝑſione: dęmones cauſa latētis peccati minime effugatos: ad rē ꝑtinere videt: quid de eadem re in eodē celſinienſi monaſterio cōtigerit: i medium ꝓferre. Venerat ad eundē locū infirmitate carnis vrgēte laicus quidā: & vt fieri ſolet monachico habitu a fratrib⁹ indutus: ſeculo renūtiauerat. Faciunt hoc multi etiā in extremis cōſtituti. qui licet eos; quos nul

Monachicū habitū i extremis ſuſcipe nō ē vitupabile.

la corporis moleſtia ad hoc impellit: laudē mi
nime cōſequi videant̃: numero tñ monachorū
ſi ex corde cōuertant̃: añ interni iudicis oculos
nullomodo excludunt̃. Nam quãuis maioribus
meritis malus debeat̃ & p̄mium: nūmum certe
quē a prima hora diei i vinea dñi laborãtes me
ruerūt, ad vndecimã quoq; veniētes acceperūt.
Nec eñ p̄iudicat modus cōuerſionis deuotio-
ni cordis: nec quæritur apud deū qua ex cauſa
quiſq; cōuerſus ſ; poſt cōuerſionē qualiter fue
rit conuerſatus. Sed nec q̄titas diuturni vel pui
tēporis attēdit̃: vbi ſolus finis operū remunerat̃.
Suſcept⁹ ergo hoc mō iã dictus vir, & ad domū
infirmoꝝ delatus: p aliquot dies inter vitę mor
tiſq; confinia laborabat. Nocte itaq; obitus ſui
diē p̄cedente: in lecto iacebat: & velut morti iã
ꝓximus: a duobus famulis p vices ſibi ſuccedē-
tibus cuſtodiebat̃. Et qm̄ ſubſequens narrandi
ratio: eorū noia ꝓferri cogit: vnus ex his ſtepha
nus alter oliuus dicebat̃. Illa igit̃ noctis vigilia
qua a iã nominato ſtephano aſſeruabat̃: eundē
ſibi inuigilantē famulū ęger ille vocauit. Qui cū
ei aſtans quid ſibi vellet q̄ſiſſet. qui ſunt (iquit)
ruſtici iſti deformes & roſtrati: quos huc cōflue
re: & paulatim totã hanc domū implere video?
Ad quod cum famulus reſpōdiſſet. Neminē in
domo illa haberi: ſe tm̄ cū ſocio ei excubare: ad
mirãs ille adiecit. Nō cernis ait. tetros homines
om̄e iam huius domus ſpatiū cōpleuiſſe: quoꝝ
horrenda ſpēs & roſtris lōgiſſimis facies exacu-
te: terrorē mihi nō paruū importãt? Tūc dęmū
famulus intellexit (vt ſępe poſtmodū ipſe mihi
narrauit) non hominum ſed malignoꝝ ſpirituū
hanc eſſe frequētiam. Vnde alta voce ſociū oli
uum vt ſurgeret inclamãs. vas qđ forte cū aqua
bñdicta in ꝓximo depēdebat fide plenus arri-
pit: & ſanctificatū elementū huc illucq; cōfidē
ter aſpergens: om̄ia illius habitaculi loca infun-
dit. Hoc dū faceret, clamare ille fortiter cœpit.
Eia (inquit) eia. fac qđ facis: inſta p̄urge aduer-
ſarios, qm̄ ecce velut a facie gladij fugiētes: ſum
ma cū celeritate exire cōtendūt. & quia moras
patiunt̃: in alterutrum impingentes: primos hi
qui ſequuntur violenter impellunt. Quo ille
audito, inſtare acriter: & aqua benedictionis: fi
lios maledictionis a domo excludere contende
bat. Quibus penitus ęgro qui hoc ſolus cerne-
bat teſtificante) excluſis & ille a dęmonum in-
feſtatione liberatus eſt: & q̄tum ad ſimilia vale
at ſalutaris aquę cum fide aſperſio: demonſtra-
tum eſt. Die vero ſubſecuta, fratribus huius vi
ſionis relatione lętificatis: in bona confeſſione
nouus ille monachus obiit: & in illa dęmonum
fuga ſuſceptam a deo cōuerſionis ſuę deuotio
nem omnibus perſuaſit.

De Gerardo purę & ſimplicis vitę monacho. Ca.viij.

IAm incidenter ſed neceſſario
his interpoſitis: ad ꝓpoſita me
reuerti aſſumpta principaliter
materies cogit. Vnde illa q̄ de
magnifico & ſupcęleſti Chriſti
corpis ſacramēto miracula ad
huc dicēda ſunt: vltra differēda nō ſunt. Frater
quidã cū honore nominandus, cū dulcedine re
colēdus Gerardus noie: magni illius cluniacen
ſis monaſterij, magnus & ip̄e vitę merito mo-
nachus fuit. Hic a pueritia i clericali habitu ad
pedes memorãdi ſancti patris Hugonis educa
tus: virtutū eius imaginē multa ex parte in ip̄o
expreſſam oſtendit. Nã (quod nō parū difficile
eſt) in medio ſeculi cōſtitutus, & in igne nō adu
ſtus: iuueniles annos abſq; caſtitatis naufragio
* euaſit. Coętaneorū quippe laſciuiam inna- Ar.* exegit.
to pudore abhorrēs: maturis clericis ſiue mona
chis adhęrebat. Quoꝝ cohabitatiōe ad potio-
rem honeſtatis amorē informatus: ad eccleſia-
ſtica quoq; officia frequētanda & amãda, pau
latim inſtituebat̃. Vnde contigit vt optimo vſu
cum ętate ſenſim cōualeſcēte, tãtum erga diui-
na amorē conciperet, vt prę cęteris virtutibus,
hic arctius ei⁹ ſemper animū poſſideret. In his
& huiuſcemodi ſtudiis toto pene adoleſcētiæ
tēpore decurſo: a iam dicto beato patre Hugo-
ne in monachū ſuſceptus eſt. Qui habitu reli-
gionis indutus, ſeculū ſe exuiſſe: bonis & ꝓpe-
modū pfectis actib⁹ demonſtrauit. Purę & ſim
plicis monachus vit⁹: vere ſcđm dñi dictū iſrae Ioan.j.
lita in quo dolus non eſt. Iniuriarū immemor
patientiã conſeruabat: quem ſi iraſci cōtigeret.
paulopoſt iratū fuiſſe grauiter pœnitebat. Nil ſi
mulare nouerat: ſed qualis intern⁹ exiſtebat, ta-
lem ſe externus demōſtrabat. Ad os eius ſi ac-
cederes. ſtati q̄ dico vera eſſe cōprobares. Diui
narum rerū ſaporem quem a puero imbiberat:
ſic tenaciter conſeruabat: vt eius pene vniuer-
ſa verba vel facta diligenter conſiderantibus:
nil aliud q̄ cęleſtem fragrantiam redolerēt. Ec-
cleſiaſticis officiis ita deuotus inſiſtebat: vt nec

labor diurnus nec requies nocturna: eum in his
aliquando reddere ſegnem valerent. Graue ſe
incurriſſe reputaret delictum: ſi vel ſomno coa
ctus, vel cogitationibus aduocatus: de prolixa
Cluniacenſium pſalmodia vnum ſaltem ver-
ſum intermitteret. Cūq; nichil pſalmorū nichil
reliquorū officiorū os eius p̄teriret: intellectum
q̄ꝗ quē poterat dictis adhibebat. & deo iugi-
ter imolans ſacrificium laudis, iuxta apoſtolum
ſpiritu & mēte pſallebat Religioſa etiam in ex-
terioribus ſtrenuitate eleganter pollebat: cuius
rei gratia in multorū prioratum adminiſtratio
ne, & ſubditis vtilis: & oībus quibus innoteſce-
re poterat charus erat. Obędiētię ſingularis cō
ſeruator tanto eā affectu colebat: vt nefas duce
ret, ſi vel in modico nutum iubentis excederet.
Expertus ſum ipſe magnā i hac virtute eius cō
ſtantiam: cui cū ſępe grauia & q̄ aliis vix iniun
gere auderē, facillime imponerē: alacriter iniun
cta ſuſcipiebat, & alacrius adimplebat. Romā
quodā tēpore pergens, illo aliiſq; iter meum co
mitantibus, ſenam q̄ de p̄cipuis thuſcię vrbibus
eſt: hoſpitandi cauſa diuerti. Die ſequēti matu
tius hoſpitari cupiēs: añ lucis exortum iter arri-
pui. Cūq; iā duo fere miliaria ex vrbe ꝓgreſſus
peregiſſem, ſubito poſt nos vocē currentis equi
tis velut a lōge audiui: eaq; audita ſubſtiti. Qui
cū ad nos ſe ſuſtinentes ꝑueniſſet: inſidias no-
bis in via a duce Conrado quorundā inſtinctu
parari narrauit: eaq; de cauſa reditum ꝑſuaſit.
Quo impetrato, ego quidē cū ſociis retro redii:
Gerargum vero (qm̄ promptior eo ad obedien
dum nō aderat) ſtatim ad dn̄m papam, exigen
te neceſſitate direxi Recedens ille a nobis, non
dum plene ſex vię (vt arbitror) miliaribus exple
tis: inſidiantes incurrit. A quibus comp̄henſus:
rebus oīnibus ablatis ad deſerta & p̄rupta mō
tium violēter abductus eſt. Vbi in altiſſima tur-
ri cōcluſus, multaq; incōmoda perpeſſus: poſt q̄
pericula carceris euaſit. ſe aliquid ꝓpter obędiē
tiam paſſum fuiſſe gauiſus eſt. Sup oia vero ſa-
lutarum altaris ſacramētorū amorē, corpori vir
tutum ſuarū velut quendā verticē impoſuerat:
quo vehemēti cordis annīſu in alta ſublato: ip̄a
quoq; cęli itima penetrabat. Quis em̄ facile re
ferre valeat, q̄ claro ille fidei oculo ieſum dn̄m
ſub velamie ſacramētorū nō velatū admirabat̄:
ſed reuelatum contēplabat̄. Nullam intellectui
eius ſpēs exterior caliginem inferebat ſed velut
cum apoſtolis in terra gradientē: cum beata vir
gine in cruce pendentē: cum maria magdalene

No. deuotionem ad ſacramētū euchariſtię.

mortuis reſurgentē: ītuitu ſpirituali cerne bat.
Contulerat ad hoc ſacri corporis & ſanguinis
Chriſti myſterium totam ſpem ſua & quotidia
na pene oblatione: pro ſuis ac totius mūdi pec
catis filium patri ſacrificans. ſe quoq; ip̄m mul
ta cordis deuotione & lacthymarum profuſiōe
pariter immolabat. Videres eum aſſiſtentem al
tari: profundo plærūq; fletu totum concuti: ver
ba ſingultibus interrumpi: grauibus pectus ſu
ſpiriis vrgeri cerneres: vt intelligi dabat̄ pror-
ſus ab humanis alienatū: ad diuina ſubleuatū:
non tantum mente ſed ip̄o pene corpore ſic in
cęleſtibus cōuerſari: vt de illo etiam a domino
dictum videretur. Qui manducat carnem meā
& bibit meum ſanguinem: in me manet & ego Ioan. vi.
in illo. Et qui manducat me: & ipſe viuit ꝓpter
me. Et alibi. Panis quē ego dabo: caro mea eſt
pro mundi vita. Quā vitam ne quis putaret tē
poralem: ruſum ait. Si quis manducauerit ex
hoc pane: viuet in ęternum. His domini nr̄i
promiſſionibus. vitam in his ſe ſe ſumere cert⁹
ęternam: inſatiabili (vt ſic dicam) auiditate, pa
ni cęleſti noſter hic Gerard⁹ inhiabat, & beatā
animę ſuę eſuriē, paſtu quotidiano recreabat.
Iſtis bonorum operum exercitiis: a prima iuuē
tute ad vltimam vſq; fere ſenectutem perdu
ctis: tandē dignus habitus eſt: cui aliquid ſecre
torum ſuorum dominus reuelaret. Quod i his
corporis & ſanguinis ſui myſteriis ideo ſingula
rem agere voluit: vt & eorūdem ſacramentorū
veritatem oſtenderet, & hūc de quo loquimur:
non fruſtra in hic ſpem ſuam poſuiſſe monſtra
ret. Vnde & animi eius affectionem ſibi bene
acceptam fuiſſe oſtendit: quādo eum congruē
te eius deuotioni miraculo tā magnifice deco
rauit. Teſtis huius tam admirandi miraculi ipſe
eſt cui vtrum credi debeat, vita pręcedens & fi
nis ſubſequens declarat. Non tamen horum
ſpōtaneus relator extitit: ſed a me ſecreto ad iu
ratus quod prius quaſi ſub alterius nomine di
xerat: ſibi reuelatum fuiſſe indicauit. Et ne ali
quis i corde meo ſcrupulus remaneret, licet de
verbis eius ſimpliciter prolatis in nullo dubita
rem: quod de viſione aperuit, nominis dei &
Chriſtianę ſpei interpoſita teſtificatione cōfir-
mauit. Extorſit tamē a me prius ſecreti fidem:
vt quoad ipſe viueret: alto illud ſilentio conſer
uarem. Sed eo iam a vita p̄ſenti: morte carnis
exēpto: oportet ea ꝓpalam ad dei gloriā: q̄ ille
dū vixit ad ſui voluit cęlari cautelā. Habet i ca
bilonenſi ep̄atu villa quę bellus mons dicit̄ ad

ius cluniaceſis monaſterii ſpectās: vbi in hono-
re beatę dei genitricis & virginis eſt eccleſia: ob
eiuſdē ſingularem memoriam ſingularem (vt a
multis cō peri) orandi dans gratiā. Sunt ibidē &
domus paruę paucis ad manēdum monachis
ſatis cōgruę. Erat tunc ibi circa natalem dñi iā
dictus venerabilis Gerardꝰ & ſtudiis ſupra ſcri
ptis infatigatus inſtabat. Aduenerat circūciſio-
nis dñicę ſacratus dies. & ille nocturnisꝰ vigiliis
deuote expletis, ad diurna ſe officia deuotiꝰ im
plēda parabat. Ventum eſt ad miſſam. & more
ſuo veſtibus ſacris exterius paratus: interius ſpi
ritu & fide repletus, ad altare acceſſit. Cūq; cęte
ris expletis ad canonē peruenifſet, & verba diui-
na: panis & vini ſubſtantiā i Chriſti carnē & ſan
guinē cōmutantia conſummaſſet: paululū ante
dñicam orationē forte oculos ad ſacra ipſa con
uertit. Et ecce ſtupeo referēs. formā quidē pa-
nis quē altari impoſuerat nō vidit: paruū vero
puerulū manibus & brachiis more infantię ge
ſtientē ꝓ eo cōſpexit. Hęſit itaq; cōſpiciens de
bito timore turbatus: & neſciēs quid ageret: ad
inuſitatū & cęleſte ſpectaculū tremens admira
baᷓ. Legi olim quiddā his q̄ refero ſimile: ſed di
gnatio aliquid noſtro miraculo voluit addere:
ꝓpter qđ nullum huic inueniretᷓ ęquale. Nulla
enim ętas p̄terita hoc cōſpicere meruit: qđ no-
ſtris diebꝰ auctor horum ſacramētoꝝ deus Ge
rardo noſtro videndū cōceſſit. Nam dū hoc ſtu
pidus miraretᷓ: cōuertēs oculos ad latus altaris:
cōſpicit mulierē honeſtiſſimę formę &: vt intel-
lectu cōceperat: beatā ſemꝑ virginē eiuſdē dei
pueruli matrē: diligēti eū & velut materna cuſto
dia multa cū reuerētia obſeruātē. Iuxta quā cer
nit angelici decoris virū. imo vt vere erat a deo
miſſum angelū: cęleſtibus ſacramētis pariter cū
illa aſtantē. Quantū in corde iſta cernētis tunc
lętus accreuerit timor: q̄ multiplicatum fuerit
gaudiū: qualiter cor eius & caro eius exultaue-
runt in deū viuū: nec ego ſcribere: nec ille mihi
potuit referre. Additᷓ adhuc inaudito miraculo
teſtimoniū angelicū: & eum quē altari videbat
aſſiſtentē: audit ſibi angelum dicentem. Verba
ipſa mihi ab eo ſępe relata: nichil plus minusve
cōtinentia dicturus ſum. Quid (inquit angelꝰ)
miraris? hic puer quē cōſpicis: cęlum gubernat
& terrā. His dictis. cęleſtis viſio abſceſſit. Poſt
hoc dū rurſum oculos ad ſalutaria ſacramenta
reduxiſſet: infantem iam videre nō potuit. Sed
panis ſpēm vt prius fuerat altari ſuꝑ impoſitam
vidit. Hoc tāto miraculo dignus habitus: & eo-
dē Chriſti copore qđ conſpexerat ſatiatus: miſ-

Deuotio ad ſacra-mētum eucharistię quid ꝓme-ruerit.

ſam tantis ſupnę gratię muneribus donatā ille
dei p̄sbyter conſummauit. Et ne forte veneran
dus vir tanta viſione minus dignus ab aliquo
fuiſſe putetur: quiddam non quidem huic mi-
raculo ſimile: ſed tamē nō vile per hunc geſtū.
referendū eſſe videtᷓ. Regebat aliquādo quod
niuernis habemꝰ Sancti ſaluatoris monaſteriū
ſibi a ſancto patre Hugone commiſſum. Orta
eſt lis iter eū & quendā ſuū p̄poſitū: ꝓ qua, die
agēdi cōſtituta: ad cām vterq; conuenit. Affuit
multitudo nobiliū, clericoꝝ: & monachoꝝ nō
paruus numerus: vulgariū vero cōſtipatio vni-
uerſa replebat. Aſſedit prior Gerardꝰ inter me
dios: reliqui eū vndiq; ambierūt. Venit & cum
ſuis p̄poſitus: cōtra illum cauſam acturus. Ade
rant electi iudices: qui vtriuſq; actione audita,
litem iudiciario ordine dirimerēt. Rem de qua
agebatur nulla nominare neceſſitas cogit. Erat
tn̄ eccleſiaſtica: multūq; vſibus monaſterij ne-
ceſſaria. Hanc ille quē dixi p̄poſitus: qm̄ valde
lucroſa videbatᷓ: ſummo ſtudio ſibi vendicare
conabatᷓ. E regione Gerardꝰ nō acquieſcebat:
quoniā ad ius ſibi cōmiſſum monaſterii hanc
ꝑtinere ſciebat. Data eſt Gerardo loquēdi co-
pia: & coram cunctis qui aderant vt religioſum
decebat: cauſam ſuam apuit. Qui poſtq̄ finem
dicēdi fecit: is qui ei aduerſabatᷓ falſa eſſe quę
ab eo dicta fuerāt exclamauit. Iuſſus poſt hęc
a iudicibus venire: & ea q̄ dixerat cōprobare:
ꝓpius acceſſit: & iterās q̄ dixerat: cœpta teme
ritate ſe vera dicere confirmabat. Cumq; inſta
ret: rurſum ei iudices pręceperunt: vt ſecundū
morem regionis illud quod ipſi vocant gadiū
rei videlicet ab eo ꝓbandę argumētum: manu
ꝓpria in eiuſdem Gerardi prioris manu pone
ret. Qui velut ex bona conſcientia audacter ga
dium i manu eius ponēs. ait huius (vt dixi) rei
ego teſtis ſum: aliis quoq; teſtibus vel duello id
ipſum ꝓbaturus. Sed quia (vt ſcriptum eſt) fal
ſus teſtis non erit impunitus. poſtq̄ hęc verba
protulit. cunctis: qui ad audiendā cauſam illam
cōuenerant cernētibus: reſupinus ruit: & illico
exſpirauit. Tremefacti oēs ſurrexerunt: & rem
a deo iudicatam videntes: nichil vltra iudicare
pręſumpſerūt. Nam quidam ex illis prius etiā
miſerum illum pro certo mentiri nouerant: plu
rimi ſuſpicabanᷓ: nec vero vniuerſi pariter co-
gnouerunt deo hunc mentitum fuiſſe: quē eiꝰ
iudicio poſt prolatum mendacium tam ſubito
contigit interiſſe. In hoc miraculo licet vltrix
mendacii diuina veritas magnifice claruerit:
cuius tamē meriti Gerardus videri poſſet: initu

Falſi teſtis punitio mirabilis.

riam eius vindicādo mōſtrauit. Manebat alio
tēpore i loco cluniaco ꝓximo: qui Altum iugū
vocatur. Sumpſit autem idem locus nomē ab
altitudine: qua omnē circūiacentē terram tran
ſcendit. Eſt enim mons altiſſimus eleuatus in
vertice montium: ipſas ſępe nubium globoſita
tes/quando humida qualitate grauatę ad altio
ra conſcēdere nequeunt: ſub ſe cōſpiciēs. vnde
& italiæ alpes videri & maxima pars ſubiectæ
galliæ poſſit oſtēdi. Elatus ergo multo in aera
ſpatio mons: & ſyluarū dēſitate circūſeptus: vē-
tis inclementioribus cōtinue patēs: niuibus diu
turnis expoſitus: aſcenſu & deſcenſu difficilis:
popularē habitationē a ſe longe remouit. & re-
motiora quęrentibus nil vltra ſe quęrere ſui ſo-
litudine perſuaſit. Vnde & monachos tantū ad
manendū ſuſcepit: quos nec multos eſſe ſui ari
ditate permiſit. Hunc locū Gerardus per diuer
ſas mundi partes obedientia compellente diu
fatigatus: circa finē vitę ſuæ velut emeritus miſ
ſione a me impetrata: ſuſcepit. In quo cū paucis
fratribus & ipſis deū timētibus diuinis operib⁹
ſolito ſtudioſius occupatus: orationi inſiſtebat:
lectioni vacabat. frequenti ſacrorū verborū col-
latione ad diuinū amorē vehemētius ſe accen-
debat. Sobrio victu contentus: ſiquid forte in
his aliquando deliquerat: parcitate pręſenti ex
piabat. Curis omnibus mundi huius exutus: tā-
to ſpiritualibus deſiderijs deo fiebat ꝓpinqui
or: quāto ab humanis actionibus factus erat re
motior. Eccleſiaſticis officijs ſemper quidē (vt
ſupra dixi) deuotus extiterat: ſed tunc eis maxi
me totis mentis affectibus & corporis viribus:
deuotiſſimus iſiſtebat. Altaribus ſacris pene iu
giter aſſiſtens: illud ſuū immo totius mundi ſin
gulare pręſidiū/corpus ſcilicet & ſanguinē redē
ptoris: inenarrabili mentis deuotione & quoti-
diana miſſę celebratione ſuper omnia percole
bat. Diurno tempore ſic conſummato: noctur
nas quoq; vigilias obſeruabat: & ne intempeſti
ue fratres ſurgerent. ſollicitus ꝓuidebat. Quas
ſemper aut ſępe ipſe pręueniens: multā noctis
partē lachrymis & orationibus exigebat. Quo
tempore frequenter in eadem eccleſia voces
cuiuſdam cæleſtis melodię ſe audiſſe & michi
hi retulit: & quibuſdam alijs qui poſtea id mihi
Nota qui mercātur audire cœleſtia. dixerunt narrauit. Nec mirum. Illorum enim
eſt audire cœleſtia quorum aures dedignantur
audire terrena. Tāto enim magis ſenſus huma-
ni quæ ſupra ſe ſunt percipiunt, quanto minus
hiſquę infra ſunt, dediti fiūt. Tali Gerardus cer
tamine certans. tali vitę ſuę curſui indefeſſus in
ſiſtens: tandem palmam victoribus debitā: bra
uium perſeueranter currentibus ꝓmiſſum ade
ptus: beato in eodē loco fine quieuit. Qui a vi-
ta pręſenti ſubtractus: vitæ ſe iam æternę parti
cipem: nō multo poſt mortem ſuā elapſo tēpo-
re: aperte monſtrauit: & verā eſſe apoſtoli ſentē
tiā qua dicit/ quę enim ſeminauerit homo: hæc
& metet: in ſeipſo cōprobauit. Nā quia (vt ſæpe
iā dixi, totā ſpē ſuā in corporis & ſanguinis chri
ſti ſacramento: cū bonę conſcientię teſtimonio
collocauerat/oſtenſum eſt per eū iā defunctum
aliud de ſępe nominando ſacramēto miraculū
quo & ſpes eius nō irrita fuiſſe probaretur: & fi
des audientiū firmaretur. Nondū poſt obitum
ipſius dimidius fluxerat annus/cū fratri cuidā
quē quia adhuc ſupereſt: nominare nolo: viſio
memoranda apparuit. Videbat, & ecce dęmon
parui & nigerrimi æthiopis ſpecie aſſumpta: le
cto eius aſtabat. Qui portentuoſa deformitate
terrorē conſpicienti intentans: manuū formam
p auriū foramina emittebat/igneam linguā de
baratro putidi oris eiectā/in immēſum ꝓtende
bat: qua totum corpus fratris illius lingendo/ſe
carnes eius prorſus conſumpturū eſſe dicebat.
Tremēs ille ad aſpectum dęmonis/ nil aliud q̄
mortē iāiāq; abſumēdus p̄ſtolabat. Cūq; itole
rabili horrendę viſionis terrore turbatus nihil
vltra remedij ſe habiturū ſperaret ecce Gerar-
dus cōſtanti animo & ſplendido (vt frater ille
aſſerebat) vultu ei aſtitit: & æthiopē illū mani-
bus cōprehēſum ad terrā eliſit/ac guttur nefan
dum viriliter pede comp̄ſſit. Qui dum fortiter
captiuū hoſtē p̄meret/ille velut ex violenta cō
p̄ſſione/ nec nominādū caput ad inſtar magni
cacabi inflans/lingua flammigera quaſi aratro
terrā ꝓſcinderet circūpoſita cōburebat. Cuius
ſpectaculi horrore iā pene extra ſe factum: prę̨
dictum fratrē Gerardus alloquit. Vis (inquit) a
dęmone hoc liberari? Ad quod eū frater vel-le
ſe oib⁹ modis reſpōdiſſet: adiecit ille. Si (iquit)
vis liberari/ perge ad abbatē. & vt quendā fra-
trē cui fabrile officium eſt ad ſe accerſiat: ei ex
me a parte dicito. A quo ſollicite inquirat. vtrū
aliquādo de veritate corporis & ſanguinis dñi
dubitauerit: & quid ei ad tollendā eandē dubi
tationem oſtēſum fuerit: & q̄liter fides eius illa
reuelatione cōfirmata ſit. Quę poſt q̄ cognoue
rit: litteris mandare ſtudeat: quoniam ſicut fra-
tri illi profuit hoc vidiſſe: ita multis ꝓderit au
diuiſſe. Placet enim deo cōuerſatio fratris illi⁹:
nec pati voluit hmōi tentatiōe labores illi⁹ de
perire. Hęc ſi abbati te dictū ꝓmiſens, cōtinuo

ab hoc demone liberaberis. Quo rurſum ſpondente. Gerardus demone in fugã cõpulſo: fratrem ab eius infeſtatione eripuit. Qui a ſomno cõſurgẽs, poſtq̃ ad ſe rediit: tandẽ ſe vere mortẽ euaſiſſe teſtatus * eſt. Pauci poſt hoc trãſierant dies: & frater cui hoc oſtenſum fuerat ad me veniens, cũcta quę ſupra retuli narrauit. At ego nullam adhuc fidẽ ſomnio ꝑbens: de fratris illius qui indicatus fuerat totꝰ relatione pẽdebam. Quẽ ad me nõ nomine ſed artis ac vitę indicio manifeſtatũ accerſiens: vtrũ aliquid dignũ memoria de corpore dñi vidiſſet, ſecreto q̃ſiui. Qui cũ aliq̃diu velut peregrinatiõe * attonitus ſiluiſſet: me in virtute obedientię ne ſibi oſtẽſum verbum abſcõderet ꝑcipiente: tandem vniuerſa apuit. Longo/ ait/ tẽpore ſup huiuſmodi re antiquus hoſtis fidẽ meã tentando vehemẽter aggreſſus eſt: & pene ab ſtatu ſuo: niſi gratia dei iuuiſſet: cõcuſſit. Quã tentationẽ multum & ſupra quã dicere poſſim mihi moleſtam cũ diu tolerarẽ: & ea de cauſa quãtũlibet in religione laborẽ meũ me amiſiſſe putarem: cũq; iam i deſperationẽ labi me puſillanimitas cogeret: ad beatã dei genitricẽ vltimam ſpem cõtuli: & vt a tanto malo miſerã animã meam eriperet: totis animi niſibꝰ rogare cępi. Necdũ ab inceptis precibus quindecim exacti fuerant dies: & ego ante maius altare maioris eccleſię michi aſtare videbar. Super q̃d velut vnius anni puerulus reſidens: me ad ſe accedere pręcipiebat. Cũq; illi appropinquaſſem: vt panẽ ſanctum quẽ manu ꝑtendebat ore ſuſciperem: admonebat. Quod vt expleui: adiecit. Accipe ait me: & in brachiis tuis per huiꝰ eccleſię ſpatiũ defer. Hoc ego licet cũ multo timore aggreſſꝰ: eum i manibus ſuſcepi: & ab ipſo altari vſq; ad extremũ chori exitũ: multa cum reuerẽtia portaui. Ab illo die ita cor meũ omĩ qua vexabat tentatione vacuatum eſt. vt nec veſtigiũ in eo ꝑteritę cõturbationis remaneret: fidemq; ſalutaris ſacramenti incõcuſſa ſtabilitate retineret. His a fratre illo auditis: vltra de viſione dubitare nõ potui: q̃n ſic i oĩbus cõcordes vtriuſq; reuelationis relatores inueni. Nã quicquid ille prior de fratre altero a gerardo audierat: hic totũ vltimus ſuo ipſius teſtimonio cõfirmabat. Cũq; ꝑcedens nichil de ſequẽtis cogitationibꝰ ſciret: ac ſubſequẽs prioris viſiones penitꝰ ignoraret: alter alterius reuelatione penitus fidẽ fecit. quia & ille huius tentationes apuit: & iſte illũ vera vidiſſe ex ſua cõfeſſiõe oĩbus patefecit.

Ar. * lętatus.

Ar. * interrogatione.

Miraculũ i approbationem ſacramẽ. eucha.

¶ De his q̃ in cluniaco & circa cõtigerit. ca. ix.

Illis q̃ ad reuerẽtiam diuinoꝝ ſacramentoꝝ & ad cõfeſſionis verę ſinceritatẽ ꝑtinent prælibatis: ad reliqua quantũ ad moꝝ ædificationẽ ſpectat: nõ minus vtilia; adiuuante nos dño tranſeamus. In primis vero viſionibus ſiue reuelationibꝰ defunctorũ: quę a diuerſis cognoſcere potui: vt potero explicabo. Hęc enĩ noſtris maxime tẽporibus: frequẽter ꝓuenire dicunt. Nã & defunctoꝝ effigies viuis apparere: eiſq; pſępe multa vera atq; ꝓbata nũciare: a q̃plurimis & fide dignis viris affirmant. Talium autẽ rerum narrationẽ non ingratam fore legentibus exiſtimo. pręcipue illis qui futuræ vitæ amore ꝑſentem faſtidiunt: & ad illã recta fide ac piis operibus peruenire cõtendunt. Horum namq; multa eſt recreatio & in pręſentibus miſeriis in quibus quotidie ingemiſcunt maxima cõſolatio: q̃n de patria a qua in hac peregrinatione exulãt: & ad quã inhianter ſuſpirãt. Aliquid q̃d eorum fidem ac ſpem magis ac magis excitet: audiunt. Audiui de talibus multa a multis: in quorum narratione nullum temporis ordinem ſeruo: quia nec illũ ex narrãtium verbis aperte colligere potui: nec ſi potuiſſẽ ſeruare curaui. Quę namq; vtilitas eſt in huiuſmodi re noſſe: quid prius quidve poſterius geſtũ ſit: dum vere cõſtet quod fuerit? Multo enim magis geſta tempoꝝ q̃ tẽpora geſtoꝝ inquirenda fecit. Videtur vero michi cõgruum. vt de proximo incipiẽtes ad remotiora pergamꝰ. & idcirco ea q̃ in cluniacẽſi monaſterio vel circa cõtigiſſe audiuimus: primo ad mediũ deducamus. Eſt aũt cluniacẽſe monaſteriũ. religiõe/ diſciplinę/ ſeueritate/ fratrũ numeroſitate: omĩq; monaſtici ordinis obſeruãtia: toto pene orbe notiſſimũ: ſingulare ac cõmune pctõꝝ refugium. ꝑ q̃d multa inferis danna illata: & regnis cęleſtibus quaplurima lucra collata ſunt. Ibi innumerę hoĩm multitudines: graues mũdi ſarcinas ab hũeris ſuis abiiciẽtes: ſuaui xp̃i iugo colla ſubmiſerũt. Ibi oĩm ꝓfeſſionũ: dignitatũ & ordinũ pſonę faſtũ luxũq; ſecularẽ: in humilẽ & pauperẽ monachorũ vitã cõmutauerũt. Ibi ipaꝝ eccleſiaꝝ venerabiles patres: etiã eccleſiaſticoꝝ negotiorũ onera fugiẽtes: tutius quietiuſq; viuere: magiſq; ſubeſſe q̃ ꝑeſſe elegerunt. Ibi contra ſpirituales nequitias indefeſſum luctamen & iplacabile * quotidianas victoriarum palmas chriſti militibus præſtat. Huius loci habitatoribus cõtinua concertatione carnẽ ſpiritui ſubiicientibus vere ſcd̃m apoſtolũ chriſtꝰ viuere eſt/ & mori lucrũ.

No. de monaſterio cluniacẽſi.

Ar. * ipacabile.

Phil. i.

Hinc effuſa ſpiritualium virtutū nardo, impleta
eſt tota mundi domus ex odore vnguēti: dum
religionis monaſtice feruor: qui illo tēpore pene
refriguerat: illoꝝ virorum exēplo ſtudioq; reca
luit. Gallia: germania: trāſmaria quoq; britānia
hoc teſtaṫ: hiſpania, italia, totaq; europa fateṫ:
plena monaſteriis ab eis aut nouiter fundatis:
aut ab antiquo ſenio reparatis. Ibi monachorū
collegia in morē celeſtiū agminū per ordines
ſuos deo aſſiſtentia: cū aliis ſanctaꝝ virtutum
exercitiis: diuinis laudibꝰ die nocteq; ita iſiſtūt:
vt de eis quoq; a ꝓpheta dictū poſſit intelligi.
ꝑs. lxxxiii. Beati qui habitāt i domo tua dñe. i ſecula ſecu
lorū laudabūt te. Sed quid aliquas mundi ꝑtes
enumero: cum de nr̄o vltimo occidēte vſq; ad
ipm̄ orientē fama hec ꝑuenerit. nec aliquē chri
ſtiani orbis angulū latuerit? Hec nāq; eſt vinea.
hii ſunt palmites: qui verę viti xp̄o inherentes:
Iohan. xv. & a patre agricola purgati: ſecundū euāgelicā
ꝑs. lxxix. ſententiā multū fructū afferūṫ. De hac vinea in
pſalmis legiṫ. Extēdit palmites ſuos vſq; ad ma
re & vſq; ad flumen ꝓpagines eius. Qđ licet
de iudeorū ſynagoga ex egypto trāſlata, & ma
xime de pręſenti eccleſia dictū ſit: nichil tamē
obſtat: vt & de hac cluniacenſi eccleſia q̄ illius
vniuerſalis nō inferius mēbrū eſt: intelligaṫ. Li
beret hic diutius immorari: ſed qm̄ ad ꝓpoſi
tum opus hoc nō ꝑtinet. & tāta materies breui
atq; ad alia feſtinanti non poteſt explicari ſer
mone neceſſe eſt: vt iſtis ad p̄ſens intermiſſis:
ad ea que de mortuorum reuelationibus ſunt
exequenda vt ꝓmiſimus accedamus.

¶ De Stephani qui blācus dicebatur ap
paritione mirabili. Ca. x.

QVOD vero in primis dicturus ſum.
ab illis mihi pſonis relatum eſt. quo
rū teſtimonio nō minus q̄ mihi ipſi
credere compellebar. Vita enim vel
cōuerſatio eorum hoc exigebat: vt nō magis
ꝓpriis oculis quam eoꝝ rela ioni abſq; dubita
tione aliqua, fidem accōmodarē. Hii ergo mi
hi hoc retulerunt. fuiſſe apud cluniacū quendā
fratrem: qui bernardus ſauinellus dicebaṫ. De
quo referebant: qđ licet aliquando in quibuſ
dā leuiter ſe haberet: correptus tamen vt regu
laris diſciplinę moris eſt: multaq; tam verboꝝ
q̄ verberum opprobria paſſus, patiētiſſime tole
rabat: ſeq; mitem poſt flagella vultus & operis
alacritate exhibebat. Is nocte quadam dū fra
tres in eccleſia nocturnas deo laudes decanta
rent: de choro vbi cum aliis pſallebat egreſſus:
dormitorium petiit. Cuius gradus dū conſcen
deret. repente Stephanum qui vulgo blancus
vocabatur: olim monaſterii ſancti Egidii abba
tē. qui añ paucos dies de vita exceſſerat: obuiū
habuit. Quem cum primo aſpectu nō cogno
ſcens quēlibet alium eſſe crederet: quo propo
ſuerat feſtinabat. At illa ymago defuncti quæ
apparuerat prior in verba ꝓrumpens. quo per
gis inquit? Sta. & quę dicturus ſum audi. Fra
ter vero miratus & indignans: quod quaſi con
tra regulam nocturnis horis & loco nō cōgruē
ti tali monachus loqueret: eius voces nubus
quibus poterat cōprimebat. Sꝫ cum abbas ille
defunctus: qui nō vt taceret ſed vt loqueretur
aduenerat magis ac magis inſtaret: compul
ſus eius importunitate frater ſubſtitit. & quis
eſſet vel quid ſibi vellet: queſiuit. Et ille. Sum
(inquit) Stephanus dictus Sancti egidii abbas:
qui in multis & ante abbatiam & poſtmodum
deliqui. pro quibꝰ modo pęnas acerbas patior
ab illis per ineffabilē dei miſericordiā: ſi michi
ſubuentū fuerit. q̄ citius eruendus. Oro ergo te
vt dominū abbatem & omnes fratres mea fun
ctus legatione dep̄ceris: quatinus apud omni
potentem deum pro mea liberatione præces
effundant: & me quibus poterūt modis a tātis
malis eripere ſatagant. Cumq; frater reſpon
diſſet. ſe quidē quod + ipſe rogabat facturum Al' + ille
nullum tñ ſuę relationi crediturꝫ: is qui loque
batur defunctus adiecit. Vt nemo de his q̄ a te
referenda ſunt in aliquo dubitare poſſit: noue
ris te infra hos octo dies de hac vita migraturū.
Quod poſtq̄ eis p̄dixeris: ſubſequentis rei effe
ctus te vera dixiſſe demonſtrabit. Dixit hoc, &
ſtatim ab oculis eiꝰ euanuit. At vero frater ille
a dormitorio ad eccleſiā rediens, multūq; mor
tis denunciatione nō immerito ſollicitatus: no
ctem in hm̄oi meditatione tranſegit. facto ma
ne: priori primitus: deide venerabili ac ſancto
patri hugoni: ad vltimū magno ac reuerendo
fratrum cōuentui: quę ſibi iniuncta fuerant pa
tefecit. Quod poſtq̄ ad omniū aures ꝑuenit:
ſicut humanorū ingeniorum vſus eſt: de eadē
re fere ſemꝑ diuerſa ſapere: alii quidem crede
bāt. quam plures ficta eſſe affirmabant: vniuer
ſi tamē mortis illius quā frater denunciauerat
indicium ꝑ illud ab omni dubitatione purgan
di, expectabant. Et ecce ſequenti die relator vi
ſionis morbo corripiṫ: ſenſimq; deficiēs ad ex
trema ꝑuenit. Qui vſq; ad vltimū ſpiritum con
ſtanter quę dixerat affirmans: infra dies ſupra
dictos bono fine quieuit: ſicq; morte ſua veri
tatis nuntiū ſe fuiſſe cōprobauit. Fratrum ergo

congregatio poſt obitum relatoris de viſione
certificata: tam ꝓ abbate defuncto q̃ pro eius
nuntio multimodas inenarrabili miſericordię
dei ſupplicationũ hoſtias obtulerunt: & ſacris
orationibus: elemoſynarũ largitionibus: maxi-
me aũt ſalutaris ſacrificii oblationibus pro ęter
na requie totis viribus inſtiterunt.

¶ De ſimili apparitione Bernardi qui
groſſus dicebatur. Ca.xi.

COnſimile huic pene idẽ de Bernar
do cognomento groſſo miraculum:
ab eiſdẽ quos ſupra memoraui rela
toribus accepi. Hic nãq; nobilitate &
potentia ſeculari illuſtris: munitiones quaſdam
cluniacẽſi monaſterio ꝓximas poſſidebat: mul
taq; mala eidẽ loco atq; aliis circũpoſitis eccle
ſijs inferebat. Qui tandẽ mutato ſpiritu: malis
ſuis finẽ imponere deliberãs: ad ſupradictũ ve
nerabilẽ patrẽ Hugonem venit. atq; ꝓ pecca-
tis ſuis orõnis cã romã ſe velle ꝑgere indicauit.
Vñ ſi reditus ꝑmitteret: ſeculo ſe renuntiaturũ:
ac monachũ cluniaci futurum eſſe ſpopondit.
Perrexit itaq; romã: vbiq; apud ſummoꝝ apo
ſtolorum ac plurimorũ martyrum glorioſa cor
pora: orationibus atq; elemoſynis vacans. Sa-
tiſfactione qua poterat ꝓteritę vitę crimina ex
piabat. Exacto vero taliter in vrbe quadrage
nario dierũ numero, qui ꝓprie ad agẽdam pœ
nitentiã indici peccatoribus ſolet: roma egreſſ⁹
eſt. & ad patriã regrediẽs, Sutrã vſq; peruenit.
In qua ciuitate q̃ ſatis vrbi ꝓxima eſt, dum mo
raret, finẽ vitę morbo dudũ concepto ingraue
ſcente ſuſcepit. Ibi a ſocijs: ꝓut in ꝑegrino ſolo
licere potuit, honeſte curatus ac tumulat⁹ eſt.
Nõ multi poſtmodũ fluxerant anni, & cuiuſdã
villę q̃ cluniacenſi iuri ſubdita eſt: ꝓpoſitus: per
ſyluã q̃ caſtello de vſſella ꝓxima eſt: media die
iter agebat. Hoc autẽ caſtellum ipſe Bernard⁹
nouiter conſtruxerat: vñ ſępe raptores erũpen
tes: quęcũq; poterant vndequaq; deꝑdabant.
Dũ ergo (vt dictũ eſt) iter ageret, repente eun-
dẽ Bernardũ obuium habuit. Quẽ cum mulo
inſidentẽ, ac pellibus vulpinis & nouis indutũ
vidiſſet: recordatus defunctum extimuit, com-
ꝑſſo tñ timore vtrũ eſſet qui videbat: vel curve
niſſet, queſiuit. A quo tale reſponſum accepit.
Me (ait) noueris eſſe Bernardũ: quondã huius
regionis dñm. Multa certe (vt oĩbus hic manẽ-
tibus notũ eſt) in ſeculo poſitus mala egi, pro
quibus modo multa mala patior. Sed ꝑ oĩbus
torquet me caſtelli illius iuxta poſiti ędificatio
quod ſicut ipſe noſti a me nuper ędificatũ eſt.
Quia tñ circa finem vitę meę maloꝝ meorum
me pœnituit, ęternam quidẽ effugi dãnationẽ:
ſed multo adhuc adiutorio egeo ad plenariam
liberationẽ. Ea de cauſa ob implorãdam miam
ad abbatẽ cluniacenſem venire ꝑmiſſus ſum.
Cuius comitatũ diu ꝓſecutus: qñ ꝑcedẽti heb
domada apud Anſam hoſpitatus eſt: nocte in-
ter obſequẽtes ei famulos manſi Vnde rogo vt
eum adeas: atq; vt mei miſereat ſolicite depre
ceris. Cumq; homo ille cui loquebat requireret
cur vulpina veſte amictus eſſet, reſpondit. Hãc
veſtẽ mihi olim recẽtem emi. & eadẽ die qua
ea primum indutus ſum: cuidaʒ illam pauperi
dedi. Quæ ſicut noua data eſt: ita ſemꝑ noua
ꝑmanet. atq; in pœnis inenarrabile mihi refri-
geriũ ꝑbet. Poſt hæc verba: ille quidẽ qui appa
ruerat diſparuit: alter ea q̃ iniuncta fuerant im-
plere accelerauit. Nã ad beatũ virũ ad quẽ miſ-
ſus fuerat veniens ei per ordinẽ cũcta narrauit.
Qui benigne defuncti mandata ſuſcipiẽs: ple
nus charitatis ſpiritu, multa elemoſynaꝝ: mul-
ta diuinoꝝ ſacrificiorum auxilia laboranti ſub
ęterno iudicio animę impendit. Per quę (vt di
gnũ eſt credere) & a ſupplicijs ille liberat⁹ & ſi
delium requiei: pro modo ſupernę diſpoſitio-
nis adiunctus eſt. Neq; eñ ratio patit: vt ſpiri-
tus ille in abditiſſimis iudiciorum dei recõdit⁹,
ad hoĩes ob ſui liberationẽ redire ꝑmiſſus ſit: &
nulla reditum eius vtilitas ſubſecuta ſit. Fruſtra
quippe dimiſſ⁹ videret: niſi aliqs eius dimiſſio
nẽ ꝓfectus cõſequeret. Sed neq; ſacramentis,
neq; ſacrorũ operũ exercitiis ſe adiuuari petiſ-
ſet: ſi ea ſibi prodeſſe minime agnouiſſet. Qui
qm̃ talib⁹ ſibi auxiliis ſubueniri rogauit, & illa
ad ſubueniendum efficacia: & ſe illorum ſub-
uentione dignum eſſe mõſtrauit. Homini autẽ
illi cui hęc viſio apparuerat: ſupradictus abbas
ſctõs: mortẽ ꝓximam eſſe ꝓdixit. Cũ eni hmõi Nota.
defunctoꝝ manifeſtatiões noſtris ſępe tꝑibus
ꝓuenerint, vix aliqs mortuo collocutus: mortẽ
longiore tꝑe diſtuliſſe narrat. Vñ iſte & viſionis
horrore: & ſancti admonitione ꝓuocatus: ſtati
ſeculo renũciauit: & fact⁹ monachus, intra pau
cos dies terminum vitę ſuſcepit.

¶ Quanta ſemper inuidia diabolus aduerſus
cluniacum fremuerit. Ca.xii.

LIcet in ꝑcedẽti de reuelationib⁹ de-
functorũ q̃ i cluniacolis circa cõtige
rũt, me dictuꝝ ꝓmiſerim: tñ qa plu
ra alia nõ min⁹ digna mẽoria i illo famoſo mo-
naſterio nr̃a ętate prouenitle dicunt: non incõ-

gruũ arbitror:ſi & illa noſtro ſermone ad vtilita-
tem legentiũ proferanť. Vt eñ ſupra tetigi: an-
tiquus hoſtis non parum illius cœnobii diſcipli
nam ac diuinoꝝ operum ſtudiũ ſemp ęmulatꝰ
eſt:multiſq; indiciis inuidiã ſuã erga loci ipſius
habitatores feruere mõſtrauit. Quę ſi p ſingu
la vt ad me puenire potuerũt enarrare tẽtarem
& magno volumine legẽtibus forte vel audiẽ-
tibus tędiũ incuterẽ:& ipſe longe a ꝓpoſito de
uiarẽ. Quis eñ explicare valeat quanta impro
bitate cęleſtia illa caſtra ſemp vel ſępe iuaſerit:
quã infeſtus ſemp Chriſti militibꝰ ſibi repugnã
tibus fuerit: q̃ frequentes impetus violẽter in-
rũpere volens dederit? More quippe ſuo inte
riorẽ ciuẽ id eſt ſpiritũ extinguere quęrens: q̃s
poterat tẽtamentorũ machinas extenus admo
uebat:& ab intimis ſe repulſum dolens quanta
valebat extra ꝑlia cõmouebat. Vnde ꝓprio fu
rore cęcatus:cum ſemp inuiſibiliter oibus inſta
ret:aliqñ quibuſdam etiã viſibiliter apparebat.
Et neſciẽs quid boni de malo ſuo deus facere
decreuiſſet:vñ gregem dñi deſtruere quęrebat,
inde inuitus eum multoties ędificabat.

❡ De fratre quẽ ſub abbatis ſpecie decipe
re voluit. Cap.xiii.

HInc fuit illud qđ cum aliqñ frater qui
dam Ioãnes nomine,natione italicus
regularis diſciplinę ſeueritatem faſti
diens:etiã fugere de monaſterio cogi
taret. ipſe ei diabolus abbatis ſpecie aſſumpta
ſe obtulit. Nã duobus dęmonibus in ſpẽ mona
chorũ ſe comitãtibus, fratri in quodam ſecreto
monaſterii loco ſoli reſidẽti,multaq; ſecum vol
uenti, opportunũ fallẽdi tẽpus inueniſſe ſe cre
dẽs apparuit. eiq; aſſidens dixit. Ego frater mõ
huc hoſpitandi cauſa diuerti. ſed caſu te cõſpi-
ciens, agnoui multa multa te ſolicitudine labo
rare: multoſq; in corde tuo cogitationum ęſtus
verſare Quorũ cauſa licet quibuſdã referenti-
bus mihi ex parte nota ſit: ſi tñ eã plenius indi
caueris,potero forſitã vtile tibi dare conſilum.
Vñ quis ſis & q̃re mœſtus ſis? amico quęrenti
expone. Cũq; frater ille ignoto (vt putabat) ho
mini ſecreta cordis ſui aperire formidaret: & ſe
tantũmõ natione italicũ eſſe reſpõdiſſet:dęmõ
qui monachus videbať:adiunxit. Et ego ipſius
regionis abbas ſum:& tibi bñ in oibus auxiliari
poſſum. Noui eñ licet tu reticeas ꝙ abbas mo
naſterii huiꝰ & cęteri male te tractãt neq; vt di-
gnũ eſſet honorãt: inſup multis ſępe iniuriis &
cõtumeliis vexãt. Vñ admoneo vt tibi cõſulas:
& locum hunc omnimodis ꝑniciosum derelin-
quens:mecũ recedas. Paratus ſum eñ te ab his
malis eripere: & abbatiã meam q̃ Cripta ferra-
ta diciť ꝑductuꝫ:omni te ibi honore ſublimare.
Ad hoc frater reſpondit. Ego hinc exire nullo
mõ poſſuꝫ quia & clauſura monaſterii ꝓhibet:
& frm me multitudo circũdat. Tunc diabolus.
Nec ego (iquit) quãdiu hic fueris: te i aliquo iu
uare potero. Sed fac qualibet arte: vt ſepta mo
naſterii trãſgrediaris. Quod poſtq̃ feceris: ego
ſtati adero: teq; ad locum meũ (vt dixi) ꝑducã.
Sed miſericors deus qui nõ ꝑmittit nos tentari
ſupra q̃ ferre poſſumus: nõ vltra paſſus eſt ho- I.Cor.x.
ſtem ꝓcedere. ſed ſicut ſcriptũ eſt. qui fecit illũ
applicauit gladiũ eius. Qñ nãq; hoc agebať:fra
trũ cõuentus in refectorio, ex cõſuetudine ho-
ra cęnãdi reſidebat. Qua expleta:a priore ſecũ
dum morẽ vno ictu ſcilla ꝑcuſſa eſt. Quo ſono
audito:mox dęmon q abbatẽ ſe fingebat: actꝰ
diuina virtute:a fratre cui loquebať ſe abripuit.
& ꝑcipiti curſu ac maximo impetu ad latrinas
q̃ ꝓximę erant tendens: vidente fratre iã dicto
in earũ ſe inferiora demerſit. Sic plane mia dei
& fratrẽ a nequiſſimi hoſtis tentatione eripuit:
& immundũ ſpiritum ꝑ condignũ eius in mun
ditię locum, a domo ſua expulit.

❡ De illo qui dęmones audiuit flagitia
ſua iactantes. Cap.xiiii.

ALio quoq; tempore. alter qui
dam Frater lignorum artifex
nocturnis horis: in loco aliq̃-
tulum ab aliis ſequeſtrato ia
cebat. Quẽ locũ vt in mona-
chorũ dormitoriis moris eſt:
lãpas accenſa illuſtrabat. Dũ
ergo ille in lecto nondũ ſoporatus iaceret: con
ſpexit immanẽ vulturẽ:immenſi corporis onus
vix alis pedibuſq; ferentem: velut ex labore an
helum occurrere: & contra lectum eius aſtare.
Quẽ dum frater admirãs intueretur, ecce duo
alii in hoim ſpecie dęmones aduenerũt: & vul
turem illum:immo dęmonem ita affati ſunt.
Quid (inquiũt) hic agis? Potes ne hic aliquid
operari? Nichil ait poſſum. quoniam & crucis
protectione & aquę aſperſione: & pſalmorum
inſuſurratione ab omnibus repellor. Tota quip
pe hic nocte laboraui: fruſtraq; vires meas in-
ſumpſi. Vnde nichil agere pręualens: huc fa-
tigatus deueni. Sed vos iter veſtrum michi
narrate: & ſi quid vobis proſperum ceſſit in-
timate. Nos (aiunt) de cabilone venimus: vbi
militem quendam Gaufredi de Donziaco:

cũ vxore hoſpitis ſui in adulteriũ labi compuli
mus. Itẽ per quoddam monaſteriũ tranſeũtes:
mgr̃m ſcholę cũ vno puerorꝫ fornicari fecimꝰ.
Sed tu iners quid agis? Surge. & huius ſaltem
monachi qui nos aſpicit pedẽ: quẽ inordinate
extra lectũ tetendit: abſcide. Quod vbi dixerũt
ille dolabro ipiꝰ fratris quod ſub lecto latebat
arrepto: i ictum totis viribus inſurrexit. Sed dũ
frater eleuatã ſup ſe vidiſſet ſecuri: timore actꝰ
pedẽ retraxit: & ſic dęmonis ictus effectu fru-
ſtratus: in vltimã lecti partem delapſus eſt. Q ð
facto ſtati maligni ſpiritus diſparuerũt. Frater
vero qui hæc viderat: ſępe dicto patri Hugoni
mane feſtinus vniuerſa retulit. Qui ad rei certi
tudinẽ explorandã cabilonẽ atq; trinorchium
miſit: & ſubtiliter q̃ a dęmonibus dicta fuerant
Cur mali gni ſpiritꝰ q̃nq; refe rũt ſua ma la hoibus inueſtigans: veridicos fuiſſe mẽdacij miniſtros
inuenit. Sed dicet aliquis. Cũ maligni ſpiritus
malicię ſubtilitate lõge humanę aſtutię callidi
tatẽ ſuperent. vtpote quos naturę leuitas nulla
corporis mole dep̃ſſa, ad oia expeditos: lõgaq;
rerũ experientia ſagaciores reddit: quõ nequi-
tię ſuę cõſilia ſeu opa, audientibus hoibus pro-
dunt? An nõ ppendunt, patefactis inſidijs ſuis
a quantis eorꝫ laqueis ſępe hoies ſint eruti? &
quoties ipſi earũdem ſint inſidiarũ effectu fru
ſtrati? Quomõ ergo audiẽte fratre ſupradicto,
& ea mala q̃ fecerant aperuerũt: & cur alia quę
optabant facere nõ poſſe dixerunt? Ad quod
Rñſio. reſpondendũ. quia licet multa eis inſit nocẽdi
facilitas, & prõpta ad fallendũ volũtas: occulta
tñ dei diſpoſitione, ita miris & incomp̃henſibi
libus modis i ipſa ſua falſitate plerũq; fallũtur,
vt humanę ſaluti cui ſponte ſemp infeſti ſunt,
inuicti q̃nq; deſeruire cogantur. Comp̃hendit
Iob. v. quippe (vt ſcriptũ eſt) vera ſapiẽtia falſos ſapiẽ
tes in aſtutia eorꝫ, vt vñ fallere volunt inde fal-
lantur: & vñ perimere cupiunt, ipſi potius pimã
tur. Vtiť eis ſane more prudẽtis patris familias
vt malis ſeruis: qui cũ nullo ad ſeruiendũ amo-
re moueanť: ſeruili tñ terrore dñicis imperijs
obſequunť. Vnde aliq̃ ſcientes, aliq̃ neſcien-
tes: ſemp aũt nolentes: ea q̃ ad hoim pertinent
ſalutem operanť. Quod autẽ ſemper nolentes
operentur: oibus certum eſt. Quod vero aliq̃
ſciẽtes euangeliũ loquitur. vbi ait. Exibant aũt
dęmonia a multis: clamantia & dicẽtia. quia tu
es filius dei. Nã credere Chriſtum eſſe filiũ dei
ad ſalutẽ hominũ pertinere: dęmones iſta cla-
mantes nõ ignorabant. Sed quia hanc cõfeſſio
nem non fidei deuotio proferebat, ſed tormen
torum acerbitas extorquebat: ipſi indicãt dum
ſubiungũt. Veniſti ante tempus torquere nos.
Nolẽtes ergo pariter & ſciẽtes ſalutis humanę
p̃cones fiebãt. In actibus quoq; apoſtolorꝫ q̃n
per energuminũ dęmon clamabat. Ieſum noui
& Paulum ſcio: vtiq; nolens & veritati atteſta-
batur: & qð audientibus pdeſſe poterat fateba
tur. Rurſus in euangelio, rogãte legione dęmo-
num, & dicente ad dñm: ſi eijcis nos: mitte nos
in gregem porcorum: & ppriam impotentiam
teſtabanť. qui nec porcis niſi permiſſi dñari po
terant: & homines a ſe peſſimis videlicet hoſti
bus ſalutis ſuę fugere: atq; ad ſaluatorem ſuum
confugere: talibus verbis inuiti ſcienteſq; mone
bant. Quod vero aliq̃ neſcientes ea q̃ hoibus
pſunt operenť: innumera quidem ſunt exẽpla
ſanctarum ſcripturarum: ſed tñ hoc ſpecialiter:
beati Iob tentatio & domini paſſio manifeſtãt.
Nã neq; Iob ſathanas tẽtaſſet: ſi eius ſe vincen
dum patientia p̃ſciſſet: nec iudęos vt dñm cru
cifigerẽt inſtigaſſet: ſi morte illius ſe multoma-
gis dãnandum: mundũq; ſaluãdum p̃uidiſſet.
Nam & apoſtolus diuinę incarnationis & paſ-
ſionis myſteriũ abſconditum dicit a ſeculis: qð
nemo principum huius ſeculi cognouit. Ita er-
go vt dictũ eſt: aliquando ſcientes: aliquando
neſcientes, ſemper tamen nolentes neq̃ ſpiritꝰ
ſupnę ſapientię acti diſpoſitionibus: aut loquẽ
tes aliquid aut operãtes: ſiue latẽtes humanos
oculos ſiue corã apparentes. vtilitatibus huma
nis inſeruiunt. Vnde quando dei ordinatione
aliquibus apparentes vel faciunt aliqua vel lo-
quuntur: manet quidem in eis auida nocẽdi vo
luntas: ſed eã legibus ſuis ſubactam: refrenat q̃
cuncta moderať poteſtas. Quicquid enim fu-
riant cuncta ſubuertere q̃rentes aerię poteſta-
tes ſapientia tamen vincit malitiam: attingens Sap̃. viii.
a fine vſq; ad finẽ fortiter: & diſponens omnia
ſuauiter. Inde nãq; ſapiẽtia fortiter pertingere
a fine vſq; ad finem diciť. quia ſapiẽtia ęterna
hoſtium verſutias ſapiẽter capit. & virtus inui
cta eorum fortitudinem ſubigit. Certũ eſt igiť,
quod quando ſupradicto fratri apparẽtes: ea
quę iam memorata ſunt retulerunt: aut ſcierũt
quid boni inde futurũ eſſet: aut neſcierũt. Diui
nę tamen voluntati & aliquorũ ſaluti nolentes
inſeruierũt. Hoc ad ea q̃ de inſinuatiõe dęmo
num dicta vel forte dicenda ſunt interſerui: vt
nemo conſilia ſeu opera ſua eos quaſi ſponte
prodere miretur. quoniam non ipſorum hoc
opus: ſed diuinę diſpenſationis eſt conſilium:
quæ ad ampliorem nominis ſui gloriam etiam
malis bñ vtitur: & de ipſorũ malitia multã erga

ſuos benignitatẽ operať. Quõ enim humana infirmitas tãto hoſti reſiſtere poſſet. de quo dr̃ non eſt poteſtas ſup terram q̃ comparet̃ ei: niſi ſe cõtra tam robuſtũ aduerſariũ: ille qui dei virtus dicit̃ pro nobis opponeret? Quõ depſſa in imis humanę mentis ſtoliditas: tot doloſitatis eius verſutias cauere valeret, niſi ille qui dei ſapientia vocatur, eas nobis detegeret? Quos ei⁹ dolos ſeu conatus: quibus ſancto cluniacẽſi cœnobio ſępe irrequietus inſtitiſſe: aliquãtis reuelationibus manifeſtatus eſt: dignum videtur vt cœperam exequi. Iob.xli.

¶ Quid beatus Hugo narrauerit in capitulo vigilia natalis dñi. Ca.xv.

Mos eiuſdẽ monaſterii natiuitatẽ ſaluatoris cęteris ſolennitatibus quod ſingulari affectu deuotius agere, & cantuũ melodiis: lectionũ prolixitatibus: cęreorũ multiplicũ acceſſionibus, & quod longe pręſtantius eſt: ſpeciali deuotione, multaq; lachrymarũ profuſione, cũ angelicis ſpiritibus alacriter ſolẽnizare. Qua temporis reuolutione redeunte, fratres more ſolito ſe ſuaq; omnia parauerunt: & eccleſias ornando aliaq; monaſterij loca aptius cõponendo: intus & extra feſtiui apparere ſatagebãt. Superat adhuc beatus ille ac venerabilis pater Hugo: vltimo ſenio morti quidem corporeę, ſed & vitę poſt mortẽ ęternę vicinus. Qui iã inſtante ipſa ſolẽnitate, capitulũ vbi fratres cõuenerant ingreſſus: hæc ad oẽs ꝓtulit verba. Noueritis fratres, Ieſum benignũ ſaluatorẽ noſtrũ ſuę natiuitatis veſtręq; liberationis ſolẽnijs intereſſe diſpoſuiſſe: vtręq; deuotionis obſequiũ multo cũ gaudio p̃ſtolari. At cõtra ſciatis nequã hoſtẽ veſtrę felicitati inuidentẽ, laborare q̃tinus aliquas tenebrarũ ſuarũ nebulas, tanto ſi poſſit ſplẽdori intermiſceat: tantęq; feſtiuitatis gloriã ſaltem quantulũcũq; imminuat. Frater eñ ait quidã: ſe vtiq; dans intelligi: hac ipſa nocte vidit ipſius miſericordię matrẽ, ꝑpetuam virginẽ: filiũ quẽ p̃ſenti nocte genuit, dulciſſimo gremio cõtinere: eiq; ſãctoꝝ angeloꝝ multitudinẽ: cũ immẽſo lumine aſtare. Lętabat̃ autẽ idem deus puer, & immenſo gaudio exultabat: atq; cordis lętitiã geſtu glorioſi corporis: & ipſarũ plauſu manuũ demonſtrabat. Et cõuerſus ad matrẽ: aiebat ad illam. Cernis mater noctẽ q̃ imminet meę natiuitatis gaudijs illuſtrandã: in qua & ꝓphetarũ oracula & angeloꝝ p̃conia renouabunt̃: & meo de te exortu: oia ſimul cęleſtia atq; terreſtria lętabũtur? Vbi eſt nunc hoſtis dãnati pfidia: vbi eius poteſtas: qua añ hoc ſingulare gaudiũ mundo dñabat̃? Quo ille impudẽs audito: de latibulo ſuo egreſſus a longe ſe p̃ſentabat: & ignominioſe deturpatus: cũ multo plãctu atq; eiulatu: vt admitteret̃ orabat. Q đ eo voto dicebat: vt tãtę claritatis gaudia quib⁹ inuidebat: ſuo more vel in aliquo obfuſcare valeret. Et ſi ait in nulla eccleſię parte admittor: i aliquo ſaltẽ reliquarum officinaꝝ loco ſuſcipiar. Vade (ait filius virginis) furcifer: & ne te mea potentia p̃iudicatũ ſenteris: tẽta quod poteris. At ille ſolutus: arcũ capituli petijt & ingredi conatus nõ potuit. In tantum nanq; & ſe tumidũ: & capituli introitũ anguſtũ inuenit: vt nullatenus intrare valeret. Vere vetuſta ſupbię peſte inflatus: p humilem aditum tranſire nõ poterat: quia nõ idem aditus ſupbum erectum: & humilẽ capit iclinatũ. Nota. Inde ad fratrũ dormitoriũ greſſum conuertit: & phantaſiis ſolitis eos ſe poſſe inquietare confidẽs: introire tẽtauit. Sed eadẽ groſſitudine ſua ab oſtio repulſus receſſit. Poſtremũ ad refectoriũ nocendi ſpem contulit: ibi ꝓpter aliquãtam corporum curam: maiorem ſuſpicatus mentiũ incuriã. Ibi etiã tot obices diuinoꝝ ex lectione verborum: tot trabes ex deuotionibus auditorum: tot repagula offendit ex charitate ſibi ſeruiẽtium: vt nullo modo vltra ꝓcedere p̃ualens: retro cogeret̃ redire. Sic quoq; ab oibus monaſterij officinis reiectus: a cõſpectu piiſſimi redẽptoris & glorioſę virginis matris: cũ ea q̃ dign⁹ eſt confuſione: peſtifer ille receſſit. Cauti igitur eſto: & immenſas gratias oĩpotenti ac miſericordiſſimo ſaluatori agite: qui & nequiſſimum hoſtẽ a vobis expulit: & ipſe nobiſcum feſtum ſuum celebraturus remanſit. Hęc a ſancto viro fratribus dicta: furentiũ aduerſus locum ipſum malignoꝝ ſpirituũ oſtẽdunt nequitiam ac dñi eundẽ ꝓtegentis clementiam. Qui nequã hoſtes quãuis vniuerſis gñaliter inſidiarent̃ noui ter tñ conuerſis amplius infeſti inſtabãt. Dolebant quidem veteranorum ꝓfectibus inuidentes: ſed tyronum ſuperaddita cõuerſiõe: quaſi recenti ſuſcepto vulnere: acrius indignabant̃. Et velut longi temporis deſperatione: prioris p̃dę ſpolia poſtponentes: cõtra ea quæ ab oculis rapiebantur: longe vehemẽtius accẽdebantur. Hinc aduerſus nouitios bella valida cõmouebant: hinc tẽtamentorum diuerſis telis armati: totis eis conatibus inſiſtebant.

¶ De fratre qui dęmones vidit quaſi religioſe incedentes. Cap.xvi.

Et vt de illis aliquid dicã quę noſtro tẽpore contigerũt: vidi ego q̃ plurimos varias mihi erga ſe dęmonũ inſidias exponẽtes. Nec ea dico q̃ ſpirituali bello ex vitiorꝫ ſuggeſtionibus gerebanť: ſed q̃ quaſi in aperto certaminis cãpo: nõ paruo vtrorũqꝫ ſudore fiebãt. Exuberans quippe abũdantia malitię hoſtis: cũ nichil intus tẽtando ꝓficere valeret: in irã vehemẽtius exardeſcebat. Et inuiſibiliter ſe victũ dolens: ſi ſaltẽ viſibiliter cũ militibus Chriſti congrediens, in aliquo poſſet eſſe ſupior: attentabat. Vñ fuit illud qđ frater quidã mihi retulit. vidiſſe ſe innumerabilẽ dęmonum turbã: per domum illã q̃ cella nouitiorũ dicitur/ trãſeuntẽ. Iacebat aũt nocte quadã añ matutinas in lecto: & neſcio quid de pſalmis ſecũ meditabať Cũ ecce dormiẽtibus cunctis: conſpicit nefandũ illud collegium i monachorꝫ ſpẽm cõmutatum: ab oſtio qđ capiti ſuo imminebat ꝓcedere. Qui capitijs induti: religionis ſchema ſimulãtes: ſeriatim & q̃ſi cum multa grauitate incedebãt. At ille quid eſſet intelligens: atqꝫ vt in talibꝰ fieri ſolet: nõ parum pterritus (nã ſemper malignorꝫ ſpirituum viſionẽ terror comitať) q̃tum potuit ſub eo quo tegebať operculo caput abſcondit. ſed ad exitũ rei puidendum: parũquid ſpatii oculis dereliquit. Quos diligẽter quid eſſent facturi obſeruãs: conſpexit oẽm illũ ſathanę exercitũ: per domũ illam fratrum quieſcentiũ tranſeuntẽ: nichil ſuũ in ea operari potuiſſe: ſicqꝫ per domũ latrinarum ꝓximam ſibiqꝫ ſatis competentem: exitum habuiſſe.

¶ De Algero ſene religioſo. Ca.xvii.

FRater quoqꝫ alius noĩe algerus vere vt de beato Iob diciť: ſimplex & rectus: timens deũ & recedens a malo ſępe multũqꝫ ſibi iſtitiſſe dęmones mihi frequẽter conqueſtus eſt. Vt eñ pluriora de his q̃ mihi retulit p̃tereã, referebat ſe aliqñ in iam dicta nouitiorũ domo: multis aliis circũiacentibus dormire. Viſum eſt vero ei: qđ ſignũ in eccleſia more ſolito ad nocturnas laudes fratres excitans pulſareť. Surrexit ergo: & campanã vt videbať fortiter reſonantẽ audiẽs: ad eccleſiam feſtinabat. Cũqꝫ per eandẽ domũ in q̃ iacebat trãſiret: lectos fratrũ vndiqꝫ circũſpiciebat: & alios iã ſurrexiſſe: alios ſe ſurgendũ parare videbat. Sed cũ domo tranſmiſſa in clauſtrũ ꝓximum deueniſſet: ſigni ſonitus qui ex vicinitate multomagis audiri debuiſſet: om̃ino defeciſſe viſus eſt. Suſpicatus autem tarditate ſua ſignũ ſonare deſiiſſe: oẽſqꝫ ſe ad eccleſiã anticipaſſe: feſtinantius gradiebať. Cũ vero in maius clauſtrũ perueniſſet, pro luminarium claritate q̃ ex cõſuetudine hora ſurgẽdi omnia illuſtrant: tenebras offendit. Sed & cũ ad eccleſiã appropinquaſſet, portas quas patentes inuenire ſolebat: clauſas reperit. Ibi quoqꝫ admota aure ſi forte pſallentiũ voces audiret: ſummũ vbiqꝫ ſilentiũ aduertit. Admirãs itaqꝫ & quia eccleſiã ingredi nõ poterat: ad dormitorium ſuum regreſſus: quos prius ſurrexiſſe conſpexerat: oẽs iacentes & dormiẽtes inuenit. In ſe ergo reuerſus: dęmoniacã fuiſſe illuſionẽ agnouit: qui nullum tempus a malitia ſua vacare patientes; cũ diuina diſpoſitione a maiori nocẽdi poſſibilitate arceanť in minoribus quibuſlibet exercẽtur. Nã toto niſu naturę humanę inimicãtes: cũ aĩabus nocere nequeunt: ipſis ſaltem corporibus ꝓut poſſunt moleſti exiſtũt. Vñ plęrũqꝫ monachos in ſomnis inquietant: vt horis ſomno congruẽtibus amiſſis, cũ vigilare debent dormiant, & ſic ſanctarꝫ lucra vigiliarum admittant. Harũ inquietudinũ: multorum multoties querelas accepi: quorum alij opertoria ſua noctibꝰ dum dormirẽt: ſubrepta ſibi atqꝫ lõgius ꝓiecta a dęmonibus dicebant: alii ſubripere volẽtibus violenter eadẽ tegmina ſe extorſiſſe, nõnulli dũ in remotioribus naturę ſatiſfacerent: eos ſibi deriſorie aſtitiſſe affirmabant. Pręterea quoſdã nocturnis horis: aliis quieſcẽtibus ſancta orationũ furta quęrentes & eadem cauſa clauſtrũ & eccleſias pagrantes: multis aliqñ terroribus appetebant: ita vt in eorum aliquos viſibiliter irruerent: & ad terram verberando proſternerent.

¶ De Armanno Nouitio quẽ diabolus in ſpecie vrſi perterruit. Ca.vxiii.

VIdi ip̃e quendam fratrem Armannũ nomine, qui dũ eſſet nobilis & diues miles in ſeculo: tactus diuino ſpiritu, ac mundo renũciare diſponẽs: prius equos ac veſtes multi p̃tij, magnumqꝫ argenti pondus, & omnia pene ſua cluniacum direxit: & ſic pauper atqꝫ pegrinus hieroſolymã petijt. Ibi dñi adorato ſepulchro, & ſanctiſſimorꝫ locorũ viſione aliquãto tẽpore recreatus: cum vitę terminũ quẽ ibi ſummopere adipiſci, vt ip̃e mihi poſt retulit, deſiderabat: differri videret: redijt, atqꝫ cluniaco habitum religionis induit. Cum quo & animum ita ab omni mundano affectu mutauit: vt nec communia bona, nec priuata diuerſarum exercitationum lucra: ſpirituali cordis eius ardori ſatiſfacere poſſent. Non

ei dies ad orationē,nō nox ſufficere poterat vix
cibo aut ſomno,eo ſtudio indulgebat. Admoni
tus a me ſępe,vt parcius i talib⁹ ſe haberet: qm̄
modū excedere videreꝰ: nimio animi feruore
nō acquieſcebat. Cōtigit igitur poſt dn̄i natalē,
nocte q̄ diem p̄cedit beati iohannis euāgeliſtę:
vt in ſupramemorata cella nouitioꝝ. cum aliis
nouitiis ipſe adhuc nouitius iaceret. Et ecce cla
mare terribiliter cœpit: ſicq; pſeueranter: vt oēs
de lectis ſuis ſurgere: & ad ſe vndiq; cōcurrere
cogeret. Venerūt ergo: & eū aliena loquentem
inuenerūt. Inde ad me vbi iacebam multoꝝ fit
cōcurſus. Qui qm̄ ꝑpter regulare noctis ſilen
tium loqui nō poterāt: nutibus neſcio quid mi
rum contigiſſe oſtēdebant. Surrexi: & ad fratrē
patientē cum ipſis pueni. Quē turbatum & vo
ciferantē: & velut maniacum furentem inueni.
Perſeueraui cū fratribus añ illum vſq; ad exor
tum diei: in quo ſpatio aliqui ꝓ eo dn̄o ſuppli
cabant, oēs autem nō minimū pro eius paſſio
ne dolebant. Iā vero aurora inſtante, paulatim
clamare ceſſauit: & ita demū aſtātibus fratrib⁹
obdormiuit. Poſt paululū autē expergefactus:
iam mecū modeſte loqui cœpit. Cūq; eū inter
rogarē: vtrum ſciret quid paſſus eſſet: vel q̄ cau
ſa tanti & tam incōpoſiti clamoris fuiſſet: reſpō
dit. Solitis orationibus fatigatus: cū me in lectū
collocaſſem: & leui ſomno ſolutus eſſem: vrſum
tā terribilē mihi incubare pſenſi: vt omnē huma
nū terrorē: eius incōparabiliter tremendę viſio
nis horror excederet. Iam autē eadē formidine
a ſomno excitatus: quaſi ſomniū qđ viderā con
tēnere incipiebā. Sed rurſus quē dormiens vide
ram: integre vigilans ſupra me vrſum cōſpexi:
tanto in aere ſpatio ſubleuatū: vt manu ſi vellē
eum cōtingere poſſem. Tunc vero eā q̄ appare
bat ſpēm: quis enarrare ſufficiat? Rictus nefan
di oris vltra omnem modum horrēdi. vt de eo
Iob.41. ſcriptū eſt: p girū dētium eius formido. Vngues
longiſſime recurui. & ſe ad rapiendū audiuiſſi
me exerētes. tota hirſuti corpis habitudo. quaſi
in p̄dam iamiāq; rapiendam duriſſime infreme
bat. Ego quid aliud: q̄ me cōtinuo in fruſta diſ
cerpendū: & deuorandum ſuſpicarer? Hoc me
diu terrore diabolus fatigatum: a mēte mea ex
cedere: ſicut vidiſtis coegit. Iā miſericordia dn̄i
liberatus & quid vel a quo iſta paſſus ſim agno
ſco: & liberatori meo quas poſſum gratias ago.
Hęc frater ille mihi & oībus q aſtabāt: vt dicta
ſunt, narrauit. Et quia multā ex terrore illo con
traxerat debilitatem: cōuentui per triduum in
tereſſe non potuit: ſed eo peracto: ad priora cō
tra malignos ſpirit⁹ certamina ex debilitate va
lentior inſurrexit.

¶ Quod angelus domini locū vbi fratres
defunguntur cruce xp̄i ſignauerit. Ca.xix.

Cum antiqui hoſtis aperta cōtra Chri
ſti milites p̄lia: in illo memorabili lo
co exacta: & ab eis ſubacta narraui:
dignum eſt. vt ipſarum victoriarum
palmas quibuſdā etiā aperte collatas oſtendā.
Vt queadmodum aduerſus beatos homines:
malignoꝝ ſpirituum monſtraui inuidiam: ita de
ipis ſollicitam ſanctoꝝ angelorum demonſtrē
cuſtodiā. Nā quos ab illis tētatos: ab iſtis ſępe
iuſſu dei cōpertū eſt glorificatos. Igiꝰ ſicut de
innumeris hoſtiū cōgreſſionibus quędā retuli:
ſic de multis cęleſtium viſionū miraculis pau
ca narrabo. Teutonicus quidā Eppo nomie: a
ſępedicto beato patre Hugone in monachum
ſuſceptus: toto q̄ poſtmodū vixit tpe religioſe
cōuerſatus eſt. Qui appropinquāte hora voca
tionis ſuę: infirmitate correptus: in domum in
firmorum ſecundum morem delatus eſt. Erāt
ibi & alii fratres: morbis & ipſi diuerſis laborā
tes. Quorum quidā cęteris morti proximiores:
vltimum pene ſpiritū natura ſuccumbente tra
hebāt. Interea frater iam dictus valitudine in
graueſcente: & ipſe ad extrema pductus: inter
vitę mortiſq; diſcrimina agonizabat. Adhuc tñ
ſenſu & verbo integer: conſpexit infandam dę
monum turbam cū titionib⁹ igne fumigantib⁹
irruentē: per domum illam infirmorum furioſo
vbiq; impetu diſcurrere. Qui cū ita bacchātes
huc illucq; verterentur: ecce beati apoſtoli de
cęleſtibus aduenientes: pterritos fratres ne time
rēt blande hortati ſunt: & mox glorioſa ſui ad
uentus p̄ſentia: latrunculos illos effugauerunt.
Verba vero loquentium ſanctorum ab adſtan
tibus audiebanꝰ: ſed perſonę minime cernebā
tur. Sic domo dei apoſtolica p̄ſentia ab immun
dis ſpiritibus emūdata: cęleſtis viſionis gloria
augmentaꝰ: & beatis apoſtolis ſancti angeli cō
iunguntur. Habeꝰ autē in domo media locus:
vni⁹ corporis capax: ad hoc aptatus vt fratres
ibidem i cinere & cilitio compoſiti: extremum
deo inde ſpiritum reddant. Hunc locum frater
huius viſionis cōſpector, quodam inconſidera
to timore ita abhorrebat: vt nullatenus ei ſe ap
propinquare pateretur. Dum ergo ea q̄ dicta
ſunt contēplareꝰ: reſpexit: viditq; angelum dn̄i
manum i ſublime porrigentē: ſigno ſanctę cru
cis locū eūdē ſignaſſe. Quo facto: viſio ab ocu
lis eius ſubtracta eſt. Iam oīm a corde ei⁹ ſtul

to timore ſublato, poſt paululum ſe in loco eo,
dē reponi fecit ſicq; animā ſuam ſanctus qui ap
paruerant alacriter tradidit.

¶ De fratre nomine Bñdicto qui moriēs
multitudinē albatorum vidit. Ca. xx.

FUit & alius vt de magno Benedicto
legiī: gratia bñdictus & nomine: cui
parem in ſacris ſtudiis neſcio ſi vnq̄
viderī. Hic priuſq̄ ad monaſterialē or
dinē veniſſet: religioſ⁹ valde pſbyter extitit: in
tm̄ vt vix ei aliquid ante monachum de mona
cho deeſſet. Sed (ſicut ſanctoꝝ virorum mos
eſt, vbi bona que faciunt pro nihilo ducentes:
ad maiora toto deſyderio cōſcendere ſēp inten
dūt) mutato apud cluniacū habitu, ver⁹ fact⁹ eſt
monach⁹. Iā ſi eius per ſingula vitam deſcribe
re conarer, non tranſeunter de illo commemo
randū: ſed diutius eſſet immorandum. Nec ca
pitulum breue illū explicaret: cuius ſancte con
uerſationi vix liber integer ſufficere valeret.
Quod quia ſuſcepti operis neceſſitas prohibet
ſit hoc leue ſaltē beati viri monimentū: ne tam
veri tāq; perfecti monachi noſtris temporibus
exēplum ex toto cū eo videatur eſſe ſepultum
Nam quis iſtis peſſimis tēporibus, quādo iux
Pſal. xi. ta pſalmiſtam defecit ſanctus & dimiuute ſunt
veritates a filiis hoīm: celeſtibus adeo ſtudiis
intentus extitit? Quis tam plene mundū oiaq;
mūdana calcauit? Quis ita generaliter vniuer
ſa a ſe genimina vitiorū extirpans, agrū mētis
ſue oīm virtutū ſuauibus atq; odoriferis grami
nibus ſeuit? Nā quia vt apoſtolus ait corā deo
in Chriſto loquimur: ipſuꝫ aū quē loquimur te
ſtem adhibeo, me non aliter loqui q̄ ſentio, vi
ro videlicet iſti nullarū ꝓpemodum virtutum
perfectionē defuiſſe. Quando enim humilitas
eius q̄ ſe vniuerſis ſubmittebat: & qua ſe ſecun
dum regule pceptum oibus inferiorē & viliorē
credebat: explicabit? qū eius charitas, q̄ fratres
oēs ita amplectebat: vt nō ſibi ſed omnibus ꝓ
mediocritate officij viuere videreī, alicuius ſer
mone declarabiī? Qū eius patientia exponeī:
q̄ ſingulariter ꝑditus eſſe videbaī? Nāq; ꝓpter
excellentē iuſtitie zelum, quo cū ceteris bonis
ſuis cōtra negligentiū fratrū delicta accēdebaī
de illoꝝ numero erat: quos ꝓpter maiorē diſci
pline cautelā: circuitores monaſterij beat⁹ Bñ
dictus eſſe pcepit. In quo miniſterio cū nulli p
ceret, & maiores minorib⁹ q̄tū ad vitioꝝ rephē
ſionē ſpectat, abſq; vlla pſonarum diſcretione
eq̄ret: multas a quibuſdā, qa inferre verbera nō
audebāt: verboꝝ iniurias tolerabat. Recordor
ego ſepius falſis aut q̄ſi nullis accuſationib⁹ in
cōmuni frm cōuentu a talibus impetitū: inume
ris vicibus q̄ſi reus exiſteret in terrā ꝓſtratū, cū
nichil prorſus deliquiſſet: culpabilē ſe tantūmō
reſpōdiſſe. Hunc eī morē habebat: vt q̄ncūq;
culparet: nūq̄ fere culpā diffitereī. Silebat ppe
tuo: niſi cū eū certa & grauis cauſa loqui coge
bat. Verba eius breuiſſima a nugis, iocis: atq;
oīni ꝓrſus ocioſitate aliena. Si qū vero de ſpūa
libus ſermo erat: nūq̄ is ſine ſuſpiriis: nūq̄ ſine
lachrymis fiebat. Pſalmodia indeficiēs: ſcriptura
rū ſanctaꝝ nocte dieq; meditatio: ꝓpter qd &
pſalterium gloſſatū ſemp circūferebat: qm̄ pſal
mos nō pfunctorie: vt quibuſdā moris eſt: ſꝫ ſū
ma cū intētione atq; deuotione cātabat. Vbi ſi
quid qd nō itelligeret offēdiſſet: ad gloſſas ſta
ti oculū cōuertebat. Diē totā pſallendo: meditā
do: noctē vigilādo & orando pagebat. Nā vix
breuiſſimo ſpatio: etiā hyemaliū noctium ꝓlixi
tatibus i lecto quieſcebat. Qū eī ad altaria oc
culte confugere poterat: quieſcendi neceſſitate
vix aliqū lecto retinebaī. Quando vero ꝓpter
cōmunis obſeruātiā ordinis lecto deeſſe nō au
debat: magis eo ad ſedendū q̄ ad iacendū vte
baī. Sed erat etiā ipſa ſeſſio nō ocioſa qū raro
oculi a lachrymis: nūq̄ vero lingua a pſalmodia
ceſſabāt. Innumeris confectū ſuppliciis corpus:
toto pene vite ſue tēpore ciliciis aſprimis exaſ
perare cōſueuerat Habebat idem beatus vir ꝓ
cella domū orationis i turri altiſſima atq; remo
tiſſima: in honore Sācti michaelis archāgeli cō
ſecratā: q̄ deuotioni eius ꝑ cūctis monaſterii lo
cis ſpecialius famulabaī. In hac diuine theorie
tot⁹ nocte dieq; intētus: mēte cuncta mortalia
trāſcēdebat: & cū beatiſſimis angelis iterne cō
ditionis viſioi pene iugiter aſſiſtebat. Hec idefi
cientiū orationū: hec aſſidue inūdantiū lachry
marū: hec duriſſimoꝝ flagelloꝝ: hec abundan
noꝝ ſacrificioꝝ: ſola quidē teſtis tūc affuit: ſed
ea tū nobis ꝓrſus celare nō potuit. Nā ſcti inter
abdita latibulorū opa ſua ſemp celare laborāt:
ſed ea ſi hoīes taceāt: lapides clamāt. Iam ſi ad
habitū corpis ei⁹ ſtilus cōuertaī ſol⁹ ipe ſufficiē
tia loq iudicabiī. Corpus quippe attenuatū: fa
cies macilēta: capilli incōpti: ipaq; canitie vene
rādi: vultus demiſſus: oculi vix vnq̄ patētes: os
ſine requie ſacra verba ruminās: nō i terra ſed
in celo poſitū hoiem indicabāt Huic plane nō
ſurdo auditori apls loq̄baī. Que ſurſū ſunt q̄ri Col. iij.
te. vbi Chriſt⁹ eſt in dextera dei ſedēs que ſur
ſuꝫ ſunt ſapite nō q̄ ſup terrā. Poterat & ipſe cū
eo dicere. Noſtra autem conuerſatio in celis
eſt. Sed quia (vt ſupra dixi) propoſitum meum Phil. iij.
fuit: nō omnia quod mihi ipoſſibile fuiſſet: ſed

quędā de ipſius ſancta conuerſatione narrare, ne oīno beati viri memoria ſopiref: his breuiter ꝑmiſſis: ad glorioſum finē eius ſermo cōuertaf. Is igiť in oīni virtutū exercitatione vitę ſuę curſu pacto: corporis incōmoditate, breui ad extrema deductus eſt. Fuit aūt tēpus illud paſchale: quo tranſacta ieiunioꝝ quadrageſima: purgatiorē gregem ſuum & velut maturiorē ſegetem Chriſt⁹ inueniēs, multos ex hac luce ſubtraxit: & ſicut electa grana, horreis cęleſtibus recōdidit. Multi nāq; illo tēpore leui morbo pulſati q̄, ſi nutū vocātis dñi illico ſequebanť. Inter quos iſte vir dñi: vt dictū eſt, ęgritudine decūbens: poſtq̄ & ſacri olei vnctione, & ſalutari xp̄i corporis perceptione, atq; cōmuni fratrum abſolutione, ad iter cęleſte ſcandendū idoneus factus ē: aduenit dies laboris vltima, mercedis prima. Iacebat vero in lecto, & lampadē plenam oleo idē: cōſcientiam plenā virtutum teſtimonia habēs: ſponſum expectabat & vt arbitror cū apo-
2.Cor.i. ſtolo dicebat. Gloria noſtra habere teſtimoniū conſcientię noſtrę. Reſpiciens ergo, vidit infinitam multitudinē albatorum aduenire: & paulatim omne dom⁹ illius ſpatium cōplere. Cūq; domum ꝑclariſſimis illis ſpiritibus repletam vidiſſet: fratrum conuentū eſſe ſuſpicatus, cuſtodem infirmorum bonę religionis virum Otgerium noie: vocauit. eiq; dixit. Frater Otgeri: hiccine ordo noſter eſt: vt cōuentus albis indutus: in infirmariam veniat? Crede mihi hodie video: qđ nunq̄ retro contigiſſe audiui. Vere licet corpus beati viri ſuis viribus deſtitutum fuiſſet: mentis tamen vigor: & zelus domus dei ſicut ſemp fuerāt: adhuc in eo vigebat. Sed cum frater ille nullum albatorum i infirmaria illa eſſe affirmaret: adhuc in eadē opinione perſiſtens, adiecit. Mitor valde quomodo hoc dicere potes: cum non pars domus, ſed tota eiſdem albatis viris plena ſit: & te ipſum vbi nūc loqueris: ex omni parte iidē circundēt. Tunc tandē intellexit cui hoc dicebat: non hoim ſilium cōuētum: ſed beatorum
Nota. eſſe angelorū. Qui ad hoc abſq; dubio de ſupnis deſcenderant ad conciuē ſuum qui ſemper mēte cum eis conuerſatus fuerat in terris: vt per ipſam ſpiritus ſui pręſentiam: eis ſempiterne co
j.Co.xiii. habitaret in cęlis. Et qui per ſpeculum & in enigmate ſecūdum apoſtolum hic dei deſiderabilem vehementer eſurierat ſpēm: manifeſtata ipſius gloria ſatiat⁹: videret eum facie ad faciem. Parum interualli ſucceſſerat: & ſeruus dñi ab illis quos viderat albatis & glorioſis ſpiritib⁹ acceptus obiit: beatāq; animam eis tradens, ad regna cęleſtia (vt dignū eſt credere) cū ipſis peruenit. Sed ne quis temere me hoc affirmare ſuſpicef: qđ quaſi abſq; purgatoriis pœnis eius animā ad cęlos euectam dixerim: intelligat, nulla eos purgatione indigere; in quibus nichil purgandum cōſtat remanere. Quod quia nemo negare poteſt, vtrum iſte ſic purgatus fuerit: fortaſſis iquirere feſtinabit. Ego vero, q̄tum hoibus cognoſcere datur: dico iſtū ſic in hac vita per gratiam dei animum ſuū diuerſis ſanctoꝝ operū exercitiis emundaſſe, vt nichil i eo mundandū crediderim remāſiſſe. Nam ſi hoc de multis etiam ſine martyrio cōcediť: quare nō & de iſto cōcedatur? Cuius enim crimina nulla, cuius veniales etiā culpę vix aliqñ dephendi poterant: tot cruciatibus corporis ſui: tanta ſacrorum ſtudiorum inſtantia: ne ignibus futuri ſeculi torqueretur, expiari nō potuit? Potuit plane. Nequaquā eīn vltrices ſcelerum flammas experiri debuit, qui in ſe omniū concupiſcentiaꝝ feruorem cōpeſcuit. Nec pœnalis i eo ignis qđ decoq̄ret inuenit: qui ignis diuinus ad purū vſq; purgauit.

¶ De Turquillo: priore Marciniacēſium ſororum. Ca.xxi.

Alter etiā frater Turquillus nomine: vir nihilominus in omni virtutū ſynceritate & veritate probatus: ab adoleſcentia vſq; ad vltimam ſenectutē iugū monaſtici ordinis manſuetiſſime portās: ipſa miti & humili corporis & vultus ſui ſpecie, quiddam cęleſte pręťēdens: curam ſororū marciniacenſium a me ſibi iniunctam agebat. Quā cum per aliquātum temporis religioſiſſime adminiſtraſſet: carnis ingruente incommodo: ad ſoluendum commune mortis debitum appropinquare cœpit. Cūq; illū in cinere & cilicio poſitum, fratres vndiq; circunſtarent; repente ab eis ſpiritu rapt⁹ obmutuit. Qua de cauſa frater quidam ex his qui aſtabant Vnfredus nomine: honeſtæ vir conuerſationis: auſu familiaritatis qua pręcęteris ei ſemper adhęſerat: ad eum ſe inclinauit: & ſi aliquid ſpiritualium rerum vidiſſet: quęſiuit. Ad quem ille his verbis. Vidi (ait) dominum: & dulce conſortium eius. Hoc cum non vulgaribus: ſed ita vt expreſſi verbis latinis dixiſſet: paruo interueniēte temporis ſpatio: defunctus eſt. Et quia de marciniaco mentionem feci: miraculum quod ibi diuina virtute aliquando contigit: nullo modo tacendum eſt.

¶ Miraculum quod in eodem marciniacenſi monaſterio contigit. Ca.xxii.

ESt idem locus inter alia ſancti/
monialium ſancta loca/ſingula
rem gratiam obtinens: & velut
inter fulgentia cęli ſydera: quo
dã ſuo proprio fulgore prępul/
gens. Ibi nobiliũ mulierũ multi
tudo: & quę de ipſius regij ſanguinis ſublimita
te deſcendunt: ſpernunt diuitias/ honores con/
tẽnunt/ calcant ſuperbiam: luxuriam ſubigunt:
Chriſtiq; ſequẽtes pauperiem: proprio mundũ
cum principe vincunt. de quarum numero plu
rimę virorum morte deſtitutę ſecundas iterare
nuptias refugerunt: alię incolumes maritos de
ſeruerunt quędam ab omni carnis corruptione
immunes, angelicum virginitatis honorem: car
nalibus voluptatibus prętulerũt. Omnes tamẽ
in commune virili conſtantia. fœmineam molli
ciem ſupergreſſę: non ſolum mundana omnia:
ſed & ſeipſas ſibi ſubiugant: opere manuũ: pſal
modia: oratione aſſidua: fletuq; indeficiẽte: aut
pręteritę vitę nęuos abluunt: aut meritorum cu
mulos augere contendunt: cunctaq; prorſus vi
ſibilia contẽnẽtes: ad amorem inuiſibiliũ certa/
tim ſemetipſas accendunt. Interq; vniuerſa bo/
na ſua: ſingulari pene & ante inaudita gratia: p
petuo ſe carcere damnant: ita vt poſtq̃ ſemel fa
cta ſecundum regulam profeſſione. corpori mo
naſterij ſociatę fuerint: nunq̃ qualibet neceſſi/
tate nõ dico ſepta murorũ: ſed nec ipſas in qb⁹
cõmorãtur regulares domos trãſgrediant. Hãc
ipę ſibi idcirco more aliarũ ſc̃timonialiũ equi/
tãdi vel deãbulandi licentiã p̃cepto abbatis ſui
interdixerũt: ne aliqua occaſione vel mundus
in eis videat quod cõcupiſcat, vel ipſas aliquid
noxium ſaltem i excurſu videre ſeu audire cõ
pellat. Nã eũ quẽ a mentis ſuę intuitu prorſus
abegerunt; ipſis q̃q; corporalibus oculis videre
cõcernũt. Ea ꝓpter clauſtro ſalutari cõcluſę, &
vt ſic dicam vitali obrutę ſepultura / pro p̃ſenti
coartatione: ſempiternam latitudinem: pro ſe/
pulchro, beatã reſurrectionẽ expectant. Vnde
prius mori q̃ egredi: ante occumbere: q̃ limen
deſignati oſtij tranſgredi elegerunt. Quod tũc
apparuit: quando in circũpoſitis villę domib⁹:
caſu: quodam tẽpore ignis exarſit. Ferebanť in
ſublime globi flammaꝝ: & exuſtis circũquaq;
omnibus, ſanctaꝝ illarũ habitaculis appropin
quabant. Tolliť in altum clamor populi: ne ſa/
crę domus cõburerentur magis q̃ de proprijs
dãnis ſolliciti. Fit cõcurſus omniũ ad muri eas
ambientis ꝓpugnacula: & ſuper domorũ tecta
cõſcendentes, totis viribus obuiam ire ignibus
parãt. Arentem materiam quã ſuper inueniũt
longe ꝓijciunt, cõuectam certatim aquã flam
mis inijciunt: nichil quod ad igneã vim repellẽ
dam poſſit valere, intẽtatum dimittũt. Sed ne/
quicq̃. Aer enim vento cõmotus, multiplicatas
vires ignibus dabat: & fumum flammeo vapo/
ri admixtũ. vultibus atq; oculis defenſantiũ in/
ferens: ne defenderent prohibebat. Cumq; ali/
q̃diu reſtitiſſent: victi tandẽ violento elemẽto/
rum conflictu, tecta relinquunt: & ſe paſſim ad
terram p̃cipitantes nõ iam domos ſed propria
corpora ſaluare cõtendunt. At ignis obſtaculo
remoto libere omnia puagatuŗ: & partem ędi/
ficiorum ſibi ꝓpinquiorem inuadẽs. horriſono
ſtrepitu/ maximas lignoꝝ moles cõſumit. Cum
vero luctuoſa vniuerſoꝝ vox/ cõfuſo clamore
omnia replet: & totius ignari cõſilij/ nil niſi ex/
tremũ ancillaꝝ dei exitium p̃ſtolanť. Erat tũc
forte in loco lugdunenſis eccleſię archiepiſco
pus venerabilis Hugo: multa morum probitate
& religioſa cõuerſatione a domino papa Vrba
no cunctarum fẽrme Galliarum conſtitutus le
gatus. Ad quem velut ad patrẽm omnes confu
giunt: & vt in pturbatis rebus fieri ſolet: anxie
ab eo cõſilium expoſcunt. Precanť p̃cipue: vt
incluſis ſanctis mulieribus exitum perſuadeat:
neq; tãtum ouium Chriſti gregem ignibus pa
ſtor perire permittat. Motus archiep̃s: curſim
clauſtrũ ingreditur: omneſq; ſub celeritate con
gregans/ ſumma inſtantia vt periculo cedant/
hortatur. Cumq; illę omnino renuerent. & pri⁹
ſe poſſe mori q̃ ꝓpoſitum infringere conſtan
ter affirmarẽt: ait ep̃s. Authoritate beati Petri
& dñi papę cuius vice fungor/ atq; ex abbatis
noſtri obedientia vobis pręcipio. vt ad p̃ñs hic
exeatis: neq; vos cũ habitaculis vr̃is hic icẽdio
cõcremari ſinatis. Ad hęc quędam maximę no
bilitatis & ſingularis conuerſationis ſoror Giſla
nomine: quã & ipſe multoties vidi/ ſpiritu & fi/
de ſuccenſa: reſpondit. Nos pater. timor dei &
pręceptum abbatis noſtri. vt ignem ęternũ eua
dere poſſemus: infra hos quos cernis limites vſ
q; ad mortẽ permanſuras incluſit. Vnde nullo
pacto fieri poteſt vt aliqua neceſſitate prępfixos
nobis pœnitentę terminos ſaltem pedis paſſu
trãſgrediamur: niſi ab illo qui in nomine domi/
ni in hoc nos incluſit loco ſoluamur. Noli ergo
domine ſi placet hoc iniũgere quod nobis age
re nõ licet: ſed ſicut nos ignem pręcipis fugere:
ita magis igni vt a nobis fugiat virtute Chriſti
domini noſtri armatus iniunge. Ad quam mu
lieris fidẽ ſtupefactus archiepiſcopus: ac ſubito

& ipſe fide repletus: foras exiit: & corã cunctis
qui aderant flammas intuens: ac lachrymis ora
perfuſus ait. In nomine domini: & per virtutem
fidei huius: quę nũc locuta eſt: mulieris: recede
ignis peſtifer ab ancillarum dei habitaculis: nec
dãna aliqua vltra inferre pręſumas. His a ponti

Monialiũ clauſura miraculo approbaẗ.

ficeverbis prolatis: ſicut mihi teſtificati ſunt qui
viderunt: repente immenſitas flammarum inui
ſibili virtute repreſſa: velut ferreo muro obſtãte
vltra ꝓcedere nõ potuit, & abſq; vllo humano
ſubſidio: abſq; aliqua pluuię gutta: icredibili ce
leritate ſemetipſam extinxit. Sic magnifico at
q; inſperato miraculo / ſanctarũ ꝓpoſitũ mulie
rũ ſibi bene acceptũ eſſe: diuina pietas compro
bauit: & verę fidei merito: omnia poſſibilia cre
denti ſicut in euangelio ꝓmiſerat demõſtrauit.

¶ De defuncto milite qui ter apparuit
cuidam pręſbytero. Ca. xxiii.

MEmini me ſuperius promiſiſſe: q; vi
ſiones ſiue reuelationes defuncto
rũ quas in cluniaco vel circa cõtigiſ
ſe audieram. primo ad mediũ defer
rẽ: & ſic illis quę de proximo cognoueram pręe
miſſis: pedetẽtim ad remotiora ſtilum tranſfer
rem. Quod quidem vt inſtitueram agere coepi
ſed aliis de eodem loco narrandis miraculis in
uitatus: aliqua non minoris vt credo vtilitatis in
terſerere volui. Quibus explicitis / iã ad ea quae
propoſuerat ſtilus ordinate recurrat. Supereſt
adhuc in viennenſi pago preſbyter Stephanus
nomine: vir inter multos ſui ordinis viros hone
ſtatis & religionis fama pręcellens: qui mihi ea
quę dicturus ſum vera eſſe, fide interpoſita co
ram multis qui mecum erant fratribus retulit.
Quę quia ſe vidiſſe dicebat: ipſum itroduco lo
quentem, vt non a me ſed quaſi ab ipſo qui mi
hi primo retulit: audiatur. Miles ait quidã de
caſtello Moras Guido nomine: in pręlio vulne
ratus: indeq; domũ reportatus: ad extrema per
uenit. Ad quem cum lecto decũberet / proprius
eius epiſcopus / viẽnẽſis ſcilicet archiepiſcopus
Guido: qui poſtmodum Romanae ſedi pręfuit:
viſitandi gratia venit, atq; paſtorali ſolicitudi
ne, vt peccata ſua confiteretur: admonuit. Ad
eram & ego ad quem cura illius poſt archiepi
ſcopũ ſpectabat: & quem ſecũ ad illam cõfeſſio
nem audiendam retinuerat. Confeſſus eſt ęger
fideliter peccata ſua / q̃tũ ei ad cõfitẽdũ memo
ria ſuffragari potuit: atq; a dño archiepõ ſolen
niter abſolui meruit. Qui paucis iterpoſitis die
bus defunctus eſt, & iuxta quandam cluniacen
ſis iuris eccleſiam mantulam nomine: tumula
tus. Contigit poſt hęc non multo tẽpore elapſo
iuxta ſyluã q̃ ſupradicto caſtro de moras adia
cet: meridianis horis me iter agere. Cũ ecce ſu
bito quaſi immẽſi exercitus ſtrepitũ poſt terga
mea audio. Cuius timore perterritus: cõtiguam
ſyluam occultandus ingredior. Cũq; in cõden
ſa illius me immergẽs, tali vt putabã in loco re
ſediſſem: vnde videre tranſeuntes, nec videri a
tranſeũtibus poſſem: multo armatoꝝ agmine
ꝑtereunte, aſtitit repente coram me miles quẽ
ſupra defunctum cõmemoraui equo inſidens:
ſcuto pectori antepoſito Haſtę militari innixꝰ.
Quem vt vidi primo exhorrui. At ille me per
territum intuens. noli ait metuere: quia non ad
incutiendũ tibi timorem ſed ad rogandã miſe
ricordiam huc veni. Pro peccatis meis dira tor
mẽta patior / & maxime pro duobus: quę dum
cętera cõfiterer: oblitꝰ ſum. Horũ vnũ hoc eſt.
quod olim cũ quibuſdã aliis militibꝰ cimiteriũ
quoddã in quo q̃plurimi vulgarium ob malo
rem ſecuritatem ſe ac ſua cõtulerant infregi: ac
bouẽ vnũ ruſtico cuidã violenter abſtuli. Item
terrę q̃ mei iuris nõ erat: iniuſtas exactiones im
poſui: quas ab inhabitãtibus multo tẽpore mi
hi reddi coegi. Rogo ergo vt fratrẽ meũ Anſel
mum adeas: eũq; ex me deprecceris: quatinꝰ ab
lata: vice mea reſtituat: ciſq; quibꝰ iniurias intu
li: ꝓ me ſatiſfaciat. Q đ ſi fecerit: a poenis quas
patior abſq; dubio liberabor. Sed noui ego fra
tris duritiam: & qđ tibi iſta referẽti nullatenus
adquieſcat. Sic ergo qđ dicturus ſum tã tibi q̃ il
li in ſignũ: vt de rei certitudine: nulli veſtrum li
ceat dubitare. Scis ipſe pecuniam q̃ i arca repo
ſitam habebatis & qua ad ſanctũ Iacobum ire
diſponebas / Hãc cum domũ redieris: inuenies
furto ſublatã. Apparui inſuper anteq̃ ad te ve
nirem: Guilelmo noto tibi militi de caſtello mo
ras in ipa domo ſua. a quo vniuerſa q̃ tibi nec a
me dicta ſũt poſtq̃ requiſieris audies. Dixit hęc.
& ſtatim ab oculis meis euanuit. At ego timore
cumulatꝰ: & quia cũ mortuo verba cõtulerã de
de vita diffidens: inde q̃ citius potui receſſi. Do
mum vt veni: arcam meã fractam: & pecuniã q̃
dixerat ſublatã inueni. Militẽ cui ſe loquutũ in
dicauerat adii: & ab eo cuncta q̃ dicta fuerant
vera eſſe cognoui. Fratrem autẽ defuncti adire
facultas nõ fuit. quia p dies aliquot abſens exti
tit. Interea dum quadã die re familiari vrgente:
iter agerem: diuerti in amoenũ locũ ſecus viam:
vbi ſalicum magna multitudo quaſi cuiuſdam
ſylug ſecretũ ęmulabaẗ. Ibi ergo paululũ requi
eſcere volens: cõſedi. Nec mora cõſpicio iam

dictum militem arma ſolita pręferentem : mihi
aſtare. Cumq; ego duplicato timore turbatus :
in verba proſilire tētarem:prior ille. Ha inquit
domine Stephane : q̄ bonum nuncium quem
pro ſalute mea fratri dirigerem:vos elegi. Puta
bam equidem vos mihi compati: ſed vt video,
quomodolibet me habeam vos non curatis. At
ego m'tomagis adaucto timore: vt potui reſpō
di. Non inq̄ diſſimulando quę rogaueras diſtu
li:ſed quia fratrem cui me direxeras nō inueni.
Iam vero vt diſceſſeris,abſq; mora aliqua ad eū
ibo:& quę primo rogaueras indicabo. Obſecro
tantum vt celeriter diſcedas:quia valde cor me
um tui viſione turbatur,neq; me tecum diutius
confabulari patitur. Nihil(ait)tibi formidandū
eſt:quia vt iam dixi:nō vt ego tibi noceam: ſed
vt tu mei miſerearis ad te venire permiſſus ſum
His dictis:diſparuit. Ego autem multa formidi
ne compulſus,& nequaq̄ vltra legationē iniun-
ctam differre audens:ad ſępe nominatum fra-
trem defuncti cum milite cui ſe reuelauerat ac-
ceſſi, eiq; cuncta per ordinem quę frater māda
uerat narraui . Ille vero vt homo: totus mundo
deditus:aut non credens:aut paruipēdens quę
a me audiebat,reſpondit. Quid ad me de ani-
ma fratris mei? habuit ille ſua q̄ diu vixit. Qua-
re non pro ſe his quibus iniurias intulerat: ſatiſ
fecit? Videat ſibi. Ego peccatorum eius pœnitē
tiam agere nolo. Hoc ab illo accepto reſponſo:
diſceſſimus. Pauci dies tranſierūt, & ego in do-
mo mea ſolus reſidēs: ea quę videram mecum
mēte verſabam. Cum ecce ſubito ſępe nomina
tus defunctus non iam in equo:ſed pedes:non
armatus:ſed inermis mihi aſſiſtere viſus eſt. At
ego nimio terrore fere in amentiam verſus : in
hęc verba prorupi. Ex parte omnipotentis dei
& omnium ſanctorum eius:adiuro te quicunq;
es ſpiritus:vt diſcedas,neq; tātis terroribus ex-
agitare deſiſtas:& ille. Quia (inquit) taliter de
aduentu meo turbaris:ſcito quia me vlterius in
hoc ſeculo non videbis. Adhuc tamē tertio me
tibi deus apparere voluit , vt quod per fratrem
Nota. nequeo:per te conſequi merear . Debes & tu ſi
bene perpēdas:plus fratre,mei miſereri. Ille eñ
frater carnalis: tu pater in deo fuiſti ſpiritualis.
Et ego. Faciam inq̄ & ipſe pro te quod potero:
feſtinato tantum:oro:diſcede . Poſt quę verba:
ſtatim ab aſpectu meo ſubtractus eſt. Mox ego
inde diſcedens:ad ruſticū cuius ſe bouem abſ-
tuliſſe dixerat: iui: eiq; bouis ipſius pretiū red
didi. Nam & quis eſſet dixerat: & vbi maneret
indicauerat. De ſequenti autē negocio:quoniā
vires meas excedebat:nihil agere pręualui. Col
lecta tamen pręſbyterorū multitudine: in dicta
die,ſolennia deo offerri ſacrificia feci : elemoſy
naſq; pauperibus ꝓ'poſſe diſtribui: multoſq; tā
clericalis q̄ monaſtici ordinis viros: vt ꝓ eo do-
mino ſupplicarent oraui.

¶ De Guidone gebēnēſi epiſcopo. Ca.xxiiij.

POſt hanc quā ꝓfatus ſum viſionē,
gebennēſis eps Guido in mediū
adducatur:& quid huic miraculo
ſimile de eo cōtigerit:exponatur.
Fuit hic magnę ſecundum ſeculū
nobilitatis:& ideo multoplus q̄ epm decuiſſet,
vitę diſſolutioris. Nam cū eſſet frater Aimonis
eiuſdē vrbis comitis: tā ſeculari generoſitate q̄
eccleſiaſtica dignitate confiſus , potentia atq;
diuitijs vndiq; circunfluus:plus mundo q̄ deo,
magis carnalibus q̄ ſpiritualibus actionibꝰ in-
ſeruiebat. Cūq; multa agēda negligeret,nec fa
cienda faceret:miſericordię tamen operibus to
to niſu inſtabat:elemoſynam largiter egenti
bus diſtribuens,eſurientes reficiens:nudos ve-
ſtiens:querelas afflictorꝫ patienter audiens: &
multis ꝓ'poſſe benigne ſubueniens. Eccleſiaſti
cas pſonas, & maxime quos religioſiores eſſe
audiebat:magnifice honorabat: monachis pręci
pue totum cordis ſui affectum impendebat.
Quibus nō ſolū venerationis obſequium: ſed
multa & de rebus ꝓprijs cōferebat. Inter quos
ſingulari amore fratres cluniacenſes amplecte
batur: & eis ob ſpem ęternę mercedis plurima
largiebat. Nam vt reliqua taceam q̄ eis vir no-
bilis liberaliter cōtulit:ſexaginta & eo amplius
eccleſiarum redditus:diuerſis ad cluniacū pti-
nentibus monaſteriis i perpetuum dedit. Hoc
modo temporalis vitę curſu tranſacto:in bona
confeſſione,cum peccatorꝫ pœnitudine ac cor
dis contritione. ſicut mihi teſtati ſunt qui ad-
fuerunt:ab hac luce receſſit. Hūc poſt mortem
diuerſo modo plurimis apparuiſſe: quidam re
ferunt. Quarum viſionum quia certum autho-
rem inuenire non valui: idcirco dubia ſcribere
recuſaui. Vnam tātum de omnibus elegi: q̄ ꝓ-
pter rei ꝓbatę fidem,dignā hic inſeri iudicaui.
Succeſſor ipſius eps ſynodum gebennis vix an
no poſt eius deceſſuꝫ exacto celebrabat. Veni-
ebant ad eandem ſinodum pręſbyteri more ec
cleſiaſtico : inter quos quidam boni teſtimonij
pręſbyter ꝓperabat. Hic in itinere caſu:immo
diuina voluntate a ſociis aliquanto ſpatio ſepa
ratus:obuium habuit iam nomiatum defunctū
epiſcopum. Qui cum inſolito occurſu turbatus

aliquãdiu heſiſſet,tandem vtrum eſſet qui videretur defũctus epiſcopus/ab eo queſiuit. Quo ſe vere eſſe reſpondente:preſbyter adiecit. Et quid eſt(ait)dñe/ vel quę cauſa te mihi cum ſis mortuus viſibilem fecit/ Ad quẽ epiſcopus. Clementia(inquit)diuina,vt meę neceſſitati ſubuenias:me tibi apparere permiſit. Noui eñi te ad ſynodũ properare. Oro ergo vt ſacrum conuentum adeas,eorũq; me orationibus ſtudioſe commendes. Laboraui eñi,& multa a tempore mortis meę tormenta ſuſtinui. A quibus in ꝓximo erui potero: ſi eorũ orationibus merear adiuuari. Dic ergo epiſcopo & cũ eo cõgregatis:vt omni die cõcilii pſalmũ miſerere mei deus:mihi ſimul oẽs decantent/& cõmuni abſolutione vniuerſi animã meã deo cõmendent. Sacrificiis inſuper ſalutaribus atq; elemoſynis: diuinã maieſtatem pro requie mea propitiare contendant. Nouerint autẽ me ad agendã pœnitẽtiam cluniacũ iturũ:& inde ad eandẽ peragẽdã Hieroſolymã trãſiturũ. Hęc omnia cũ eis dixeris: nomẽ tantũ meũ vltimo die ſynodi dicendum reſeruabis. Quę poſtq̃ dixit:ab oculis colloquentis euanuit. Preſbyter vero cui hęc cõmiſſa fuerãt greſſum accelerans, ad ſynodum venit: & vniuerſa epiſcopo fideliter corã omnibus expoſuit. Cũq; multos credere:quoſdã autem dubitare videret:euãgelii codicẽ afferri rogauit: & vt cunctis fidẽ faceret: iureiurando quę dixerat confirmaturus:manũ conſtanter ſuper ſacrũ volumẽ extendit. Quẽ omnes ad ea ꝓbanda abſq; dubio paratum videntes:eũ ne iuraret cõpeſcuerunt: & qui antea dubitauerant/omnem a corde ſuo dubietatis ſcrupulũ abiecerunt. Sed & alter ex inſperato teſtis ſurrexit, qui hæc eadẽ omnia a defuncto epiſcopo ſibi dicta: vniuerſis admirãtibus cõfirmauit. Vnde & bonę oues mandata olim paſtoris ſui benigne ſuſcipiẽtes,cũcta quę mandauerat deuote impleuerũt: & plurima ex abundante cordis ſui charitate:ſpontanei addiderũt. Hoc ab illis mihi perſonis dictuȝ eſt: qui omni fide digni ſynodo memoratę iterfuerũt: & ea quę dixi: referentibus eiſdem relatoribus audierunt.

¶ De quodam preſbytero terribiliter mortuo. Capi.xxv.

Iam nunc ſubiungenda eſt, nõ ante mortui ſed morientis preſbyteri terribilis & mitis nota viſio:quę audientiũ mẽtes digno timore concutiat: & ad cauẽda ęternę mortis mala:velut vehemẽti ſolicitudinis igne accendat. Apud caſtrũ liziniacũ: quod in pictauenſi pago ſitũ eſt: nuper quidã preſbyter erat,qui ſacerdotalis ordinis ſupercęleſtẽ dignitatem: miſerrimę vitę cõuerſatione deturpans:nõ ad animarum quibus preerat curam:ſed ad carnis ſuę voluptatem explendã:ſacro miniſterio vtebatur. Qui iuxta ꝓphetaȝ lac gregis ſui comedens: & eius ſe lanis operiens abſq; vlla ſpe æternorũ, mercedibus mercennarii auidiſſime paſcebatur. (Ezech.34.) Mundiſſimã atq; omnia mũdantem Chriſti carnẽ & ſanguinẽ in altaris ſacramẽto frequenter officio nõ deuotione ſumebat, nec ab immũdis tamẽ carnis operibus ſeſe cohibebat. Cũq; vt ſus immũda multo tẽpore in cœno luxuriæ verſaretur, & ſuiipſius fœtoribus delectaretur:territus cõſcięntię malo ſicut aliquãdo & mali ad horã compũguntur: familiaritatẽ quorũdam bonorũ virorũ expetiit: & abbati bonæ vallis ac fratribus eiuſdem mõaſterii ſe in amicitia, ſpecie tenus copulauit. Qui longo tẽpore eũ de vitę emẽdatione commonentes,& vt ſeculo renunciaret aſſidue exhortãtes:nihil ab eo impetrare pręter inaneȝ ſpem aliquando potuerunt. Nã libenter quę dicebant audire ſe fingens: & ſemper eos de conuerſione ſuſpendens: de ſocietate ſanctorũ illorũ gloriabatur: nec admonitione vel exẽplis eorũ a malis retrahebatur. In his atq; aliis perditę atq; perdendę vitę ſuę actibus perdurãs: & obſtinatione impia irã ſibi in die irę theſaurizans: in morbũ incidit:quo poſt aliquot dies ingraueſcente:ad extrema peruenit. Adierat eũ viſitationis gratia prior iam dicti monaſterii: atq; cũ eo per aliquantũ diei ſpatiũ/ipſo quoq; rogãte permanſerat. Et ecce nocte ſuperueniẽte: cum cunctis diſcedentibus ſolus lecto eius aſſideret clamare terribiliter ęger ille ad priorem cœpit. Succurre ait ſuccurre. Ecce duo ſupra omnẽ feritatẽ expaueſcẽdi leones in me impetũ faciũt: hianti ore ac rictu feroci per fruſta diſcerpturi/me totum conſumere volunt. Deprecare cito dñm,vt ab his eripiar: anteq̃ morſibus eorũ cõſumar. Dicebat hic & tremebat:ac velut deuoraturos fugiẽs:timore defecto corpori vires addente:retro cedebat. Prior vero vocis illius ac geſtus terrore turbatus:non ſine multo& ipſe timore erat Ad preces tamen ipſa neceſſitate impellente cõuerſus:pro miſero illo vt poterat dominũ exorabat. Quo orante mutata voce ęger bene inquit bene. Receſſerunt crudeles beſtiæ & per orationes tuas iam vltra nuſq; apparent. Et quia vſq; ad vltimũ ſpiritũ ſemper compos

ſui extitit: nec vt quidã moriẽtium ſolent vel in modico ſenſu imminutus fuit, cõuerſus ad priorẽ: loqui cũ eo de quibuſlibet veluti ſaniſſimus cœpit. Cũq; tam de his quã de aliis multa inter ſe verba conferrẽt: horę ferevni⁹ ſpatio elapſo/ rurſum inclamare longe terribilius q̃ primo exorſus eſt. En inquit, en ignis de cęlo vt torrẽs in/ vndãs deſcendit: & ſuper hunc lectum meũ veniens/ iam iãq; me in fauillam vſq; cõburet. Feſtina adiuua/ ora: ſi forte & ab hac morte eripi valeam. Et hęc dicẽs: manibus & brachiis opertoria ſubleuabat: eaq; velut aliquid iuuare poſſent: inuiſibilibus ignibus turbatus opponebat. Sed nequicq̃. Non enim corporalia tegmina a ſpiritualibus incendiis tegere poterant: quẽ cęleſti vindictę impia opera exponebãt. Prior ad aucto timore, denuo ad orationẽ cõuertitur: & q̃tum in tali caſu poſſibile erat/ dñi miſericordiam deprecatur. Illo vt ſupra orationi inſtante: poſt paululũ/ patiens gratulationis vocibus preces eius interrupit dicens. Quieſce, iam ab igne tutus ſum. Nã dũ ſuper me (vt dixi) cũ impetu deſcẽderet, interpoſitus eſt linteus: vſq; ad quẽ ignis peruenit: ſed eũ tranſire non potuit. Iam & ab iſto periculo erept⁹: oro ne a me diſcedas quouſq; quis iſtorum finis futur⁹ ſit agnoſcas. Tunc prior qui tam timore q̃ hoſpitandi neceſſitate recedere volebat: ſubſtitit. & ab oratione ſurgens: rurſum ei aſſedit. Cũq; eũ tantis terroribus anxiũ conſolaretur: & vterq; adinuicem vt prius colloqueretur: ſubito ęgrotus ad inuiſibilia raptus obmutuit. Prior eum raptũ ab humanis intelligens: rei exitũ pręſtolabatur. Cũ ecce poſt multũ noctis ſpatiũ: homo ad ſe rediit: & miſerabiliter ingemiſcens ait. Ha ha ad iudicium ęternũ raptus ſum: & heu miſer ęterna morte dãnatus ſum. Traditus ſum horrendis tortoribus/ igne inextinguibili cũ diabolo & angelis eius perpetuo cruciandus. Ecce ecce: ignita ſartago plena bullienti adipe: quã corã me tormentorũ miniſtri detulerũt: eãq; ad me frigendum vndiq; ſuccenderunt. Et cũ prior orationi ſicut iam bis fecerat: tertio quoq; incubuiſſet: ille ait. Ceſſa, ceſſa pro me orare: nec pro illo vltra fatigeris: pro quo nullatenus exaudieris. Priore vero dicente frater redi ad cor, & miſericordiã dñi adhuc viuis a deo reqre. ille adiecit. Putas (ait) me vt inſanũ loqui? Non inſanio/ ſed ſana mente quæ dixi confirmo. Et cucullã prioris manu tenens: eũ iterrogauit. Nonne hoc quod manu teneo cuculla tua eſt? Quo reſpondente: eſt: adiunxit. Sicut hæc veſtis cuculla eſt: & ſicut hoc quod ſubſtratum mihi eſt palea eſt, ſic & hoc qd corã cerno ignita ſartago eſt. Et dũ hęc loqueretur: gutta inuiſibilis ignis de illa quã dicebat ſartagine exiens: in manũ eius priore vidẽte cecidit: & mirabile dictu: cutẽ & carnẽ vſq; ad intima oſſis cõſumpſit. Tunc ille acri cum gemitu. en (inquit) indubia rei probatio. Nam ſicut iſta quam vides de ſartagine prolapſa gutta, carnis partẽ conſumpſit/ ſic cõfeſtim totum me ignea vorago cõſumet. Priore ad iſta ſtupente/ iterũ dixit. Ecce ſartaginẽ ipſam miniſtri infernales ꝑpius afferunt: & vt me in illã iniiciant: iã iãq; manus adaptant. Et poſt modicũ. Ecce linteũ in quo iaceo vndiq; concurrentes accipiunt, & me in ignitã ſartaginẽ: ęternã frixurã proiiciũt. Hoc velut vltimũ vale mox vt priori atq; his qui ad hoc horrendũ ſpectaculũ cõuenerant dixit, ſubtracta voce ac reflexa ceruice: puniendum ſpiritum condemnatis ſpiritibus tradidit. Tantus vero terror oẽs inuaſit: vt illico vniuerſi aufugerẽt: neq; aliqui in domo vbi cadauer mortis remãſerat: remanere auderent. Facto mane: miſerum cadauer ſepulturæ mandatum eſt. Poſt aliquot aũt dies: cũ ad vniuerſos circa poſitos hęc tam terribilis fama perueniſſet: rei veritatem ꝓbare volentes: tumulũ aperuerũt: atq; foſſam illam q̃ in manu adhuc viuentis p̃ſbyteri gutta p̄nuncia dãnationis fecerat: i mortui cadauere inuenerunt. Quę omnia ſecundũ quos beatus Gregorius dicit nullomõ ꝓpter ſe infelix p̃ſbyter vidit: cui nichil viſio ipſa profecit: ſed quãta cautela ſacerdotale officium adminiſtrãdum/ q̃ reuerenter diuina myſteria tractãda: ſuperna p eum diſpoſito demõſtrauit. Quis eni ad iſta nõ obſtupeſcat? quis tã metuẽdã diuinę animaduerſionis ſententiã nõ contremiſcat? Quis iam in iſtis nõ fidem inuiſibilium ſe cõcepiſſe: ſed ipſa inuiſibilia corporis ſenſibus ex multa parte ſubiecta eſſe nõ cognoſcat? Facit hoc pia conditoris miſeratio: qui cernens corporaliũ rerum obiectu/ interiorẽ mẽtis humanę oculum excęcatum: quędã de ſpiritualibus rebus etiam per carnẽ quibuſdam innoteſcere p̃ſtat: vt ad amanda ſiue timenda inuiſibilia: hoc ſaltem remedio vel admoneat vel cõpellat. Quid enim apertius ad fidẽ fideliũ inſtruẽdã: quã hoiem i carne viuentẽ. & hic integra mente colloqui cũ hominibus: & ibi ſpirituali cernere cũ ſpiritib⁹? Quid ſane leones tremendi: quid flãmeus torrens: quid ignita ſartago aliud quã de veritate rerum inuiſibiliũ nullatenus dubitare: & horrẽdum eſſe in manus dei viuentis incidere: male

Nota.

ſecuros admonebant? Neq; enim credendum
eſt: alibi q̄ in pręſenti ſeculo quarũlibet ferarũ
genera cõmorari: aut vbi nulla metallorꝫ mate
ria eſt: ferreas ſartagines fabricari. Sed quia ter
Nota. ror ſupplicii futuri: nõ niſi per verba vſitata vel
per expertarum rerũ imagines: hominibus ad-
huc in carne viuentibus poteſt oſtendi: placuit
deo per tales corporũ ſimilitudines oſtendere:
quid exutę corporibus animę, prauis exigenti-
bus meritis cogant tolerare. Quę licet antiqui-
oribus miraculis: patrũ tẽporibus demonſtrata
ſint, voluit tamẽ etiã nunc diuina miſeratio no-
uis reuelationibus priora cõfirmare: & eos qui
vetera deſpiciunt: velut negligentię ſomno tor
pentes: recentibus impulſionibus excitare. Cu-
ius ſupernæ admonitionis contẽptores, tãto ſe
maiore in dei iudicio cumulo dãnationis operi
unt: quãto grauiore reatu: nõ ſolum antiqua ſed
& ante oculos poſita contẽnunt. Et quia ad fi-
dei & morũ ędificationẽ: varia a diuerſis audita
& probata noſtrorꝫ maxime tẽporum miracu-
la ſcribere cordi inſedit: nolui aliqua negligere
quęcunq; auditoribus meo iudicio poſſe vide-
bantur prodeſſe.

❡ De Gaufredo Sinemurenſi dño. Ca.xxvi.

GAufredꝰ vir nobilis: dñs caſtri quod
Sinemurum vocatur: poſtq̄ per mul
tũ tẽpus magnifice in ſeculo cõuerſa
tus eſt, tactus diuino ſpiritu: mundo
renunciauit: atq; cũ filio & tribus filiabus apud
cluniacũ habitũ religionis induit. Vbi ſancte ac
ſine querela diu conuerſatus: merito religionis
atq; prudentię marciniacẽſium ſororꝫ: quarum
ſuperius mẽtionẽ feci, prior effectus eſt. Quarꝫ
curam dũ per aliquot annos humiliter & beni-
gne adminiſtraſſet: more mortaliũ moleſtia cor
poris tactꝰ: defunctus eſt. Cuiꝰ ſimplicis & bea
tę cõuerſationis dulcem retinentes memoriam
ſorores multis lachrymis eius funus proſecutę
ſunt: eumq; in eccleſia ſepeliẽtes: longe melius
in cordium ſuorum abditis cõdiderũt. Qui nõ
poſt multos obitus ſui dies: cuidam ſororꝫ mul
tę mortificationis q̄ Alberea dicebat: in ſomnis
apparuit. eiq; dixit. Agnoſcis me? Quę cum tre
pida voce vt poſt ipſa referebat reſpõdiſſet do
minum Gaufredum priorem ſuum ſibi videri.
adiũxit ille. Sum equidem quem dicis. & vt ea
q̄ circa me ſunt tibi nota faciam: ad te directus
ſum. In hora exitus mei, maligni ſpiritus cũ hor
rifico ſonitu irruerũt: & me velut agmine facto
vndiq; circundederũt. Cũq; ad eorꝫ aſpectum
territus: iãiãq; me ab eis rapiendum ſuſpicarer:
ſubito beatus Petrus apparuit: & illud dęmonũ
collegiũ præſentia ſua ꝓturbans: ait. Quid huc
ad iſtũ: nequã ſpiritus aduenistis? Noſter eſt in
quiunt: & noſtra dũ in ſeculo vixit: opera fecit.
Sed pro his (inquit) omnibus ex corde pœnitu-
it: & quod maius eſt ſeculo renũciauit. Et dum
plurima hoſtis opponeret: & apoſtolus vniuer
ſa quę dicebãtur vera ratione purgaret: ad hoc
tandẽ victus inimicus ꝓrupit. Vnũ (ait) ſupereſt
quod nullo caſſari argumento poteſt. Veſtibus
ac telis quę vndecũq; abluendę ad caſtrũ de Si
nemuro deferũtur: nouas exactiones impoſuit
quas nec ipſe nec aliquis poſt eũ remouit. Ma- Cõtra no-
nẽte ergo peccato: neceſſe eſt manere & pœnã uas exa-
peccati. Ad quod apoſtolus. Nihil (inquit) exci ctiones.
piens, ꝓ omnibus peccatis ſuis monachꝰ factus
eſt. & idcirco abſq; dubio in partẽ ſalutis vocan
dus eſt. Hoc dicto: hoſtibus in fugã coactis, me
ab eorum terroribus liberauit. Supereſt: vt filio
meo Gaufredo: qui mihi in ſeculari hęreditate
ſucceſſit, hęc nota facias: & vt prauã exactionẽ
ad priorẽ reducat cõſuetudinẽ. ei ex mea parte
dicas. His dictis abſceſſit. At noiata ſoror: domi
nam adelam regis anglici ſororem: prius bleſen
ſem comitiſſam: nunc humilẽ Chriſti ancillam
adiens; ei vniuerſa narrauit. Quæ iam dictum
Gaufredũ acceſſiens: vtrũ aliquid nouę cõſue-
tudinis: telis ac veſtibus quę ſub caſtro abluebã
tur: pater eius impoſuerit, requiſiuit. Quod cũ
vere vt defunctus dixerat ab eo cognouiſſet. nõ
illuſoriã ſed verã fuiſſe viſionẽ agnouit. quam a
veraci & hic ante neſciente relatrice audiuit: &
quã ſubſequẽtis qui rem nouerat: teſtimonium
confirmauit. Et hæc eadẽ mihi fuit cauſa iſtud
ſcribendi: vt licet inter miracula ſolas vigilantiũ
reuelationes ſcribere ꝓpoſuerim: illas tantũ dor
mientiũ viſiones ſtilus iſte nõ abhorreat, quas
circũſtantiũ rerũ ratio certa cõfirmat. Rogauit
certe: & ex defuncti patris mandato filiũ admo
nuit. vt nociuũ exactiõis vſum remoueret: & ne
ſibi quoq; in peccatũ reputaretur, ſolicitus pro
uideret. Quod vtrũ fecerit, non ſatis mihi cognitũ
fuit. Quid vero illis qui dormientium viſiones
deſpiciunt, reſpondendũ ſit, non multo labore
opus eſt. Facile enim occurrit, vnde & riſus illu-
dẽtium reprimatur: & non omnino huiuſmodi
reuelationes contẽnendas eſſe: tardis etiam in-
tellectibus aperiatur.

❡ De milite mortuo qui apparuit
Humberto belioceſi. Ca.xxvii.

ADiungatur ſupradictis viſioni
bus recentior: & pene ſub ip-
ſis oculis noſtris facta reuela-
tio, de qua ſi quis dubitauerit
neſcio cui iā miraculo credere
poſſit. In tanta enim claritate
res acta eſt: & tā ſolēniter a fi-
diſſimis teſtibus propalata: vt qui hoc obſcurū
putauerit, nihil de reliquo clarū reperire in cōſi
milibus valeat. Anno quo in Hiſpaniā ꝓfectus
ſum res contigerat: quā tanta celeritate ſtilus ꝓ
ſecutꝰ eſt, vt cū ipſa in Lugdunenſi dioceſi poſt
natalē dñi ꝑuenerit: ego hanc eodē anno in hi
ſpaniis ante pentecoſten memorię ſcribendo
mandauerim. Hoc eadē cauſa pręmiſi: ne vetu
ſtate tēporis corrupta rei fama putetur: cuiꝰ cer
titudinē cluniaci ſuſcipiens: quia ante nō potui
in Hiſpaniis vt dictū eſt: ſcripturę mādaui. Eſt
in matiſconenſi epiſcopatu caſtrū quod belio-
cus dicitur. quod tam ſui nobilitate q̄ prudenti
dñoꝝ ſtrenuitate: pene omnia adiacentia ca
ſtra pręcellit. Huius dñiū Guicardus hęredita-
rio iure ſuſcipiēs: eos quibus ſucceſſerat patres
licet ſtrenuos viros: ſeculari potentia famaq; ex
ceſſit. Qua magis ad mundanū faſtū q̄ ad diui
nū obſequiū vtens (vt de talibus ſępe videmus)
dies vitę ſuæ ex maxima parte vanitati & mun
danę ſuperbię impendendo: multoq; labore ve
lut aranearū telas texēdo: cōſumpſit. Tandem
diuturno morbo a deo correptus: ipſaq; diutur-
nitate de vita diffidens: cluniaci meo tempore
monachus factus eſt. Vbi corde humiliato: pœ
nitentia & cōfeſſione chriſtiana, quantū datum
fuerat deo ſatiſfaciens: orationibus ſe ſanctorū
fratrū cōmittens: paucis diebus aduixit: atq; ad
vltimum peregrini itineris viatico: hoc eſt: ſacro
Chriſti corpore ſuſcepto: diē vitę vltimū clauſit.
Huic in paterna hereditate filius eius Humber
tus ſuccedēs, adoleſcentia & diuitiis velut forti
bus cathenis mundo aſtrictus: ſpatioſas ſeculi
vias dānoſa libertate aliquādiu effrenis inceſſit
Quē corrigere atq; ad rectū ſalutis iter bonitas
diuina reducere volens: oſtendit ei vnde & ipſe
ſaluari, atq; alii a cōſimilibus poſſent actibus de
terreri. Nā quodā tēpore cōtra quoſdā qui in fo
renſi pago ei aduerſabātur armis cōmotis: cum
exercitu cōtra eos ꝓceſſit: atq; in cōflictu cōſti
tutus: vnū ex ſtrenuis militibus ſuis Gaufredū
de Iden, ictu lanceę cōfoſſum amiſit. Prelio di-
rempto: ad ſua quiſq; vel fugiēs vel perſequens
receſſit. Necdum plene duo menſes tranſierāt,
& ecce iam dictus miles quem interfectum re-
tuli: cuidam alteri militi de Anſa qui milo voca-
batur. per ſyluam eidem caſtro cōtiguam ſine
ſocio equitanti. ſe obuium obtulit. Ad cuius ſu-
bitū conſpectū dum miles obſtupuiſſet: & timo
re nō modico turbatꝰ: vtrū fugere an ſubſiſtere
ſibi ſatius eſſet, meditaret̄: mortuꝰ qui apparue
rat prior i verba ꝓrupit. Noli (ait) timere, neq;
effugere mediteris: quia non vt ego tibi noceā,
ſed vt tu mihi ꝓdeſſe ſtudeas: ad te venire per
miſſus ſum. Ad te enim prę omnibus veniendi
licentiam accepi: qm̄ tā amore q̄ fideliter mihi
nuper in ſeculo aſtrictus, iniūcta tibi a me aliis
fidelius executurus videris. Rogo igit̄ vt lega-
tionem meam Humberto de belioco deferas:
atq; vice mea, q̄ tibi dixero ei denūties. Morta
lem ego vitam leuitate eius inuitatus, gladio vt
noſti amiſi. & ne ad beatam vitam tranſire me
rear: negligentia eius etiam nūc promerente re
tardor. Nam ad ꝓlium vbi viuendi finem feci,
nō ſatis iuſta de cauſa cum eo venerā: nec a di
ris cruciatibus quos ꝓ peccato illo & alijs innu
meris malis meis patior: aliquod beneficiorū
ſpiritualium leuamen accipio. Sed quid mirum
ſi obſequiis meis & morti meę ſibi impenſe in-
gratꝰ apparet: cum nec de requie patris ſui qui
ſuam æternam ꝓ eius temporali quodāmō ne
glexit ſalutē: ſemel vel in modico curare demō-
ſtret? Nam cum ille ꝓ multis quæ ei iniuſte ac-
quiſiuit, ꝓ innumeris malis quę diuerſis eccle-
ſiis & maxime cluniacenſi intulit, ſpecialiter ve
ro pro caſtello & terra de Aia. crudelia patiatur
tormenta, ipſe abſq; aliqua pœnaꝝ eius cōtem
platione lętatur: & his ꝓ quibus ille nunc miſer
rime ingemiſcit, ipſe quotidie ſplendide epula-
tur. Miſereatur ergo mei: miſereat̄ & patris: ne
forte ſi modo nobis miſeris miſereri noluerit
miſerorū & ipſe numero celerius adiungatur.
Nam ſi miſſarū celebratione: elemoſynarū lar-
gitione, bonoꝝ virorū apud deū interceſſione
nos iuuare ſtuduerit: & celeriorē nobis ſalutem
parabit, & ſeipſū debito quo nobis aſtringitur
liberabit. Quod ſi tibi aut nō crediderit: aut nō
obtēperauerit, neceſſe iam mihi erit per memet
ipſum eū adire: atq; ei vt hęc adimpleat inſtare.
Scias autē multū iam mihi ꝓfuiſſe, factā nuper
Lugduni i ſynodali cōuentu publicā abſolutio
nē: vnde taliū & cōſimiliū tā ardenter deprecor
ſubuētionē. Dixit hęc: & ſtatim a cōſpectu eius
euanuit. At miles ſolicitus de iniunctis, ac veri
tus ne ſi diſſimularet: aliquid infortunii eū cōſe
queretur: Humbertū adit: & quę audierat cun-
cta referens: nihil de mandatis abſcōdit. Hum-

No. valēt publicę abſolutiones defunctis.

bertus vero tãtę tãq; apertę viſionis legatione
audita:cõdigno timore perterritus,&ad audita
pauebat;nec tamẽ auditis cõgruã diligentiã ad
hibebat. Verebatur magis more huiuſmodi ho
minũ ꝑmiſſum defuncti aduentũ/minorem de
ſalute eius animo geſtabat affectũ. Vnde ſolus
noctibus iacere formidans: familiares ne ſe ca-
ſu aliquo ſolũ relinquerent:admonebat. Et ec-
ce paruo tẽpore emẽſo:iã dictus defunctus quẽ
tormenta inuiſibilia cõpellebãt,nutu diuino cõ
municare verba mortalibus permiſſus:ei mane
iã clara die in lecto iacenti/ac vigilanti, ſeſe viſi
bilẽ demonſtrauit.Nã lecto eius aſſidens: & for
mã quã habuerat.veſtitũ quo vſus fuerat:letale
vuln⁹ quod die mortis ſuſceperat;velut adhuc
recens pectore ac dorſo prętendens;mirantem
ac pauentẽ Humbertũ ſic eſt allocutus. Quia
(inquit)nũciũ a me tibi miſſum audire noluiſti
ad te ipſe dei permittẽte miſericordia veni. Cũ
enim te mihi maximũ debitorem vita mea tibi
impẽſa fecerit: ac benignum in malis maximis
ſubuẽtorẽ miſericordia facere debuerit/ tu nec
mihi ſubuenis: nec ſaltẽ paruo ſpiritualis bñfi-
cii adiumẽto:crudelia quę patior tormẽta miti-
gare cõtendis. Super hęc:& patrẽ tuũ miſeran-
dis pœnis atq; ineffabili miſeriæ ſubiectũ: poſt
tergũ proiecisti, & cũ ille maxime tui cauſa tor-
queatur:nullis ei pietatis viſceribus condeſcen
dis.Ingemiſcit ille in tormentis crudelibus: nec
curas:torqueꝛ & exultas: patiꝛ & lętaris. Diſpli
cent iſta benigno deo:& pene iã in necẽ tuã ſen
tentiã dictauit.vbi quia his quibus maxime de
bitor es miſereri diſſimulas:qualiter miſereri de
bueris,patiendo ſimilia experieris.Sed diſtulit
ſolita bonitate iuſticiaꝫ. & ne expeditioni comi
tis Amedei ad quã ire feſtinas interſis: me tibi
denunciare permiſit Nã ſi illuc abieris:poſſeſſa
pariter & vitã amittes. Cõſule ergo tibi:miſere-
re & noſtri: nec vltra ſpiritualiũ bonoꝝ leuamẽ
nobis impẽdere differas.vbi & tibi ſalutẽ: & no
bis requiẽ/cõditoris clemẽtia mediante ꝓuide
as. Dũ ergo ita mortuus miles Humbertũ allo-
queretur: & ille lõga confabulatione iã ſecurior
redditus: ad reſpondẽdũ vel ad interrogãdum
verba pararet: eius conſiliarius Vvichardus de
marziaco ſtrenuus i ſecularibus miles:ab eccle-
ſia matutino tẽpore rediẽs:ſuꝑuenit.Qui mox
vt limen domus vbi viuo mortuus colloqueba-
tur attigit:mortu⁹qui apparuerat ſtatim diſpa-
ruit.At Humbertus cõdigno pauefactus timo-
re:mortui militis petitioni ei aliquatenus ſubue
niendo ex parte ſatiſfecit: ſeq; pœnitẽtię cauſa
hieroſolymũ iter aggreſſurũ: & ſepulchrũ dñi vi
ſitaturũ profeſſus eſt. Hęc ad ędificationẽ fidei Nota
& moꝝ ſcribẽs quibuſdã hęreticis vel erroneis
noſtri tẽporis hoibus bñficia eccleſiaſtica mor-
tuis fidelibus poſſe ꝓdeſſe vel negãtib⁹ vel du
bitãtib⁹ ad viã veritatis & eccleſię doctrinã: re-
ditũ perſuadere volui: neq; tamẽ ſpe taliũ ſubſi
dioꝝ vitã mortalẽ ſub negligẽtia trãſigẽdã:tali-
bus tãq; lucidis exẽplis admonere decreui. Ec
ce em̃ ſuperna pietas quę miſerũ in inferno ſe-
pultũ audire noluit,ꝓ fratribus rogantẽ. ſi quis
ex mortuis ierit ad eos pœnitẽtiã agẽt: ſed men
tis eoꝝ duriciã pręnoſcẽs reſpõdit ſi Moyſen & Lucę.xvi.
ꝓphetas nõ audiunt.neq; ſi quis ex mortuis re
ſurrexerit credent.eadẽ inq̃ diuina bonitas nr̃is
diebus:nõ quidẽ corpus mortuũ ſuſcitauit: ſed
mortui corporis ſpiritũ vel imaginẽ viuẽtib⁹ ap
parere: eoſq; ad pœnitẽtiã & ad ſibi ſubuenien
dũ admonere & deprecari ꝑmiſit. Ceſſet igitur
iã noxius error:ſpũs fidelium precibus & bonis
eccleſię iuuari nõ credẽs. Excitetur quoq; igna
ua ſegnicies/ alioꝝ poſt mortẽ bonis dormitan
do ſaluari cõfidẽs:ſciatq; ꝑ certo:quia niſi quẽ
opa cõdigna ſaluti pręceſſerint:eũ poſt tranſitũ
alioꝝ ſubſequẽtia bõa ſaluare nõ poterũt. Sed
ſi talia eius opa fuerint; vt gratia dei comitante
dãnationẽ ęternã merito euadere debeat/ iam
ſi quid de reliquo imꝑfectionis remanſerit:tam
ſanctorum mortuorum meritis: q̃ viuentium fi
delium beneficiis.expiari poterit.

¶ Item de alterius apparitione in Hiſpa
nia. Ca..xxviii.

ET quia ſemel Hiſpanias igreſſi
ſumus:quod in eiſdem partib⁹
de re ſimili cõtigiſſe ibidẽ con
ſtituti audiuimus: p̃tereũdnm
nõ eſt. Eſt i Hiſpaniis partib⁹
nobile & famoſum caſtellum:
quod & ꝓpter congruum ſitum:& fertilitatem
adiacentium terrarum,& multitudinem inha-
bitantium incolarum: quibus rebus ꝓxima ca-
ſtella exuperat: vt ęſtimo nõ incongrue ſtella
vocaꝛ.In hoc caſtello quidã burgenſis fuit: qui
Petrus engelberti vocabaꝛ. Hic ſtrennuitate fa
moſus: & ſecularibus rebus abũdans: totã vſq;
ad ſenium fere vitam in ſeculo duxit. Tandem
tactus ab illo qui ſpirat vbi vult, ſeculo renũcia
uit:atq; in monaſterio quod apud Nazarũ ſub
cluniacenſi iure & regula cõſtructum eſt: habi
tum monaſticę profeſſionis ſuſcepit. Quo cum
ego poſt duos annos conuerſionis eius,peruę-
niſſem:audiui eum memorandã viſionem nar

raſſe:cuius qdem fama ad nos añ puenerat: ſed
quis eſſet ei⁹ relator nõ dixerat. Hoc cũ accepiſ-
ſem: vbi eſſet tãtę viſionis relator ſollicitus inqſi-
ui: atq; eũ i quadã cella nazarẽſi monaſterio ſub-
dita ſatiſq; cõtigua cõmorari audiui. Ad quẽ lo-
cũ cũ me itineris neceſſitas pduxiſſet/ vidi hoiem
cui & ętatis maturitas: & moꝝ grauitas: & cũcto-
rũ atteſtatio/ ipſaq; niuea canicies: fidẽ integram
cõſtãter pbere ſuadebãt. Omnẽ tñ dubietas ſcru
pulũ tã a corde meo quã a cordib⁹ oim̃ exclude
re volẽs/ corã venerãdis epĩs: olorenſi & oximẽſi
corã ſociis nr̃is: multę religionis & ſciẽtię pſonis/
Pſal.v. ac quibuſdã aliis cũ cõuenit/ & qđ veritas perdat
oĩs qui loquunť mẽdaciũ oñdens: multaq; ſimi-
lia ad eũ ne mẽtireť deterrendũ adiũgens: vt qđ
certũ de viſione illa ſciebat narraret: nõ ſolũ ad-
monui: ſed etiã in virtute obediẽtię q̃ mihi vt mo
nach⁹ abbati ſubditus erat/ iniũxi. Ad qđ ille qđ
adhuc prorſus nos oẽs latebat adiiciẽs: ego (ait)
iſtud qđ a me q̃ritis ab alio nõ accepi: ſed ĩpe ꝓ-
priis oĩa oculis vidi. Quo audito: multomagis ex
hilarati ſumus habẽtes iã nõ alienoꝝ verboꝝ re
latorẽ: ſed rei ipſius certiſſimũ inſpectorẽ. Vñ ma
gis magiſq; ad q̃rendũ inſtigati: & ad audiendũ
intẽti/ morã pati vltra nõ potuimus: ſed vt qđ vide
rat enarraret: eũ oẽs cõpellere cœpim⁹. Volo aũt
eũ loquentẽ introducere: vt quicũq; hoc legitis,
vel auditis: nõ ſolũ ſenſum verborũ/ ſed & ĩpa ver
ba ab eius ore, vos putetis audire. Tẽpore (iquit)
quo rex Aragonenſis alfonſus, regnum maioris
alfonſi Hiſpaniarum regis iã mortui obtinebat:
cõtigit vbi cõtra quoſdã qui in regione/ q̃ caſtelia
dr̃, ei repugnabãt, exercitum cõmoueret & vt de
ſingulis regni ſui domib⁹, ſinguli illuc pedites vel
equites dirigereť: edicto ſanciret. Eo pcepto co
actus: vnũ ex mercẽnariis mercede mihi ſeruiẽti
b⁹ ſanciũ noĩe, ad exercitũ deſtinaui. Paucis poſt
diebus decurſis, oibuſq; qui expeditioni illi inter
fuerãt, ad ꝓpria redeũtibus: ipſe quoq; domũ re-
uerſus eſt. Nõ lõgo deiceps tẽpore elapſo, more
humano morbo correptus, nec diu cũ morbo lu-
ctatus; defunctus eſt. Inde poſt q̃tuor fere mẽſes
ex q̃ e vita receſſit, dũ apud ſtellã in domo mea
hiemali tpe iuxta ignẽ in lecto iacerẽ: ſubito iã di
ctus ſanci⁹ circa mediã noctẽ mihi adhuc vigilã
ti apparuit. Qui igni aſſidens, & carbones q̃ſi ad
calefaciẽdũ vel ad clarificãdũ huc illucq; reuer-
ſans: multomagis ſe mihi cognoſcibilẽ demõſtra
bat. Erat aũt nudus & abſq; oĩni veſtitu, excepto
puo viliq; tegumẽto: quo velut inhoneſtiora cor
poris obuelabat. Quẽ cũ vidiſſem, quis inquã es
tu? At ille humili voce: ego ſum iquit ſanci⁹ famu
lus tu⁹. Quid inq̃ hic agis? Vado (inquit) caſtellã
iterq; meũ mult⁹ exercitus comitať: vbi, vbi deli-
quimus, ibi & delictis pęnas debitas exſoluam⁹.
Et cur inq̃ huc diuertiſti? Eſt inquit michi ſpes
venię, & ſi miſereri volueris: celeriorem mihi re
quiẽ cõparare poteris. Quõ inq̃? qñ inquit nup
expeditioni quã noſti iterfui: hoſtili iuitatus licẽ-
tia, eccleſiã quãdam cũ quibuſdã ſociis inuaſi: q̃
intus inuẽta ſunt diripui: veſtimenta inſup ſacer-
dotalia mecũ rediẽs aſportaui. Pro quo ſpeciali-
ter diris poenis ſubactus affligor, & remediũ a te
ſicut a dño meo, quãtis poſſum pcibus imploro.
Nã poteris michi ſubuenire: ſi bñficiis ſpirituali-
b⁹ me ſtudueris adiuuare. Rogo inſup vt dñam
meã vxorẽ tuã ex mea pte, mea funct⁹ vice dep̃-
ceris: nec octo ſolidos quos ꝓ ſeruitio meo, mer
cennario iure mihi debebar, reddere iã moreť: &
qđ neceſſitatibus carnis ſi aduiuerẽ reddidiſſet:
aię meę lõge amplius his egẽti erogãdo eos pau
pibus largiať. Iã ego tali eius collocutiõe multo-
magis animat⁹: quid inq̃ de cõciue nr̃o Petro de
iaca nup defuncto actũ eſt? Rogo vt ſi quid de
illo noſti: apias. Illũ (ait) opa mię, frequẽter quidẽ
ſed maxime pteritę famis tpe, paupibus impẽſa/
beatoꝝ requiei adiunxerunt, & vitę ęternę ptici
pẽ effecerũt. Cũq; eũ tã prõpte & facile mihi re-
ſpõdere audiſſem: adieci. Et de bernerio alio cõ
ciue nr̃o, añ paruũ tp̃s ſimiliter vt noſti defũcto:
aliqd tibi notũ eſt? illũ (iquit) infernus poſſidet.
qa ad dirimẽdas lites & iudicio terminãdas huic
villę p̃latus, multa ſępe munerib⁹ aut gr̃a illect⁹
iniuſte iudicauit: & quia cuidã paupi viduę quo
dã tpe baconẽ vnũ qualecũq; vitę eius ſubſidiũ/
crudeliter auferre nõ timuit. Tũc lõge ampli⁹ ad
maiora q̃renda animi feruore ſuccẽſus: adiunxi.
De rege noſtro Alfonſo añ paucos annos defun
cto: tibi aliquid notũ eſſe potuit? Ad hæc quidã
alius in feneſtra capiti meo ꝓxime ſuppoſita re
ſidẽs, noli ait hoc ab iſto q̃rere qđ ignorat, qm̃ re
cẽs ei⁹ ad partes nr̃as aduẽtus: hoc ei notũ fieri
nõdũ pmiſit. Mihi vero cui a die obitus mei qui
quẽnalis cum huiõi ſpiritibus mora, plura q̃ iſte
nouiter nota fecit, qđ de rege q̃ris ignotũ eſſe nõ
potuit. At ego rurſus nouę vocis auditu attonit⁹:
ac videre cupiẽs vocis auctorẽ: cõuerti oculos ad
feneſtrã adiutuſq; lunę ſplẽdore, q̃ lumine ſuo oẽ
tũc domus ſpatiũ clare illuſtrabat: cõſpicio homi
nẽ in inferiori feneſtrę margine reſidentẽ. Quẽ
in eodẽ habitu quo aliũ viderã cernẽs: & tu inq̃
quis es? ego inquit hui⁹ quẽ aſpicis ſoci⁹ ſum: &
caſtellã cũ iſto & multis aliis pficiſcor. Et tu inq̃
de rege Alfonſo vbi dicebas aliquid noſti? No
ui (iquit) vbi fuerit: ſed vero modo ſit neſcio. Nã
aliq̃diu tormẽtis acribus inter reos excruciatus

poſtmodũ a cluniacẽſibus monachis inde ſubla
tus eſt. Exinde vero quid de eo factũ ſit, prorſus
ignoro. His dictis ad ſociũ qui igni aſſidebat ver
ba cõuertẽs ait. Surge: & iã iter incœptũ peragere
incipiamus. Ecce eni iã oẽs vias q̄ intus vel extra
caſtellũ ſunt: ſubſeq̄ns nos exercitus ſocioꝝ im-
pleuit: & iã mꝛtis velociſſime ꝑtergreſſis: vbi feſti
nãter eos ſequi debeamꝰ, vrgemur. Ad hãc vocẽ
ſanciꝰ ſurrexit: & flebili voce qđ prius rogauerat
ingeminãs, rogo iquit dñe, ne mei obliuiſcaris, &
vt dñaꝫ meã cõiugẽ tuã, q̄tinus qđ corpori debe
bat miſerę aię meę reſtituat: oro ſolicitꝰ exhorte
ris. His dictis: ſtati vterq; diſparuit. At ego mox
coniugem iuxta me i lecto dormientem, citata vo
ce exſuſcitãs: priuſq̄ ei qđ viderã vel audierã nar
rarẽ, iterrogaui vtrũ aliqđ ſancio cõmuni noſtro
mercẽnario ꝓ mercede deberet. Qua rñdẽte qđ
ego nõdũ ab ab aliquo niſi a mortoo audierã: ſe
vcꝫ eidẽ ſancio adhuc octo ſolidos debere, neq̄-
quã vltra dubitare potui: cui fidẽ om̃imodam &
mortui relatio, & mulieris cõfirmatio cõferebãt.
Facto mane, octo illos ſolidos a cõiuge accipiẽs:
& de meo qđ cõgruũ viſum eſt addẽs, ꝓ eius qui
apparuerat ſalute paupibus diſtribui, & ſacraruꝫ
miſſaꝝ adiutoria, ei a ſacerdotibꝰ mea p̄ce & ſtu
dio impẽſa: ad pleniorẽ peccatoꝝ eius remiſſio-
nẽ adauxi: hanc tã clarã & cõmendabilẽ viſionẽ,
velut verbũ e verbo exprimẽs, ad ędificationẽ fi
dei & moꝝ tã modernis q̄ poſteris fideli ſcripto
Nota. trãſmiſi: & quãta cautela mortalibꝰ neceſſaria ſit
mortuorũ ipſorũ teſtimonio declaraui. Nõ parũ
aũt, imo maxime veritati huius viſionis atteſtaꝛ.
qđ a mortuo dictũ eſt: Alfonſum regẽ a cluniacẽ
ſibus monachis ſublatũ, & a tormẽtis cõſimiliũ
reorum ereptum. Nã quod oĩbus pene Hiſpanis
& gallis populis notũ eſt, idem rex cluniacẽſis ec
cleſię magnus amicus & benefactor extitit. Vt
enim innumera alia pietatis opera eidẽ mona-
ſteria ab eo impẽſa taceam, magnificentiſſimus
& famoſus rex cẽſualem ſe regnũq; ſuum Chri-
ſti paupibus eiuſdẽ Chriſti amore fecerat, & tã
a ſe q̄ a patre ſuo fredelanno conſtitutũ cenſum:
ducẽtas. ſ. & .xl. viri vncias ſingulis annis clunia-
cẽſi eccleſię pſoluebat. Pręter hæc duo monaſte
ria i hiſpanis ex ꝓprio cõſtruxit: alia a quibuſdã
aliis pſonis cõſtrui pmiſit, & vbi cõſtruerenꝛ ad-
iuuit. In quibus cluniacẽſes monachos ponẽs, &
vñ oĩpotenti deo regulariter ſeruire poſſent: re
gia liberalitate affluenter largiẽs. Et pene emor
tuũ monaſticę religionis feruorẽ ex partem in hi
ſpaniis reparauit: & ſibi hoc ſtudio poſt regnum
tẽporale, regnũ etiã ſempiternũ vti dignũ eſt cre
dere cõparauit. Obtẽperauit benignus regis ęterni

p̄cepto faciẽs ſibi amicos de mãmona iniq̄tatis:
a qbus amicis finita regni villicatione: ſcđm iã di
ctꝰ viſionis tenorẽ: & a poenis ereptꝰ: & in ęterna
tabernacula ſuſceptꝰ ẽ. Quid eni magis illi miſe
ricordi iuſticię cõgruere potuit q̄ reddit vnicuiq;
iuxta operi ſua: q̄ vt ab his eripi videreꝛ quibus
ſubuenerat: ab illis ei mia impẽdereꝛ quibus mi
ſertus fuerat, ab his beatę vitę reſtitueręꝛ, quorũ i
in miſeriis p̄ſentibus vitã: largis ſubſidiis ſuſtẽta
uerat? Vere nõ fallax vox de cęlis a iohãne audi Apo.xiiii.
ta: opa mortuoꝝ ſequunꝛ illos: qđ in iſto non re
ge apparuit, quẽ per opa mię velut p eos quibus
impenſa eſt, a tormentis eripuit: & requiei beato
rum ſpirituum ſpeiauit.

Explicit lib. j. dñi Petri abbatis de miraculis.

Petri Venerabilis in ſecundũ de miraculis Librum: Prologus.

QVoniã ad roborandam fidẽ & mores
inſtruẽdos, miracula nr̃o tẽpore vel cir
ca noſtra tẽpora geſta: quorũ indubia
cognitio daꝛ ſcribere ꝓpoſui: poſtea q̄
p̄miſſa ſunt alia quoq; legẽtibus: vel audiẽtibus
nõ minus vt credo vtilia, adiungẽda ſunt. In qui
bus vt ſupra iã dixi: nullũ tp̄is ordinẽ ſeruo: nul-
lius gñis miracula vito: ſed ſicut ea vel olim didi
ci: vel quotidie a diuerſis & fide dignis diſcere
poſſum: ſcripturę cõmẽdo. Doleo eñi: & ſupra q̄
multis forte credibile ſit, torpori multorũ iraſcor
qui cũ ſciẽtia, literis, atq; eloquio abundẽt: miran
da oĩpotẽtis dei opa: q̄ ſępe in diuerſis terrarum
partibꝰ ad inſtructionẽ eccleſię fiunt: mẽorię po
ſterorũ mandare ſcribendo pigritanꝛ. Et cũ anti
quus mos fuerit: nõ ſolũ apud primos chriſtianę
fidei patres: ſed etiã apud gẽtiles vt queq; digna
memoria literis traderẽt: iſti nec chriſtianoꝝ neo
paganorũ ſtudia imitantes: vniuerſa ſuis tẽpori-
bus accidẽtia: q̄ ſuccedẽtibus nõ paꝝ poſſẽt eſſe
vtilia languẽtes aĩo perire pmitũt. Cũq; dicat deo
diuinus pſalmus: cõfiteanꝛ tibi dñe oĩa opa tua.
hoc eſt laudare de oĩbus opibus tuis: quõ de illis
ſuis opibus deus laudabiꝛ: q̄ neſciunꝛ? Quo mõ
ab his q ea nõ viderũt ſcienꝛ: niſi dicanꝛ? Quõ
in memoria recedentiũ & ſuccedentiũ tẽpoꝝ p-
manere poterũt: niſi ſcribanꝛ? & cũ oĩa ſiue bona
ſiue mala q̄ vel volẽte vel pmittẽte deo: in mun
do fiũt: p̄iꝰ glorificationi & eccleſię ędificationi
inſeruire debeãt: ſi ea hoĩes latuerũt. quomõ de
his aut deꝰ glorificabiꝛ, aut eccl̃a ędificabiꝛ? Ad
tm̃ autẽ iã fructũ influctuoſa huiꝰ ſilentii ſegni-
ties puenit: vt quæcũq; in eccl̃ia dei: ſiue i regnis
chriſtianis: a quadringẽtis vel quingentis ferme
annis facta ſunt; vniuerſa pene nobis & oĩbus

ignota ſint. Tanta enī apparet diſtātia noſtrorū tēporū & priorū: vt q̄ añ quigētos & mille ānos geſta ſunt nobis notiſſima: quę vero exide ipſis quoq; diebus n̄ris acta ſunt: prius ignota ſint. Inde eſt qđ hiſtorijs antiquis ecclīaſticis geſtis, libris multiplicis doctrinę, patrū iſtructiones & exēpla cōtinētibus, abūdamus: eoꝝ aūt q̄ tēporibus nobis cōtiguis cōtigerūt: neſcio ſi vel vnū habemus. Scrutabant̄ priores illi rerū vtiliū diligētiſſimi, etiā apud remotas gētes & ignotas linguas: ſi qđ inde dignū & humanis cōmodis inſeruiēs, poſſint eruere. Vñ ęgyptij grecoꝝ, greci latinoꝝ, latini grecoꝝ & hebreoꝝ ſiue aliaꝝ gētiū linguas & ſcientiā ſtudioſe indagātes, inuicē ſibi, q̄ neceſſaria cognoſcebant: varijs ſcriptis: diuerſiſq; trāſlationibus cōmunicabāt. At ecōuerſo, latini noſtri nō ſolū nulla pegrina rimant̄ ſed nec ſibi proxima cognoſcere: vel alijs ea ſcripto vel verbo cōmendare dignant̄. Sed redeat ſermo ad ꝑpoſita, & ſecundū vires a deo datas: ſi quid dignum vel vtile inuenire potuerit: ad dei laudem vel profectum legentium, modernis vel poſteris manifeſtet.

¶ Incipiunt capitula Libri Secundi.

¶ De oppreſſore eccleſiarum, qui viſibiliter raptus eſt a diabolo. Cap.i.
De illo qui terra obrut⁹, per ſacrificia & orationes eccleſię ab angelo paſcebatur. Ca.ii.
Excuſatio q̄re ſcriptor hoꝝ in narrando nō potuerit ordinē temporum cōſeruare. Ca.iii.
De ortu & adoleſcentia bona dñi Matthęi ep̄i albanenſis. Cap.iiii.
Qualiter venerabili radulpho remorum poſtea archiepiſcopo adheſerit. Cap.v.
Quomō ad monaſticā vitam aſpirans: eccleſiaſticos honores dimiſerit. Cap.vi.
Q̄ ꝑpter celebrē religionis famā cluniacenſiū eligens: apud ſanctū Martinū de cāpis monachi habitū ſuſceperit. Cap.vii.
Qualē ſe in prioratu erga deū exhibuit. ca.viii.
Qualis erga ſubditos fuit. Ca.ix.
Qualis erga oēs ꝓximos vł remotos extiterit. x.
Qualiter a dño Petro abbate cluniacū euocat⁹ ordinem rigidiſſime tenuit. Ca.xi.
De ſchiſmate cluniacenſi per pontiū qui abbas fuerat concitato. Ca.xii.
De fine ſcandali cluniacenſis: & ſapientia dñi Matthęi. Ca.xiii.
Qualiter in ep̄m albanēſem aſſumptus ſit: & q̄ ſancte in eo ſeſe habuerit. Ca.xiiii.
Quod cū adhuc prior eſſet: pecunias a iudęis mutuari prohibuit. Ca.xv.
De ſchiſmate romanę eccleſię: & q̄ viriliter catholicam partem defenderit. Ca.xvi.
De fine ipſi⁹ miris inſignib⁹ glorioſo. Ca.xvii.
De viſiōe q̄ de ip̄o vidit prior ſc̄i zenōis xviii.
De viſione alterius fratris. Ca.xix.
Quomō ſigno crucis dęmones a ſe fugauerit: & de infatigabili ei⁹ ad deū intētiōe. ca.xx.
De reuelationibus ante mortē illi oſtēſis: & gloria quā ſibi paratam vidit. Ca.xxi.
Quā ſctē & glorioſę die ſctō natalis dñi prima luceſcēte aurora de hoc mūdo trāſierit. xxii
De celeberrimis exequiis ei⁹ & tumulatione honorabili i baſilica ſancti Frigdiani. ca.xxiii.
De q̄dā malo monacho, peſſime mortuo. xxiiii
De viſiōe q̄ ſcriptor hoꝝ romę poſit⁹ vidit. xxv
De viſione fratris Enguizonis. Ca.xxvi.
De cuiuſdā pueri vigilātis viſiōe mirabili. xxvii
De inſtitutis cartuſiēſiū monachoꝝ ca.xxviii.
De quodam fratre cartuſiēſi, qui mira vigilans vidit. Ca.xxix.
De miraculo cereorum romanorum in eccleſia matris domini. Ca.xxx.

¶ Incipit liber ſecundus domini Petri abbatis cluniacenſis de miraculis. Cap.i.

¶ De oppreſſore eccleſiarum qui viſibiliter raptus a diabolo, & per aera ſubuectus eſt: ſtupētibus qui aderant vniuerſis. Ca.I.

PRimum igit̄ ad terrorē & correctionē maloꝝ pricipum: qđ matiſconi geſtū eſt: ꝓferat̄. Inſolita qppe res: & præter q̄ tunc oibus vt puto ſeculis inaudita: ibidē cōtigiſſe oim pene indigenarū celebri & publica relatione narrat̄. Eſt aūt eadē matiſcus in finibus regni Francoꝝ: qđ a teutonicorum vel romanoꝝ imperio arar fluuius a lotaringia ſumēs initiū, rodanuſq; in mare mediterraneū hñs ꝓfluxum, diſterminat. Quę matiſcus a quibuſdā oppidū vocata, a quibuſdā vrbis noīe honorata: in priatu lugdunēſi, quitę ſedis obtinet locum. Hęc quantū ad ius eccleſiaſticō, lugdunēſi primatū, q̄tū ad ius ſeculare, Francoꝝ regi ſubdit̄. Hui⁹ vrbis principatū quodā tpe ſub noīe comitis quidā obtinēs ſup ꝑſonas & res eccleſiaſticas execrandam tyrannidem exercebat. Longe enim exuperans aliorū ꝑdonum nequitiā, nō ſolū ex parte eccleſiarū ſubſtātias diripiebat: ſed redditus earum oēs cū ſuis poſſeſſionib⁹, ſibi tyrānica violentia ſubiugabat. Nā canonicos de eccleſiis, ip̄os etiā monachos de monaſteriis ſuis eiciens: terras

oēs,redditus oēs & q̄cūq; eis ad huius vitę ſub
ſidiū a maioribus data fuerāt,immiſericorditer
abſtulit:iuriq; ꝓprio mācipauit.Oſtendunt ad
huc ab incolis antiq̄rū eccleſiarū ruinę:ex qui-
bus ipſe ſacrę religionis cultores eiiciēs:venera
bilia loca, oīpotēti deo religioſe ſeruientiū mul
titudine referta:in eremi ſolitudinē redegit.Ita
ſe totū deo ſubtrahēs:mūdoq; dedicans: gehēnę
& tremēdorū dei iudiciorū oblit⁹: vt euāgelic⁹
Luc. xviii. ille iudex:nec deū timebat:nec hoiem verebat.
Cūq; diu cōceſſa ptāte abuſus quotidie ſe ipſo
deterior fieret:nullaq; iā ſpes correctionis eius
exiſteret:irā aduerſū ſe oīpotentis dei iā nō re-
uocandā cōmouit:atq; i ſe diriſſime exptus eſt
Heb. x. ſcripturę ſacrę ſententiā dicētis. Horrendū eſt
icidere in manus dei viuētis. Et qa neqtia eius
nō occulta ſed publica: nō cū timore ſed cū au
dacia deū ꝓuocauerat: nō latēter ſed publice:
non tm̄ inuiſibiliter ſed etiā viſibiliter: terribile
factus eſt tyrānis principib⁹ in exemplū Nā cū
ſolēni die:matiſconi i ꝓprio palatio reſediſſet:
eūq; multitudo tā militū quā diuerſi ordinis cir
cūſtaret: repente ignotus homo equo inſidēs,
p oſtiū palatij ingreſſus, oībus cōſpiciētibus &
admirātibus: vſq; ad ipm̄ equitando peruenit.
Cūq; ei aſtaret,ſe ei velle colloqui dicens:vt ſur
geret ac ſe ſequeret, non tā monuit q̄ impauit.
At ille iuiſibili potētia cōſtrictus, nec iā reſiſte
re valēs,ſurrexit. atq; vſq; ad oſtiū dom⁹ ꝓceſ-
ſit. Vbi equū paratū inueniēs,eūq; ab eo cōſcē
dere iuſſus:aſcēdit. Cuius ſtati habenas ille arri
piēs,ſtati cū velociſſimo curſu p aera ferri:cun-
ctis cōſpiciētibus cœpit. Cūq; imēſo eius clamo
re ac miſerabili eiulatu tota ciuitas cōmota, ad
tā inuiſum ſpectaculū cōcurriſſet: tā diu eum p
aera currentē attoniti cōſpexerūt: q̄diu natura
li oculoꝝ acie cū ſubſequi potuerūt. Qui cū eū
diu ſuccurrite ciues,ſuccurrite,vociferantē audi
rēt:nec iuuare valerēt:ſubtractus tandē viſibus
hoīm, ęternus qd meruerat factus eſt ſocius de-
monū. Ab hoc tā horrēdo ſpectaculo vniuerſi
ad ꝓpria recedētes: ſicut ſupra dixi horrendū
eſſe incidere in man⁹ dei viuētis,exēplo inau-
dito & miſerabili didicerūt. Hoc ita fuiſſe poſt
cōmanē vti dixi oīm famā: quiddā non quidē
tm̄ mirabile, ſȝ tm̄ mirū nr̄is diebus accidēs atte
ſtat Nā ille de quo ſupraſcripſi tradit⁹ diabolo
comes dū cū ſocio maligno de palatio vti dictū
eſt egrederet:poſt oſtiū muri,palatio illi proxi-
mi tranſitū habuit. Qd oſtiū,ciues ob tantę rei
horrorē & memoriā poſteris cōmendandā lapi
dibus obturauerūt. Qd nup otgerius Vvilielmi
comites p̄poſitus renouare cupiens,& propter
q̄dam q̄ publico vel priuato vſui neceſſaria vi-
debāt, purum facere volēs:cōductis quodā die
operarijs,obicē lapidū ab oſtio remouebat. Erat
autē & ipe ꝓpoſſe ſuo:acer eccleſiarū pſecutor:
& vbi parua occaſio occurrebat,res eaꝝ niſib⁹
diuerſis vexabat. Dū igit hic,operi iā dicto iſta
ret: ecce inuiſibiliter a diabolo raptus,ac vidēti
bus q aderāt multo in aera ſpatio ſubleuat⁹ ſed
cōfeſtim dimiſſus,corruit:eiuſq; corpe grauiter
colliſo: brachium quoq; illi⁹ ſubita illa ruina cō
fregit. Qd vidētes ſocij rurſus foramē oſtij qd
aperire cœperāt, lapidibus obturauerunt: & ad
perennem vtriuſq; prodigij memoriā: clauſura
perpetua dānauerunt.

¶ De illo qui terra obrutus p ſacrificia &
oranōes eccleſię ab angelo paſcebat. c. ii.

Illud quoq; qd ſaluatrici hoſtię, hoc
eſt, ſacroſācto corporis & ſanguinis
Chriſti ſacramēto,non paruum nr̄is
diebus teſtimoniū dat p̄cedentibus
adiungendū eſt. Eſt in gratianopolitano ep̄atu
locus i venis ſubterraneis plurimū ferri hn̄s:qd
multo icolarū & ruſticorū ſudore aſſidue eruit:
ac fornacib⁹ coctū & expurgatū,p circūiacētes
terras fabris ferrariis vel qbuſlibet ꝑ lucro vē-
dit. Inde & villa quā iidē hoies iuxta icolūt:fer
raria nūcupat. Solēt aūt hmōi homies dū terrę
abdita fodiēdo pſcrutant,ſpe maioris lucri lon-
gius ꝓcedere: & p ſubterraneos ſpecus ptinaci
ter maiorē ferri materiā pſcutari. Huic opi dū
quodā tpe quidā ruſticus indefeſſus inſtaret: &
intima terrę viſcera fodiēdo, acriter rimaret, re-
pēte maxima moles terrę delapſa:aditū p quē
ingreſſus fuerat obturauit. Quia tm̄ fodiēdo lō
gius ꝓceſſerat,& multū poſt ſe ſpatij exhauſta
terra inane reliqrat:mortē euaſit:& velut in do
mo clauſa ac validis munitionib⁹ vndiq; circū-
ſepta,egredi quidē nō potuit: icolumis tm̄ pmā
ſit. Sed tenebris tā tenebroſi carceris circūſept⁹
ſpe oīni euadēdi ſublata:ac velut i amplo ſepul
cro ſepult⁹: mortē ipam adhuc viuens:iā ſe cer
nere eſtimabat. Quē iā p aliquot dies nō appa
rentē:vxor ſua mortuū credēs:ad aiam eius ſpi
ritualibus bn̄ficiis adiuuandā cōuerſa eſt. Vn̄ p
annū integrū oīni hebdomada vnā ei miſſam
celebrari a ſacerdotib⁹ faciēs:& p eo panem &
candelā offerēs:ſalutari ſacramēto vt mos ē ec-
cleſię: animę vt putabat defuncti mariti ſubue
nire ſatagebat. Vna tm̄ in āno hebdomada exti
tit: q̄ mulier aliis itēta negociis: miſſam vt ꝓpo
ſuerat marito ꝓuidere neglexit. Et ecce totius
anni pene emenſo tēpore,rurſum foſſores me-
talli officio aſſueto,irrequieti inſtantes,ad locū

in quo iã dict⁹ ruſtic⁹ adhuc viuẽs latebat, paulatim fodiẽdo puenerũt. Quoꝝ dũ voces & malleoꝝ ſonit⁹ iã appropinquãtiũ, ruſticus icluſus audiſſet, quãtis potuit niſib⁹ vociferari cœpit. Cui⁹ illi vocẽ audiẽtes: & vtpote arts illius periti, hoĩs ſubterranei eſſe cognoſcẽtes, ſeſe inuicẽ cohortati ſunt: & ad eũ tãdẽ poſt multũ foſſionis laborẽ puenerũt. Quẽ accẽſis luminaribus curioſe circũſpiciẽtes, illũ eſſe quẽ anno iã pterito ibidẽ obrutũ eẽ ſciebãt: agnouerũt. Admirati, & penevt dignũ erat tãtę rei nouitate ſtupefacti, quõ illic tm̃ viuere potuiſſet, iſtãtiſſime inqrebãt. At ille rñdit. Iſto quẽ nõ remouiſtis terrę obice, foramini p qđ intrauerã obiecto, cũ hoc carcere quẽ videtis retẽtus fuiſſẽ, atq; aliquãtis dieb⁹ ſine cibo & lumine pmãſiſſem, ſubito mihi iam pene deficiẽti cũ pane ſimul & lumine quidã aſtitit, q me cõfortãs & ad cibũ capiẽdũ admonẽs, tetras tenebras illas cãdela quã ferebat: clariſſie illuſtrauit. Eo pane p ſpatiũ ſeptẽ aut octo vbi mihi videbaẽ dierũ refect⁹ totidẽ dieb⁹ ea cãdela illuſtrat⁹: & famis pıculũ euadebã: & huius foſſę tenebras ouitabã. Poſt ſeptẽ vero vel octo dies, ruri⁹ ille q prius cũ recẽti pane & renouato lumine, adueniebat: eaq; michi dimittẽs, cõfeſti recedebat. Hoc p vnius vbi mihi videbaẽ anni excurſum, ꝗquo pene tẽporis iteruallo nũq̃ facere deſtitit: excepto vni⁹ hebdomadę ſpatio, q mihi pſentiã ſuã munuſq; ſolitũ neſcio q̃ de cauſa ſubtraxit. Quo tpe, fame & tenebris valde excruciatus ſũ: quouſq; ruſuꝫ benignus ille vitę meę cõſeruator rediſt, & ſimili ſubuẽtione vitã meã iã morti pximã reparauit Hoc illi ab eo audiẽtes, & qđ p illo vxor eius p totũ illũ annũ fecerat ad mẽtẽ reuocãtes: cũcta ei ptinus expoſuerũt. Deinde hoiem de cauernis illis ſubterraneis educẽtes: vxori pprię vicinis oibus & populo ad tm̃ ſpectaculũ vndiq; cõcurrẽti: mirũ dictu poſt annuã ſepulturã incolumẽ reddiderunt. Qui ſimul cõgregati: & qđ p eo mulier fecerat, & qđ ille de ſe narrabat ſubtilius examinãtes: eiſdẽ dieb⁹ panẽ quo reficiebaẽ, candelã q̃ illuſtrabaẽ, ei in illo ſpecu oblata fuiſſe inenerũt: qbus mulier p eius reqe & miſſam celebrari faciebat, & ſacerdoti miſſam celebrãti: panẽ ſimul & candelã offerebat. Gloriſicãtes ergo dñm, & nõ min⁹ q̃ p mortuo ſuſcitato vere dignũ erat grãs agẽtes: q̃tũ recta fides deo placeat, q̃tũ fideliũ oblationes vel ſibi vel aliis pſint quãtã ſup oĩa ſalutẽ, ſalutaris hoſtia deo oblata dignis opeẽ: luce clari⁹ agnouerũt.

¶ Excuſatio quare ſcriptor horũ, in narrãdo rerum geſtarum non potuerit tempus & ordinem cõſeruare. Ca.iii.

QVod ſępe ſupra faſſus ſum: me in relatione hoꝝ miraculoꝝ nullũ tẽporis ordinẽ ſeruare, nulli⁹ gñis miracula vitare: fixũ ac ſtabile apud lectoꝝ memoriã eſſe deſidero. Tũc em̃ nulla tẽpoꝝ q̃ forte videri poſſet cõfuſione vel pmixtione turbari poterunt: qñ me nõ tẽporum ſeriẽ, ſed rerũ quolibet tẽpore geſtarũ veritatẽ: obſeruare cognouerint. Seruaſſẽ tñ tpa ipſa cũ rebus geſtis: ſi eo ordine, vtrũq; ſimul a relatoribus accepiſſem. Sed qa qñq; q̃ prius facta fuerãt, vltima didici: q̃ poſterius acta, i primis accepi: neceſſitas mihi facta eſt, nõ eo tpe quo res geſtę ſunt: ſꝫ eo tpe eas ſcribere quo relatę ſunt. Inde eſt ꝙ ſupi⁹ quorũdã bonoꝝ monachorũ bonos act⁹ deſcribẽs: cuiuſdã boni & magnificę vitę monachi geſta pteri. Nã poſt aggreſſũ illud opus, aliquãtis iã trãſactis annis, ea ex parte a quibuſdã dignis fide audiui: & q̃ de illo p me ipſum ıpe agnouerã, illũ eius finẽ expectãs qa adhuc i carne viuebat) in quo oĩs laus ſecure caniẽ: ſcribere diſtuli. Iã vero illo feliciter hũanis reb⁹ exẽpto: & deo cui ſemp deuot⁹ adhęſerat, vt dignũ eſt credere cõiuncto: tẽpus eſt aliqua de eo ſcribẽdi, & poſteris ſanctam benedicti hominis memoriam commendandi.

¶ De ortu & adoleſcentia bona domini Matthęi epiſcopi albanenſis. Cap.iiii.

FVit aũt hic nõ obſcuri ſecũdũ carnẽ gñis, ortus ex remẽſi puicia: vtroq; parẽte & nobilitate (vt dictũ eſt) inſignito: & mũdanis opibus locuplete. Hic & i pueritia literis tradit⁹ eſt, & poſtq̃ adoleuit: i laudunẽſi eccña clericale officiũ adept⁹. Hic ſtati a primis annis cõtra multorũ clericoꝝ deprauatũ morẽ, cũ ętate cœpit & honeſtate inualeſcere, & leuitatẽ vł laſciuiã cõſodaliũ fugiẽs & execrãs, qđ prarũ eſt i hmõi hoĩm gñe: famoſis honeſtate ac religione clericis adhęrebat.

¶ Qualiter venerabili Radulfo remorum poſtea archiepo adhęſerit. Ca.v.

INter quos quõdã pbatioris vitę clericũ: remẽſis eccleſię tũc theſaurariũ eligẽs: q radulfus noie: viridis cognomine dicebaẽ: ei ſe ſpecialius religioſa familiaritate deuouit. De hinc rapto eodem radulfo: & in remẽſem archiepm aſſumpto: nõ deſeruit quẽ elegerat: ſed pbatũ vita ac prudẽtia hoiem: religioſus ac prudẽs iuuenis pſeqns aliquãdiu ſub ipſo remẽſis iã eccleſię canonic⁹ pſeuerauit. Gaudebat eius ſocietate religioſus epſ; nec inferiorem ei amoris vicẽ repẽdebat

Cernebat i eo qđ i ſe cognoſcebat:& velut ima
ginē virtutū ſuarū in ipſo amplectebaẜ. Vt eñ
Nota. q̄uidā ſapiēs ait. ſimilitudo moꝝ cōcordiā effi
cit animorū. Et vere. nunq̄ eñ diſſimilia ſibi cō
uenire poterūt,nec in vna ſede diuerſa morari.
Nā diſſimilitudine diſcohęrētia: ſi quis ſine ali
quo ſimili adiūgere tētat:fruſtra laborē iſumit.
Statim enim abinuicē reſiliunt: nec niſi p aliqđ
ſimile ac mediū (vt dictū eſt) cōiungi poſſunt.
Hoc ei i elemētis:hoc i corporibꝰ:hoc i moribꝰ:
hoc prorſus i rebus oibus cōſtat:& luce clarius
eſt.Sic bono ep̄o bonus canonicus bonoꝝ mo
rū viteq̧ honeſtę cōgruētia cōiunctus: paulati
p quotidiana incrementa,ad maiorē religionis
ac ſanctę cōuerſationis amorem ꝓmouebatur.

¶ Quomodo ad monaſticam vitam aſpi
rās:eccleſiaſticos honores dimiſerit.ca.vi.

INde actū eſt,vt diuinꝰ ignis,pectoris
eius de ſcintilla exortus,i flāmas ꝓrū
pere geſtiret: & nō iā ſub illo canoni,
cali,imo pene ſeculari ac fallaci tegmine: ſꝫ ſub
vero ac ſyncero monachoꝝ ordie: deo ſeruire
ꝓponeret. Videbat inſtitutis illis clericorū,ni,
hil ꝓpe religionis ieſſe:multa ibi ſimulari, pau
ca i veritate geri:ambitione,cupiditate,ęmula,
tione cūcta iterturbari: & ſub tōſura vel habitu
clericali: rectiꝰ mercenarios q̄ canonicos poſſe
vocari. Hęc & his ſimilia mortis gn̄a in eis ab,
horrēs,& velut de medio babylonis iuxta vocē
ꝓphetę fugere q̄rēs:adit ep̄m,& familiare ſibi
colloquiū ab eo indulgeri rogat. Quo ipetrato
denudat quidē ex pte animi ſecreta:ſꝫ ex maio
re, ſub ſilētio tecta reſeruat. Timebat eñ:ne ſi
cūcta ep̄o ſe diligēti ꝓderet: dilectione q̄ ei te,
nebaẜ obſtrictus:ſctis eius conatibꝰ idē ep̄s cō
trairet. Et nouerat qdē ep̄m,oino virtutū ſuaꝝ
deſiderare ꝓfectū:ſed velut mēbri alicuiꝰ a cor
pore diuulſionē eiꝰ a ſe timere diſceſſū. Hac er
go de cauſa quicqd de ſeculi abrenūtiatione ꝓ
poſuerat reticens:reliq̄ pādit: & ſe canonicales
redditꝰ minꝰ canonice accepiſſe cōfirmat. Ti,
mere ſe ne a p̄re diuite & ſeculari hoie,ꝑtio vel
p̄ce indecēti, redditus eccleſiaſtici q gratis da,
ri & accipi dn̄t,ſibi ꝓuiſi fuerit:atq̧ cū ſubſidio
corpali,ęternus interitus cōparatus. Et neſciſſe
quidē ſe tales cōtractꝰ :neq̧ accerſitū fuiſſe ad
hmōi cōmertia. Formidare ſe tñ ſola fama ad
ſe plata:ne ſolo noie xp̄ianus dicaẜ: & reꝝ veri
tate Simonis diſcipulus approbeẜ. Debere pa,
trē ſaluti filii ꝓuidere & ne caſu aliquo ouis de
numero gregis ſibi crediti pereat ſatagere. Et
vt (inquit) finē dicēdi faciā.& qđ hucuſq̧ in cor
de meo latuit retegā: p̄bendas oēs redditꝰ eccle
ſiaſticos oēs quocūq̧ mō mihi datos: in manꝰ
veſtrā refundo: & oibus ꝓrius eccleſiaſticis nō
ſpūalibus ſed corpalibus: mihi hucuſq̧ collatis
bn̄ficiis: abrenūtio. Hæc ep̄s a iuuene audiēs:
& innumeros ſenes ac decrepitos multa animi
deuotione eū exuperaſſe gaudēs:in lachrymas
eſt reſolutus:eūq̧ ne id faceret: & ne pro culpa
incerta, eccleſiaſticis bn̄ficiis renūtiaret: horta,
tus eſt. Nō adquieuit ille:ſed i incepto ꝓpoſito
cōſtanter ꝑſeuerās:qđ cœperat perfecit. Renū
ciās ergo tali occaſione eccleſiaſticis negociis,
imo cūctis ſecularibꝰ cauſis: ab ep̄o ei valedicē
te:eumq̧ ad alia ſua negotia mittēte: receſſit.
Nec diu moratus eſt ſed quod de ſua ęterna ſa
lute conceperat: adimplere celeriter ꝓperauit.

¶ Quod ꝓpter celebrē religionis famam
cluniacū eligens: apud ſanctum Martinū
de cāpis monachi habitū ſuſcepit. Ca.vii.

COgitās vero quo diuerteret: vel vbi
cōceptū religioſe viuēdi ꝓpoſitū ad
impleret:cluniacuꝫ elegit. Audierat
nāq̧ ab illo ſuo remenſi archiep̄o: &
añ ep̄atus officiū & poſt:cluniacenſe monaſte
riū p̄dicari. Audierat eum cluniacenſis ordinis
modū & morē,multis laudibꝰ extollentē:aduer
terat eū cluniacēſes inſtitutiōes multis ac diuer
ſis religioſoꝝ inſtitutionibus p̄ferentē. Cōiece
rat nō leuiter i his poſſe falli hoiem, doctū i di
uinis, expertū in humanis,qui pene nichil diui
noꝝ lōgo vſu,ſubtili meditatiōe ignorare pote
rat, qui pene nichil mundanę ſciētię,ne dicā ſa
piētię intētatū reliq̄rat. Huiꝰ ergo credulus ver
bis,religioni,quā ei maxie approbare audierat,
ſe cōſociare decreuit. Sed qđ faceret inquā fer,
uēs & deuota aia,q̄ adeo diuino igne incādue,
rat,vt cōceptā rē diu differre,mortē putaret? vr
gebat eū vt celeriter vota compleret ſpūs:ſed
lōge aberat cluniacus,longe aberat,longū iter
intererat. Timebat ne tāto tēporis ſpatio tētato
ri indulto,a neq̄ hoſte vinceret̃,& cōceptꝰ ſpūs
caſu aliquo extingueret̃. Vñ q̄a vel iō timebat
vel q̄a ſcđm quēdā, cupiēti aīo nihil ſatis feſti,
tinat̃,cluniacū quidē matrē quia remotior erat
tunc nō adiit:ad cluniacēſem tñ filiam q̄ ꝓpior
erat:hoc eſt:ſanctū Martinū de cāpis: greſſū cō
uertit. Et congrue,eſt eñ idem ſancti Martini
monaſteriū,ſuo cluniacenſi monaſterio in ordi
nis,religionis,ac feruoris ꝓpoſito: ꝑ modo ſuo
ita cōſimile, & intm̄ conforme: vt velut ſimula
chrū cerę impꝛeſſum,multis aliis ad cluniacū p̄ti
nētibus monaſteriis: originalis ſigilli imaginē
familiarius rep̄ſentet: & exceptis locorū diſtan
tiis,q̄ ſimul eſſe nō poſſunt:nō diuerſa ſed pror

De monaſterio ſancti Martini de cāpis.

ſusvnũ ſint. Ad hoc ergo cluniacenſe monaſte
riũ Mathęꝰ: non quidẽ de teloneo:ſed de gra
du imo caſu canonico a xp̃o vocatus venit: &
ſe a dño Theobaldo priore:in monachũ ſuſci=
pi rogauit. Gauiſus eſt prior. & vt ſolet in deſpa
tis rebꝰ fieri:pre gaudio,ſerio eũ hoc dicere nõ
credebat. Perſuaſit tandem ei,vt crederet ſead
hoc veniſſe: & vt cito ſuſciperet,cœpit inſtare.
Hora erat ſecũdũ ordinẽ cluniacẽſem incõpe
tẽs:nec i illa aliquẽ ꝓ monacho venientẽ ſuſci-
pi fas erat. Monuit prior Theobaldꝰ Mattheũ
vt ſuſtineret/ & horã congruã q̃ id ꝓ more i cra
ſtino fieri poſſet: p̃ſtolaret. Reſpõdit ille ſe pa-
ti nõ poſſe dilationẽ:habere ſe ſocios/quibus ſi
res quoquomõ innoteſceret:iã deinceps qđ vo
lebat/effectui mãcipare nõ poſſet. Victus prior
rõne:victus iuuenis deuotione, victꝰ maxime
tanti lucri ſi ei nõ cederet amiſſione:libẽs ceſſit
qđ rogabat. Ingreſſꝰ capitulũ cõuocat oẽs,refe-
rat cãm:letant vniuerſi:rogãt id cito fieri. Feſti
nãter adducit cõſpectibꝰ oim p̃ſentat. Voto &
petitione ꝓpria,exuit veteri hoie:induit nouo
regulę monaſticę ſubdđit, corpori monaſterij
q̃tum tũc fieri potuit vel debuit: aſſociat. Par-
uo tẽporis ſpatio emenſo,cluniacũ venit:qđ ei
de ꝓfeſſiõe ſcripta/vel de monachi vſitata bñ-
dictione defuerat:a cluniacẽſi abbate eo ibi bñ
dictio ſupplet. & iam integer corde/ore/habitu
ac vita monachus: ſibi iam pene de monacho
nichil deeſſe:in dño gloriatur.

Qualẽ ſe i prioratu erga dñm exhibuit.c.viij.

REmiſſus p̃cepto abbatis ſui ad mõa
ſteriũ ſancti Martini cũ p ãnos ſeptẽ
clauſtri ordinẽ feruẽtiſſime tenuiſſet:
iuſſiõe eiuſdẽ abbatis ſucceſſit i prio-
ratũ: priore ſuo iã defuncto & ſicut de bono vi
ro ſpes certa ſuadet credere:ad beatę vitę ſtatũ
trãſlato. Vbi qualẽ quantũq; ſe deo, ſubditis:&
qbuſq; ꝓximis ac remotis exhibuerit:vix a me
explicat. Vt qñ hęc tria q̃ ꝓpoſui:ſigillatim exe
quar: exibebat ſe deo ac ſubſternebat vera cor
dis ac corpis cõtritione, p̃teritoꝝ actuũ vel ne
gligẽtiarũ pœnitudine/ mũdi cõtẽptu/ pleniſſi-
mo ac pene ſingulari: inter multa milia mona-
choꝝ i deũ deuotionis affectu. Morabat i clau
ſtro aſſidue cũ fratribus:& poſt plurimos mũdi
diſcurſꝰ/pene velut ea cui adhęrebat clauſtri co
lũna:ſacrę lectionis intẽtus ſtudio.imobilis per
durabat. Vix poterat eũ cõmiſſi prioratus cura/
ſaltẽ ad horã a frm collegio ſegregare:vel ab in
tẽtione ſemel i deũ defixa:quolibet mũdus oc
cupationis ſuę vnco retrahere. Cũq; ſub duca-
tu eiꝰ fere trecẽti fratres:tã intra q̃ extra mona-
ſteriũ.dño militarẽt:eiſq; corpalia ſubſidia ꝓui
dere:vel p ſe vel p alios ex officij debito cogere
tur. Marthę qdẽ iportunas exactiones ex toto
effugere nõ valebat:ſ; tñ toto animi deſiderio:
Marię otio inhiabat. Hinc cõmune clauſtrũ vt
dictũ eſt.cõmune oratoriũ/ cõmunes fratrũ do
mos elegerat:i quibus velut moyſes in taberna
culo a iudeoꝝ lapidibꝰ.ſic ipe a mũdi tumulti-
bus/tutior pmaneret. Et qa cũ ꝓpheta hãc vnã
a dño petierat:vt nõ tm̃ in cęlis:ſed etiã i terris
habitaret i domo dñi oibus diebus vitę ſuę qa
maluerat abiectus eſſe i eadẽ domo dei q̃ habi
tare i tabernaculis pctõꝝ libens morabat i illa.
Ibi frequẽti lectione: aſſidua meditatiõe: feruẽ
tiſſima oratione: deo ſe cõmendãs & vniẽs ſi q
fuerant p̃teritę vitę nęuos fortaſſe non multos
expiabat:& pioꝝ ſtudioꝝ i cęlis theſauros q̃ti-
dianis virtutũ incremẽtis i dies recõdebat. Nõ
relinq̃bat partẽ aliq̃ theorię intactã: ſ; ieiunijs/
vigilijs:ciliciiſq; aſpis corpꝰ edomãs:ſilẽtio:pſal
modia & his q̃ dicta ſunt ſtudiis:de veteri i no
uum hominẽ totꝰ mutari:& ſic a vetuſtate mũ-
di in nouitatẽ Chriſti plenũ ꝓpemodũ trãſitũ
facere ſatagebat. Sacrificus ſup oia diuinis & ſa
cris cęleſtibus totus intẽtus erat:q̃ nõ frequẽter
ſolũ: ſed quotidie deo offerẽs: oẽs qdẽ dignos:
ſed cõgregationis ꝓprię fratres ſpecialiter ſibi
vero cõmiſſos ſpecialiꝰ.illo ſalutari & ineffabili
ſacramẽto,diuię clemẽtię p dies ſingulos cõmẽ
dabat. Imitabat ſicut in quibuſdã aliis:ſic & in
hac diuini ſacrificii quotidiana oblatione:iuſtũ
Iob. De q̃ cũ dictũ eſſet:cõſurgẽs diluculo offe
rebat holocauſta per ſingulos: ſubaudit filios:
poſt modicũ addit. Hoc faciebat Iob cũctis die
bꝰ. Sic iſte cęleſte ſacrificiũ:& ea hora qua Iob:
hoc eſt mane qñ poterat:& quotidie ſicut Iob.
ꝓ ſe:ꝓ ſubditis: ꝓ vniuerſis ad Chriſti corpus
ptinẽtibꝰ:& hoc remedio indigẽtibꝰ offerebat.
Quis tã explicet bonã illã animã oim affectuũ
terrenorũ oblitã:carnẽ ip̃am fere excedentẽ:ad
cęlos multa in ſpecie raptã? quis ſuſpiria? quis
gemitꝰ:qs nõ lachrymas ſed lachrymarũ ibres
vſq; ad imũ quidẽ terrę deſcendentes:ſed vſq;
ſummũ deitatis faſtigiũ cõſcendẽtes? qs plane
animã illã Heſter vocare beatã: cuius a prima
die monachatꝰ:vſq; ad vltimũ vitę exitũ:crimi
na nulla: bona multiplicia & continua : oblatio
agni imaculati qui tollit peccata mũdi p vigiti
fere annos quotidiana? Talem quidem ſe deo
exhibebat. Sed qualem ſubditis.

¶ Qualis erga ſubditos fuit. Ca.ix.

TAlē ſe plane ſubditis exhibuit talē vſq; ad vitę terminum cōſeruauit vt nō ſolum quātum ad dn̄i, ſed etiā quātum ad ſe, miſericordiā & iudicium eidē deo ſecure cātaret. Vt em̄ mihi boni & veraces fratres teſtati ſunt: qui ei multo tempore cōuixerūt, & ipſe ex plurima parte exꝑtus ſum: & miſericors in ſubditos, & iuſtus ſuper oēs pene ſui temporis cluniacēſis cōgregationis priores extitit. & huius miſericordię vel iuſticię multa diebus ſuis & poſt: exempla reliquit. Miſericors ī eos erat: neceſſaria eis ꝓ viribus p̄parando. & vnicuiq; ſecundū apoſtolicā & patris Bn̄dicti regulam ꝓut ōpus erat: multa labore q̄ſita largiendo. Pauꝑ erat domus ſibi comiſſa reb⁹. licet vere multis diues eſſet virtutib⁹. Quę neceſſitas quia ſępe grauiter inſtabat. & cor eius angore & corp⁹ multo ſemꝑ labore fatigabat. Hac de cauſa aliqn̄ proximos. aliqn̄ remotos reges & pricipes adibat. & eoꝝ donis & muneribus: ſeruoꝝ dei freq̄nter indigentiā recreabat. Mos ei erat quādiū domi morabaꝶ: ex p̄cepto quidē regulę: ſed maxime ex dono dei deriuatus, infirmoꝝ, pauperū, hoſpitū inquantū prioratus officiū patiebaꝶ, per ſe ipſum potiorē curam gerere. Cūq; eum recedere inſtans aliqđ negotiū vrgeret; fratres vel in capitulo vel extra conuocans, p̄miſſa inde multa exhortatione, hāc eis curā hoc velut propriū officiū curioſiſſime cōmendabat. Nec ſolū circa hęc tria hoim gn̄a miſericors eius anim⁹ occupaꝶ. Incolumes ipſi, & hij maxime qui labori cōuentus deuoti inſtabāt, miſericordis paſtoris curam frequenter experiebanꝶ. Nichil eis fere deerat ad victum. nihil fatigatis ad requiē, nichil puſillanimitate ſuccumbentibus ad cōſolationem. Oibus & abſq; exceptione: & cum cōgruenti diſcretione pater erat. Iā vero diſcreto rigori iuſticię eius. & multi alij: & nos cum illis qui hęc vidimus, verax teſtimoniū ferimus. In tantum em̄ negligentibus & maxime dānabiliter peccantibus indignabaꝶ: vt corde, verbis & vultu, interiore zeli dei flāma vrgente inflāmatus: in eoꝝ prorſus interitū: ſi neſcireꝶ, inſurgere credereꝶ. Si attēderes, nihil phinees inſolito vulnere libidinoſos pcellens, nichil helias igne cęleſti idolatras cōſumens, irreuerenter peccātibus plus eo iraſci videreꝶ. Vn̄ & delinquētes cluniacēſi more ꝓut iuſtū videbaꝶ, ſanguinolētis verberib⁹ caſtigabat, ferro, cōpedib⁹ & diuerſi gn̄is vinculis coercebat, tenebroſo plærosq; carceri mācipabat, fame valida & ſiti: carnis ac ſpūs ſupbiam cōterebat. aliqn̄ quoq; qđ ſemel tantū quia ſic oportuit feciſſe dicit: ſepultura ꝑpetua cohibebat. Hoc tūc fuit, qn̄ cuidam ſpiritualiter mortuo, caueā ſubterraneā velut ſepulcrū parauit. In quo eū cōcludens: arce illa ſua: qua fratrē viuentē ſpe vitę immortalis q̄ſi mortuum ſepelierat: ad hoc puenit: vt qui ſuper terrā viuere nō poterat: iam ſepultus viuere diſceret Hoc factum eſt. qn̄ frater ille velut ſepultus ad vitā rediit: ipſa ſepulchri ſui corporalis imagine pauefactus: ad vitā ſpiritualē & ęternā a q̄ peccādo alien⁹ factus fuerat: pœnitēdo rediit. Nā licet obſtinatus valde an̄ fuiſſet. frequēti tn̄ patris & fratrū admonitione: ac ſui ſimul ſepulchri cohortatione: vt dictum eſt: malis omibus: & maxime illis ꝓ q̄bus incluſionē meruerat: ex corde renūciauit. & ī humilitate ac cōtritiōe ſpiritus pſeuerās: diē vltimū clauſit. Tale fratris ſpiritualiter mortui & reſuſcitati ſepulchrū a ſepulchro lazari corporaliter reſuſcitati: fortaſſis immo prorſus nō diſſentit. quia Lazarus hūc de q̄ ſermo eſt deſignās: vocatus de ſepulchro ſuo: vitā ruꝛ⁹ moriturā: iſte de ſuo ab eo dn̄o ꝑ mattheū ſuſcitatus: vitā meruit ſempiternā. Hoc iuſticię zelo feruēs: & tot⁹, vt ſic dicā, ignit⁹ famā huius ſui feruoris vbiq; ſparſerat: & negligētes vel fluxos: non ſolū ſubditos: ſed etiā quoſlibet alios ꝓximos vł remotos ſolo matthei noie deterrebat. Exertū ſemꝑ vt olim cherubin: in necem ſcelerū flammeū gladiū p̄ferebat: nec eū a ſceleratoꝝ ſanguine aliqn̄ ꝓhibebat. In hac virtute ita p̄celluit: vt & domū ſibi cōmiſſā ad longe maiorē ſolitę religionis ſtatū pduceret & multa circūpoſita monaſteria: vel abbatias: q̄ a totius monaſtici ordinis feruore lāguerāt: adiutus quorūdā bonoꝝ viroꝝ auxilio: in optimum religioſę cōuerſationis ꝓpoſitum reformaret. Talem ſe vt dictū eſt Matthe⁹ habuit ad ſubiectos. Sed qualem ſe exhibuit ad alios ꝓximos vel remotos.

¶ Qualis erga omnes ꝓximos vel remotos extiterit. Cap. x.

EXhibebat oibus cōmunē tam corde q̄ verbis dilectionis affectū: & in quātum ſalua ꝓpoſiti grauitate poterat: iocundū ſe & hilarē quibuſq; alloquētib⁹ offerebat. Ad oēs quidē iuxta patris Auguſtini verba cōgruū charitas habebat affectū: ad eos vero quos poterat: eiuſdē effectū. Fecerat ea charitatis virtute: monaſteriū ſuum prę cūctis tot⁹ Francię monaſterijs: cōmune vniuerſoꝝ hoſpi

tiũ: & velut gñale abſq; alicui⁹ ꝑſonę exceptio
ne:cunctoꝝ aſylũ. Epoꝝ:abbatũ: nobiliũ etiã
laicorũ quotidian⁹ cõcurſus.monachoꝝ & cle
ricorũ agmina pauperũ q̄ nunq̄ deeſſe poterat
turba domos vniuerſas: hoſpitia cũcta aſſidue
pene replebat. Suſcipiebantur alacriter:nec in
ſuſcipiẽte boni vultus hilaritatẽ: tanta aduenien
tium iportunitas turbare poterat:cui⁹ cor virt⁹
illa quę neſcit quęrere quę ſua ſunt ſed q̄ aliorũ
plenarie poſſidebat. Expẽdebat in his pietatis
ſumptibus:nõ ſolum omnia ſua.ſed & quę mu,
tuo accipere poterat:mlto ſępe cũ fœnore alie,
na. Nã vt omnibus ad monaſteriũ cõfluẽtibus
obſequi:vt omnes ꝓcurare:vt omnibus ſatiſfa,
cere poſſet: extẽdebat ſe ſupra ſe. nec vires pro
prias vel q̄titatẽ facultatis attẽdens.pene ad im
poſſibilia ſemetipſum cogebat. Cũq; plerią; ab
batũ vel epiſcopoꝝ: quoꝝ ego nõnullos agno
ſco:marſupiis plenis immo vt ſic dicã.exundan
tib⁹ gazophilaciis:vix vel buccellã pauperi prę
beant:vel raro hoſpiti oſtiũ aperiãt. hic ecõuer
ſo iuxta apoſtolũ: velut nihil habens & omnia
poſſidens. negare cuilibet etiã quę deerant ne
ſciebat. Inde attenuata domo: exhauſtis omni
bus ipſis: etiã vt hoſpitibus ſatis fieret ſępe:mo
nachis eſurientibus: multo animi angore ſollici
tabatur. Sed rurſus recolens illud ꝓpheticũ. in
quirẽtes dñm nõ deficiẽt omni bono. etiam de
ſubſidiis corporalibus dictũ.& illud dñi. nolite
ſoliciti eſſe.dicẽtes.quid mãducabimus aut qd
bibemus? & aliud.hęc omnia adiicientur vobis.
reformabat animũ ad ſpẽ. & totũ in dño iactãs
cogitatũ.velut plenis horreis: vel cellariis exul
tabat. Nec fruſtrabat̃ diu ſpe ſua.nec ille qui vo
latilibus cęli:quę nec ſerunt nec metunt proui,
det ſeruorum ſuoꝝ obliuiſcebatur. Prouidebat
eis ſępe inuiſibilis prouiſor:per reges ac princi,
pes miniſtros ſuos.atq; rerũ ſuaꝝ: nõ dños:ſed
horarios diſpẽſatores: ꝓuidebat inq̄ eis ſępe ne
ceſſaria: & mlta frequẽter mittebat. Aderat plę
runq; pauperie valida anguſtatis, ac multo ære
alieno oppreſſus: ex improuiſo emergẽs pleno
copia cornu.& mœrorẽ in gaudiũ: egeſtatem in
abundantiã.ſubito transferebat. Sic/ſic magni,
ficus retributor facere cõſueuit:vt quę talib⁹ of,
ficiis expẽduntur: velut ſibi credita pluſq̄ fide,
lis in cõmiſſo. eadem non tantũ duplicata: ſed
etiã cẽtuplicata quãdoq; reſtituat. Hinc erat qđ
inter cęteros principes:qui eũ harũ & ſimilium
virtutũ fama exciti diligebant, quiq; illi de ſuis
multa largiebãtur. Ludouicus rex Francorum.
rexq; angloꝝ Henricus,ſingulari ipſum amore
amplectebãtur. Adeũtem ſe gaudẽter ſuſcipie,
bãt/multo ſuſceptum honore colebant.ac diſce
dentẽ.nunq̄ fere vacuũ remittebant. Hoc maxi
me iam nominatus magnus ille rex Hẽricus fa
ciebat.qui ſicut vniuerſo pene orbi terraꝝ notũ
eſt,cũctos ſui tẽporis chriſtianos principes, pru
dẽtia tranſcẽdit/opibus euicit: largitate ſupera,
uit. Huius Matthęus gratiã:gratia virtutũ ſuaꝝ
familiariter meruerat. Nã eũ ſępe adiens: ab eo
obſequiis honoratus: ac donis regiis oneratus.
lętus ad fratres regrediebatur:eorũq; de inopia
patientiã:huiuſmodi remediis cõſolabatur. Ita
bonus vir:prius deo,deinde ꝓpter deum omni
bus cõplacens:omnibus gratus: & ſibi oẽs tali,
bus vitę vel virtutũ ſtudiis deuinxerat. & ſecun
dũ apoſtolũ ꝓ modo ſuo omnibus omnia fact⁹
omibus cõplacebat. Sicut igitur in ſupraſcripta
diuiſione pręmiſi, deo primũ: deinde ſubditis,
poſt etiam quibuſq; aliis proximis vel remotis.
taleʒ ſe Matthęus exhibuit: tale ſui exemplum
& ſui temporis: & poſt futuris monachis omni,
bus dereliquit.

¶ Qualiter a dño Petro abbate cluniacũ euo,
catus,ordinẽ rigidiſſime tenuit. Ca.xi.

EO tempore contigit neſcio qua
dei voluntate vel permiſſione
ad cluniacenſis cõgregationis
regimẽ:quod nõ dupliciter ſed
ſimpliciter ꝓfero me indigniſſi
mum aſſumi: & tãtaꝝ numero:
tantarũ merito ouium Chriſti curam: inutilem
& improuidũ prorſus opilionem aſſumere. Et
quia famã hu⁹ de quo ſermo eſt ante hoc offi,
cium hauſeram & ea de cauſa eũ iam ex parte
notum & familiarẽ habebã: ad ordinis adiuto,
rium: & ad impoſitę curę ſupportandam ſarci,
nam, ipſo ſtatim primo vocationis meę anno
cluniacum euocaui. Aſtrinxi eũ mihi fortiore
nec vnq̄ diſſoluẽdo amoris vinculo, eiq; ſtatim
ordinis & clauſtri,cuius vt iam dictũ eſt,feruen
tiſſimus erat amator curam impoſui. Succreue
rãt pauloante in magno illo & nobili monaſtici
ordinis agro,reſecanda vel potius euellẽda,vti
libus ſatis cõtraria:& quorũdã quos nominare
nolo: culpa vel deſidia.nam ex maiori parte iã
vita exceſſerũt.plurima extirpanda exorta fue
rant. Ad huius rei adiutorium,magnum hũc &
vineę Chriſti non ſegnẽ operarium,vt iam dixi
accerſiens,inſignem vere eum adiutorẽ exper,
tus ſum. Nã noxia vel ſuperflua quęq; in cibis
in potibus: in moribus q̄ maxime perſequens.
licet ea decauſa multa nũc reticenda paſſus fue

rit:ea tamen ad cōgruū finē, & ſi nō ſtatim:deo
precipue meq; cū quibuſdā aliis ꝑ viribus iuuā
te perduxit. Nec idcirco tamē curā monaſterii
iā dicti depoſuit qm̄ a me quia ſic res exigebat
& cluniaci ordinē tenere:& domui iā dictę ꝓui
dere coactus:nō obedire nō potuit. Erat quip-
pe talis:qui nō vnius tantū virtute dexterę: ſed
& ipſa ſiniſtra;ſicut de quibuſdā ſcriptura ſacra
refert:pro dextera vti noſſet. Et recte. Iuſti em̄
hominis eſt: nunq̄ ſiniſtrā habere: ſed ſemp ea
quę ſiniſtra:hoc eſt aduerſę partis ſunt: in dex-
terā:hoc eſt:rectā cōuertere. Sic expertā homi
nis virtutē:nō vni tātū : ſed gemino oneri portā
do ſufficiētē. vtrūq; eius humerū ſuppoſui: atq;
vt ſcd̄m eā quā in ipſo cognoſcebā gratiā: fratri
bus ſuis aliquantulū abinuicem ſemotis:labore
ſuo proficeret:prouidi. In hoc ſtatu:aliquāto tē
pore decurſo: poſtq̄ certa & vtilis cauſa exegit:
dato ei apd̄ cluniacū ordinis ſucceſſore, ad ſan
cti Martini mōaſteriū:vt pri⁹ regēdū:eū remiſi.

¶ De ſchiſmate cluniacēſi per Pōtium qui abbas fuerat concitato. Ca.xij.

DEhinc non plenis vt michi videtur,
duobus annis tranſactis iſurrexit no
ta illa cōtra Chriſti nauiculā: hoc eſt
cluniacēſem eccleſiā: horrenda tem
peſtas & velut ciuile bellū in re publica noſtra:
vbiq; terraꝝ exarſit. Quod ne priores carpere
videar,q̄tū ad pręſentē materiā pertinet:ſuccin
cte deſcribo. Dn̄s em̄ Pōtius cluniacenſis poſt
ſanctū patrē Hugonē nullo interiecto abbate
ſucceſſor eiuſdē patris vltimo tēpore: de mona
ſterio ſancti Pōtii cluniacū veniens:noua facta
ꝓfeſſione: more taliū de aliis vel de alienis mo
naſteriis veniētum:cluniacenſis monachus fa
ctus eſt. Hic valde iuuenis: a fratribus cluniacē
ſibus ſpe bonæ indolis eius inductis, in abba-
tem electus: magno illi & famoſo viro, iā dicto
patri Hugoni ſucceſſit. Qui primis aſſumptiōis
ſuę annis:ſatis modeſte ac ſobrie cōuerſatus: ꝓ
cedēte tempore mores mutauit: & multis ac di
uerſis caſibus vel cauſis:fratrū pene vniuerſoꝝ
animos exaſperādo :eos paulatim cōtra ſe cōci
tauit Diſſentientes illi ab eo: & quod multa mo
bilitate vel leuitate animi: nullis bonoꝝ cōſiliis
acquiſcēdo. vt dicebāt res monaſterii peſſunda
ret:inter ſe nunc pauci:nunc plurimi: tandē pe
ne vniuerſi murmurabāt. Manſit tamē res aliq̄
diu tecta inter eos:nec ad aures ſeculariū p de-
cēniū fere peruenit. Prorupit tandem eouſq; lis
occultata diu:vt nō ſolū ad circūpoſitos:ſed in-
ſuper ad remotiſſimos quoſq; hui⁹ diſſenſionis
malū pertingeret. & ipſas ſummi pōtificis:ac ro
manę curię aures impleret. His rumoribus dn̄s
Pontius ꝓuocatus:indignationis impetū:quē
in alios fortaſſis deriuare debuerat: in ſeipſum
retorſit:& romā velut pręcipiti curſu adiens: vt
curę paſtoralis ſolicitudine ſolueretur:dn̄m pa-
pā inſtanter orauit. Preerat tunc romanę eccle
ſię:regii ſanguinis nobilitate inſignis:ſed mori-
bus probitate: ac liberalis animi magnificentia
longe inſignior:qui prius Viēnenſi eccleſie pręſ
fuerat: Calixtus papa ſcd̄s. Is in primis:abbatis
Pontii voluntati & petitioni:omnis exhortatio
nis niſu reſiſtens: poſtq̄ eū nō poſſe flecti a pro
poſito vidit: ab omni cura cluniacēſis eccleſiæ,
vt poſtulabat abſoluit. Abſolutus inde,eiuſdē
papę ꝑmiſſione apuliā petiit:indeq; mare tranſ
miſſo:hieroſolymam ſemper vt propoſuerat ibi
dē manſurus ꝑuenit. Papa fratribus cluniacēſi-
bus quod factū eſt:mandans: vt ſibi patrem eli
gerent:authoritate apoſtolica pręcepit. Illi poſt
pręceptū accepto cōſilio:totius religionis, ac re
ligioſę opinionis: virū marciniacēſiū ſoroꝝ pri
orē:venerabilē Hugonē: ſibi pari aſſenſu in ab-
batē eligūt. Suſcepit ſanctus ille,licet valde reni
tens quod imponebatur:ſed vix quinq; elapſis
menſibus:ex hac luce migrauit: & ſic lōga eius
in ſancta cōuerſatione vita meruerat. vt merito
creditur,ad meliora tranſiuit. Fratres & iſto ita
ſubtracto,nouę electioni diem ſtatuūt, ꝓximis
quibuſq; & remotis vt ad diē ſtatutū cōueniāt:
indicunt. Cōgregatur cū quibuſdā epiſcopis &
abbatibus:multus monachorum populus:& in
octauis aſſumptionis beatę virginis: vtinā ſibi
melius cōſulētes in pręſentiū ſcriptorē conueni
unt. Mādāt iā dicto papę hui⁹ ſuę electionis aſ-
ſenſum:& ab eo reſcriptū,hoc quod fecerāt cō-
firmās:ſuſcipiunt. Māſit deinde aliquot annis
res cluniacenſis in pace: & velut ſepultis priori
bus malis: optimo quietis ac bonoꝝ ꝓuētuum
ſucceſſu florebat. Tandē iā dictus Pontius trāſ
marinę habitationis ptęſus:rediēs ab oriēte, oc
cidēti tenebras cōtra morē inuexit. Qui vt itali
am attigit:diuertere romā nolēs: in rauennatiū
partibus, hoc eſt in epiſcopatu taruiſiano: ſedē
ſibi cōſtituit. Ibi monaſteriolo cōſtructo:paruo
q; in eo tēpore demoratus gallias repetiit. Ex-
plorata demū abſentia mea:nā forte tunc in ſe-
cundę aquitaniæ partibus cluniacēſibus nego-
ciis inſiſtebā: fingēs ſe cluniacum nolle venire:
paulatim tamen appropinquabat. Dehinc qui-
buſdā fugitiuoꝝ ſibi adiūctis: armiſq; vulgariū
quos ſibi aſciuerat conſtipatus:cluniacenſibus

portis improuiſas aduenit. Quibus effractis &
venerabili ſene Bernardo priore : fribuſq; aliis
vbi vbi diſperſis: cū ꝓmiſcua illa armatoꝝ mul
titudine: ipſis quoq; mulieribus irruētibus clau
ſtrū ingreſſus eſt . Ingreſſus occupat ſtatim oīa
& eos quos reperit minis terroribus ac tormen-
tis in ſuę fidelitatis cogit ſacramēta iurare. No-
lentes aut expellit: aut duro carceri mācipat. Cō
uertit ſtatim manum ad ſacra: & aureas cruces:
aureas tabulas: aurea cādelabra: aurea thuribu
la: & quęq; alia multa & multi pōderis vaſa in-
uaſit. Rapit & ipſos calices maxime ſacros: nec
thecis vel ſcriniis aureis ſiue argenteis: multoꝝ
martyrū ac ſanctoꝝ oſſa cōtinētibus parcit. Cō
flat ex his & ſimilibus auri pondus immenſum
& eo circūpoſitos milites vel quoſlibet auri cu-
pidos ad bellū raptores inuitat. His ꝓtectus cir
cūpoſitas monaſterii villas & caſtra inuadit, ac
ſibi barbarico more religioſa loca ſubdere moli
ens, ignibus & ferro quæ poteſt cūcta cōſumit.
Abſtinet a nulla belloꝝ ſpecie, rapinis rerū, cę-
dibus hominū: per cōductos ſacro auro milites
vbiq; deſęuit. Cōſumitur ab ipſo initio quadra-
geſimę vſq; ad Kalēdas octobris: tota in huiuſ-
modi pręliis ęſtas: nec ſaltē paucis diebus a tan
ta maloꝝ calamitate reſpirat. Manebat iā dict⁹
Bernard⁹ prior, & nobiles religioſi ac magni vi
ri extra cluniacū vbi poterant, & in locis tutiori
bus: a tātoꝝ incurſu hoſtiū ſeſe pro viribus de-
fenſabant. Sic in ſancta illa & famoſiſſima clu-
niacenſi domo, occulto ſed iuſto dei iudicio, ſa
than ad tēpus laxatus furebat . Sed iuxta librū
beati Iob , qui fecit eum applicuit gladiū eius,
& congruū tantis malis finē: breui impoſuit.

¶ De fine ſcandali Cluniacenſis, & ſapiē-
tia dn̄i Matthęi. Capi xiij.

DEceſſerat iam e vita ſupraſcri
ptus venerādus papa Calixt⁹
nec ſe inferiorē papā Honori
um acceperat ſucceſſorē. Hic
tantę eccleſię tātos tumultus
audiēs: miſſo de latere ſuo le-
gato: dn̄o ſcilicet Petro cardinali. Pontiū & pō
tianos; qui tūc ſic vocabātur omnes: adiūcto ſi-
bi Lugdunenſi primate Hubaldo: terribili ana-
themate cōdēnauit . Data tamē poſtmodū die
vtrāq; partē ad ſubeūdū in pręſentia ſua tāti di
ſcidij iudiciū: literis apoſtolicis euocauit . Obtē
perat ſtatim pars cuncta noſtroꝝ: & inter innu
meros monaſterioꝝ priores: cauſa huius hęc in
teriecta ſunt: iam dictus venerādus Matthęus
aduenit . Adeſt & Pontius licet inuitus cū ſuis:
& denominata die: vt iudiciū ſubeat aduocaī.
Pręcipitur tamen : vt quia excōmunicatus: nec
agere: nec iudiciū canonice ſubire poteſt: prius
ſatiſfaciat: & ſatiſfaciēdo, ſe viculo quo iure vin
ctus fuerat: ſoluat. Mittūtur a papa nūcij: & ex
parte mittētis: vt de tātis malis ſatiſfaciat: iubēt.
Reſpuit ille; nec ſe ab aliquo viuētiū anathema
tis vinculo vinciri poſſe affirmat. Solū eſſe Pe-
trū in cęlis: pręter quem nulli hoc licere fatetur.
Cōmoto multo magis tali eius reſpōſo, dn̄o pa-
pa: totaq; ſimul inde vrbe turbata, nō ſolū excō
municatū, ſed & ſchiſmaticū cūcti ꝓclamāt. Et
quia vt dictū eſt, niſi ſolutus ad iudiciū admitti
nō poterat: ſuos qui cū eo venerāt: vtrū quod il
le nolebat; illi ſaltem ſatiſfacere vellent, reſpon
ſum miſſis dn̄s papa nūciis: quęrit. Qui ſtatim:
ꝓ eius imperio paratos ſe eſſe reſpōdēt . Intrāt
ergo palatiū nudis pedib⁹ cūcti, & reos ſe in cō
ſpectu vniuerſoꝝ fatētes, ꝓtin⁹ abſoluūtur. Ab
ſoluti, cauſā igrediūī, & nihil qđ vel ſibi vel illi ꝓ
quo agebāt, ſuffragari poſſet , intactū reliquūt.
Aſſumit ſibi ex parte alia vocē vniuerſorum ve
nerandus Matthęus & ſapienter de tota cauſa
perorat. Surgit ſtatim auditis partibus papa: &
tota romana curia ſibi adiūcta: ad rē examinā-
dam in partem ſecedit. Moraī diu: redit cū cun
ctis poſt aliquot horas ad ſedem: vt inuentā ex
cōſilio ſententiā ferat: portuēſi ep̄o iubet. Fert
ille iuſſus ſententiā: & vt ipſa eius verba referā.
Pōtium inquit inuaſorem: ſacrilegū: ſchiſmati-
cum: excōmunicatū: ab omni eccleſiaſtico ho-
nore vel officio: ſancta romana & apoſtolica ec
cleſia in perpetuū deponit: & cluniacum: mona
chos: vel cuncta ad idem monaſteriū pertinen
tia: abbati qui in pręſentiarū eſt. cui iniuſte ſub-
tracta fuerant, reſtituit: data ſententia: vniūtur
qui diuiſi fuerant: & velut in momēto: redinte-
grato cluniacenſi corpore: tantus tāq; diutinus
maloꝝ turbo ſedaī. Irruit poſt paucos dies: tā i
victos q̄ in victores : romanus ille peſtifer mor
bus: & pene omnes tam monachos q̄ famulos
in breui ꝓſternit. Inuadit vix elapſo mēſe & do
minū Pōtium: paucíſq; diebus interiectis extin
guit. De cuius fine epiſtolam mihi a ſupradicto
beatę memorię papa Honorio directam: ſi for
te eius notitia vtilis iudicatur: adiūgo. Honori⁹
epiſcopus, ſeruus ſeruoꝝ dei, dilecto filio Petro
cluniacēſi abbati, ſalutē & apoſtolicā bn̄dictio-
nē. Pręterito mēſe decēbri, Pontius viā vniuer-
ſę carnis ingreſſus eſt. Qui q̄uis de malis clunia
co illatis, ſępe cōmonitus pœnitētiā agere nolu
erit, nos tamen pro reuerētia eiuſdē monaſterij

cuius monachus fuerat,eũ honeſte ſepeliri feci mº.Data laterani.Ille quidẽ morbo romano aliquãdiu fatigatus ſic moritur.Nõ parcit idẽ morbus & mihi,& pluſq̃ per dimidiũ annũ,igne vix tolerãdo adurit.Nõ euaſiſſem vt credo ſociorũ caſum,niſi & fratrum oratio,& medicinę cura a quodam ſapiente clerico:multo mihi ſtudio impenſa:iuuiſſet. Euaſi tãdem deo ꝓpitio,ac per ipſius gratiã maximus ille religionis locus,a ſui generis peſſimo turbatiõis & ſchiſmatis morbo mira celeritate conualuit: atq; ad priſtinũ & fortaſſis ex parte meliorẽ.religionis:famę vel rerũ ſtatũ ꝑuenit Digreſſus videor a propoſito.Sed quia rem vt mihi videtur nõ reticendã, & ꝓ futurorꝫ cautela perutilẽ,a ſubſequẽtiũ memoria perire timebã/occaſione dñi Matthęi inuenta: cuius maxime prę cęteris ſtudio/tantũ malũ ſopitum eſt:dicenda ſilendo pręterire timui. Redeat ergo ſtilus ad ipſum,& quæ de ipſo reſtãt, vt cõpetat exequatur.

❡ Quomodo in epiſcopũ albanenſem aſſumptus ſit/& q̃ ſancte in eo ſeſe habuerit. Capi.xiiij.

Cauſa iam dicta tractus ad vrbẽ:ea ſic diffinita : redire cum ſocijs ad ꝓpria feſtinabat.Sed qui neſcientẽ vocauerat deus, reditum impediuit : & quia ſuper pauca fidelis fuerat: eũ ſuper multa vt expertũ diſpenſatorẽ ꝓmouit.Iniũgit ei cũ honore nominandus papa Honorius: maioris honoris & oneris paſtoralem curã/& eũ labori ſuo ſociũ adhibẽs:in epiſcopũ albanũ conſecrat. Prouectus ergo ad ſublimẽ pontificalis ordinis gradũ/& ſuper eccleſię cãdelabrũ/ad lucẽdũ oibus qui in domo dei erãt magnifice exaltatus:nihil de monacho quorundã more dimiſit: ſed ſicut de magno Martino legitur: eadẽ in corde eius humilitas:eadẽ in veſtitu eius vilitas mãſit.Nihil de officijs:nihil de cãtibus:nichil de prolixa cluniacẽſi pſalmodia,quarũlibet curarũ ꝑtextu reliquit.Seruabat in palatio inſtituta clauſtri & mũdo expoſitus:firmo & longo vſu:velut innato religionis ꝓpoſito:a ſecularium vanitatibus ſe quaſi ſepto firmiſſimo ſecernebat. Cohibebat ſe intra ſe:nunq̃ꝗ ſicut de quodã dictũ eſt:magis ſolus q̃ cum aliis: nunq̃ magis negocioſus q̃ cũ ſolus erat. Pręferebat cunctis operibus ſuis: omnibuſq; ſanctis ſtudijs: ſacrificãdi deo illum ſuuꝫ quotidianũ vſum : a quo nec rei familiaris cura,nec multiplex occupatio: nec ipſa cõtinua poſt ſummũ põtificẽ: omniũ eccleſiarꝫ ſibi impoſita ſollicitudo:eũ retrahere poterãt. Cõquerebatur inde ſępius papa:& aliis ad curiã mane ex more cõuenietibus:ipſi ad horã tertiã vix occurrẽti: quod plus nimio eſſet monachus: velut improperabat. Nec hoc tãtũ romę: ſed etiã vbiq; terrarꝫ ſtudioſe ſeruabat. Vrebatur ſępe ęſtiuis diebus acriore italici ſolis ardore/ quod matutinas in his ſacris ſtudiis occupãs horas:extra hi ab eccleſia circa ſextã quãdoq; horãvix poterat.Et quia nõ ſolũ ſimplex:religioſa innocẽtia ſed & prudẽs erat ſingulari ſapiẽtia:mittebatur ſępe a magiſtro:ad diuerſas partes orbis terrarꝫ & vices apoſtolicas in partem ab eo vocatus ſolicitudinis prudenter adminiſtrabat.Nec iuxta modum gratię a deo ſibi collatę:inferior in hac parte erat Dauid,de quo ſcriptura ſacra loquiť: quod ad imperiũ regis ingrediẽs & egrediens: in toto illo regno fidelis extiterit. Non inq̃ inferior extitit : cum ille in illo iudaico: hic in longe ſublimiore chriſtianę reipublicę regno: totas animi & corporis vires cõſumẽdo.fidelis fuerit.

❡ Quod cũ adhuc prior eſſet:pecunias a iudęis mutuari ꝓhibuit. Ca.xv.

ET quia fidelitatis vel fidei eius extollendę cauſa de iudaico regno mentio facta eſt: qđ mẽte exciderat ad hoc probandum ꝑtinens,referať. Hoc eni in ipſis & de ipſis iudęis ꝓbari contigit.Acceſſerat vt ſupradictum eſt.nouiter ad prioratus ſancti Marti curam adminiſtrãdam: & inter cętera negotia, debita monaſterij ipſi a fratribus ꝓponebanť.Requirẽs ille creditores, quoſdã ex ipſis iudeos eſſe cognouit. Statimq; ad fratres iſta ſibi referentes cõuerſus, & vnde inquit hoc vobis:ꝙ chriſtiani & monachi, a iudęis & impijs mutuas accipere pecunias voluiſtis? Quę eni cõuentio Chriſti ad belial,aut q̃ ſocietas luci ad tenebras? vel fideli: cũ infidele?ite ait,ite,& huius improbãdę ſocietatis vinculum,pecunias illas ſoluentes, feſtinãter dirũpite, & iudęis vlterius i ratione dati & accepti, mutui vel depoſiti,vel cuiuſlibet cõmertij,cõmunicare nolite vel cauete. Ad hęc cũ illi reſpõderẽt, nõ poſſe ſe monaſterij paupẽtate cogẽte, a mutuandis iudęorũ pecuniis abſtinere, abſit inquit, abſit nec vnq̃ deinceps ſermo iſte de ore veſtro ꝓcedat.Quo enĩ vultu qua cõſciẽtia:ad altare ſaluatoris Chriſti accedere: qua frõte ad colloquiũ pię matris ipſius venire tẽtabo : cum blaſphemis hoſtibus eius blãditus fuero? Quo modo peſſimis inimicis ipſorꝫ amicus effectus ipſis placere valebo? Quõ illo ore:quo pecunia

rũ vel cuiuſlibet rei cauſa: eis blãditus fuero: ipſos inuocare vel deprecari audebo? Videte igit ne de his vlterius queſtio fiat. Soluite cito quicquid eis debetis: & velut ęterna lege pręfixa: ab vniuerſis eorum cõmerciis deinceps abſtinete. Sic fidei zelo deuotus homo repletus: & contractus illos inhibuit: & quid amoris in intimis cordis ſui: Chriſto dño ſuo ſeruaret: oſtendit.

¶ De ſchiſmate Romanę eccleſię. & q̃ viriliter catholicã partẽ defenderit. Ca. xvj.

Sanctuã erga Chriſtũ & eius eccleſiã fidẽ: maxime illo tẽpore ꝓbauit: qñ ſchiſmaticus furor contra vnius colũbę, hoc eſt eiuſdẽ eccleſię vnitatẽ altare ꝓphanũ erexit. Diuiſa erat, immo diſciſſa/ romana prius, dehinc tota latina eccleſia. & primo ex magna ſui parte: vi & pecunia intruſum leonis filium ſequebatur. Reſtitit ille cũ quibuſdã ſociis fortiter: & quod nõ plantauerat pater cęleſtis: eradicare totis viribus cõtendebat. Ea de cauſa cũ põtifice ſuo: immo cum cõmuni papa Innocẽtio, vrbe expulꝰ/ multaq; iuſtitię cauſa perpeſſus eſt. Inde per Tyberim mare ingreſſus: ad Gallias venit. Vbi primũ ab eodem dño papa Innocẽtio: cluniacẽſi noua & maiore cõſecrata eccleſia: ac gemino cõcilio: alio claromõti alio remis celebrato: totã (excepta parte aquitanię, Galliã: Hiſpaniã) Angliã. Germaniã: ſibi immo Chriſto: ſtudio præcipue Matthęi, papa iã dictus vniuit. In quibus partibꝰ diu Matthęus cũ ipſo cõmoratꝰ: per alpes ad Italiã Piſas vſq; vbi & prius aliq̃diu mãſerant: cũ eodẽ regreſſus eſt. Occupabat adhuc ſedẽ apoſtolicã leonis filius Petrus: & leonini catuli cõtra partẽ catholicã ſęuiebãt. Permittebat hoc Chriſtus: & qui antichriſtũ: ſchiſmaticorũ omniũ caput: in templo dei ſedere pmiſſurus eſt: & ſuos exulare: & ſedẽ petri a nõ ſuis occupari ſinebat. Eapropter mãſit reliquo vitæ ſuę tẽpore Piſis cum Innocẽtio papa Matthęus: nec ei vrbẽ vel ſedẽ propriã reuiſere facultas data eſt. Quo toto tẽpore: in nullo retrocedẽs: ſemp ſeipſo melior virtutum ꝑfectu fiebat: & ſacris ſemper ſtudiis occupatus: q̃to fini propinquior: tanto virtutibus exercitatior apparebat.

¶ De fine ipſius: miris inſignibus glorioſo. Capi. xvij.

De quo eius fine aliqua ſubdere: quia iã rei ſeries vel ꝓceſſus admonet: differre vltra nõ debeo. Poſſent quidẽ adhuc plura de ipſo digna memoria literis tradi: ſed quia hoc occupatio ꝓhibet: illũ ſaltẽ in quo ſuis vel nõſtris diebus: parẽ non habuit, tacẽdum nõ eſt. Nõ ignoro equidẽ, ſuis illis noſtriſq; diebus bonę vitæ multorum bonorum finẽ optimũ ſucceſſiſſe, ſed q̃tum ad aures meas peruenire potuit: nulli iam dicto tẽpore tranſitum: miris inſignibus ſic cõtigit claruiſſe. Miſſus fuerat Bñdictus vir a dño papa pro pace reformãda mediolanum, & maximã poſt romanã Italię vrbem. vnitati eccleſię, a q̃ p Anſelmũ ſchiſmaticũ defecerat, reddere feſtinabat. Dedit cito deus optimũ ſucceſſum eius labori, & multos ligurię popłos: a pace catholica auerſos: matri eccleſię mira celeritate reſtituit. Cõſũmato dehinc vt olim Martinus eccleſiaſticę pacis negotio, nutum ſtatim in ſe aduertit vocantis, & fluxu vẽtris interioribus diſſolutis, viribꝰ corporis paulatim deſtituebat. Paſſus ante fuerat huiuſmodi incõmoditatẽ cluniaci per annũ & graui dyſſenteria liquefactus: multis fratrũ ꝓ eo fuſis deo precibus: vix mortẽ euaſerat. Correptus eſt: itaq; vt dixi, eodẽ morbo: & cũ labore itineris q̃ ardore ſolis: nã tempus tunc ęſtiuum inſtabat, eo inualeſcente: ad defectũ naturę cœpit vrgeri. Reuerſus eſt: tandem Piſas, & per aliquot menſes: vir animoſus cũ hac inualitudine luctabatur. Nolebat licet ęgritudine valde cogeretur lecto decũbere/ nolebat de labore ſolito quicq̃ intermittere: nolebat corpori ſuo vel in modico parcere. Tolerabat cõſtãter apoſtolicę curię labores cauſis eccleſiaſticis nunq̃ deerat. fratrũ ſe ſubtrahere vtilitatibus neſciebat. Diuina obſequia quibus vt ſupradictũ eſt: ſe totũ a puero dedicauerat, irrequietus frequentabat. His totũ more ſuo ſe impendebat: vt q̃tũ ad illa, ſi ęger eſſe neſciretur: ſoſpes & alacer putaretur. Orationes continuę: oculi aſſidue in lachrymas defluẽtes: pſalmodia vt pote cluniacenſis, totũ pene diei noctiſq; tẽpus occupans: cui cor: cui linguã, cui opera/ cui tandẽ ſe totũ deuouiſſet: mõſtrabãt. Illud autẽ illud inq̃ ſingulare ſuum refugiũ, quod omni fere vitę ſuę tẽpore: inſatiabili deſiderio perpetuauerat: altaris dico ſacrificiũ: nulla vis morbi, nulla ęgritudo: nulla debilitas: vt vel vna die intermitteretur. cogere poterat. Pugnabat cũ morbo, ſingulari deuotione pertinaciter: & vt de iã dicto ſuo Martino legit ꝓ modo vel poſſe ſuo: inuictũ ab oratione ſpiritũ nõ relaxabat. Productũ eſt: hoc eius ſalubre certamen. ab Idibus Iulij: vſq; ad Kalẽ decẽbris quo toto tẽpore/ artus lãguore ſolutos: violẽter ſpiritui ſeruire coegit: nec alicuius ſuaſu: ab his diuinis: vel ſimilibus ſacris operibꝰ reuocari po

tuit. Tādē prima aduētus dn̄i hebdomada: omnimodū iā naturę defectū ferre nō valēs: lecto decubuit. Et cū iā nō valde remotū: mortalis vitę ſuę finē inſtare ſenſiſſet: aduocat fratres ſibi obſequētes: vocat & famulos: & benigne illos alloquēs & cōſolās: adiūgit. Oro vos iquit fratres & filii: vt quia me in ꝓximo receſſurū a reb⁹ humanis intelligo: vale dicatis ex parte mea: & affectuoſe ſalutetis: in primis dn̄m meū & patrem cluniacēſem abbatē: priorē & ſubpriorē. Hugonē camerariū: & Arbertū ſacriſtā: totūq; ſimul fratrū noſtroꝝ cluniacenſiū cōuentū, abbatem vizeliacenſem albericū, & priorē de charitate. Specialiter autē intimos & ꝑcordiales filios meos, apud ſanctū Martinū de cāpis deo ſeruiētes quos ego ꝓut melius potui: in dei ſeruitio educaui. Hęc bn̄dict⁹ vir dicēs: nō ſolū q̄tū in deū: ſed etiā q̄tū in frēs & filios hr̄et affectū: oſtēdit.

¶ De viſione quā vidit de ipſo prior Sancti zenonis. Capl. xviij.

Non multos vero ante dies: Prior monaſterii Sācti zenonis, qđ Piſis cōſtitutū eſt: viderat in ſomnis eū de quo agiť: habitu monachali idutū: eiq; puerū venuſtę formę: qui etiā regis fili⁹ dicebatur: adſtare. Preferebat aūt idē puer manib⁹ librū: aureis literis ſcriptū. Quē cū aperuiſſet, venerabili illū Mattheo offerēs: vt legeret ſuadebat. Cūq; ille reſpōderet: qd ſibi lucri de lectione illa prouenturꝰ eſſet: adiecit puer. Percipies inquit huius libri lectione: omnium linguarum notitiam. Qui poſtq̄ legit: interrogatus a puero, hebraica lingua, hebraice reſpondit. Sciſcitatus & gręca, reſpondit eadem. Et puer. Sicut inquit in hisduabus te peritum probaſti: ſic & vniuerſarum diuerſitatem linguarum: te noueris aſſecutum. Dixit hoc, & ſtatim ei regale palatiū: mirabili pulcherrimaq; ſtructura inſignē, monſtrauit: & vt ingrederetur pręcepit. Cunq; ille ſe quia imparatus eſſet ingredi non poſſe reſpondiſſet, adiecit puer. Vade inquit: & vt ingredi poſſis, cito te parare feſtina. Ceſſit ille in partem: & vniuerſis tam ſacerdotalibus q̄ pontificalibus indumentis ſe cito componens & ornans, ad puerum ſtatim reuerſus eſt. Cum quo & alios innumerabiles angelici decoris pueros inueniens: ad deſignatū palatium acceſſit, & omnibus lęta ac ſublimi voce cantantibus: Alleluia. Benedicamus patrem & filium cum ſancto ſpiritu: in illud ingreſſus eſt.

¶ De viſione alterius fratris. Ca. xix.

Aduenerat penultima aduentus domini ebdomada: & frater alius de alio ſancti Michaelis monaſterio: quod itidem piſis eſt, conſpexit ſimiliter in ſomnis venerabilis vitę Ioannem prius camalduléſem priorem: deinde epiſcopum Oſtienſem: velut ad ſe venire. A quo cum quęſiſſet dicens quo vadis domine? ille reſpondit. Piſas venio: vt fratrem meum Albanū epiſcopum aſſumam: & numero noſtrorum adiungam. Scias autem: quod octauo Kalend Ianuarii ad nos venturus: & nobiſcum perpetuo manſurus eſt. Has viſiones: immo ad meritum hominis declarandum reuelationes: earum inſpectores ſicut ante eius obitum viderunt: ſic & ante quibuſdam: & inſuper illi qui hęc michi retulit: bono & fide digno viro retulerunt.

¶ Quomodo dęmones ſigno crucis a ſe fugauerit: & de infatigabili eius ad deum intentione. Capitulum. xx.

Vcceſſerat iam nox dominicę proxime pręcedentis natiuitatem domini: & benedictus vir morbo diutino fatigatus, quieſcētibus ſociis in lecto decumbebat. Et ecce ſubito velut i perturbatam vocem ꝓrumpens, circūiacentes vocauit. Quibus aſtātibus, horribilem malignorum ſpirituū turbam, ſibi apparuiſſe ſeq; valde terruiſſe, narrauit. Ita inquit mihi conſpicui fuerunt, vt mirū mihi ſit, ſi vos latere potuerunt. Qui ſigno quidem crucis a me facto, pauefacti ſtatim diſparuerunt. peſſimas tamen intolerādi fœtoris reliquias, recedentes reliquerunt. Feſtinanter ergo cācellarium domini papę accerſite, & vt me venire feſtinet: rogate. Factū eſt: & cācellario religioſo & ſapienti viro poſt paululum venienti, rurſum quod viderat narrat. Qui ſapiēter eum ne timeret hortat⁹, & cōmunem omnium etiā valde bonorum de ſeculo migrātium, hūc eſſe tranſitum dicens. ſimulq; rei cōgruentia adiungens, bonum virum benigne in domino confortauit: & ad expectādum bona ſpe exitū ſuum: religioſis ſermonibus animauit. Vrgebatur ille magis ac magis morbi grauedine ad extrema: nec vt iā dictū eſt: ſuſpēſo ꝓrſus in cęlū corde: a diuinis officiis vel operibus auocari poterat. Nō nouerat iuxta pſalmū: os eius iā loqui opa hoim: nec aures ei⁹: humana audire patiebanť Si qs ei ſermonē de reb⁹ trāſitoriis afferebat cū nūq̄ ꝓri⁹ reſpōſū redderet: nec audiſſe putabať

Si vero quis de ſpiritualibus ſermonem coram
eo proferret:ſtatim illuc conuertebat auditum:
& velut nichil patiens,paratiſſime reſpondebat.
Quotienſcunq; ad eum epiſcopi: quotiens mo
nachi:quotiēs religioſi clerici, quotiēs ipſi ſocij
accedebāt,totiēs,& vnicuiq; ſuum cōfiteor deo
quod in monachatu ꝓ more didicerat/profere
bat. Cōfitebaẗ ſic omnibus: abſolui poſtulabat
ab omnibns:cōmēdabat ſe omnibns: ſicq; licet
ſancta anima iuxta quod ſcriptū eſt: vt ſanctus
ſanctificetur adhuc/cōfeſſione, oratione:fratrū
abſolutione,magis ac magis ſanctificari cōtēde
bat. Protraxit iſta vſq; ad vltimum vitę ſpiritū
nec optim⁹ diuq; protractus deuoti animi vſus
eo vel parum ſpirante:deficere potuit.

¶ De reuelatiōib⁹ añ mortē illi oſtēſis: & de glo ria quam ſibi prępparatam vidit. Capi.xxj.

OStēdit benign⁹ ſaluator anteq̃ ille ex
toto deficeret:hęc eius oþa: hęc eius
ſtudia ſibi placuiſſe:& q̇ pro his poſt
mortē demigratur⁹ eſſet:ex þte mon
ſtrauit. Iacebat ille in lecto: nocte iā ſecūdā feri
am pręcedente: & nocturnas laudes parū añ tē
pus:quia ſic ipſe iuſſerat:ſocii decātabāt. Et ec
ce circūſonāte vndiq; pſalmodia:ſubito ille rapi
tur:& a ſenſibus humanis alienatus:ipſa vultus
immutatione cognoſcitur.Inſtant fratres acrius
diuinis officiis:& velut tūc defungi deberet: ex
pectāt. Arripit frater Pōtius:multa ei diu ꝓpter
honeſtos mores familiaritate cōiunctus, arripit
inq̃ euāgelium: & ei aſſidēs, paſſionē dñi ſcd̄m
Mat.ſcd̄m Marcū:ſcd̄m Lucā:deuote recitat.
Cūq; his plectis:finē legēdi feciſſet,& vbi eſt:in
quit ille beat⁹ vir.Paſſio dñi ſcd̄m Ioānē? Si pla
cet fili,lege & illā. Vere beat⁹ vir:totuſq; vt ſupra
dixit:ſpū & mēte diuinis intētus:qui nec raptus
ad inuiſibilia,& corporeis ſenſib⁹ pene emortu
is ſacraꝝ rerū obliuiſci poterat. Perlecta igiẗ &
illa quarta ſcd̄m Ioānē paſſionis dñi lectiōe: re-
tribuat iquit tibi omp̄s de⁹ fili: cūcta quidē a te
mihi ſemꝑ impēſa bñficia:ſed ſpecialiter hoc in
ęterna retributiōe ſeruitiū. Noueris autē ꝓ cer-
to me mortuū fuiſſe: atq; ad inuiſibilia & cęle-
ſtia raptū. Eſto ergo ſecur⁹:me amodo hac no-
cte minime moriturū. Vade igiẗ interim,& quie
ſce. Redibis aūt mane facto ad me:& tūc mirā-
da quę vidi narrabo. Indicto tp̄e:rediit ad eum
iā dict⁹ frater cū ſociis. Cūq; pſalmis primę diei
horę decātatis:tēpus iā loquendi adeſſet:ait ad
ſocios. Verba autē eius ab eo latine ꝓlata; nihil
addēs,mutās vel minuēs dicturus ſum Ite inqt
ad dñm cācellariū,& dicite ei vt dicat dño papę
quatinus huc veniat: & eiiciat me de ſepulchro
iſto.in quo iaceo. Et certe ipſe libēter hoc face-
ret, ſi ſciret lectulum qui mihi præparatus eſt.
Nō fuit em̄ lectulus tātę pulchritudinis:tā mirę
ſuauitatis,ſicut ille q mihi ꝑparat⁹ eſt. Ego autē
mortu⁹ in iſta nocte fui,& fui ante dñm meū Ie
ſū Chriſtū:vidiq; beatā Mariā mr̄em ei⁹:& ipſū
Qui cōceſſit michi locū ad pedes ſuos,ibiq; ſe-
debo. Cumq; fratres quibus iſta narrabat,eum
rogarent,vt rerum quas viderat,ſtatum,modū,
vel beatitudinem indicaret,& quis ait:o fratres,
hoc poſſet? quis certe poſſet bonum illud. Feli-
citatem illam,illa ineffabilia,& mortalibus inco
gnita bona narrare? Nō eſt nō eſt, plane aliqs
mortalium,qui hoc poſſet. Seruaẗ inq̃ inter in-
numera q̃ ibi conſpexi,diſciplinę reuerētia ſin-
gularis,cunctaq; ibi ad vnguem ordinata ſubſi
ſtunt. Et cum poſt iſta paululū conticuiſſet:pœ
nitet inquit me, nō quęſiſſe a dño, quid de illa
ſua cluniacenſi domo facere decreuerit: vel qd
de ſtatu illius:penes ip̄m ſit. Reſpōdente vero
fratre ſupradicto ad hec nō eſſe curādū, ſi hoc
tūc a mēte eius exciderit, quia ipſe deo aſtans,
pro eadē domo eū precaturus eſſet,ille adiecit.
Et vere inqt ac libēter hoc facturus ſum,ipſūq;
pro illa,totis animi affectibus deprecabor. Ec-
ce vere mens hominis,ſemper quidem:ſed nūc
maxime dedita deo, a qua poſt ſummū illū: &
ꝑcipuum diuinitatis affectū.amor fratrū ſuorū
& cura:nec in vltimis excidere poterat. Eadem
die ad veſperum vel veſperā:adiit eū viſitatio-
nis gratia: magnę & ꝓbatę religionis vir. Gui-
lelmus ꝑneſtinus ep̄s: & more bonoꝝ infirmi-
tati eius cōpatiens:eum cōſolabatur. Cui venē
rabilis Matthęus,inter cętera retulit. Venit inqt
hac nocte ad me vir reuerendi vultus:multa ac
venuſta: tam capitis q̃ veſtium albedine deco-
rus. Videbatur autem mihi; eſſe de incolis ere-
mi. Qui me de hac domo educens:per pratum
inſigne traduxit: indeq; ante dominum ad-
duxit. Vernabat autem pratum illud per quod
traductus ſum: amœnitate ſingulari, nec ali-
quid ei iocunditatis deeſſe videbatur. Ibi arbo
res omnigenis fructibus grauidæ, ibi rura gra-
minibus viridiſſimis: ac floribus ſuper omnem
decorem pulcherrimis depicta: ibi quicquid vi
ſu delectabile, quicquid olfactui odoriferum;
quicqd ſenſib⁹ vniuerſis iocūdū. De quo ſi qs
vel florē vnū obtinere mereret:oib⁹ vitę ſuę die
bus ſanior,oib⁹ alacrior: oib⁹ fœlicior exiſteret,

Recedente ergo ab ipſo:iam dicto epiſcopo:ve
nit eadē viſitādi cauſa, & Ioannes cluniacenſis
monachus tunc dñi papę capellanus: poſt ve-
ro Peruſinus epiſcopus. & cū eo ſimiliter collo-
qui cœpit. Cui cū diceret, videri ſibi quod in ꝓ-
ximo moriturus eſſet, reſpōdit ille. Nō hac cer-
te, nō hac nocte moriar. Datū em̄ mihi eſt a do
mino: vt ea die qua ipſe de virgine natus ad ho
mines venit: eadē ego ab hominibus recedens:
ad ipſum eius pręuia miſericordia pergā. Vere
miſericors dn̄s: vere ſeruoꝝ ſuoꝝ benigniſſimꝰ
cōſolator, vere iuxta cāticū Moyſi ſeruoꝝ ſuo-
rū miſeret̄. Nō obliuiſcitur cōſolari eoꝝ diutur
nos labores: nec eoꝝ obſequia ſibi deuote im-
pēſa: cōtēnit. Vere ſcd̄m quod ipſe ait: quemad
modū mater cōſolatur filios ſuos; ſic & ipſe nō
ſolū in futura vita: ſed etiā quādoq; in iſta cōſo
latur: delinit: lętificat ſeruos ſuos: vt hic gaudia
ſequētia pręguſtantes: ineffabili dulcedine tra-
hantur: & adhuc in corpore poſiti, toto illuc ani
mi deſiderio rapiāt̄. Noluit em̄ magnā illā mul
titudinē dulcedinis ſuę, quam abſcondere ſolet
timētibus ſe: a Mattheo nōdū a corpore mortis
liberato ex toto abſcōdere: nec ea quę daturus
erat: omnino poſt mortē differre. Pręmiſit inde
ſigna aliqua etiā ante mortē: vt & ipſe ad ea ſpe
randa vel amanda: multomagis animaretur: &
quale illius apud ipſum meritū eſſet: ignoranti-
bus ꝓderetur. Manſit ergo beatus vir: tā pręcla
ris reuelationibus recreatus: alacrior vſq; ad ex
trema. & in dño cōfortatus; ſuā illā horā vltimā
expectabat.

¶ Qm̄ ſancte & glorioſe: natalis domi
ni die: prima luceſcente aurora: de hoc
mundo tranſierit. Capi. xxij.

IAm vero ipſa natalis dñi vigi-
lia: trāſcurſis more ſuo deuote
tā nocturnis q̄ diurnis officijs:
iāq; veſpertina hora inſtāte: do
minicū corpus ſibi rogat afferri
Quo allato: audite iquit fratri-
bus cōfeſſionē meam: & fidei meę hic & in ęter
nū teſtes adeſtote. Confiteor ait: hoc ſacrum
ſaluatoris mei corpus: illud vere & eſſentialiter
eſſe: quod de ſancta virgine ab ipſo ſumpū eſt
quod ꝓ mundi ſalute in cruce pependit, quod
in ſepulchro poſitū eſt: quod tertia die a mortu
is reſurrexit, quod in cęlos aſcēdit: quod ventu-
rū eſt: iudicare viuos & mortuos: & ſeculum per
ignē. Per ipſuꝫ credo incorporari ei, & fieri vnū
cū ipſo, & habere vitā ęternā. Hoc dicēs: refectꝰ
corā fratribus: eodē ſalutari Chriſti corpore: per
carnē illā quę dat vitā in ęternū: ad ęternitatē fu
turam idoneus factus eſt. Cūq; prima ſacrę no-
ctis vigilia aduenisſet: & ſigna totiꝰ vrbis ad no
cturnas laudes pulſari audiſſet: ſtatim tota mē-
te ac voce: in vocē exultationis prorūpens, qua
poterat voce: quo poterat geſtu lentię. Chriſtus
natus eſt nobis: gloria in excelſis deo: ſocijs &
omnibus inclamabat. Angelico vero hymno ſi
cut ad miſſas canitur ex integro decantato: reli-
qua circūſtātibus ad quę nō ſufficiebat dimiſit.
Animo tamen ad illas ſacras dñici natalis lau-
des ſuſpenſus: quoties in cantibus, quoties in le
ctionibus: beatæ virginis matris dñi nomē legi
vel cantari aduertebat: toties oculis ſurſum le-
uatis: toties manibus in cęlū extenſis: vbi mens
eius cōuerſaretur: quo ſancta illa anima raperet̄
mōſtrabat. Iāq; nocturnis laudibus conſumma
tis, dū ſacerdos aſtās ſacro altari: miſſam quę di
citur de nocte cātaret: erexit ſe niſu quo potuit:
& iuuāte ſe quodā fratre: q̄a vires ad ſtandū de
erant: in lecto reſedit. Conuerſuſq; ad dñicā cru
cē quę corā erat: velut ſi in ipa ſaluatorē: vt olim
crucifixū cōſpiceret, ait. Iā o miſericors ſaluator
tēpus eſt: vt quod ꝓmiſiſti adimpleas: & tuo in
ſtāte natali a vita mortali migrandi: & ad te qui
vita es ęterna trāſmigrādi: licētiā cōcedas. Hoc
vltimū verbum poſt q̄ cūctis ſermonibus ſuis fi
nē dedit: in lectū reclinatus: indeq; poſt modi-
cū, ad ciliciū cinere cōſperſum: a fratribus trāſla
tus eſt. Sępe antē eoſdē fratres ante rogauerat:
ne ſe caſu aliquo: niſi in cinere & cilicio: chriſtia
no more mori permitterēt. Timebat em̄: ne qua
libet infirmitatis eius cōpaſſione ducti, hoc prę
termitterent, vel negligerent. In quo ſicut & in
alijs: Martini ſui exēpla & verba ſequi nitebat̄:
qui ſicut omnibus notum eſt: diſcipulis moriēs
prędicabat, nō debere chriſtianum niſi in cine-
re mori. Vbi & Mattheus a ſuis vel fratribꝰ vel
diſcipulis collocatus, horam vocationis ſuę vlti
mam ſuſtinebat. Qua iam inſtante, dum noctis
tenebræ in lucem verterentur: & a monachorū
in eadem eccleſia conſtitutorum conuentu, ad
ſecundam miſſam cantaretur, lux fulgebit ho-
die ſuper nos: Mattheus vere monachus & pō
tifex dei, denſas ęgyptiorum, hoc eſt mundi hu
ius tenebras deſeruit, & ꝑ mortē carnis, ad ſem-
piternam lucem & vitam peruenit.

¶ De exequijs eius celeberrimis, & tumulatiōe
honorabili i baſilica ſancti fragdiani. Ca. xxiij.

FErtur ſtatim iuſti corpus a deuotis vi-
ris in clauſtrū monachoꝝ: & cluniacē
ſi more pſalmodia vndiq; decātatur.

Abluiť vt ſe habet communis mos,& ſcđm qđ
ipſe iuſſerat,ſuo nunq̄ a monacho caruerat cili-
cio prius,dehinc monachali cuculla veſtiť. Ad
dunť a fratrib⁹ ſacerdotalia vel pōtificalia indu
mēta, & his ſacerdos & pōtifex dei,vt dignū or
nať. Accurrit accepto nūcio,& ipſe ſummus pō
tifex Innocētius,atq̧ cū ipo epoꝝ & cardinaliū
totaq̧ romanę eccleſię vel curię plenitudo. Cō
gregatur pene tota vrbs piſana,& illud cernere
illi obſequi: oibus ſuis negotiationibus ante po
nūt. Oſculanť plurimi manus vel pedes iacētis
& ſe ſanctificari tali contactu vel oſculis:nō irri
ta fide cōfidunt. Cōſueuerat vrbs illa:multo q̄ſi
ta labore marina negotia aucupari: & a remo-
tis africę vel oriētis partibus:ꝓtioſa quęq̧ con-
uehere. Impleuerat ſinum ſuū cōgeſtis vndiq̧
multarū gentiū mercibus: & inde cunctis pene
Italię vrbibus ditior effecta gaudebat. Suſcipit
tandem vniuerſis ęgyptiorū opibus ꝑferendā,
miſſam ſibi ab vltimis gallię finibus margaritā,
eaq̧ ſe longe q̄ prius ditiorem eſſe lętať. Oſten
dit i iſto mortuo:q̄tum ꝑponderent terreſtribus
theſauris cęleſtes gazę quantūq̧ inops Chriſti,
etiā poſt mortē:opes viuentiū antecedat. Iace-
bat ille extinctus:neq̧ aliquid in mūdo vel poſſi
debat:vel ſentiebat. Venerabanť tñ eum viuen
tes.reuerebanť potentes: efferebāt laudibus lo
cupletes. Diſcernūt etiā amatores mūdi. & ipſis
obſequiis q̄ ſanctis impēdunt diiudicant:q̄tum
ſubiaceant terrena cęleſtibus:humana diuinis,
fugitiua ſempiternis. Seruatū eſt: corpus vene-
randi hominis,toto illo die natalis dñi: & pſal-
mis ac deo fuſis precibus frequentatū. Sequēti
die, hoc eſt,in feſto magni illius matris Stepha
ni: obtulit pro eius ęterna requie: iā dict⁹ papa
Innocentius ſolēne deo ſacrificiū:& deuote ſu-
pernam pietatē:pro pontificis laboꝝ ſuoꝝ cō-
participis requie:implorauit. Fecerūt idē & epi
qui forte tunc aderāt: & ſimul omnes fuſis deo
ꝑcibus: euntem ad peregrina coeꝑm deduxe-
rūt. Tandē circa horam diei ſextam: ꝑmiſſa ab
omnibus chriſtianę ſepulturę agēda, aſtāte in-
ſuper clero & populo ciuitatis pene vniuerſo.
in eccleſia ſancti Frigdiani olim Lucenſis epi-
ſcopi,quę Piſis habetur,vir vita,morte,famaq̧
venerabiliter ad ſepulchrū delat⁹: ac tumulat⁹
eſt. Septem deinde annis exactis:cum ad vrbē
proficiſcerer:cauſa reformandę pacis inter piſa
nos & lucenſes,ſpecialiter tñ eius tractus pia re
cordatione,piſas adij. Secūda dehinc aduētus
mei ad illam vrbē die, cum ſociis ad chariſſimi
mei ſepulchrū acceſſi,eiuſq̧ ſacros cineres vt di
gnū erat viſitans & honorans,ſalutarē ꝓ eo ho
ſtiā obtuli. Et licet eius meritis multo magis me
iuuari poſſe cōſiderem:oipotenti tñ creatori,ac
benigniſſimo redēptori,vnanimē mihi dum in-
ueret hoiem,quātis tunc datū fuit ꝑcibus & fle-
tibus cōmendaui. Requieſcat ergo per immen
ſam ipſius oipotentis miam in ꝑpetua pace: fi-
delis: deuota & accepta deo aia, fruaturq̧ perē
niter fructu bonorum operum ſuorum:nec obli
uiſcatur apud deū ſe diligentium, fratrum & fi
liorum ſuorum.

¶ De quodam malo monacho peſſime
mortuo. Cap.iiii.

POſt illa mirādaopera vel ſigna, quę
ad legentium vel audientiū ſpiritua
lem ędificationem,ſupra ꝑmiſſa ſunt
ſequať & iſtud, qđ poſt vniuerſa illa
me cōperiſſe contigit. Nec ſolū me poſt illa hoc
comperiſſe contigit,ſed inſuper poſt illa omnia
ꝓueniſſe accidit. Fuit in monaſterio lehunenſi,
eccleſię cluniacēſi ſubiecto, frater quidā nomie
& habitu monachus:ſed vita & moribus mona
ſticę conuerſationi & ſanctitati non parum ad-
uerſus. Hic ſtrenuus & ꝑſpicax in humanis:he-
bes & obcęcatus erat in omnibus fere diuinis,
& ad monaſticū ꝓpoſitum ꝑtinentibus rebus,
Corripiebať ſępe a priore ſuo: & a religioſis fra
tribus in iā dicto monaſterio cum eo ſimul mo
rātibus, & multa ꝓpter exceſſus ſuos frequēter
tam verborum q̄ verberum ſponte vel inuitus
probra ac iniuris tolerabat. Videbať aliqñ in eo
ꝓficere ſpiritualium cura medicoꝝ: & ſpiciete-
nus conuerſus a prauis ſtudiis putabatur. Sed
paruo interiecto tēpore:nō ſolū in nullo melior,
ſed inſuper omni ſpreto cęleſtis medicinę labo
re:ſeipſo deterior apparebat. Producta eſt hæc
eius ꝑtinacia multo tēpore: nec alicuius ſtudio
finiri potuit:quouſq̧ eo indurato: ille qui attin-
git a fine vſq̧ ad finem fortiter:congruum tam
diuturnis malis finem impoſuit Depoſitus erat
ab exteriorum adminiſtratione,merito culparū
ſuaꝝ:& inuitus ac murmurās: regularibus clau
ſtri ſeptis retinebatur. Non potuit tandem pati
tam odibilē ſibi clauſurā:& diabolico dolore ſti
mulatus,carceris ſui iniurias in priorem vel fra-
tres ſuos caſu aliquo refundere geſtiebat. Erāt
ꝓpe ipſam eccleſiam,horrea,ad recōdēdas fru
ges monaſterii ꝑparata. Cōcluſerant intra eadē
prior ac fratres ſuum pene totius anni victum:
& tā ad eſum q̄ ad potū ſibi ex ipſis frugib⁹ ne
ceſſaria pręparauerant. Nam quia terra illa pa-
rū vini fertilis eſt nō ſolum panē ad edendū ſed
& ceruiſiam ad bibendum: ex ipſarum frugum

ſucco cõficere ſoliti erant. In hęc fratrũ victualia
neq̃ ille exarſit. Et arbitratus mala q̃ ꝓ ſceleribꝰ
ſuis a fratribus ꝑpeſſus fuerat, dãnis eoꝝ ſe eis
optime recõpenſaturũ, igne horrea ꝑdicta ſuc-
cendere parat. Vñ claues clauſtri fur nocturnus
furatus, de clauſtro egredit̃, & vniuerſoꝝ abſen-
tia explorata, occulte ignẽ horreis inijcit, ſic qa
ad clauſtrũ nullo ſciẽte regredit̃. Iãq; frs matuti-
nis ꝓ more finitis laudibꝰ, ad ſtrata ꝓpria reuer
ſi fuerãt, & ecce imiſſus a monacho ignis paula
tim ſuccreſcẽs, in manifeſtas ſubito flãmas eru-
pit. Exclamat ille ſacrilegus primus: & velut in-
nocẽs & inſcius facti: q̃ſi ad extinguendũ cum
alijs accurrit. Laborãtibus tñ cunctis & ad flam
mas extinguẽdas ꝓ poſſe occupatis: reſpicit ille
nec adiuuat, & velut vltioni cõgratulans, ocio-
ſus ſpectator aſſiſtit. Nõ tulit hoc in longũ diui
na cẽſura: nec vt de ſimilibus ſolet tñ nefas i po
ſterũ punire diſtulit. Mox eñ eũ ꝑcutienti an-
gelo tradẽs, inuiſibilia gladio peremit: cũctiſq;
quid aderant vidẽtibus: morte ꝑſenti pariter &
ęterna ꝓſtrauit. Fratres tam ſubita & horrenda
eiꝰ morte ꝑterriti, eliſum ad terrã iãq; exanimẽ,
in manus ſuſcipiunt: atq; ad abluendũ ꝓ more
deferũt. Iãq; illo ad lauandũ nudato clauẽ quã
pauloante furatus fuerat, eum nephãda manu
adhuc tenẽtem reperiunt. Placuit ita deo & ad
corrigẽdos pertinaces in malo homines, ſic diſ-
poſuit. Nã cũ vitali ſpiritu recedẽte, mos ſit vni
uerſa corporis membra diſſolui, manũ mortui
huius ad retinendã clauẽ quã ad tñ ſcelus ꝑpe
trandum furata fuerat: tenacem reddidit. Fecit
hoc ne vindicta tãti ſceleris caſui deputaret̃, fe-
cit: vt virus eius notũ fieret: vt maiore miracu-
lo ſeipſum ne q̃ ille qđ viuẽs noluerat: mortuus
ꝓderet & vt omnes ad quos tam peſſimi crimi
nis fama pertingeret: a conſimili opere deterre
ret. Iã dictę igit̃ clauis & aliaꝝ quas nũc reticeo
rerũ indicijs, de tãti mali auctore certificati fra-
tres: cadauer illud cuius animã iã infernus poſſi-
debat: vtpote furis: ſacrilegi: incendiarij: excom
municati: a conſortio ſanctorum corporum ex-
pulerũt & procul extra Chriſtianum cimiteriũ
proiecerunt.

¶ De viſiõe quã ego Romę poſitꝰ vidi. c.xxv.

Licet autem propoſitum meum
ſit, vt in narrandis huiuſmodi
miraculis aut nũq̃ aut raro ſom
nia admittam: quia frequenter
aut falſa ſunt aut dubia: quod-
dam tamen ſomnium inter hęc
quæ narro miracula: quia fide dignum videtur
admiſi. Nam vt ſanctus pater noſter Odo in vi
ta ſancti Viri Geraldi ſcripſit: ſomniorum viſio
nes nõ ſemꝑ ſunt inanes. Probat hoc pẽtateucꝰ
in primo geneſis libro: ꝓbat & ipſum vt cunctis
notum eſt euangeliũ. Audite ergo ſomniũ meũ
quod vidi. In primordiis põtificatus dñi papę
Eugenii, ad viſitandũ tam ipſum q̃ communẽ
matrẽ Romanam eccleſiam, romam adii. Illuc
perueniens: apud cardinalatum ſanctę Marię
nouę: quod iuxta antiquũ romuli templum con
ſtructum eſt: hoſpitium ſuſcepi. Ibi dum nocte
quadã quieſcerem: ecce vir venerãdę vitę domi
nus Guilielmus qui nuꝑ de vita exceſſerat: mi
chi dormiẽti viſus eſt in ſomnis aſtare. Et quia
ſequenti narrationi hoc neceſſariũ eſt: quis iſte
vel cuius vitę fuerit, quo inſuper euentu ex hac
vita migrauerit, breuiter miſerendũ eſt. Fuit hic
iuxta carnem nobilis iuxta ſpiritũ lõge nobilior
a primis adoleſcentię annis religionis amator,
in qua q̃diu aduixit: hoc eſt fere vſq; ad ſenectu
tem, bonis meliora ſemper addendo: profecit.
Angelicę monachus mũdicię ſingularis in pau
peres & deſolatos miſericordię. Zelo dei cõtra
negligẽtes, & maxime cõtra grauiter delinquẽ
tes totus igneus, exceptis nocturnis & occultis
vigiliis dimidiam partẽ diei quotidianis oratio
nibus & lachrymis pene ſemper occupans. Et
licet hæc principaliter de eo ſcribam: qa in his
his ſpecialius effulſit, nõ tamen ſola hęc de ip̃o
vel in ipſo cõmendo. Nam quantum facultatis
& ſcientię in eo fuit, iuxta morem & modũ clu-
niacenſis ordinis ac ꝓpoſiti: ſacris ſemper etiã
aliarum virtutum exercitiis inuigilauit. Hoc me
rito, & quia pręter hęc quę dicta ſunt i exterio-
ribus adminiſtrandis multã a deo ſibi collatam
gratiam obtinebat, multis eum & magnis mo-
naſteriis diuerſo tẽpore vt res exigebat: pręfe-
feci. Vnde anbertę caroloco, celſinaniis Silui-
niaco, ipſi tandẽ cluniaco, a me in priorem præ
latus, indeq; in abbatem moyſiacenſem aſſum-
ptus: vbiq; iam dictaꝝ virtutum ſigna impreſſa
reliquit. Caſu dehinc interueniẽte quem nomi
nare nulla neceſſitas cogit, dãs locum ire a loco
illu receſſit, & cluniacum rediit. Vbi aliquanto
tẽpore camerarii hoc eſt fratrũ ꝓcuratoriis offi
cio functus, ad vltimum ad prioratus admini-
ſtrationem earum locuꝫ remiſſus eſt. Illic aſſue
tis religionis & diſciplinę ſtudiis toto conatu in
tentus: dum nulli prorſus in cauſa dei parceret:
Zelo vt iam dixi iuſticię totus ignitus, a quodã
nequiſſimo qui ſibi ꝓuenire timebat quod de
aliis delinquẽtibꝰ ab eo fieri cernebat: inſidias

paſſus, venefica fraude extinguitur. Talē vitæ
terminum ſotiitus bonus vir, regno cęlorum di
gnus factus eſt, cōiunctus illis vt iuſtum eſt cre
dere, de quibus Chriſtus veritas ait, beati qui ꝑ
ſecutionem patiūtur propter iuſtitiam : quoniā
ipſorum eſt regnum cęlorum. Vnde quia nō ſo
lum ꝓpter iuſtitiam perſecutionem paſſus eſt,
ſed etiam qđ maius eſt, propter iuſtitiam mor-
tuus eſt, merito dignus iudicatur regno cęlorū
Fraus ergo qua tātus vir vitę ſubtractus eſt, qui
buſdam indicus anteq̄ romanum iter aggrede-
rer: ad me delata, in quęſtionē verſabatur. Sed
itineris acceleratio: quęſtionem impediens: ad
finem rem perducere non permiſit. Ita interim
de tam nefanda re anxius & dubius: propoſitū
iter incœpi, & romā vt ſupraſcripſi perueni. Ibi
loco, tempore, modo quo dictum eſt, venerabi
lem Gulelmū mihi adſtare conſpicio. Quē cū
viderem valde gauiſus ſurrexi, & multo cū affe
ctu amplecti eum & oſculari cœpi. Licet autem
altus ſopor exteriorum ſenſuū officia occupaſ-
ſet, vigebat tamen velut in vigilante memoria,
meq; dormire dormiens non ignorabam. Nec
illud mente exciderat, illū qui videbatur, in ſom
nis videri: nec eram immemor ante nō multum
tēporis mortuū, & dolo quē ſupra ſcripſi extin-
ctum. Quodq; magis mirum eſt, & illud neſcio
qua vi occulta naturę ſtatim menti occurrit, nō
poſſe mortuū diu cum viuente morari, nec pro
lixum ſermonem miſcere. Vnde priuſq̄ recede
re virtute inuiſibili cogeretur interrogare illum
feſtinanter de quibuſdā decreui. Quę tū vt nō
phantaſtica ſed verax q̄ apparebat viſio videre
tur, nequaq̄ prius ꝓmeditatus fueram, ſed tunc
ea dormiens nutu vt arbitror dei nouiter menti
occurrētia, cogitare incipiebam. Quatuor ergo
quædam quæ neſcio vnde dormienti occurre-
bant: interrogando ei propoſui. Quomodo inq̄
vobis eſt domine prior? vocans eū non ex pro-
prio nomine: ſed ex officio. Ad quod ille breui
ter vt fuerat ſemper breuiloquus, ac bis vel ter
ex more verba replicans: reſpōdit. Multum ait
mihi bene eſt, multum mihi bene eſt. Huic pri
mę interrogationi ſecundam ſubiunxi. Vidiſtis
adhuc dominum? & ille. Aſſidue video, aſſidue
video. His duabus: & tertiam addo. Eſt ne inq̄
certum quod de deo credimus, eſt ne abſq; du
bitatione: vera fides quā tenemus? Nihil ait ita
verum, nichil ita certum. Et quarto. Verum eſt
aio: quod fama refert: verū eſt quod multi opi-
nantur, quoſdam quos ipſe non ignoratis frau-
de ſua ac veneficio vos occidiſſe? Verū eſt in-
quit: verū eſt. His dictis, & ipſe diſparuit: & ego
euigilans ea quę videram recolere & admirari
incipiebam. Interim dum hæc agerē: & viſa me
morię cōmendarem: rurſum ſomno opprimor:
& ſicut in hyemalium noctium ꝓlixitatibus: nā
dies aduentus domini tunc inſtabāt: iterum ca-
put od dormiendum cōpono. Nec mora, adeſt
qui ſupra: & ſe eodem modo quo prius oſten-
dit. Occurro & ego illi non ſegnius q̄ ante: & vi
ſionis pręmiſſę omnino immemor: amplecti eū
& oſculari vt prius cœperā. Quid multa? Nichil
plus minuſue in animo meo: nichil plus vel mi-
nus in ore meo: in hac ſecunda viſione fuit q̄ in
prima fuerat. Eadem quæ ſupra interrogo: ea-
dem q̄ ſupra audio, de ſtatu ſuo, de viſione dei,
de certitudine chriſtianę fidei: de morte ſua: or
dine quo ꝓmiſi a me interrogatus: eadem nec
pauciora reſpondit. Huic tamen ſecundę viſio
ni: in fine aliquid additum eſt. Mox enī vt dixit
ſe vere dolo falſorum fratrum extinctum: in fle
tus amariſſimos vt mihi in ſomnis videbar pro
rupi: & quia iam de facto non dubitabam: tan
tum nefas inſatiabilibus lachrymis deplorabā.
In fletibus iſtis euigilans: oculos humectos ge-
naſq; meas recētibus lachrymis tepentes inue
ni. Vt vero huius viſionis vel ſomnij indubia ve
ritas commendaretur, regreſſus ab vrbe atq; ad
galliam noſtrā rediens & cluniacem perueniēs:
q̄ de morte ſancti viri ſuſpicatus fueram: ipſius
nefarij parricide publica cōfeſſione: vera fuiſſe
ꝓbaui. Quē gehenna digniſſimū: quia gladio,
laqueis, ignibus, vel extremis nefandorum ſup
pliciis: eccleſiaſtica pietate prohibente, punire
nō poteram: exilio perpetuo quod pene ſolum
licuit, infernalem proditorem dānaui. Nam ſa
croſanctis euāgelijs adhibitis, compulſus eſt in
publico cluniacēſi capitulo me pręſente iurare
quod tranſactis tribus ſibi a me pręfixis menſi
bus: nunq̄ deinceps intra terminos vniuerſam
galliam cōcludentes maneret: ſed extra illos lo
cum ſaluti ſuę aptum requireret: & in inuento
loco deo ꝓ peccatis ſuis digne ſatiſfaceret. Hęc
ſupraſcripta viſio licet in ſomnis apparuerit: id-
circo mihi fide digna videtur: quia & dormien
tis tam integra in tantis (vt dixi) memoria: & ite
rata ac per oīa primę ſimilis ſecūdę viſionis prę
ter illud quod in vltimo exceptū eſt forma: atq;
ipſius deteſtandi hominis publica cōfeſſio: nō
non falſam ſed veram eam vt arbitror omnino
demonſtrant.

¶ De viſiono fratris Enguizonis. ca. xxvi.

SVbiungatur & huic viſioni altera: quę
q̄uis in ſomnis vt illa apparuerit: verā
tamen ſe fuiſſe: ip̄o rei exitus compro
bauit. Venerat cluniacum meo tēpo-
re cōuerſionis cauſa nobilis vir Enguizo nomi
ne: & vt i primordijs ſuis erga diuina magis ex
erceri aſſueſceret; locum quieſcendi ad ſeruien
dum eccleſię: in eccleſia ſuſcepit. Vbi dum qua
dam nocte dormiret; videt quēdam olim cōmi
litonē ſuum qui Petrus dicebatur de Rocha; qđ
caſtrum in Gebēnenſi dioceſi ſitum eſt. Defun
ctus vero fuerat iam dictus miles i hyeroſolimi
tano itine, e ante non multum tempus: ſed eius
obitum ſupra nominatus frater penitus ignora-
bat. Nondum enim vel tenuis fama mortis eiꝰ:
ad eum peruenerat. Viſus eſt ergo ei vt dixi iā
dormienti in ſpecie illa qua eū in ſeculo videre
conſueuerat. Gauiſus eſt frater: & vt optime no
tum ac familiarem; eum alloqui familiariter cœ
pit. Quid eſt: inquit? quomodo te habes? Ego
ait ille: in trāſmarino itinere quod te vt noſti cō
ſcio cœpi: defunctus ſum. Et frater. Quid eſt er
go & de ſocijs qui illud iter tecū aggreſſi ſunt.
Illi inquit & illi: iam de vita exceſſerunt: illi vero
& illi: adhuc ſuper ſunt. Quomodo īquit tibi eſt
in ſtatu illius vitę: ad quā trāſiſti? Ad hęc ille. Be
ne ait mihi eſt quia miſericordiā quā a deo ſpe
raueram, iam conſequutus ſum. Obeſt tamen
adhuc multū, & obſtat plenitudini ſalutis meę,
quod proximo tempore anteq̄ Hieruſalem per
gerem, ſacerdotem eccleſię de ſeconiaco, quan
dam a me decimā exigentem, per vineam quā
dam fugaui, & in exitu vineę irreuerenter per-
cuſſi. His frater auditis, & quid ait de me tibi vi
detur? Potero conſequi ſalutē quā ſpero? Salua
beris inquit: ſed ante ſalutē multa & grauia pa-
tieris. His dictis: his quis apparuerat miles diſ-
paruit. Frater a ſomno euigilans: cuncta quæ vi
derat vel quæ audierat: michi ſtatim mane retu
lit. Rogauit inſuper: vt liceret ei partes illas de
quibus miles ortus fuerat: & in quibꝰ ea de pre-
ſbytero acta fuerant: adire, & vtrum vera an fal
ſa eſſet viſio iam dicta: probare. Nam ſicut mor
tem militis nullus ei ante militem nunciauerat;
ſic nec de ſociorum eius morte aut vita, ſic nec
de fuga preſbyteri, ſeu militis percuſſione: quic q̄
vel modicum prius audierat. Accepta ergo re-
gulari more, licentia gebennenſis territorii par-
tes adiit, ibiq; a notis & veracibus perſonis cun
cta quæ a mortuo audierat: vera eſſe agnouit.
Nam & quod de preſbytero actum fuerat: tā ab
illo q̄ ab aliis didicit, & paucos poſt dies: mortē
militis & eorum quos mortuos ille nunciauerat
audiuit. Quæ poſtq̄ parentibus defuncti inno
tuerunt, bono vſi conſilio, quod in preſbyterum
ille deliquerat, ipſi pro eo digne ſatiſfacientes
preſbytero: expiauerunt. Et quia tam certis in-
diciis verax fuiſſe prefata viſio ꝓbata eſt: a me
non vt dubia ſed vt certa; inter cętera miracula
conſcripta eſt.

¶ De cuiuſdam pueri vigilantis viſione
mirabili. Ca. xxvii.

ET de mortuorum quidem aper
tis manifeſtationibꝰ licet multa
ſuperius dicta ſint: vnum tamē
adhuc addere volo: quod nup
compertum: tacendum nō eſſe
videtur. Nā anno quo hæc ſcri
pſi: illud cōtigerat. Vigilia natalis domini nocte
ſcilicet qua ſanctificamini hodie cantatur: iace
bat apud Carum locū puerulus quidam mona
chus ante ſacros matutinos in fratrum dormito
rio: & neſcio quid meditans dormire non pote
rat. Et ecce poſt aliquātū ꝓceſſum noctis: aſpe
xit & vidit venerabilis vitę fratrem Achardum
nomine qui eiuſdem monaſterii prior fuerat: &
ante paucos annos vita exceſſerat: per gradus
dormitorii aſcendentem: ſibi appropinquare.
Erat vero iam dictus puerulus: fratris eius filiꝰ.
Venit ergo & in ſcamno ante lectum pueri con
ſtituto: reſedit. Erat cum illo & venerandus ille
vir: dominus prior Guilelmus & ipſe ſimiliter
defunctus quē mihi romę in ſomnis apparuiſſe
ſupra retuli. Neutrum tamen illorum dum viue
rent puer viderat: ſed ex his quæ ab eis audiuit
abſq; vlla eos ac ſi vidiſſet dubitatione cogno
uit. Morati ſunt & collocuti adinuicem aliq̄diu,
puero audiente, quouſq; domino Guilelmo re
cedente, ſolus frater Achardus ante illum vt di
ctum eſt, ſedens remanſit. Qui ad puerum con
uerſus: Hortatus eſt eum vt ſurgeret. & ad mira
quædam videnda: vſq; ad fratrum cimiterium
cum eo procederet. Reſpōdit ille timore qui eū
inuaſerat: patrui ſui familiari colloquutione iā
ex parte ſedato: non poſſe fieri quod monebat
ſub cuſtode ſe eſſe. timere ne ſi eum aliquis prę
ter mortem egredientem videret: dira flagella
ſubiret: nec ip̄e inter multiplices plagas ſibi ad-
eſſe valeret. Ad hęc illo dicente nichil ſibi eſſe
timendum: credendum eſſe patruo: optime ſe
nequid mali ei inde cōtingeret prouiſurum: ſal-
uum & incolumen ducturum ac reducturum,

adductus eſt puer in ſententiam : & ſurgens:
ac ſe regulari more induens: pręcedentem ſe,
cutus eſt. Duxit autem eum per clauſtrum ma
ius:in clauſtrum infirmorum:indeq; vſq; ad ci
miterii oſtiũ. Quo aperto:ſtatim vlterius pro
ceſſerunt. Et ecce conſpicit puer:totum cimite
rii ambitum ſedibus innumeris refertum:ac ſu
pra ſedes illas viros monaſtico ſchemate indu
tos ſedere. Dixerat autem illi patru9 & ſibi in,
ter alias ſedem ſeruari : in qua ſtatim aliorum
modo veniens reſideret. Indicauerat etiã que
relam in conuentu illo de ſe futuram : propter
quã neceſſe eſſet ſe exurgere: & advocantis iu
dicium properare. Monuerat inſuper:vt in il,
lo examinis interuallo,: eãdem puer ſedem oc
cuparet:nichilq; metuens ſibi vſq; ad reditum
conſeruaret. Quod & ſic factũ. Ingreſſus nãq;
frater Achardus cum puero cõuentum illum/
mox in ſede ſibi parata reſedit. Ortus eſt ſta,
tim clamor: & a quodam circũſedente quere,
la depoſita: quod idẽ frater tardus illi ſuo con
uentui occurriſſet. Surrexit ille cõfeſtim, & ad
ſatiſfaciendum more monaſtico in medium
proceſſit . Quo facto: puer vt monitus fuerat
ſurgens:conſtanter in ſede eadem reſedit. Ob
tinet autem medium cimiterii locum, ſtructu
ra quędam lapidea : habens in ſummitate ſui
quãtitatem vnius lampadis capacem: quę ob
reuerẽtiam fidelium ibi quieſcẽtium totis no
ctibus fulgore ſuo locum illum ſacratum illu,
ſtrat. Sunt& gradus per quos illuc aſcenditur,
ſupraq; ſpatium duobus vel tribus ad ſtandũ
vel ſedendum hominibus ſufficiens . Ibi ſedẽ
cuiuſdam magni & reuerendi iudicis ſupraq;
ipſum ſedentem , puer dum conſpiceret, vidit
iam dictum fratrem Achardum ante ipſum ve
lut pro ſatiſfactione proſtratum . Quid dixe,
rit, qd ei reſponſum fuerit, intelligere licet mul
tum niſus) non potuit .Clare autem idcirco cũ
cta videre poterat, quia quædam maxima cla
ritas abſq; ſubſidio humanorum luminum, to,
tum illud illius cimiterii ſpatiũ illuſtrabat. Mo
dico temporis interuallo tranſacto, ſępe nomi
natus frater ad locum proprium rediit: & pue,
ro ſibi cedente , atq; ad eius pedes reſidente,
ſedem ſuam recepit. Parum interceſſerat, & ec
ce puer conſpicit totum conuentum illum de
ſedibus ſuis exurgere , & nõ ad illam per. quã
ingreſſus fuerat portam, ſed ad aliã quandam
tendentem, ad exitum feſtinare . Anteq̃ tamẽ
egrederentur, conſpexit multum ignem, proxi
me añ ipſam portam accenſum. Per quẽ vt re
ferebat plurimi ex illo agmine tranſeuntes, alii
diu in illo morabãtur, alii cito tranſibant. Hęc
tam diu vidit, quouſq; portam illam omnes ex
ceſſerunt. Remanſit autem poſt tãtum ſpecta
culum, ſolus puer cum patruo . Quẽ patruus
vt promiſerat, per viam qua venerat reducens
cum eo fratrum dormitorium aſcendit, eumq;
vſq; ad lectum ꝓprium proſecutus, ſtatim diſ
paruit. Hãc viſionem quia auditam prius ab
aliis, & poſtea ab ipſo puero fallere neſciente,
fide dignam iudicaui ad legentium vtilitatem
vel cautelam, ſicut & ꝓcedentia ne mente ex,
ciderent ſcribere volui.

¶ De inſtitutis cartuſienſium mona chorum. Cap. xxviii.

ET quia propoſitum meum in
narrãdis miraculis , de quo iã
frequenter lectorem inſtruxi:
tale eſt : vt abſq; aliquo tẽpo,
ris pręiudicio: non attendens
quid quando factum ſit : ſed
quando michi relatum ſit: ad dei gloriam & le
gentium ędificationẽ: quæ pro certo vera eſſe
comperi deſcribam : trado legẽtibus quę ante
paucos dies didici. Sed anteq̃ ea ſcribere ex
ordiar: quędam ad rem pertinentia illis prępo
no. Seruat in burgundię partibus inter omnes
Europę noſtrę monaſtici ordinis profeſſiones
profeſſio quædam: multis aliis eiuſdem mona
ſtici propoſiti ſanctior & cautior: inſtituta no=
ſtro tempore a quibuſdam patribus/ magnis/
doctis & ſanctis: magiſtro Brunone colonięſis
magiſtro Lãduino italico: ac quibuſdam aliis:
vere magnis vt dixi: & deum timentibus viris.
Qui quorundam antiquorum monachorum
tepiditate, negligẽtia ac deſidia prędocti: ſecu
lo abrenunciare volentes: cautius ſibi ſuiſq; in
via dei ſectatoribus conſuluerunt: & vigilanti
oculo: ordinem cõtra omnes pene ſathane in,
ſidias circunſpectum inſtituerunt. Nam vt cõ
tra ſuperbiã quæ iuxta ſcripturam initium eſt
omnis peccati: & contra eius nefandam ſobo
lem/ inuidiam dico/ ambitionem & vanã glo
riam: ac ſi qua ſunt alia ordo ab eis inſtitutus:
q̃tum iuxta eorum ſcientiam homini erat poſ
ſibile armaretur. veſtes viliſſimas: ac ſuper om
ne religionis propoſitum abiectiſſimas: ipſoq;
viſu horrendas aſſumpſerunt. Quãtitate em̃
breues & anguſtę : qualitate ita vt vix aſpici
poſſint hirſutę & ſordidę: nullum gloriandi vi

tium ſe poſſe admittere indicant. Et noui qui, dem quod etiam in ſordido habitu diabolus quod ſuum eſt quęrit: & humilitatis veſtibus quandoq; texturam ſuperbię interſerit. Sed ta mē iam dicti iuſti & deū quęrentes viri: in q̄tū potuerunt: ne princeps mundi per ſuperbiam aut ſuperbię familiam in ſe vel ſuis ſibi locum inuenire poſſet, ſummo ſtudio ꝓuiderunt. Cupiditatem inſuper q̄ radix malorum omnium dicitur, vel auaritiam q̄ idolorum ſeruitus vocatur ne mihi venenoſa virgulta quolibet tempore ꝓcedere poſſet: ita radicitus auulſerunt, vt certos terminos iuxta locorum ſuorū fertilitatem aut ſterilitatem: in circuitu cellarum ſuarum maiores minores ve praefigerent: extra quos etiam ſi totus eis offerretur mūdus, nec ſaltem q̄tum pes humanus occupat, terrę ſpatium acciperent. Ea etiā de cauſa: animalibus vel pecoribus ſuis, certum quē tranſgredi fas nō eſſet terminum inſtituerunt: bobus ſcilicet aſinis, ouibus, capris, vel hircis. Et vt non eſſet eis quandoq; neceſſarium: vel plus terrę q̄ dictum eſt, poſſeſſioni ſuę addere: aut numerum iumētorum ſuorum vel pecorum augere, duodecim tantum monachos cum .xiii. priore: ac decem & octo conuerſis: paucisq; mercennariis: nullo prorſus ſuperaddito illius ordinis monaſteriis eſſe perpetuo decreuerūt. Pręter iſta ad ędomandum iumentum corporis ſui, & ad ſubigendam iuxta apoſtolum legem membrorum ſuorū repugnantem legi mētis ſuę: duris carnem ciliciis ſemper exaſperant, cōtinuatis pene acribus ieiuniis corpora affligunt: extenuant: & deſiccant. Inde eſt: quod pane furfureo ſemper vtuntur: vino adeo adaquato: vt merito magis villum q̄ vinum dicatur. Ab omni carnium eſu, tam ſani q̄ ęgri, in perpetuum abſtinēt. Piſces nunq̄ emunt, ſed forte ex charitate datos accipiunt. Die dominico & quita feria tantum: caſeum vel oua aduescēdum admitunt. Tertia feria ac ſabbato: aut legumine aut olere cocto vtuntur. Omni ſecūda quarta & ſexta feria: pane ſola & aqua contenti ſunt. Semel in die ſemper comedunt, exceptis octo diebus natalis domini, octo diebus Paſchę, octo diebus Penthecoſtes, Epiphania domini, repręſentatione eius, hoc eſt Purificatione ſanctę Marię, annunciatione Domini. Quando Paſchali tempore ꝓuenit, Aſcenſione domini, Aſſumptione ac Natiuitate iam dictę ſacrę virginis matris eius, & exceptis feſtis duodeci apoſtolorū, ſancti Ioannis baptiſtę, ſancti Michaelis, ſancti Martini, & illo quod i Kalē. nouēbris celebratur: feſto omnium ſanctorū. Super haec omnia more antiquo ęgyptiorum monachorum, ſingulares cellas perpetuo inhabitant. Vbi ſilentio, lectioni, orationi, atq; operi manuum: maxime in ſcribendis libris ir requieti inſiſtunt. In eiſdem cellis debitum regularium horarum, hoc eſt primam, tertiā, ſextam, nonam, completorium, ſigno eccleſię cōmoniti, deo perſoluunt. Ad veſperas & matutinas: in eccleſia cuncti conueniunt. Ibiq; non perfunctorie vt quidam: ſed intētiſſime oculis in terram demiſſis, cordib⁹ cęlo infixis: deo preces: deo gratiarum actiones perſoluunt: totumq; ſuum tam interiorem q̄ exteriorem hominem: habitu: voce: vultu: rebus viſſibilia excedentibus: ſpretis cunctis aliis intentum: imo affixum eſſe oſtēdunt. Ab hoc more excipiūt illos feſtiuos dies qui ſupra ſcripti ſunt: in quibus bis comedunt, & in quibus more monachorum non per cellas ſed ſimul habitantiū: non ſolum omnes regulares horas in eccleſia decantant, ſed & in refectorio tam poſt ſextā q̄ poſt veſperas, nullo ſoſpite excepto, cōmuniter edunt. Quibus tantum diebus antiquorum eremitarum ęmulatione ne ab aliis ſacris operibus licet dignitate inferiorib⁹ impediantur: ſalutare omnipotenti deo pro ſalute ſua ac mundi, ſacrificiū offerunt, quod ex vſu iam veteri tracto nomine quia deo mittitur, miſſa vocatur. His ſacris diebus: qui ſingulari priuilegio a domino vel eius reſurrectione dominici dicūtur: ac ſępe dictis ipſius vel ſanctorum eius ſolennitatibus miſſas celebrant. Diebus quibus eis legumine vti licet: illud ipſi ad menſuram acceptum: ſibi aptant & coquunt. Hoc vero tunc: quando nō communiter in refectorio, ſed quando eos in cellis ſuis ſolos comedere eremitica inſtitutio praecipit.

Vinum nullo tempore: ante menſam vel poſtea ſumunt. Sed ſi quis tunc ſitim paſſus fuerit aqua ei non vino vti licet. His ne tam ſanctam inſtitutionem omnino muti pręteriiſſe videremur: breuiter pręmiſſis: ad miracula per quoſdam ex ipſis noſtro tempore facta: procedendum eſt. Hęc enim in toto iſto opere principalis, vt ſępe iam dixi fuit mihi cauſa ſcribendi; hoc eſt, miracula vbilibet vel quolibet tempore facta ad pręſentium vel poſterorum memoriam tranſmittendi.

¶ De quodam fratre cartuſienſi, qui mira vigilans vidit. Capi.xxix.

Vlta quidẽ in illo ſacro ordine miracula contigiſſe: a pluribus accepi. Sed quia ipſi humilitatis virtute: q̃ ſemper ſerui dei miranda opera ſua q̃to poſſunt niſu occultãt: vix aliquid ex his prodere alicui voluerunt: rara immo rariſſima quibus omnimoda fides accommodanda eſſet, ad me miracula peruenerunt. Quę tamen abſq; dubio certa comperi: tacere nec volo nec propoſui. Fuit ex eorũ numero, non quidem monachorum ſed conuerſorum, conuerſus quidem humilis genere, iuuenis ętate, ſed moribus generoſus, & vitę ſanctitate prouectus. Hic toto ſtudio, obediẽtię humilitati, mortificationi, omnem quã poterat operam adhibens: mundum ſibi, ſeq; mũdo, nõ ſolum crucifixerat, ſed etiam ſepelierat. Amori diuinino, & ſpecialiter memorię matris domini, ita ſe totum deuouerat, vt a bonis viris ipſum vitamq; eius cognoſcentibus, nichil ſcire iudicaretur: niſi Chriſtum ieſum & hũc crucifixum: ſacrãq; ipſius crucifixi matrem: ac perpetuam virginem, humanę ſalutis ſingularem poſt domini amatricem, Mariam. His ſtudijs a cõuerſionis ſuę principio coeptis: magis ac magis inſiſtens: & in hac noſtra iuxta pſalmum lachrymarum valle: de virtute in virtutem proficiendo: aſcenſiones in corde ſuo diſponens: antiqui & communis hoſtis inuidiam contra ſe velut nouam ac ſpecialem concitauit: nec iam occulte: ſed palam: quãtum perditus ille perditionis humanę ſit auidus: ex ſe ipſo monſtrauit. Iacebat quadam nocte in cella: ſibi vt talium mos eſt, ad laboris ſolamen & orationis ſecretum deſignata. Et ecce in multo iam proceſſu noctis, ipſi adhuc vigilanti & cęleſtia meditãti: dęmonum turba ĩ ſpecie porcorum agreſtiũ apparuit. Furebãt vbiq; per totam cellam: & diſcurſu inſano: rictu horrendo: dentibus lõgiſſimis: ac velut ĩ necem eius exacutis: pauefactum ac temẽtem hominem circunſtabãt. Sudabat ille (vt michi relatũ eſt) p̃ timore: & quaſi iam iamq; a beſtijs diſcerpẽdus: nil niſi mortẽ vltimam pręſtolabatur. Talia eo patiente: adauctus eſt metus, & quẽdam enormis magnitudinis hominem: vt ex cordis ſui iudicio ſibi videbatur: dęmonum principem cellam illam in qua iſta fiebant: cõſpicit intrãtem. Qui primo ingreſſu ſuo conuerſus ad porcos: quid ait ſegnes facitis? Cur iam hunc non rapuiſtis? Cur non diſcerpſiſtis? Quod dicis inquiunt porci: magno conatu facere niſi ſumus: ſed cuncta tentantes: nil facere potuimus. Ego inquit ille iam faciam, quod vos deſides facere non potuiſtis. Quo dicto vncum ferreum longis ac recuruis vngulis terribilem: minaci manu pręte ndens: atq; ad virum dei rapiendum: immo ad diſcerpendum adaptans: eum nimio terrore pene mẽte excedere coegit. Sed deus cui bonus vir ille ſępe ſupplicando dicebat: ne nos inducas in temptationem: ſed libera nos a malo, temptationem tam duram non eſt paſſus vltra procedere: ſed multa miſericordia qua ſemper ſuis prouidet, eduxit eum a temptatione: & liberauit a malo. Mox enim vt nequã ille manum vt dictum eſt, ad eum rapiendũ & vncum vt videbatur ferreum ad eum diſcerpendum extendit: ſtatim omnipotentis filij dei mater: mater vere vt dicimus miſericordię ĩ qua ille ſicut dictũ eſt: totã ſpem ſuã poſt deũ poſuerat: viſibiliter adfuit, ac virga leui manu p̃tenſa. Quõ iquit hus deteſtandi

venire auſi fuiſtis? Non eſt:non eſt hic veſter,
nec iam contra eum in aliquo prępualere pote-
ritis. Dixit:ac dicto velocius:totum illud infan
dum collegium vt fumus euanuit. Perſtitit il-
la poſt dęmonum fugam:cum homine adhuc
tremente:eūq; his verbis coſolata eſt. Placet
inquit quod facis:tuiq; animi deuotionē, deo
mihiq; gratam eſſe noueris. Fac ergo quod fa
cis, & de his ad meliora perſeueranter profice
re ſtude. Et vt tibi aliquid ſingulare in māda-
tis tradam:ſtude viliſbus eſcis:complectere ab
iectas veſtes, operi manuum deuotus inſiſte.
His animatum hominem virgo relinquēs: cę
los repetiit. Iſtud de hoc bono viro miraculū:
aliud iſto non inferius ſequitur. Ruſticus qui-
dam pauper: ſed paupertate deuotionē fidei
eius non impediente:ſe bonis illis viris de qui
bus ſermo pręmiſſus eſt: in amicitia iunxerat,
eiſq; non minimum familiaris erat. Diligebāt
enim illi in ipſo:non ſolam quæ q̄tum ad ani-
mę ſalutem ſpectat nichil prodeſt rerum pau
periem: ſed beatam ſpiritus paupertatem, de
qua dominus:beati pauperes ſpiritu, qm̄ ipſo
rum eſt regnum cęlorum. Ea de cauſa eū q̄to
erga deum deuotiorem ſentiebant, tāto vt ma
gis familiarem ſibi aſſociabant. Inde contigit
vt duos eius filios & paruulos ſuſciperent: &
in religione ſancta, patris poſt deum maxime
cauſa educarent. Horum vnus:nō multo poſt
tempore elapſo defunctus, alterum ſuperſtitē
dereliquit, quem religioſe educare & inſtitue
re volētes, ſupradicto bono viro cui mira quæ
pręſcripſi oſtenſa fuerant, eius curam commit
tunt. Nec ſegnis ille mandatorū exſequutor,
puerū cōmendatū ſuſcipit, enutrit, ac ſacro re
ligionis lacte, quo ipſe educatus in viriles an
nos euaſerat:eum imbuens, nil rerum terreſtri
um ſapere: nihil eorum quæ in terris ſunt dili
gere, breui edocuit. Cęlum mente conſpicere,
cęleſtib⁹ inhiare: ad Chriſtū: cęli ac terrę deū
ac dn̄m: totis animi viribus anhelare: quæ ſur
ſum ſunt quęrere nō quę ſuper terrā: vbi Chri
ſtus eſt in dextera dei ſedēs, iuuenem ſibi cre
ditum bonus doctor edocuit. Edoctus ille ab
eo, non inuanum laboraſſe doctorem ſuum, vt
quidam indiſciplinati faciunt, oſtendit: ſed vt
a quodam ſatis noto dictum eſt, recēs teſta ſe-
mel cęleſti ſapore imbuta, odorem inde cōtra
ctum, non diu tantū vt ille ait, ſed ſemper quo
ad vixit ſeruauit. Sed placuit deo, ne puer tam
bene educatus:tam ſancte edoctus, diu parti-
ceps mortalium fieret: vel aliquem de ipſorū
diuturno conſortio neuum cōtraheret. Rapt⁹
eſt igit̄, ne malicia mutaret̄ intellectū: aut ne fi
ctio (quę quibuſdam etiā religioſis quandoq;
familiaris eſſe ſolet) deciperet animam ipſius.
Pręueniens ergo in moriēdo diſcipulus magi
ſtrum, bonam quidem ſpem ſalutis ſuę: ſed cū
eadem ſpe magnum illi ac pene intolerabilē
de morte ſua dolorē reliquit. Acceperat quip-
pe illum a priore ſuo vt iam dictū eſt, ad edu-
candum eſt, ſed eius bonos mores ſanctamq;
intentionem intuens, admirans & amplectēs:
eum non ſolum vt commēdatum: ſed vt filiū
vnice diligebat, atq; idcirco eius tam celerem,
immo quaſi furtiuum de mundo receſſum, pe
ne aſſidue dolendo deflebat. Eo tractus affe-
ctu, orabat continue pro ip̄o, pſalmorum quic-
quid nouerat deo quotidie profundebat, nec
ſatiari orando, pſallendo, mœrēdo, pro ipſius
anima poterat. Cumq; hæc tam deuoti animi
ſui tam pia ſtudia, nullo fere tēpore intermit-
teret, nec ab his q̄tum facultas dabatur ceſſa-
ret, volens deus hominem ſuum aut a tā duro
labore releuare aut cui⁹ meriti vel ip̄e vel puer
illius eſſet oſtendere: dignum fecit eum viſio-
ne cęleſti. qua & ip̄e cōſolaret̄: & quid de ip̄o
vel puero ſentiēdū eſſet, legētibus ſiue audiē-
tib⁹ pderetur. Pernoctabat aliqn̄ ſub diuo bo
nus vir: vt ſępe facere conſueuerat: ac ſpiritum
cęlo intentum ab orationis labore vel ſtudio:
vt de magno Martino legitur: non relaxabat.
Cumq; defixis non ſolum mētis ſed & corpo-
ris oculis in cęlum: deum vt homini erat poſſi-
bile ſuper ęthera quę viſui corporali obſtabāt
cōtemplaretur: ecce ſubito per medium velut
per medium diſciſſi aeris lux longe omni cor-
porea luce clarior ei de ſupernis infulſit: eūq;
ac loca ſibi circumpoſita ſplendore immenſo
perfudit. Et vt ſerui ſui votis ille qui volunta-
tem timentium ſe facit: ſatis faceret: conſpicit
& dilectum puerum: immo in deo filium ſuū:
de cęlis cum eadem luce deſcendere: atq; vſq;
ad ſe lętum & radiantem venire: & in inſue-
ta viſione gaudio ſimul & timore turbatus: hę
rebat. Ad quem is qui apparuerat puer: quid
inquit turbaris? an non agnoſcis filium tuum?
Redi ad animum: & mecum vt ſolitus eras lo
quere. Sed vt ea quę circa me agūtur tibi ape
riam: noueris multum pfuiſſe michi: quod me
tam tenere dei cauſa dilexiſti: quod morti
meæ tam benigne compaſſus es quod pro ę

me tam ſolicitas & continuas deo orationes fu
diſti. Amodo per dei gratiam noueris me ad il
lum ſtatum perueniſſe: vt ſicut tu hactenus mi-
chi profuiſti: ſic ego tibi amodo apud ipſum ꝓ
deſſe valeam. Dixit hoc & ſtatim vnde venerat
paulatim eo conſpiciẽte regredi cœpit. Refere-
bat autẽ ille huius viſionis inſpector: quod dũ a
ſe diſcederet, cęlũq; conſcenderet, nõ auerſa fa-
cie: vel huc illucq; conuerſa: vt valefacientes ſo-
lẽt receſſit, ſed ſicut ei colloquut⁹ facie ad faciẽ
fuerat: ſic ſemp ad ſe conuerſo vultu ad ſuperna
tendens: tam diu permãſit: quouſq; vt de Mar-
tino iam dicto legitur, patente cęlo receptus, vi
deri vltra non potuit. Quæ viſio, in hoc forte vi
ſioni illi pręponderat: quod Seuerus Sulpitius
illam ſicut ipſe perhibet: licet matutinis horis le
uiter dormiens, tamen dormiens vidit: hanc au
tem iſte non dormiens ſed vigilãs, ſub diuo po
ſitus, atq; orationi toto corde intẽtus, cõſpexit.

De miraculo cereorum Romanorum in eccleſia matris domini. Capi.xxx.

ILlud quoq; nobile & iocundũ
miraculum: quod ante plures
annos compertum, iam pene
cum tempore mente elapſum
fuerat, memorię ſequentiũ mã
dare: vltra non differam. Habe
tur Romæ patriarchalis eccleſia in honore per
petuæ virginis matris domini conſecrata: quæ
vulgari ſermone: ſancta Maria maior vocatur.
Maior autem idcirco: quia poſt lateranenſem
ſancti ſaluatoris eccleſiam: maior dignitate nõ
ſolum romanis: ſed & totius orbis eccleſijs eſt.
Illuc Pontifex apoſtolicus in pręcipuis ac ſum-
me feſtiuis diebus, id eſt natali domini. Paſcha
atq; Aſſumptione iam dictæ glorioſę virginis,
cum celebri proceſſione more romano corona-
tus pergit. ibi ſtationem facit: ibi totius vrbis cle
ro ac populo aſſiſtente: ſolenne deo ſacrificium
offert, & ſacros dies quanto poteſt colit hono-
re. Ibi pręter ipſum & coadiutores eius ſeptem
epiſcopos ac cardinales pręſbyteros: nulli miſ-
ſam celebrare fas eſt. Ibi q̄ inauditum miracu-
lum non ſolum ſemel contigerit: ſed etiam iam
a multo tẽpore annuatim in feſto ſupra nomi-
nato aſſumptionis proueniat: dicendũ eſt. Mos
eſt romanorum, feſtum illud aſſumptionis ma-
tris domini inter vniuerſas anni feſtiuitates pręcipuo honore colere: ſpeciali deuotione venera
ri. Vnde eſt: quod inter plura deuoti animi ſui
erga pręcelſam virginẽ ſigna: cereos maximos
faciũt, & eos ante paratos vigilia feſtiuitatis ad
nominatam eccleſiam deferũt: atq; veſpertina
hora vel circa: accendunt. Pondus tamen eorũ
ęqua lance penſatum, domi retinent: vt ſequen
ti die ſolenni miſſa peracta, eos rurſum penſan-
tes q̄tum de quantitate eorum ignis abſumpſe-
rit, iudicante ſtatera cognoſcere valeãt. Manẽt
ergo romanorum cerei, a veſpertinis vt dixi ho
ris: vſq; ad ſequẽtis diei ſextam vel nonam ho-
rã in eccleſia matris domini: ad honorẽ vtriuſq;
accenſi. & feſtiuę miſſę ſolennijs conſummatis
ſinguli a proprijs dominis ab eccleſia reportan
tur. Referens quiſq; cereum ſuum, mox vt do-
mum peruenit, geminas lances pręparat, impo
nit vni cereum, alteri pondus heſternum. Attẽ-
dit diligens inſpector, q̄tum de cerei prius ap-
penſa quantitate poſſit deeſſe. & veſpertinas,
nocturnas: diurnaſq; horas quibus continue ce
reus arſit, numerans: expectat quid ſibi de im-
minutione primi põderis ſtatera renunciet. Et
ecce mirabile dictu: nichil minus q̄tum ad pon
dus pertinet: poſt tã prolixam cerei ſui exuſtio-
nem: ſolicitus ille appẽſor & ſpectator inuenit:
ſed quaſi nichil conſumptum ſit: totum qđ deo
& eius virgini matri deuotus incenderat: ſe rece
piſſe miratur. Hoc tam nobile & ante nuſq̄ au-
ditum miraculum: ad commendandam morta
libus gloriã matris domini: nõ in quolibet igno
to vel humili loco: non in qualibet vel quantali
bet ciuitate: ſed in ipſa vrbe orbis capite: non ſe
mel tantum vt dixi: ſed aſſidue recurſu annuo:
diuina pietas & potentia operatur. Facit hoc. vt
& frequentia miraculi augeat admirationem:
ędificet fidem: accendat charitatem: & locus tã
celebris nulli patiatur eſſe occultum: quod cęle
ſtis prouidentia: tam famoſi loci occaſione plu
ribus ne dicam omnibus: fieri voluit manifeſtũ
Magnum quidem fuit propheticis temporibus
quod ad viduam deo mitẽte Heliam, Hydria
farinæ non defecit: & lechitus olei non eſt im-
minutus, iuxta verbũ domini quod locutus fue
rat in manu Helię. Magnum fuit quod Helias
magn⁹ ꝓpheta dei: paſt⁹ eſt cibo dei: coruis mi-
niſtrãtib⁹ ſibi iuſſu dei panes & carnes mane: &
panes & carnes veſpe. Magna fuerũt illa tem-
pore iræ, non ſunt minora iſta tempore gratiæ.
Magna fuerũt illa tempore Moſaicę legis, non
minora ſũt iſta tp̃e chriſtianę & euãgelicę legis.
Nõ defuerũt ꝓphetę panes & carnes miſtrate

a coruis mane & ſero:non defecit eidem pauxil
lum farinę & olei per tres tātum annos & dimi
diū: non defecit nec deficit in magno feſto ma
tris domini poſt tam diutinā diei noctiſq; vt di
ctum eſt cōſumptionem: oblata deo cereorum
quātitas:nō ſolum per tres annos & dimidium:
ſed iam per cētum & eo amplius annos:vſq; ad
hanc noſtram ętatem: & quātum deinceps deo
placuerit.

¶ In ſyluiniaco per ſanctum Maiolū,puer
mortuus reſtituit vitali alimēto. Ca.xxxj.

ADdatur & illud quod fere cū
ctis miraculis pręferri ſolet:cu
iuſdam ſiluiniacenſis pueri a
morte per ſanctū Maiolum.
Chriſti virtute in iā dicto lo,
co facta reſuſcitatio . Is etem
ſanctus:ſicut pene cūctis galliarū populis notū
eſt,vt magnus vita, ſic miraculis & dū mortalis
viueret: & poſt mortē maxime inſignis extitit.
Hac miraculorum gratia: in tantum iam per cē
tū.lx. & duos annos, hoc eſt a tempore mortis
ſuę claruit:vt poſt ſanctam dei genitricem,nul,
lum ſanctorum in tota europa noſtra, in huiuſ,
modi operibus parem habeat. Teſtātur hoc in,
numeri diuerſis morborū generibus preſſi: qui
ad ſepulchrum eius diuinam clementiam ipſi⁹
meritis ſibi miſereri pręcantes:exauditi ſunt.In
ter quos & mulier paruum habens filium:infra
hos ſeptem annos:ſimilem, immo maiorē per
ipſum dei miſericordiam experta eſt . Nam cū
iam puer ille plus q̄ triennis eſſet , contigit eum
morbo correptū extingui. Indoluit acriter muli
er affectu tacta materno:ac doloris nimij ſtimu
lis agitata:totā vim animi non tam ad fletū mu
liebriter,q̄ ad fidem conſtanter conuertit. Exci
ta nanq; mirandis operibus, quę nō ſolum fre,
quenter ad ſepulchrum ſanctiſſimi confeſſoris
facta audierat , ſed etiam plerunq; viderat : in
ſpem animum erexit,& ſibi ab eo poſſe reddi fi
lium:nō irrita fide pręſumpſit. Vnde ſtatim ſur
gens : non ad pręparandam funeri ſepulturam
feſtinat ſed mortuo puero iter brachia ſumpto
ad eccleſiam properat . Quo cum citatis greſ,
ſibus velut morę impatiens pergeret:interroga
ta a multis quid ferret : & quid ſibi vellet. Hoc
vnum omnibus reſponſum dabat. Filius inquit
meus eſt: quem mortuum ſancto Maiolo defe
ro:vt illum mihi reſtituat. Mirabantur audien,
tes de tam inſolita re tam conſtans mulieris re,
ſponſum : & euentum rei iam ſolliciti pręſtola,
bantur . Venit tandem mulier ad ſancti ſepul,
chrū cum paruulo: & eum ante altare fide ple,
na depoſuit. Mira aſtantium expectatio. Noue
rāt quidem vt dictum eſt,& quandoq; viderāt:
multos ibi ſcti virtute curatos : ſed a morte redi
uiuū nec ipſi viderant:nec a patrib⁹ acceperāt.
Attenti ergo tam monachi q̄ laici ad tantum
ſpectaculum,nutum omnipotētis,eiuſq; bn̄pla,
citum ſuſtinebant. Māſit puer exanimis ab ho
ra diei prima,dies enim tunc ęſtiui erāt,vſq; ad
horam nonam. Tunc tādem oculos aperuit, ac
matrem quæ proximo loco ei aſſederat, eumq;
materna cuſtodia aſſeruabat, tenui vt puer vo,
ce vocauit. Surrexit mater attonita,& non ſola
ad eum acceſſit. Hunc viuentem & loquentem
quem mortuum depoſuerat ,cum multis qui
aderāt cernens,ſpe ſua,pietate ſancti ſe fruſtra,
tam non eſſe agnouit. Fit ſtatim lętus,clamor in
populo,& voces altiſſimę ad dei laudem & ſan
cti Maioli pręconium reſonant. Accurrunt fra
tres meridianis horis regulari more i lectis qui,
eſcentes, totaq; ſiluiniacus nulla pene licet vil,
la ſit. Galliarū vrbe plebium numeroſitate infe
rior, audito tam fęlici nuncio,in momento ad,
uolat. Repletur tam clamoſis q̄ deuotis lętan,
tium vocibus eccleſia, & cernentes viuentem
quem mortuum reliquerāt,vix ſe ipſos pre gau
dio capiebant . Obtulit dehinc deuota mulier
puerum ſancto; & quia ſicut ab vtroq; parente
primam vt ſic loquar vitam acceperat:ſic a ſan
cto Maiolo tam inſigni miraculo ſecundam re
ſumpſerat: authoritate materna ſācti Maioli fi
lium decreuit perpetuo nuncupari. Ne vero le
genti vel audienti ſupereſſe aliqua de tāto mi,
raculo dubietas poſſit: nouerint me anteq̄ hęc
ſcriberem: bis ſiluiniacū veniſſe & tam a matre
q̄ a pluribus & fide dignis teſtibus dum id ſolli,
cite inquirerem:ea accepiſſe.

¶ De confeſſione cuiuſdam Fratris Clu,
niacenſis:tandem facta domino abati ve,
raci & deuota. Capi.xxxij.

IAm aliam de vtilitate cōfeſſio,
nis viſionem : pręter illas quas
lōge ſupra narraui quia multo
poſt tempore accidit,nō pręter
ibo. Eo eñ āno quo de Anglia
ſcđo redii:illud me audiſſe cōti
git. Quod ne mēti excideret,eodē anno literis
tradidi. Regreſſus a iam dictę Anglię partibus

dum cluniacum tendens per Franciam iter age
rem: ad quoddam monaſterium cluniacẽſis or
dinis quod Radolium vocatur : & ad charitatẽ
pertinet, hoſpitandi cauſa diuerti. Præſidebat
tunc eidem loco more prioris frater quidã Ber-
nardus nomine: Pictauus natione: iuuenis ęta-
te: elegans moribus: opere ſtrenuus, domui ſibi
cõmiſſę prudenter prouidens. Detinebat tunc
valida febri, tamq; graui, vt lecto aſſidue decũ-
bere cogeretur. Veni ergo: & tali morbo eũ gra
uatum inueni. Acceſſi ſtatim facta regulari ora
tione ad ipſum: & qualiter ſe haberet ſolicite p-
quiſiui. Reſpondit ille: quod clarũ erat: nec ali-
quem cernentem latere poterat: multitum ſe
incommodo iam dicto grauari. Monui pro offi
cio: vt q̃ diu compos ſui erat: conſcientiam ſcru-
taretur, peccata confiteretur: nec aliquid ad ſa-
lutem animæ pertinens intermitteret: ſed con-
feſſione: deuotione: oratione; ad iter peregrinũ
ſecure explendu: ſe toto quo poſſet conamine
pararet. Acqeuit monitis libens: & ſeqnotis aliis
me tantum coram eo reſidente : confiteri deuo
te aggreſſus eſt. Expleta provt tunc datum fuit
confeſſione: feci quod meum erat: & ægrũ con
fitentem chriſtiano more abſolui. Iniũcta vero
ei congrua iuxta quod ab ipſo audieram & mi-
hi viſum eſt poenitentia: die ſequenti ad ipſum
rediturus receſſi. Facto mane: vt propoſueram
redii: & remotis aſtantibus: ſecreto eũ de ſimili
busvt prius fecerã, admonebam. At ille vt potu
it corpore: totus autem mente ad me conuerſus
peccaui ait domine: & valde peccaui: quod de
heſterna confeſſione: quam pure facere debuiſ
ſem: de induſtria quędam ſubtraxi. Ea de cau-
ſa ad indiciũ hac noctevocatus mira & tremen
davidere coactus ſum. Adſtabat quodam in lo
co multitudo hominum tetri coloris: horrendæ
formæ : quorum deformitatem vix viſus huma
nus tolerare poterat . Allatę ſunt ab eis lances
geminę: in quarum vna animam meam: in alia
opera mea cernebam . Accuſabant me vndiq;:
& quandoq; vera: quandoq; falſa plurima mo-
re ſuo proferebant. Aeſtuabã cõſtitutus in arto
nec tot vt videbatur milibus hominũ innumera
obiicientibus, prę timore reſpõdere poterã. Cũ
q; diu huiuſmodi litibus & accuſationib⁹ me ad
oia ſuſpenſum ac trementẽ vexaſſent : occurrit
tandem formoſus vt videbatur vir: & in medio
aſtans: turbis inſanientibus: immo vt animo cõ
ceperam dęmonibus: quid inquit quęritis? Nõ
eſt iſte plane, non eſt iſte de veſtris. Eripuit: eri
puit eum certe de manibus veſtris: ea quam he
ſterno die abbati ſuo fecit cõfeſſio. Non ſic eſt:
inquiunt: nõ ſic eſt: vt dicis . Nouimus enim: &
bene cõſcii ſumus: quid dixerit: & quid retinue
rit. Tacuit p certo quędã quorũ ſibi ipſe cõſcius
eſt: nõ obliuione inductus: ſed deliberatione ſe
ductus. Cũ igitur bonus ille defenſor meus p̧la
tã licet a mendacibus veritatẽ negare nõ poſſet
nec tamen me deſerere vellet: cõſumpſi in im-
menſo labore ac formidine totã hanc noctem.
Qua tranſacta aurora: vt credo dãte diei princi
piũ: expergefactus ad me redij. Nunc quia ple
ne intelligo multam mihi a deo hac viſione im
penſam miſericordiã, vt fateri me velit quod ta
cere decreueram, detegam deo cuncta ex inte-
gro, tibiq; pater: nec vltra meã animã parata ſa-
lute fraudabo. His dictis ad confitendũ rurſum
conuerſus: quicquid exhauriendum reliquerat
totum per dei gratiam exhauſit. Expleta vera-
ci & deuota confeſſione: abſolui pro officio fra-
trem : & oleo ſacro inunctũ, Chriſti corpore ad
ęternã vitam obtinendam refectum: deo & fra
trum precibus intente commendaui: ſicq; vale
faciens ei: cum ſociis receſſi . Dehinc vt clunia-
cum veni: paucis interiectis diebus: eius deceſ
ſum audiens & ſibi debita quę ad animam per
tinent beneficia a fratribus ſolicite reddi roga-
ui: & plura ſupra debitum addidi.

¶ Impreſſa ſunt hæc Petri Venerabilis
opera, amore ſtudiorum, ſumptibus Da
miani Hichman Bibliopole . Pariſijs.
Anno 1522. Die Aprilis. 26.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

¶ In ſex libros Epiſtolarum Petri Venerabilis Index, materiā, & ſi qua inſigniter dicta aut facta ſint, quoto folio & columna habeantur: oſtendens.

A

AVthoritati vel rationi (quib⁹ duob⁹ tā diuinarū q̄ humanarū q̄ſtio terminat) nō cedens: non homo ſed beſtia eſt. folio iij. columna. iij. & iiij.

Actuum Apoſtolorum liber pręcipuę eſt poſt Euangelium authoritatis. folio. v. c. j. & ij.

Authoritas Eccleſię quantę ſit efficaciæ fol. vj. in fine. & fol. vij.

Aſſentiri & credere debemus non viſis & auditis ſolum, ſed & libris ſcriptis. folio. vij. columna. iij.

Apoſtoli vbi templa conſtruxerunt. folio. xvj, colum. j.

Adoratio dulię impenditur homini vel angelo. folio. xx. colum. ij.

Alexander Caliſthenem interemit ob diuinos, quos appetiuit, honores ſibi ab eo negatos. fol. xxxix. colum. iij.

Angeli: non ſunt hominum domini, neq; quoad naturæ dignitatem illis ſubijciuntur. folio. xlv. colum. iij.

Aeternitas ex ſcripturis probatur. folio. lvij. colum. ij.

Aduentus Chriſti tempus monſtratur. folio. lviij. colum. iiij.

Aeternū & ꝑpetuū æquoca. fo, lxij. c. iiij.

Ad legem Chriſti nō attraxit homines, neq; authoritas, neq; ratio, neq; voluptas, ſed miracula & ſpirit⁹ ſancti gratia. folio. lxvj. & lxviij.

Amicitię & amoris laudes, & eorum cōtrariorum incōmoda. folio. lxxxvij.

Authoritatem vt quis habeat, nō requiritur vitę ſanctitas. fol. cviij. colum. iiij

Amicitię diffinitio. fol. cxxxiij. colum. j. & folio. cxlj. colum. iiij.

Amicitiæ veræ proprietas. folio. cxliij. columna. ij.

B

BAptizari paruulos infra infantilem ætatem conſtitutos, negat hæreſis Petri de Bruis. fo. ij. c. iij. & fo. iiij. c. ij. vbi reſponſio ē ad eam propoſitionem.

Berengarij impia & blaſphema vox de abſumptione corporis Chriſti. fo. xxiij c. iiij. ibiq; ad id reſponſio.

Beatitudo in quibus conſiſtit. folio. xxxj columna. iij.

Beatitudo ęterna: finis omnium. fo. lvii. columna. j.

Beatitudo: philoſophię finis. fo. lxxxviij c. iij.

Bonum minus ꝓ maiori poteſt dimitti: maius autem bonum aut par pro minori immutari non poteſt. folio. cxxiiij columna. iiij.

Beatitudo quid ſit. fo. cl. c. iij.

C

CVlpari nemo debet de incertis. fo. iij. c. iiij.

Circunciſio id in veteri lege conferebat: quod baptiſmus in noua: niſi ꝙ cælum non aperiebat. fo. xij. c. iij.

Catalogus ſanctorum, qui in Gallijs templa ædificarunt. folio. xv. co. iiij.

Crucem domini reuerendam & adorandam: cuius contrarium refellitur. folio xvj. & ſequentibus.

Cruce ſublata: crucifixi memoria perit. folio. xvi. c. ij.

Crux non eſt capax culpæ ergo nec meretur pœnam. folio. xvj. c. iij.

Cyrus rex quomodo a Gāge flumine pœnas ſumpſit. fo. xvij. c. ij.

Crucis gloria oſtenditur, & multa de cruce myſteria exponuntur. fo. xvij. c. iij. & ſequentibus.

Crucis inimicos deflet Apoſtolus. folio xviij. col. iiij.

Crucis laudes ex Apoſtolo. fo. xviij. col. iij. & iiij.

Crux quare ſignum filij hominis dicatur fol. xix. col. ij.

Crux cur & quam ob cauſam ſit adoranda. fo. xix. co. ij.

Crux qua ratione vitalis, ſalutifera, honorabilis, & cætera eiuſdem attributa. folio. xix. col. iij.

Crux quare pręcipue poſt Chriſtum adoranda venit. folio. xx. columna. j.

Corpus Chriſti & ſanguinem eſſe in Ec-

cleſia dei: probat authoritate verbo℞ Chriſti.fo.xxiij.colum.iij.& poſt.
Curioſi nimis arcanorum dei ſcrutatores reprehenduntur.folio.xxiiii.col.j.& ſequenti.
Corpus Chriſti non ſolum fuit datum cōſecrandum pro cœna, oſtenditur. folio.xxvj.columna.ij.& ſequenti.
Chriſtus viuens: corporaliter & ſpiritualiter viuis profuit,& eius bona tum viuentis tum mortui: profuere mortuis. folio.xxx.columna.ij.
Confidentia nimia & diffidentia: tanq̄ extrema mala vitanda. folio. xxxvj. columna.iiij.
Chriſtum,verum eſſe deum firma fide tenendum: quam a Chriſti fidelibus diabolus ſemper molitur auferre. folio. xxxviij.columna.iiij.
Chriſtum eſſe deum: miracula per eum facta teſtantur.folio.xl. columna.j.& ſequentibus folijs.
Chriſti occiſio,cauſa fuit ablationis regni Iudæorum. fol.xliiij.columna.j.
Chriſtum,verum dei filium & meſſiam eſſe.fol.xliij. columna.iii.& folijs ſequentibus.& folio.lxv. columna.iij.
Chriſtus: deus eſſe,ſpecialiter probatur. folio.xlvij.c.ij.& ſequentibus folijs.
Chriſtum: regem æternum eſſe & cæleſtem,non temporalem vt Iudęi putāt fol.lij.c.iij.& ſequentibus folijs.
Chriſtum iā veniſſe,vt omnes Chriſtiani credunt,& non venturum,vt Iudæi opinantur.fol.lviij.& ſequentibus.
Cauſæ credendi nouæ legi. folio.lxvij. columna.ij.
Charitas nullo pretio æſtimabilis.folio. lxxxvj.columna.j.
Charitatis debitum omnibus præferendum folio.lxxxix.colum.iiij.
Charitatis vinculo arctius q̄ quouis alio conſtringimur.folio.xc.colum.ij.
Charitatis opera non omittenda,nec alterius cuiuſq̄ boni operis actione excuſanda. folio.xc.columna.iiij.
Cluniacenſium cum Ciſtertiēſibus in Benedicti regula,concordia & conueniētia.folio.xcvij,& ſequentibus folijs.& diſconuenientia eorūdem.folio.clvij.& ſequentibus.
Ciſtertieſes: ſuperbiæ,& monachalis habitus mutationis notantur.fol.xcviij columna.iiij.& poſt.
Cluniacenſibus quę obiſciuntur: purgat tota illa epiſtola quæ incipit.fo.xcvij. columna.iiij.
Charitate quicquid fit: rectum, iuſtum, æquū eſt,& non contra. fo.xcix.c.iii.
Charitatis commendatio. folio. C. c.ii.& folio.cvii.col.ii.
Cluniacenſis Eccleſiæ pręconia. folio. cxiii.columna.ii.
Chriſtū: animam habuiſſe humanā,oſtēditur cōtra Apollinariſtam hęreticū, epiſtola prima libri quarti. folio.cxv.
Creaturarū genera quatuor.fo.cxvi.c.i.
Chriſtus non in ſola diuinitatis natura ad inferos deſcendit. folio.cxvii.c.ii.
Charitatis debitum. folio.cxxxii.c.iiii.
Carnium eſus in monachis reprehenditur.fol.clxxxii.columna.iiii.
Carnem comedentis monachi exemplū horrendum.folio.clxxxvi.c.iii.
Chriſtiani falſi: Saracenis ſunt deteriores.folio.ccii.columna.iiii.
Conſiliū notandū. fol.cciii.in principio.

D

Efunctis,viuorum beneficia prodeſſe,eiuſq; cōtrarium refellitur.folio.xxix. colum.ij.iij.& folio.xxxj.columna.iiij.& ſequentibus folijs.
Defunctis,opera viuorum prodeſſe non poſſe: hæreticorum rationes. fo.xxix. columna.iij.& iiij.& folio.xxxj.co.ij.
Deo nec cantandum,neq; voce vel muſicis modulis laudandus: hæc opinio hæreticorum refellitur.fo.xxxvij.
Dæmon ſemper fidem,& maxime deitatis oppugnat.fo.xxxviij.colum.iij.
Dæmon multitudinem falſorum deorum inducere ſemper nititur,vt cultum & fidē vnius veri dei auertat.fo.xxxviij columna.iij.
Ducis nomen: inferiorem dignitatem ſignificat.fo.lviij.colum.iij.
Deum: pro perſonarum & temporum ratione varia precepiſſe.fo.lxj. col.iij.
Deus omnia nouit.folio.lxxj.colum.iiij.

Deus quomodo omniũ memor, & quotidiã obliuiſci dicitur.folio.lxxii.colum.i.&.ii.
Deum neceſſentia nec affectu huic accidentaliter mutabilem eſſe. folio.lxxvi.colum.i.
Deum quotidie ſemel plorare: Talmudica in deum blaſphemia. fol.lxxvi. columna.ii.
Debitũ charitatis omnia excellit.fol lxxxix. columna iiii.
Dictum notatu dignum. folio xc.c.i. & folio. cxxxvi columna.iiii.& folio.clxi.colũ. iiii.
Diaboli contra religioſos inſidiæ. folio.xcii. columna.iiii.
Diſcretio,quare virtutũ mater vocetur.fol o. xciiii.columna.iiii.
De paupertate & diuitiis Cluniacenſium,obiectio & eius ſolutio.folio cxiii.colum.iii.
Decimę a monachis & regularibus canonicis non accipiendę.folio.cxiii.
Dignitas ſecularis & eccleſiaſtica quandoq; contemnenda.folio cxliiii.columna.ii.
Diſpenſare in quibuſdam poſſumus,in quibuſdam minime.fol ccii.c.i.

E

Epiſcoporum munus eſt,tam ex officio q̃ ex ſingulari doctrina:dei Eccleſiæ curam gerere atq; prouidere.folio.ii.columna.ii.
Epiſtolæ Pauli, Iacobi, Petri, Ioannis, Iudæ Apoſtolorum euangelicæ & canonicæ dignitatis.folio.vi.c.ii.& ſequentibus.
Eccleſia quid ſit exponitur.folio.vii.colum.i.
Eccleſiæ ſicut & ipſis Apoſtolis credendum. folio. vi.in fine,& folio.vii.in principio.
Euangelium abijciunt qui reliquos noui teſtamenti libros ablegant fol.vii.colum.iiii.
Eucharius,mortuum ſuſcitauit quadragenarium folio.xxxiii.columna.iiii.
Eccleſiaſticorum diſcordia & odium notantur.folio.lxxxvi.columna.iii.
Eccleſia, deo oblata dei vice ſuſcipit.& inde pauperes ſuſtentans.folio.cv.columna.ii.
Eccleſia dei,vnguento non cauterio indiget. folio.cxiii.columna.iiii.
Epiſcopatum qui reliquerunt.fol.cxliiii.c..iii.

F

Fidei vulnus vix curabile, totius enim ſalutis iactura.folio. iii. vbi multa præclara de fide ex vtroq; teſtamento.
Fides aliena tum corpori tum ſpiritui prodeſt.folio.x.columna.iii.&.iiii.
Fide alterius poſſe alterum ſaluari:euangelica,apoſtolica atq; prophetica authoritate ꝓbatur.fol.x c iij.&.iiij.& ſequẽtibꝰ folijs.
Fide Eccleſiæ non mundatur anima,ſed per gratiam curatur a peccatis fol.xj.colum.j.
Fides citra aquę baptiſmum interdum ſaluat folio.xj.columna.iij.
Fide & baptiſmo nos ſaluari,quorum neutrũ ſine altero ſaluat:hęc propoſitio falſa oſtenditur.folio.xj.columna.iiij.
Fronto eps mortuũ ſuſcitauit.fol xxxiii.c.iiij.
Fides Chriſtiana & euangelica ſcriptis Iudęorum probari poteſt.fol.xliiij.c.ij.
Filiatio dei ſcripturis ſacris probatur.fol.xliiij colum.iij.& ſequentibus folijs.
Filij dei vocantur interdum homines.folio. xliiij.columna. iiij
Fabula Iudęorum de Chriſto & eius confutatio.fol.lv.colum.iij.&.iiij.
Finalis cauſa omnium ſcripturarum:eſt beatitudo æterna fol.lvij.colum.i.
Fœmur:Iudæ poſteritatem ſignificat.folio. lviij.columna.iij.
Fabulæ Iudaicæ ex Talmuth.folio.lxxiij.c.j. & folijs.lxxxiij.&.lxxxiiij.
Fabulę tum Græcorum tum Latinorum alio modo q̃ verba oſtendunt intelligendę ſunt. folio.lxxviij.colum.iij.
Finis omnium ſcripturarum,eſt animarum ſalus.folio.xcix.columna.iiij.

G

Gaſconia & ei loca vicina hæreticos habuit.fol.ij.c.j.
Generationis nomen in deo ęquiuocum.fol.xlv.c.j.
Genealogię principum Iudæorum a transmigratione Babylonis vſq; ad Chriſtum enumeratio.fol.lix.c.j.
Gallia monſtris caruit,& ibidem eius laudes. folio.cxxij.columna.iij.

H

Hæretici ex Chriſtiana charitate potius docẽdi & cõuertẽdi ſunt, q̃ exterminandi.fol.ij.colum.ij.
Hęretici ſi Chriſtiani eẽ voluerint: authoritate cogẽdi,ſi hoies:rõne cum eis agendum.folio.ij.colum.ij.
Henricus ſucceſſor Petri de Bruis hæretici. folio.ii.columna.iii.
Hoſtis ſemel deuictus non contemnendus, ſed cauendus.fol.iii.colum.i.
Hęreticis & ꝓpter publica pericula,& animarum damna,atq; pertinacem erroris perſeuerantiam:reſpondendum.fol.iii.c.iiii.

Honor dup'ex,& qui deo,& qui homini exhibetur.folio.ix.c.iij.
Hoc eſt corpus meum:hæc verba declarantur.fol.xxiij.c.iij.&.iiij.
Heliſæus mortuus mortuum ſuſcitauit folio xxxj.c.iiij.
Hoſpitibus humanitas exhibēda.fol.clxxxij.c.j

I

INtelligentibus praue verbum domini,quemadmodum corpus Chriſti indigne ſumentib⁹: mortem operatur.fo.xij.c.j.
Iteratio ſacrificij ſi recte fieri poſſit,cum Chriſtus ſemel tm̄ oblatus ſit:explicatur folio.xxvij.c.ij.
Immolatio Chriſti in altari:eius mortis eſt repræſentatio. fol.xxvij.c.iij.
In ſacramento euchariſtię latet quod eſt,& patet quod non eſt.fol.xxviij.c.j.
Interpretum ſeptuaginta mentio.folio. xlix.c.ij.
Iudæi quamobrem Chriſtum,deum eſſe non credunt.fol.xlix.c.iiij.
Incarnationis myſterium Prophetæ admirati ſunt,nec contempſerunt vt nunc Iudæi folio.xlix.c.iiij.
Incarnationis myſterium admirandum.fol.l.c.ij.
Incarnationis myſterij fides perſuadetur,& obiectio quædam ſoluitur.fol.l.c.iij.
Iudæi a Chriſtianis inuitantur ad ſalutem: ipſi contra,nos & omnes a ſalute auocant folio.lvij.c.iij.
Iudæi non ſolummodo populus electus.fol.lvij.c.iij.
Iuſti fuere multi citra legis antiquæ ritum.fol.lxv.c.j.
Idololatriæ cauſa quæ fuerit.fol.lxvj.c.iiij.
Iudæos iumenta inſipientia eſſe.fo.lxxj.c.ij.
Iudæi aliqui cur ſeruentur.fol.lxxv.c.ij.
Iudæorum ſtultitia.fol.lxxxv.c.iiij.
Iraſci deum quotidie: Iudæorum in deum blaſphemia.fol.lxxvj.c.j.
Inimicus familiaris,eſt periculoſiſſimus. fol cxvii.c.iij.
Iob patientia,quum a deo probamur imitanda.fol.cxxiij.
Iudæos reprehendit.fol clxx.c.iij.
Ioſeph a matre ſua adoratum,quo pacto intelligi debet.fol.clxxviij.c.iij.

L

LIteræ ſonus non ſequendus in ſacris literis,ſed ad viuificantis ſpiritus expoſitionem recurrendm fol.xj.c.iiij & fol.xij.c.j.
Locutionis modi:in ſacris literis frequentiſſimi,cum ſcilicet quod vniuerſaliter dicitur, particulariter intelligitur. & cum totum pro parte accipitur : nomineq; vniuerſitatis,quædam partis excellentia ſignificatur.fol.xj.c.iiij & fol.xij c.j.
Latria quid ſit,& ad eandem pertinentia.fol.xix.c.iij.&.iiij.
Locus Geneſis exponitur.fol.lviij c.ij.&.iij.
Legem veterem non eſſe perpetuam.fol.lxij.c.j & ſequentibus.
Legis veteris ceremonię & iudicialia,non autem moralia ſunt euacuata.fol.lxiiij.c.j.
Lex antiqua a Chriſto mutata fol.lxiiij.c.iiij.
Legis euangelicæ gratia,ſola iuſtificat,& nulla alia.fol.lxv.c.iij.

M

MOrbus ſemel excluſus ne ſit recidiuus prouidendum.folio.iij.c.j.
Miſſam nihil eſſe,nec celebrari debere affirmantes refelluntur.fol.xx.c.iij.& ſequenti.
Mala,q̄uis de ſe inordinata,deus per iuſtitiā ordinauit.fo.xxiij.c.j.&.ij.
Mors Chriſti quæ,& quanta benificia nobis contulerit.fo.xxiij.c.ij.
Mors Chriſti ignominioſa,ſalutem mundi potius q̄ Incarnatio, Natiuitas, Circunciſio,Baptiſmus,vel reſurrectio eius:operata eſt.fol.xxvij.c.iij.&.iiij.
Mortis Chriſti repręſentatio in ſumptiōe corporis eius & calicis ad quid ſit.folio.xxvij.c.iiij.
Maurilius Andegauenſis Epiſcopus mortuū ſuſcitauit.fol.xxxiij.c.iiij.
Mortuorum bona viuis prodeſſe.folio.xxxv.c.iij.
Mutationis veteris legis ratio.fol.lxj.c.iiii.
Miracula Chriſti non ficta,neq; magica eſſe fol.lxvi.c.ij.& folio.lxviii.c.iii.& poſt.
Miracula non eſſe neceſſaria:hæc opinio refellitur.folio.lxvi.c.iij.
Mahumeticæ ſectæ incrementum, & cur ei creditur.fol.lxvi. & ſequenti.
Mahumeti aſtus.fol.lxvii.c.ij.
Miraculorum Chriſti,& diaboli pręſtigiorum differentia.fol.lxix.c.iij.

Miracula Moyſi vera, vtilia, non magorum. Folio.lxix.c.iiij.

Miracula, quæ per mortuos Chriſtus operat⁹ eſt, fidem de eius lege faciunt.fo.lxx.c.ij.

Miraculum apud Chriſti ſepulchrum factum fo.lxx.c.iiij.

Monachi: accuſatores, actores, teſtes, & iudices eſſe poſſunt.fo.cvj.c.iij.&.iiij.

Mortui lugen licite poſſunt.fo.cxxvj.c.j.

Monachus vocari poſſit Abbatis ſeruus.fol. cxxxiiij c.ij.

Monachorum ad alia loca migrantium intentio expendatur.fo.cxlj.c.iij.

Miracula non faciunt hominem alijs maiorẽ. fo.cl.c.ij.

Martinus ille magnus, fuit monachus niger. fo.clx.c.iiij.

Mahometus quis fuerit & quando, quidq; fecerit.fo clxij.c.iij.

N

NOuempopulana: quæ Gaſconia vulgo dicitur.fo.ij.c.j.

Noua citius imbuuntur, q̃ vetera in deſuetudinem abeunt.fo.xcv.c.iij.

Neceſſitate cogente fit interdum legis mutatio.fo.xcix.c.iiij.& poſt.

Natura humana ad vitia maxime procliuis, ad virtutem amplectendam difficilis. folio cxxv.c.iij.

Niger color: humilitati, pœnitentiæ & luctui maxime conueniens eſt.fo.clxj.c.j.

Notanda quædam.fo. clxiij c.ij.& fo.clxxiij. c.j.& fo.clxxxiij. c.iiij.& fo.clxxxiiij.c.iij.

Neceſſitas monaſterij Cluñ.fol.clxxj.col.iiij.

O

OPera dei & ſanctorũ miranda, non propter hãc vitam miſeram facta fo.lvij.c.j.

Obliuiſci quomodo deus dicitur. folio.lxxij.i.i.

Og regis Baſã, ex Talmuth fabula.fo.lxxviij. c.ii.& fo.lxxix.c.j.

Orationis virtus explicatur.fo.xciii.ca.i.

Obedire quid ſit, & obedientia extorta. folio cxxxiii.c.ii.

Odo, primus Cluniacenſis ordinis pater, feruorem monaſticæ vitæ reſuſcitare aggreſſus eſt.fo.clxxxvi.c.iii.

P

PEtrus de Bruis hæreticus.fo.ii. vbi & eiuſdem hæreſis articuli habentur.& fo.xiii.c.iiii.

Petr⁹ de Bruis ob hęreſim apud ſanctum Egidium igni conſumptus.fo.ii.c.iii.

Paſtorem ſuper gregem aduigilare decet, ne luporum inſidiis pereat.fo.iii.c.i.

Pauli Epiſtolarum dignitas & authoritas explicatur.fo.vi.c.iii.& iiii.

Paruuli Chriſtianorum ſacramento baptiſmatis, ſicut Iudæorum circuncaſionis, ſaluãtur. fo.xij.c.ij.

Potentia dei non ſecundum noſtras vires metienda.fo.xxiij.c.iiii.

Prophetæ de Chriſti aduentu expoſitio. fol. lviii.c.iii.

Plato Philoſophus, verbum caro factum, ſcripſit: verum id eum omnino latuit. fol.lxviii. c.i.

Paupertas ſpiritus amplectẽda. fo.lxxxix.c.i.

Petrum Venerabilem, Diui Bernardi fuiſſe contẽporaneum: habetur ex Epiſtola.xxviii libri.iii.quę incipit folio.xcvii.c.iii.& multis aliis ſequentibus Epiſtolis patet.

Præcepta diuina duplicia.fo.cvi.c.iiii.

Prælatus in contemplatione exiſtens: populi memor eſſe debet.fo.cxxxii.c.iii.

Priuilegium Cluniacenſium.fo.cxxxvii.c.i.

Perſeuerantia in religione, maxime neceſſaria.fo.cxl.c.ii.

Peccatum vbi oritur, illic moriatur: Auguſtini dictum.fo.cliiii.c.i.

Q

QVæſtio omnis tam diuinarum q̃ humanarum rerum authoritate vel ratione ſoluitur.fo.iii.c.iii. & iiii.

Qui crediderit & baptizatus fuerit &c. quomodo recte accipiendum ſit. fol. xii.c.i.& ii.

Quis ante Luciferũ genitus fo.xlv.c.iii.&.iiii.

Quo in ſenſu teſtamentum vetus, ſicut & nouum dici poſſet æternum.fo.lxiiii.c.ii.

Quærentes quæ ſua ſunt, & non quæ Chriſti: in multa vitia labuntur, quæ enumerantur folio.xcvii.c.i.

Queſtiones tres de beata virgine, & earum ſolutiones: Epiſtola prima libri quinti, quæ incipit.fo.cxlvii.c.i.

R

RVmori, cum quis hæreſi inſimulatur, niſi optime compertum habeamus, minime accedendum.fo.ii.c.iii.

Res peſſimæ, optimis citius incrementa ſumunt.fo.iii.c.i.

Reſpondendum hæreticis, ne peruerſi iactẽt

vel ſuſpicentur,non conſilio ſed reſponden di inopia catholicos ſiluiſſe.fo.iii.col.iiij.
Reſurrectio futura probatur ex ſcriptura. folio lvi.colum.iii.
Recordari deus quo pacto dicitur. folio. lxxii. colum.ii.
Religionem ingrediens: ſepulchrum ingredi ſe cogitet,omniaq; humana ſepulta habeat fo.xcii.colum.iii.
Religioſi mali corripiuntur.fo.cxviii.co.ii.
Religionem vitæ auſterioris intrare licet,non impediente voto vitæ minus auſteræ. folio cxxvii.columna.iii.
Relinquentes,vel ſuperiores,vel amicos in periculis & rebus difficilibus reprehenduntur. folio.cxxxiij.colum.iii.

S

SCriptura quæ fit contra hæreticos etſi eis cum ptinaces mã ſerint non profuerit, vtilitati tamen quibuſdam catholicis eſſe poteſt; vtpote occultos eximere ſcrupos ,& cogitatibus eorum ſatiſfacere.folio.ii.colum.ii.
Senecæ de Pauli Epiſtolarum excellentia teſtimonium.fo.vi.colum.iiii.
Signum quid ſit.fo.xix.colum.i.
Sacrificia a quibus primũ facta,inſtituta, quãdo & quibus pręcepta & iuſſa.fo.xix. columna.iii.&.iiii.
Sacrificia cur deo exhibenda negent hæretici .folio.xxi.colum.i.
Sacrificia deo exhibita fuiſſe ab initio mundi, probatur.folio.xxi.colum.ii.
Sacrificia ſoli deo exhibenda ſunt,& quid illa ſacrificiorum exterior exhibitio ſignat.fol. xxi.colum.iii.
Sectæ in mundo præcipuæ:quatuor. fol.xxii. columna.ii.
Sacrificium Chriſtianorum vnicum: Chriſtus folio.xxiii.columna.i.
Sacrificia antiqua,noſtri vnici ſacrificii erant ſymbola.fo.xxxiii.columna.i.
Sacramenti eucharíſtiæ veritas probatur. fo. xxiiii.columna.ii.
Sacramenti corporis & ſanguinis Chriſti ſumptio non eſt ſuperflua,& cur idem datur ad manducandum.folio.xxviii.
Sacramẽti eucharíſtiæ præcipuus effectus cur in futurum differtur.folio.xxix.colum.ii.
Somnia ſicut ſæpe vana,ita plærunq; non cõtemnenda.folio.xxxv.columna.iiii.& fol. clxxxv.colum.i.
Sibyllæ de Chriſti deitate teſtimonium. folio lij.columna.ij.
Sceptrum:quo ſolæ regum manus decorant, regem ſignificat.folio.lviij.colum.iij.
Sapientia dei:eſt ipſe deus.fo.lxxiij.col.iiij.
Statuta patrum, charitatis intuitu interdum mutantur.fo.xcix.colum.iiij.
Studium ſacrarum literarum laudatur. folio cxlix.
Sapientia angelica & beatitudo,idem ſunt.folio.cl.colum.iii.
Sapientia eſt ſolum de rebus diuinis.folio.clj. columna.j.
Sapientia virginis Mariæ.fo.clj.colum.j.
Sacramento,duo continentur:ſignans ſcilicet & ſignatum.fo clj.col.iiij.

T

THoloſa quondam hęreſim accepit.fo.iii.col.iiij.
Teſtamenti veteris libri ſigillatim diſcutiuntur,& ex Euangelio probãtur.folio.vii.co.iiij. & ſequentibus folijs.
Templa non ædificanda,& extructa ſubruenda:Petro bruſiani hæretici aſſerebant. eorũ error refellitur,cõtrariũq; probať ex vtroq; teſtamento.fo.xiii.& ſequentibus.
Templum Iudæorum cur ſolum vnum: cum multa nunc ſint Chriſtianorum templa.folio.xiiii.colum.iiii.
Tau literæ.T.quæ formam crucis exprimit, multa myſteria explicantur.fo.xvii.colum. iiii.& folio ſequenti.
Tranſſubſtantiatio panis in corp' Chriſti: ſextuplici probatur exemplo. folio.xxiiii. colũ. iii.& ſequenti.
Tranſſubſtãtiatiõi panis in Chriſti corpus fit obiectio.folio.xxv.columna.ii. Satiſfactio habetur ibidem.
Teſtimonium Chriſtianorum de Chriſto admittendum.fo.lxx.colum.iii.
Talmuth apud Iudæos authoritas,& quorũdam eiuſdem dictorum & fabularum rẽfutationes.folio.lxxi.colum.iii.&.iiii. & folio lxxix.colum.iiii.& ſequentibus folijs.
Teleonaria lucra Cluniacẽſes habere poſſe putat.fo.cvi.colum.ii.& poſt.
Theophili facies ex miraculo reſplenduit. folio.cxxx.colum.ii.
Templarij quando inſtituti, & multa de illis. fo.cci.colum.iii.& folio ſequenti.

BIBLIOTECA N. ... VITT. E EMAN.

Viſiones admittendæ interdum fol.xxxv.colum.iiij.
Virtus diuina inuocanda. fol. lxxxix.columna.ij.
Vinculum charitatis q̄ fortiſſime ligat. folio.xc.colum.ij.
Vitę cœnobiticę ac ſolitarię diſcrimen. folio.xcii.colum.iij.
Vitę ſolitariæ & cœnobiticę laudes.fol. xcij.
Vita ſolitaria quorum eſt ex dicto Diui Benedicti.fol.xcij.colum.iiij.
Vnctio infirmorum cur iterari poſſit.fol. clxxviij.columna.j.
Virginitatem omnibus præfert virtutibus,& ad eam ſequendam omnes inuitat.folio.ccvij.c.iij.

Z

Izania diaboli q̄ triticum dei in agro eius longe vberius & feracius prouenit. folio.iij. columna.j.

¶Indicis in ſex libros Epiſtolarum Petri Venerabilis:finis.

¶Rithmi ac verſus huius egregij authoris quia pauciores, indice videntur haud indigere. Cuiq; præterea miraculorum libro:ſuus eſt additus index.

4-3-12

Digitized by Google

Digitized by Google